# FLORES CELEBRIORUM SENTENTIARUM GRAECARUM AC LATINARUM, ...

Bartholomaeus Amantius,
Johann Gemel

Digitized by Google

6
5-b
38

6
N
37

[illegible]

[illegible]

[illegible]

# FLORES CELEBRIORVM SENTENTIARVM GRAECARVM AC LATINARVM, DEFINITIONVM, ITEM VIRTVTVM ET VITIORVM, OMNIVM EXEMPLORVM,

prouerbiorum, apophthegmatum, apologorum, ſimilium & diſſimilium, ſimulq́ꝫ grauiter dictorum ac factorum, tam ex ueteri, quàm nouo Teſtamento, eorumq́ꝫ interpretibus: nempe ſacratiſſimis Eccleſiaſticis Doctoribus, porrò & Philoſophis, Poëtis, Oratoribus, ac Hiſtoricis, tum Chriſtianis, tum Gentilibus, tam uetuſtioribus, quàm recentioribus, probatis tamen & longè doctiſſimis autoribus, plus quàm uiginti quatuor annis, ſumma fide, ſtudio, ſedulitate, ad communem ſtudioſæ iuuentutis utilitatem paſſim ſelecti, ſimulq́ꝫ demum in ordinem alphabeticum quàm exactiſſimè redacti.

BARTHOLOMÆO AMANTIO LANDSPERGIANO Boio, Iuris utriuſq́ꝫ Doctore, Vateq́ꝫ Cæſareo autore.

REPARABILIS ALES ✠ EFFINGIT CHRISTVM PHOENIX

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
*Cæſareæ Maieſtatis.*

M. D. LVI.

SEBASTIANVS SOLIDVS.
Lectori.

*Munus habes Lector literarum ac undiq; florens,*
*Fulgida quod ſuperat diuitis æra Midæ.*
*Doctus in Aoniam dum tendit Amantius arcem,*
*Iſtas Mæonio uertice legit opes.*
*Hoc duce quis dubitet Parnaſi ſcandere colles,*
*Et rude Pieria tingere pectus aqua?*
*Quem nec amor regum, nec ſplendida Cæſaris aula*
*Impedijt Clariæ tangere fila lyræ.*
*Illius idcirco nunc ſemper amabile nomen*
*Magnorum curret docta per ora uirûm.*

# SERENISSIMO AC ILLV=STRISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, D. MAXIMILIANO, BOHEMIÆ REGI, ARchiduci Auſtriæ &c̃. Domino ſuo clementiſſimo, Ioannes Gemelius Legum Cæſarearum Doctor, Rhenani Palatij ac illuſtrium Comitum Hennenbergenſium Conſiliarius. S. D.

CVM breuis admodũ uita homini à natura eſſet tributa, Rex sereniſſ. inſeuit benignus Deus omnium animis eam cupiditatem, ut quiſq; memoriam ſui nominis ad poſteros propagari & extendi uelit. Mens enĩ humana in perpetuã agitatione conſiſtẽs, ſe erigit, ad poſteritatem reſpicit, & ad immortalẽ gloriam nititur: unde legimus magnos in re militari duces, & egregios in adminiſtratione Reipub. uiros, hanc de ſe memoriã quàm longiſſimam cupidè expetiuiſſe. Atq; ita etiã Alexandrũ, qui ex rebus geſtis nomẽ magni ſibi cõparauit, iudicaſſe apparet: qui cũ in Sigæum promontorium ad Achillis tumulũ ueniſſet, exclamaſſe fertur, O fortunate adoleſcens, qui Homerum tuæ laudis præconem inueneris, quaſi ampliſſimum uirtutis præmium illi contigiſſet. Nam niſi illi (Cicerone teſte) ars extitiſſet illa, idem tumulus qui corpus cõtexerat, nomen etiam obruiſſet. Ad hunc ſcopũ quoq; clariſſimos ueteres ſcriptores reſpexiſſe uidetur, qui ſuas lucubrationes ad æternam & perpetuam memoriam, principibus uiris inſcribendas eſſe cenſuerunt: ut ſub horum tutela & patrocinio, ueluti ſub Herculis ſcuto, aduerſus maleuolentiã, & atrocem liuorẽ, qui omnia ſuis dentibus configit, defenderent. Ea enim ratione putabãt & ſua monumenta à malorũ & improborũ hominũ morſibus tutiora fore, & tã ſui, q̃ ſuorum patronorũ nomẽ ſpargi ac diſſeminari in orbis terræ memoriã ſempiternã. Sic Auguſti Cæſaris nomẽ celebre factũ eſt, Opere Vitruuij de Architectura, Antonini Oppiani libris de piſcibus, regis Deiótharum libro Diophanis de agricultura: Sic Valerius Max. ſcribẽs de dictis & factis rerũ memorabiliũ urbis Romæ, orbi notiorẽ fecit Tyberium Cæſarem. Sic Plinius mirandũ illud et uarium opus rerum naturalium Veſpaſiano optimo principi dedicauit. Sic deniq; Dion Pruſenſis Troiani gloriã nõ parum illuſtrauit illo libro, quẽ de gloria & regno cõtra Tyrannidem ſcripſit. Item Ioſephus Mathatię filius, ſacerdos Hieroſolymitanus, cum libros de captiuitate Iudaica Romæ conſcriptos Veſpaſiano eiuſq; filio Tito nuncupaſſet, & publicæ bibliothecæ tradidiſſet, uſq; adeò gratum munus imperatoribus p̃ſtitit, ut in illius honorẽ in publico loco ſtatuã erigi curarẽt. Horum itaq; exemplo, Rex sereniſſ. excitatus fuit clariſſimus ac doctiſſ. (piæ memoriæ) uir, dñs Bartholomeus Amãtius, Iuris utriuſq; doctor, Palatij Rheni ſenator digniſſ. ſororius ac præceptor meus chariſſimus, hoc opus multis annis, multiſq; ſudoribus & magna diligentia cõ=

geſtum,ſuæ poſteritati cõmendare & cõſecrari uoluit. Putauit enim nõ eſſe diſſimulandũ hoc quod obſcurari non poteſt, nimirum omnes trahi ſtudio laudi & optimũ quemq; maximè gloria duci:nulla aũt alia ex re maiorẽ gloriã,laudem,utilitatẽ,memoriã deniq; celebriorẽ parari poſſe,quàm ex bonarum literarũ cognitione & ſcriptis publicè ęditis. Nullum nanq; deorum munus maius excogitari poteſt,q̃ bonarum lierarũ ſcientia,qua una uel maximè ſeparauit hominem à cæteris animantibus Deus ille parẽs, & mundi fabricator. Quibus literis qui imbuti fuerint, tantum illiteratos homines antecellunt,quantum homo cæteris animalibus p̃ſtat.Literis cõſtat immortalitas hoĩm,& memoriæ fulcitur æternitas: literæ res multis iã retrò ſeculis à multis nationibus geſtas, nobis oſtendunt:literis cognitio oĩm diſciplinarum percepta eſt: cõmerciũ literarũ tolle ex hominibus,& ſolem ex ipſo mundo ſuſtuleris. Quare mihi ſępe admiratio ſubijt cur nõ maximi honores et luculẽtiſſima emolumẽta cõſtituta ſint rerum ſcriptoribus,qui infinitas uoluptates cũctis mortalibus p̃ſtant,& de toto genere humano optimè merent̃. Quis obſecro,dignis modis eos tractare poterit? qui non ſolùm ſibi, ſed etiam poſteris ſe uixiſſe uoluerũt,& q̃rum opera & induſtria factũ eſt, ut cuncta cunctorum illuſtriũ uirorũ,dicta factaúe memoratu digna cõtueri, ediſcere & recordari liceret:qua quidẽ re nihil pulchrius,nihil iucundius,nihil magnificẽtius excogitari cõtenderim. Senibus ideo maior autoritas eſt,qm̃ ob longam ætatẽ plurimas res noſſe ac uidiſſe credunt̃:at hoc præſtat adoleſcentioribus bonarum literarũ cognitio, ut perlectis doctorum ſcriptis,uideant̃ q̃cq; p̃teritis ſeculis uixiſſe.Solæ igitur literæ & literati hoĩes ab æternis ſuis monumẽtis cõmendati,uera bona nobis p̃ſtant:alia bona ( ſi mõ int̃ bona numerãda ) caduca ſunt & momentanea,& aut morbo,aut ætate,aut fortunæ iniqoris acceſſione defloreſcũt ac marceſcunt:Quod nõ minus eleganter,q̃ uerè intellexit Ouid.dicẽs:

*Nempe dat & quodcunq; libet fortuna, rapitq́;:*
*Irus erit ſubito,qui modo Crœſus erat.*
*Singula quid referam, nil nõ mortale tenemus,*
*Pectoris exceptis ingenijq́; bonis.*
*En ego cum patria caream,uobiſq; domoq́;,*
*Raptaq́; ſint,adimi quæ potuère [illegible],*
*Ingenio tamen ipſe meo comitorq́; fruorq́;.*
*Cæſar in hoc potuit iuris habere nihil.*
*Quilibet hanc ſæuo uitam mihi perimat enſe,*
*Me tamen extincto fama ſuperſtes erit.*

Propterea doctiſſimus D. Amantius uidens parum aut nihil & utilitatis,& perpetuitatis eſſe in ijs,quę tanq̃ uera bona & immortalia ſuſpiciunt,& admirant̃ homines,pulcherrimam & nunq̃ ſatis laudatã bonarum diſciplinarum poſſeſſionem auidè amplexus & perſecutus eſt.Quæ uel ſola adoleſcentiam augeret,ſenectutem oblectaret,ſecundas res conſeruaret,aduerſis refugium ac ſolatium p̃beret,domi delectaret, foris nõ impediret,nobiſcũ pernoctaret,peregrinaretur,ruſticaretur,& ( quemadmodum Cicero teſtatur) nec uiuis,nec mortuis eripi poſſet.Quam ob cauſam,ut poſteritati etiam ſe aliquando uixiſſe fidem faceret,& in uniuerſæ Reipub.ac ſtudioſæ iuuentutis utilitatẽ,quoſdam libros à ſe ſumma diligentia elaboratos typis publicis excudendos tradidit. Cum uerò

in

in hoc locorum communium opere (quod Regiæ tuę Celſ. dedicare ſtatuerat, abſoluendo totus eſſet, immatura morte, maximo omnium ſuorum dolore, Dei Opt. Max. uoluntate ereptus eſt. Mirabatur enim uir optimus ac doctiſſimus non rarò, quod, cum ex animo conſtemus & corpore, animum qui diuinus eſt, pauciſſimi uirtutibus & diſciplinis colant, corpus uerò, quod fluxum eſt & caducum, quàm plurimi. Cui iuſtiſſimę admirationi libentiſſimè ſubſcribo, uidens etiã q̃ plurimos homines ac prępoſteros, qui id, quod deterius eſt, pluris faciunt eo, quod precioſius eſt, qui bona corporis bonis animi anteponere non uerentur, qui in uoluptatibus belluinis ſummũ bonum collocãdum eſſe cenſent. Atqui quanto rectius, quanto laudabilius eſt, ita inſtituere noſtrã uitã, ut corpus animo ancilletur, ut bona animi prima, & in primis capeſſenda eſſe exiſtimemus, ut corpus cauſa animi, non animũ cauſa corporis ab õipotentiſſimo Deo fabricatum eſſe credamus, ut denique hominẽ interiorem, hoc eſt, animum, qui uerus homo eſt, colamus ac honoremus. Hoc in primis iubet Plato ille philoſophorum Deus, hoc Platonicus Apuleius factitãdũ eſſe demõſtrat, hoc efficere debet, quiſquis de ſeipſo benè ſentit. Cultura uerò animi eſt, peioribus repudiatis meliora ſectari, & id, quod optimũ eſt potiſſimũ, capeſſere. Cultura animi eſt, ingenuas diſciplinas amplexari. Cultura denique animi eſt quicquid uiri docti, inter quos D. Amantius nequaquam partes poſtremas obtinet, in communem utilitatẽ ſiue publicè ſiue priuatim docẽdo aut ſcribendo cõferunt. Quocirca illi ualdę uituperãdi ſunt, qui ſolùm corpus curãt, & animum ocio & ueterno torpeſcere ſinunt, apud quos appetitus rationi imperat, uirtus uoluptati obſequit, corpus animo dominat. Quorum Deus uenter eſt, quique in uoluptatibus ſummam felicitatẽ ſitam eſſe putant, nullis diſciplinis ac ſtudijs imbuti, uitã ſilentio tranſegerunt, ueluti pecora, q̃ natura prona (ut inquit Saluſtius) & uentri obediẽtia finxit: quorũ uitã mortemque (ex eiuſdẽ hiſtorici ſentẽtia) iuxta æſtimo. Verùm enimuero ij demum mihi uiuere, atque frui uita uidenẽ, qui alicui negocio intenti, p̃clari facinoris aut artis bonæ, famã quærunt, quique nõ ſibi, ſed communis utilitatis gratia, ſe natos eſſe putãt. Et qui porrò hoc præclarum diuini Platonis dictum à Cicerone tantopere celebratum, ad ſe quoque pertinere nõ dubitant. Nõ nobis nati ſimus, ſed ortus noſtri partem patria, partem parentes, partem amici uẽdicant. Quod intelligẽs doctiſſ. Amantius, orator & poeta eximius, in omni diſciplinarum genere liberaliter edoctus, non modò Germanis, ſed exteris quoque gentibus admirandus, pro ſua uirili, publicam utilitatem prudentiſſimis ſuis conſilijs, & cõmunia ſtudia æditis libris promouit. In iuris & facti accõmodatione, mirandum in modum tum à ueteribus Iurecõſ. tum à Paulo de Caſt. cõtra idiotas mercatores iudicio naturali iniquas ſententias proferentes, celebrata, excellentiſſimus fuit. Tanti igitur uiri laudes, eiuſque uitę ſeriem obiter ad maiorem huius Operis Regiæ T.C. dedicati, commendationem, hoc loco inſerere non

In Rubrica de iuſt. et iur. uerſicul. ex quar par: nota.

grauabor. Multis ac uarijs diſciplinis imbutus Amantius, ne ocio & ignauiæ multorum malorum parenti, occaſionem præberet, Oenoponti ac Hallæ nobiles pueros inſtituendi prouinciam ſuſcepit: quos magna diligentia & fide ſumma ita inſtituit, ut quàm plurimi uelut ex Iſocratis ſchola, in ſummos uiros euaſerint. Inter quos eſt nobilis ac magnificus uir dominus Georgius Sigiſmundus Seldius, Cęſareæ Maieſtatis Vicecancellarius digniſſimus, qui noſtra quidem tempeſtate pro ſua ætate & prudentia, uir incomparabilis eſſe uidetur. Quem non puduit ſcriptis ſæpe literis ad Amantium cum gratiarum actione, humiliter fateri, prima ſuorum ſtudiorum rudimenta à tam fideli præceptore eſſe percepta. Itemq; & alij uiri ampliſſimi, Regiæ Maieſtatis Senatores, Generoſi ac nobiles domini, dominus Ioannes Trautſam, Baro in Sprechenſtain, Inuictiſſimi Roma. Vngariæ & Bohemiæ Regis Ferdinandi, patris tui pientiſſimi Conſiliarius & Marſcalcus, Ioannes à VVochenſtain, Baro, clariſſimi ac nobiles uiri Sebaſtianus Zot, Chriſtofferus & Ioſephus Zoppelij fratres magnifici uiri Michaëlis Zoppelij, eiuſdem Ferdinandi Regis in adminiſtratione Oenipontana Conſiliarij, ac domini mei colendiſſimi. Prætereo nunc eos, qui in Electorum ac Principum aulis non poſtremum ordinem obtinent. Deinde artem oratoriam in celebri Ingolſtadienſi Academia, magna cum laude, & auditorum frequentia, publicè profeſſus eſt. Poſtea Illuſtriſſimi principis VVirtenbergenſis iuſſu Tubingam, deinde elapſis aliquot annis Gripſuualdium per Principes Pomeraniæ uocatus fuit: ubi magna autoritate & auditorum applauſu Iuriſprudentiam docuit. Iſtinc per Illuſtriſſimos Marggrauios, Principem Alberum & Georgium Fridericum, ac poſtremò per Illuſtriſſimum Principem ac Dominum, dominum Othonem Henricum, ſacri Romani Imperij Electorem &c. Dominum meum clementiſſimum, ad dignitatem Senatoriam accerſitus eſt, eaque clementia qua Principes uiros decet, tractatus. Quibus in locis licet conſulendis, & agendis cauſis ciuilibus occupatiſſimus fuerit, tamen nihil tantis negociorum undis impeditus, hunc librum communium locorum de uirtutibus & uitijs, ex uarijs & præcipuis tam Græcis quàm Latinis ſcriptoribus, annis plus quàm uiginti quatuor, ſumma fide ac diligentia ſucciſiuis horis cōcinnauit: adiutus interea inſigni ſua Bibliotheca, refertiſſima omni ſcriptorum genere, cuius precium mille quingentos florenos excedit. Atqui ipſum opus in præſentiarum commendare minimè neceſſe arbitror, tantum illud aſſerere auſim, hanc uirtutum & uitiorum collectionem, rectius locupletiſſimam Bibliothecam à quouis quàm librum, uocari poſſe. Cuius conſcribendi laborem, non ſolum doctiorum gratia, qui aut alijs negocijs impliciti, aut multos percurrendi libros ocium non habentes, ſed maximè tenuioris fortunæ ſtudioſorum cauſa, animo libenti, ſuſcepit. Cum non pauci feliciſſimis

mis ingenijs, adoleſcentes paſſim reperiuntur, qui paupertati preſſi magnam bibliothecam emere nequeunt, nec emptam ſecum ad loca diuerſa ſine moleſtia circumferre. Quibus hic liber ingentis theſauri loco erit: immò & ipſis præceptoribus ſi quid ſit docendum aut ſcribendum hinc uelut ex refertiſsimo penu haurire & depromere licebit. Nec mihi quis obijciat, hoc argumentum à multis & uarijs utriuſque linguis doctiſſimis tractatum eſſe. Nam quemadmodum inter cæteras diſciplinas nulla tam diligenter à quoquàm explicata eſt, ut non ſit etiam alijs eandem illuſtrandi locus relictus, ita & in locis communibus, quos quiſque pro ſuo arbitrio in immenſum extendere & locupletare ſolet: deinde quod aliorum inuentis aliquid adijcere omnibus ſeculis licitum fuit. Non tamen inficior hoc opus ordine philoſophico ſeu methodica ratione conſcribi potuiſſe, quod & autor in principio propoſuit: ſed poſtea mutato conſilio, alphabeti ſeriem obſeruare maluit, ut primo intuitu quærentibus ſeſe ſtatim omnia offerrent: & quod methodica locorum explicatio, cuiuis mediocriter in philoſophia uerſato, obuia ſit & perſpicua, pueris uerò ignota. Admoneo quoque hoc loco candidum lectorem permulta inſerta eſſe Græca ex optimis ſcriptoribus, in quibus uertendis autorem ſcrupuloſum non fuiſſe, ut rudioribus quidem adhuc, Græca cum Latinis conferendi ſtudium, relinqueret, doctioribus uerò permitteretur aut commodius uertendi, aut peritiores interpretes conſulendi, occaſio. Sufficiant itaque hæc de opere iam ædito & autoris conſilio, qui amicorum precibus compulſus, & communis rei literariæ iuuandæ & promouendæ ſtudio, haſce ſuas lucubrationes, in publicum prodire curauit. Sub Regiæ autem tuæ Celſitudinis nomine ampliſſimo, & patrocinio ſingulari, Rex Sereniſsime hos immenſos labores multis de cauſis apparere uolui, tum præcipuè, quod dictus Dominus Amantius prima ſuorum ſtudiorum rudimenta in comitatu Tyrollenſi iecerit: eoq; poſt ſuam adoleſcentiam reuertens, tam à patre tuo Ferdinando Germanorum Cæſare, quàm ab eiuſdem conſiliarijs & adminiſtratoribus, innumeris beneficijs ſit affectus. Cùm primis uerò quòd ipſe diligentia & uoluntate pientiſſimi patris tui, à teneris annis in omni diſciplinarum genere ſub pijſſimis ac doctiſſimis præceptoribus liberaliter inſtitutus, optimum de hoc libro iudicium ferre poſſis. Te enim quotidianæ occupationes, caſtrantia negocia, & artes bellicæ quibus principem inſtructum eſſe oportet, à literarum ſtudijs, non abduxerunt, quum intelligeres literas eſſe omnium uirtutum magiſtras: & Regiam Maieſtatem non armis ſolum & legibus (ut ad Diui Iuſtiniani uerba alludam) ſed bonis quoque literis armatam & decoratam eſſe opor-

ret. Neminem plura ſcire neceſſe eſt, quam principẽ, qui ſicuti plurimis præeſt, ita plurimos debet prudẽtia & eruditiõe antecellere. Demetrius Phalereus Ptolomeum Regẽ monebat, ut legendis libris ſedulò uacaret, Quæ enim amici non audent reges admonere, eorũ lectione librorũ admonẽtur; fortunates eſſe Reſpub. Socrates & Plato atteſtãt, quorũ principes ſapientiæ ſtudijs eſſent dediti. Prudentia cæterarũ uirtutẽ dux eſt; qua aurigante Imperij habenę cõſultiſſimè moderãtur; hac duce nihil temerè, nihil inſipienter agitur. Hec quia rerũ uſu & bonarũ literarũ ſtudio comparatur, Regiæ T. Cel. quemadmodũ alios ampliſſimi regni dignitate antecellis, ita etiam & prudentia & diſciplinarũ cognitione antecellere, placuit. Carolus quartus eius nominis Romanorũ Imperator, dum conſtitutiones de regum & impetatorũ creatione ederet, illud precipuum ſtatuit, ut qui ad Cæſaream dignitatem aſpirat, etiã uariarũ linguarũ peritiã teneat, preſertim Grece, Latinæ, Italice, Gallice, Liburnicæ, & Germanice. Tu has oẽs adeò calles, ut quacunque loquaris, tibi ſic domeſtica reddatur, quaſi eã inter teneros nutricũ amplexus imbiberis; Mithridates Rex Põti uel ex eo apud ueteres nõ parũ cõmẽdatur, quod ueriarum linguarũ gentiũ illarũ, quibus præerat, meminiſſet, & ſingulis ſine interprete reſpõderet. His accedit, quemadmodũ ſingulari eruditiõe & prudentia incredibili es præditus, ita quoque unicũ decus atque preſidiũ doctorum uirorũ hoc noſtro ſeculo exiſtis, qui ad te tanquam ad ſacram anchoram decurrũt. Et certè nihil melius (meo quidem iudicio) agere poſſunt optimi principes, quàm ſubleuare doctos, fouere eruditos, quorum ſcriptis immortales efficiuntur. Quis enĩ noſſet ampliſſimi Romani Imperij Ceſares, niſi Suetonius Trãquillus extitiſſet? quis Alexandrũ Macedonẽ fuiſſe ſciret, niſi Quint. Curtius & Plutarchus eius geſta ſcribendo, poſteris reliquiſſent? Quis Põpeum tribus fulgentẽ triũphis hac tẽpeſtate cognoſceret? niſi T. Liuius & M. Tul. cõmendatores & laudatores, fuiſſent. Deniq; Romanos, Grecos, Germanos, et externos nõne tenebræ occupaſſent, & ſitus obduxiſſet, niſi luculenti ſcriptores in literas retuliſſent. Benè igit facis Rex sereniſs. quòd literatos amas, qui eruditis ſuffragaris, qui tibi cumulatiſſimã gratiã referre, queunt, de te ſcribẽdo, & tua præclara facinora celebrantes, iuxta Ouidij ſententiam.

*Scindentur ueſtes, gemmæ frangentur & aurum*
*Carmina quam tribuent fama, perennis erit.*

*Quem referent Muſæ, uiuet dum robora tellus,*
*Dum cœlum ſtellas, dum uehet amnis aquas.*

Eſt porrò & hoc in tua Serenitate memorabile. cum Deus Opt. Max. pro immenſa ſua bonitate, te inter alia multa & uaria ornamenta, hac etiam ſingulari uirtute ornauit, ut iam tibi gubernationis in terris onere impoſito, nõ ſolùm bonarum artium in cõmuni uita neceſſariarũ ſtudia colas & promoueas, uerùm etiam publica Romana Iura in ciuili adminiſtratione ames, & magna ſedulitate tuearis. Et quod aliquando nõ dedignaris ciuilibus publiciſque actiõibus intereſſe, familiariter, acutè & prudenter cum Iuriſperitis inſtar Celſi adoleſcẽtis & acutiſſimi iurecõſulti,

de

de cauſſis ciuilibus colloquẽdo. Nihil in pręſentiarũ dico de auguſtiſsima T.C.familia,de domo Auſtrię inclyta & celebratiſſima,quę tot Regum & Imperatorũ mater exiſtens,ſępe Pannoniæ,ſępe Bohemię,quãdoq; Poloniæ Reges dedit. Cuius illuſtriſsimi Heroes,mihi occurrunt, Rudolphi,Alberti,Friderici,Sigiſmundi,Maximiliani,Carolus V.Imperator,Ferdinandus rex Romanorum.Quorum uirtutem,illuſtria geſta,celebreſq; uictorias,admirari magis quam recenſere æquũ eſt, & ueneratione potius,quam cõmendatione complecti.Tanta eſt enĩ illuſtriſſimæ tuæ originis amplitudo,ut nihil ei amplius, addi aut honoris aut ſplendoris oratione poſse,uideatur. Omitto quoq; totius corporis tui dignitatem & elegantiam,ualida mẽbra, uultus tui maieſtatem, regium ſupercilium,imperatoriũ oculorum uigorem.Omitto pręterea omnium Electorũ ac totius Germanię principũ & Ordinũ, erga regiã T.Cel.animum propẽſum & ſingularem fauorẽ.Quas animi & corporis in te dotes peculiares & admirabiles quoties intueor,tacituſq; mecũ expendo, non dubito,quin ſis diuina prouidentia ad totius Chriſtiani orbis imperium natus & educatus.Cæterum ut paucis concludam, in te abundant bonitatis ac uirtutis exempla,quæ ſequi cupit uentura poſteritas: apparent in te paternæ uirtutis expreſſa ueſtigia, paternæ probitatis in te refulget imago:ita penitus paternas uirtutes effingis ac repręſentas,ut patris in filio æquitas ſenilis in iuuene prudentia conſpiciantur.Perge igitur Rex Illuſtriſſ.quo cœpiſti,nitere ſemper ad optima:eſto tibi ipſi exẽplar,teipſum imitare,ita tuos ſubditos,ex malis bonos, ex bonis optimos efficies.Nam uita principũ cenſura eſt,& qualis princeps,tales ſubditi eſſe ſolent,qui ad illius exemplum componuntur.Ita apud mortales immortalem tibi famam comparabis,ita nobiliſſimam ac antiquiſſimam Auſtriacæ domus familiã,æterna memoria illuſtrabis. Et ne in immenſum [illegible] oratio,precor omnipotentiſsimum rerum omnium conditorem,[illegible] numen ineffabile, ut Regiam T. Celſ.irreprehenſibilẽ diutiſſimè foueat & tueat:ut tibi annos Neſtoreos concedat, & publicæ tuę gubernationis fœlicem ſucceſſum,ampliſsimiq; regni tui ſalutem & incrementum benignè largiri,atq; poſt hanc uitam in cœlo inter beatorũ domicilia locum deſtinare dignetur, ubi beatiſsimus æuo ſempiterno perfruaris.Precor etiam ut hunc Amantij librum tuæ Serenitati conſecratum clementer accipias,ac ſucceſſiuis temporibus perlegas, meq; tibi commendatiſſimum habeas,atq; hãc orationem, quæ clariſsimum tuum nomen in titulo geſtat, perpetuum pignus & monumentum meæ erga R.T.C.fidei obſeruantiæq; eſse uelis. Vale & me in tuam clientelam adſcribito.Laugingæ Sueuorum ex ędibus noſtris.Auguſti 16.anno à nato Chriſto noſtro ſeruatore. 1556.

# EPIGRAMMA CLARISSIMI AC DOCTISSIMI VIRI IACOBI MICYLLI, GRÆCArum ac Latinarum literarum in Academia Heidelbergenſi publici profeſſoris, in florilegium Bart. Amantij Iureconſulti & uatis Cæſarei, amici ſui uetuſtiſſimi ac longè chariſſimi.

*[redacted]*
*Lilia, & in teneris ſemina prima roſis,*
*Qualia cum Cereris proles Acheloia nata*
*Trinacriæ in campis legit odoriferis,*
*Tunc cum nigrantes egit per prata iugales,*
*Tertia qui mundi cum Ioue ſceptra tenet.*
*Quæ ſubito quouis uento rapiuntur, & imbri,*
*Inq; ortu pereunt protinus ipſa ſuo.*
*At tu perpetua flores qui fronde comantes*
*Quæris, & ingenui ſemina uera boni:*
*Hos hortos adeas, atq; hæc uiridaria Amanti,*
*Quæ triplici uernant flore, colore, coma:*
*Inuenies aliquid, quod te didiciſſe iuuabit,*
*Seu Latium, ſeu te Dorica caſtra tenent.*

## IN FLORILEGIVM DOCTISSIMI IVRISconſulti Doctoris Bartholomæi Amantij, Epigramma Ioannis Stigelij.

*Notus in Aonijs & clarus Amantius hortis,*
*Omne animo doctus Ius meditante tenens:*
*Dum legit æterno uiuos è gramine flores,*
*Gloria quò pulchro rura labore colit,*
*Abdita ſcrutanti monſtrat ueſtigia Pallas,*
*Et comite arridet caſta lepore Venus:*
*Ambroſiam Muſæ, panacenq; & Molyos herbam,*
*Miteq; Nepenthes accumulare ſtudent.*
*Theſauro aſpirant Charites, quas mutua iungit*
*Gratia, perpetuus quas comitatur amor:*
*Ipſe animam donans Genius, uitamq; perennem*
*In multa æternum ſæcula mittit opus.*
*Qui legis è medio flores Helycone uirentes*
*Hoc iuuet exemplo te bona uera ſequi.*

ΜΝΗΡΟ-

MNHMOSYNON DEDITI AMORIS ET FIDEI AVGVSTINI PHILETI ARCHIgammatæi Ferrarienſium ducis, erga rariſſimæ eruditionis uirum Dominum Bartholomæum Amantium I. V. Dorem, ſuum amicum lòngè chariſſimum.

*Ingenioſe nouem cultor fautorq́; ſororum,*
*Doctor ab æthereo nomen amore trahens!*
*Dogma quidem paruum eſt, ut ameris, amabilis eſto;*
*Attamen eſt ingens perdidiciſſe labor.*
*Conuenit id doctis tibi nunc è millibus uni,*
*Vt tibi cunctorum ſit genuinus amor.*
*In te quicquid enim toto uiuitq́; uigetq́;,*
*Nil niſi uirtute eſt diuite iunctus amor.*
*Si uideas nomen, dulce eſt tibi nomen Amanti,*
*Suauius humano quid queat eſſe gregi?*
*Quippe Theocriticis uenit hoc tibi nomen ab alis,*
*Caſtus ubi ætherea ſede cupido uolat,*
*Et canit egregium Cygnæo gutture carmen,*
*Ingenuiq́; uocat res ad amoris opus.*
*Rex ego ſum caſtus, terræq́; poliq́; Cupido,*
*Paruulus haud Veneris perditus ille puer,*
*Sed bene ſanus amor, ſeruans moderamine mundum,*
*Iuraq́; terrenis cœlitibusq́; ferens.*
*Spectentur mores, pietas tibi uenit olympo:*
*Quæ facit ut cunctis ſit tua larga manus.*
*Ingenium, atq́; artes cernas: eſt, dixeris, illi*
*In ſtudioſorum commoda natus amor.*
*His ob uirtutes quum laude ueharis ab omni,*
*Quod par ſit rebus nomen ubiq́; tuis?*
*Quis te tam meritò rariſſime Doctor amabit*
*Atq́; ego, cui pietas tam tua prompta manet?*
*Sum memor ergo tui ſemper uicturus amoris,*
*Et pater & uitæ ſedula cura meæ:*

EPI.

# EPITAPHIVM BARTHOLOMÆI AMANTII LANDSBERGENSIS, BAVARI, Iuris utriusq; Doctoris, ac uatis Cæſarei: quod ipſe uiuens ſibi compoſuit.

*Mens uocat, ad metasq; dati peruenimus æui,*
*Dein nihil optarim uiuere poſſe diu.*
*Me Deus à uobis procul euocat, ilicet actis*
*Rebus abibo libens, hoſpita terra uale.*
*Plene laboriferi tu munde ualeto doloris,*
*Poſt me uenturis parce age, parce pijs.*
*Nunc geminas oſtendo manus, me ſuſcipe chriſte:*
*Vt puro occurram lumine, pelle chaos.*
*Corporis exuuium, uitæ uſuramq; reſolui:*
*Corpus edant uermes, ſpiritus aſtra petat.*

## SYMBOLVM AMANTII.

*Spes hominum iuſtas diuina potentia nunquam*
*Deſerit, & ſemper ſuperi pia fata ſecundant.*

ALITER.

*Audit enim, uotisq; fauet pius ille rogantis,*
*Nec ſinit auditas non ualuiſſe preces.*

NOMI-

# NOMINA AVTORVM VTRIVSQVE LINGVÆ PERITORVM, ET

uirorum illuſtrium, quæ in hoc opere citantur, & nominantur.

## A.

*Auguſtinus*
*Ariſtoteles*
*Ambroſius*
*Aulus Gellius*
*Apollonius*
*Ariſtippus*
*Aelianus*
*Athenæus*
*Andromachus Carrenus*
*Anazilas*
*Antiſthenes*
*Apollophones*
*Auguſtus Cæſar*
*Alexander Magnus*
*Ariſtobulus adulator*
*Antipater*
*Aemilius Paulus*
*Alexis*
*Amantius*
*Antigonus Rex*
*Ariſtides Iuſtus*
*Auſonius*
*Angelus Raijs Iuriſcõ.*
*Ariſtonymus*
*Apollonius Thianeus*
*Albius Tullius*
*Archidamus*
*Antonius pius*
*Alexander Neopolit.*
*Appello*
*Ariſto*
*Ageſipolis*
*Auicenna*
*Apuleius*
*Antiphanes*
*Apollodorus*
*Anaxandrides*
*Alexis*
*Alanus*
*Auguſtus*
*Anacharſis*
*Agatho*
*Anaximenes*
*Agis*
*Apelles*
*Apuleius*
*Ariſtonymus*
*Antiphanes*
*Andræas Alciatus*
*Auſonius*
*Ariſtobulus*
*Amphis*
*Antiphon*
*Archilochus*
*Aſtydamas*
*Aeſchilus*
*Aſclepiades*
*Agatho Samius*
*Antiphanes*
*Ariſtophanes*
*Amphis*
*Aldus Manutius Rom.*
*Agathen*
*Archytas*
*Antyllus*
*Athemodorus*
*Ampis*
*Antiphanes*

## B.

*Beroaldus*
*Baſilius Magnus*
*Boetius*
*Bap. Mantuanus*
*Beda*
*Bion*
*Baldus poeta*
*Bias*
*Bocatius*
*Borbonius*
*Blondus*
*Bryſo*
*Bentinus.*

## C

*Chryſoſtomus*
*Cæſareus*
*Clearchus Solennis*
*Cliſophus Philippi Macedonis paraſitus*
*Cariſophus Dioniſij paraſitus*
*Cœlius orator*
*Critias*
*Cenſonius*
*Cyprianus*
*Clemens*
*Caſsiodorus*
*C. Cornelius*
*Cneus Pompeius*
*Carneroles*
*Calenus*
*Cleobulus*
*Cleanthes*
*Claudianus*

*Celius Spartanus*
*Coriſcus*
*Chilo Lacedæmonius*
*Cadmus Mileſius*
*Cheremon*
*Cherundas Catanæus*
*Callimachus*
*Clitarchus hiſtoriograph.*
*Criſpinus*
*Chryſermus Corinthius*
*Caliſthenes Sybariſta*
*Clitophon Rhodius*
*Celtes poeta*
*Crito*
*Cleænetus poeta*

D.

*Demoſthenes*
*Democritus*
*Demetrius Chidoneus*
*Diogenes*
*Dionyſius*
*Dionyſius Areopagita*
*Darius*
*Diphilus*
*Dion*
*Dionyſius Tyrannus*
*Domitianus*
*Dioniſius Halicarnaß.*
*Dioſcorides*
*Diodorus Siculus*
*Demetrius Phalerius*
*Diocles*
*Danippus.*

E.

*Epicurus*
*Eſdras*
*Eccleſiaſt.*
*Ezechiel*
*Eſaias*
*Euſebius*
*Epaminundas*
*Euripides*
*Effrem*
*Ennius poeta*
*Eupolis comicus Athe.*
*Euphorius poeta*
*Eretrienſis*
*Epicharmus ſiculus poeta*
*Eſchylus*
*Eobanus*
*Epictetus philoſophus*
*Ecphantes*
*Eraſiſtratus*
*Epicharmus*
*Ecdorus*
*Eraſmus*
*Euphon*

F.

*Franciſcus Petrarcha*
*Fulgentius Epiſ. Ruff.*
*Fulgoſus*
*Frauſtus Andrelinus*
*Flauius*
*Franciſtus Buſalus*
*Florus*

G.

*Gregorius*
*Galenus*
*Gulielmus Lilius*
*Gellius*
*Grinæus*
*Gaius*
*Gregorius Valla*

H.

*Hierax*
*Hieronymus*
*Horatius*
*Hermolaus Barbarus*
*Hercules*
*Heſiodus*
*Hyppocrates*
*Hugo*
*Hylas*
*Hippias*
*Herodotus*
*Hyperides*
*Hegeſia*
*Hyſiphile*
*Hermogenianus*
*Heſſus poeta.*

I.

*Iohannes*
*Iohannes Caßianus*
*Iſidorus*
*Iuuenalis*
*Iacobus minor*
*Iſiodorus*
*Iob*
*Iulianus comes*
*Iacobus Micyllus*
*Iacobus Philomuſus poeta*
*Iulius Celſus*
*Iphicrates*
*Iulianus*
*Iohannes Campanus*
*Iouianus Pontanus*

L.

*Lucas*
*Leo Papa*
*Laertius Diogenes*
*Licurnus*
*Lucianus*
*Lucanus*
*Longius poeta*
*Lorichius poeta*

Lucretius
Lactantius
Ludouicus Viues
Liuius
Lucius Cotta
Leonides
Lyſias orator

M.

Marcus
Macrobius
M. T. Cicero
Menander græcus
Moſchus
Mithridates rex Ponti
Marcellinus
Maro
Martianus
Macedonius
Marullus poeta
Marſilius Patauinus
Marſilius Ficinus
Medea
Manilius
Maphæus Phegius
Martialis
Muſonius
Moſchion
Mimermus
Metrodorus

N.

Nicolaus
Niceſias
Nepotianus
Nireus
Namertes
Nicolaus Valla
Nilus
Νικοφρονος
Nicoſtratus poeta
Nicias lapidibus

O.

Oſee
Ouidius
Origenes
Orpheus
Onomademus Chius
Oroſius

P.

Plato
Philippus Beroaldus
Prouerbi.
Paulus
Petrus
Pithagoras
Pallas
Poggius
Porus rex Iudeorum
Pericles Athenienſis
Pontanus
Polypius
Philippus
Plutarchus
Polypus
Phocion
Politianus
Patroclus
Pictorius poeta
Petrarcha
Plotinus
Pitheri
Pindarus
Propertius
Philetas
Periander
Pictorius
Pam. Saxus
Papyrius dictator
Philelphus
Polymeſtor
Plutos diuitiarum deus
Pitacus
Philo
Pelopidas
Pallades
Phileas
Polienus
Phocylides
Philoſtratus
Philomenes
Piſiſtratus
P. Rullus
Philemon
Petrus Sabinus
Perionius
Polycrates
Pacuuius
Plancus Numatius
Philetas
Poßidonius
Pithagoras Samius
Poggius
φιλημονος
Papinianus
Phauorinus
Philemon
Piſander Camireus uates
Picus Mirandula
Prudentius poeta
Plinius

Q.

Quintus Curtius

R.

Rogatianus ſenator
Rheginus
Ruſus

S.

Seneca

*Socrates*
*Stobæus*
*Sophocles*
*Simon*
*Suetonius*
*Seruius Tullus*
*Stephanus Niger*
*Sabellicus*
*Statius*
*Sthenius*
*Solon*
*Suidas*
*Simon Magnus*
*Sophocles*
*Symonides poeta*
*Scylla*
*Seneca*
*Silius*
*Solinus*
*Spherus*
*Strabo*
*Soſiphanes*
*Sotion*
*Steſichorus*
*Soſtrotus*
*Sopater*

T.

*Trapezuntius*
*Terentius*
*Telemachus Camenſis*
*Theophraſtus*
*Tobias*
*Tehophilus*
*Thucydides*
*Thomas Morus*
*Timon*
*Theopompus rex*
*Theognes*
*Thearidas*
*Tiberius Cæſar*
*Theocrines Tragicus*
*Timocles*
*Theocritus*
*Theognides*
*Tibullus*
*Theobulus*
*Thales Mileſius*
*Timagorus*
*Themiſtius*

V.

*Valerius*
*Virgilius*
*Viriatus princeps*
*Varro*
*Vlyſſes*
*Volateranus*
*Vopiſcus*
*V. Huttenus*
*Vrſinus Velius*
*Vlpianus*
*Vincentius Obſopæus*

X.

*Xenophon*
*Xenocrates*

Z.

*Zeno*
*Zeno ſtoicus*
*Zeno Citticus*
*Zoilus.*

IN.

# INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM EORVM, QVAE IN HOC OPERE
*continentur, ſecundum Alphabeti ſeriem digeſtus.*


ABSTINENTIA.

*Abſtinentiæ definitio* fol. 1
*Abſtinentiæ ſpecies* 1
*Abſtinentia Græcis* εὐλάβεια 1
*Abſtinentiæ Etymon* 1
*Abſtinentiæ exempla* 3
*Abſtinentia uiuificat moderata, & occidit ſuperflua, uiuificat animam, corpus necat.* 7
*Abſtemij* 11
*Abſtinentia, & eius exempla* 12

ADVLATIO.

*Adulationis definitio* 13
*Adulatio dicta* παρὰ τὸ δουλεύειν 13
*Aſſentationis definitio* 13
*Adulatio principi in primis fugienda* 13
*Adulatores ſiue aſſentatores & paraſiti differunt* 13
*Adulatores græci uocant euolimos* 13
*Aſſentatores & paraſiti nobiles* 13
*Adulatoris proprium ex Eunucho Terentij* 13
*Adulatores quibus ſimiles* 14
*Adulatio quantum malum* 14
*Adulatorum guttur dicitur ſepulchrum patens* 14
*Adulatores Dionyſij ea quæ expuebat melle eſſe dulciora aſſeuerabant* 15
*Adulatorem aliquando parancboniſten, aliquando Schematoticen uocant, et pſomocalax etiam legitur fol.* 15
*Adulator græce dicitur* δοῦλος 15
*Adulatores amant principum aulas* 15
*Adulatio repulſa ab Auguſt. Cæſar: item ab Alexandro Magno* 15
*Abire ad coruos quid.* 16
*Adulatorum comparatio* 16
*Adulatoris dictum facetè* 16
*Aſſentatio quàm ſimilis eſt amititiæ* 16

ADVERSITAS, *& eius partes ſunt ſpecies* 9. 16
*Aduerſitatis definitio* 16
*Aduerſitas facit ut nos ipſos agnoſcamus: deinde fert auxilium uitæ* 17
*Aduerſitatis ope efficitur, ut ſenſus obediat rationi* 17
*Aduerſitas quid* 17
*Affectiones ſeu perturbationes quæ.* 17
*Aduerſa corporis, remedia ſunt animæ* 18
*Aegritudo carnem uulnerat, mentem curat* 18

AETAS 20

*Aetates quatuor, ex Ouid.*
*Aurea prima ætas* 20
*Argentea ætas ſecunda* 20
*Ahenea ætas tertia* 20
*Aetas ultima ferrea* 20
*Aetas fugit* 20
*Aetas ſemper fluit* 21
*Aetatum diuiſio, ſecundum Varronem & Galenum, atq; Hyppocratem* 21
*Aetas prima annos 15 habet, & hanc pueri habent* 21
*Aetas ſecunda ad 30 porrecta, adoleſcentes* 21
*Aetas tertia annos 45. & iuuenes hanc habentes appellantur* 21
*Aetatis fabulam peragere* 21
*Aetatis ſeptem conſtituit gradus Hyppocrates* 21
*Aetates quatuor conſtituit Galenus* 21
*Aetas florida, rigens, integra* 21
*Aetas integra* 21
*Aetas in aſcenſu eſt* 21
*Aetas indecrepita eſt* 22
*Aetas incipiens ab extremo procul eſt* 22
*Aetas prima in mortem incidit ſæpius.* 22
*Aetas eſt ſtabilis, uirenſq;* 22
*Aetate prudentiores reddimur* 22

AMOR ET DILECTIO DEI, *& ſimul exempla ex ſacris literis deſumpta* 23
*Amoris Dei definitio* 23
*Amor & charitas differunt* 23
*Amoris & dilectionis dei ex ſacra ſcriptura ſententiæ folio* 23 & 24
*Amoris dei exempla* 25
*Amicitias qui petit Ieſu, multorum ſibi ſciat inimicitias eſſe tolerandas* 25
*Amor dei & mundi differunt* 27

AMOR ET DILECTIO PROXIMI *folio* 28
*Amoris & dilectionis proximi, ſententiæ ex literis ſacris* 28 & 29

AMOR PVDICVS 32
*Amoris definitio* 32
*Amoris contrarium* 32
*Amoris exempla* 32
*Anima potius ubi amat, quàm ubi animat* 32
*Amor tantum inter pares* 32
*Amoris ſimilia* 32
*Amor ex aſpectu naſcitur* 32
*Amor ex uidendo naſcitur mortalibus* 32
*Amor naturaliter creaturis ineſt* 33
*Amor docet muſicam, quis ſenſus* 33
*Amor nihil inexpertum ſinit* 33
*Amor duplex* 33
*Amor græcè dicitur* ἔρως 33
*Amoris exemplum* 33
*Amoris ſimile* 34
*Amor ſanctas leges ſtruat* 34

Amor laboris nullius ſenſum habet 34
Amor mutuus ibid.
Amori nulla lex eſt ibid.
Amor principium rerum humanarum ibid.
Amor triplex ſecundum Platonem 35
Amor diuinus quid ibid.
Amor ferinus quid ibid.
Amor humanus quid ibid.
Amoris pudici exemplum ibid.
Amoris patriæ, & placabilitatis præclara exempla 35
Amor bonorum maximorum cauſa 36
AMOR IMPVDICVS ibid.
Amoris definitio ibi.
Amoris inconſtantia ibid.
Amor impudicus dulce uenenum ibid.
Amor & uoluntas actionum principia 37
Anima citra amorem extincta 37
AMENTIA ET tres eius ſpecies 38
Amentia græce ἄνοια dicitur 38
Amentia unde dicta ibid.
Amentia dicitur etiam dementia ibid.
Amens & demens differunt ibid.
Animi inſipientium in morbo ſunt ibid.
Amentes qui dicantur ibid.
Amentia uel ſtultitia pars ægrimoniæ, mater & materies omnium malorum 40
AMICITIA ET eius contrarium inimicitia 42
Amicitiæ definitio ibid.
Amicitiæ genera plurima ſunt ibid.
Amicitia non eadem cum beneuolentia ibid.
Amicitia inter nullos eſſe poteſt niſi qui antea beneuolentia coniuncti ſunt ibid.
Amicitiæ fons & origo eſt conſuetudo ibid.
Amici ueri ibid.
Amici non ſunt, niſi qui re ipſa probant ibid.
Amicitia cæci cum claudo 43
Amicus certus ille, qui rebus aduerſis iuuat ibid.
Amicus firmus 44
Amicitiæ partes quatuor ibid.
Amicitiæ exempla ibid.
Amicis blandis non fidendum ibid.
Amicus certus in re incerta cognoſcitur ibid.
Amicitiæ exemplum 45
Amici falſi exemplum ibid.
Amicitiæ tria genera, autore Plutarcho ibid.
Amicorum priſcorum quinque paria ibid.
Amicorum exempla ibid.
Amici præclarum exemplum 46
Amici in rebus periculoſis probandi ibid.
Amicitias immortales eſſe oportet, inimicitias uero mortales ibid.
Amicitiæ uitreæ noſtro ſeculo ibid.
Amicos dijudicat tempus ibid.
Amicitia firma ibid.
Amicitiæ ueræ perpetua memoria ibid.
Amicitiæ ueræ ſententia ex ſacra ſcriptura 47
Amicum tuum diligas ſicut teipſum 47
Amico fideli nulla eſt comparatio ibid.
Amicitias diſſoluunt conuitia ibid.
Amici falſi ibid.
Amicorum falſorum elegans ſimile ibid.
Amicus fictus 48
Amici fortunæ 48
Amici ficti exempla, ex Ouidij triſtibus ibid.
Amicum deſerere turpe eſt ibid.
Amici falſi 49
Amicus ut oleum plantis 49
Amicitiæ elegans commendatio. ibi.
Amicum peccantem non admonere turpe eſt. ibi.
Amicitiæ & inimicitiæ ſunt inter bruta. ibi.
AVARITIA, græcis φιλαργυρία eſt 52
Auaritiæ definitio ibi.
Auaritia unde dicta ibidem
Auaritia inſanabilis morbus ibi.
Auari plures quàm largi ibi.
Auari nec ſibi nec alijs proſunt ibi.
Auaritiæ exempla. 53
Auarorum uariæ ſpecies ibi.
Auarorum plurima genera. 54
Auaritiæ deterrimum genus. ibi.
Auaritia omnium uitiorum fomes ac mater 54
Auariſſimus fuit Hannibal 54
Auaritiæ pulcherrima deſcriptio 55
Auaritiæ comes, miſeria 56
Auari omnes miſeri 56
Auaritia calcar ad omne ſcelus ibid.
Auarus nec amat nec amatur ibid.
Auarus hydropico comparatur ibid.
Auaros miſeros eſſe oſtenditur exemplo ibid.
Auarus Tiberius Cæſar ibid.
Auariſſimus Commodus imperator 57
Auaritia maxima Galbæ proconſulis hiſpaniarum fol. 57
Auaritia Veſpaſiani imperatoris ibid.
Auaritiæ exempla recentiora 58
Auaritia Conſtantis tertij imperatoris 58
Auaritiæ exemplum de exercitu Balduini ſecundi Hieroſolymarum regis 58
Auaritia Rhodolphi imperatoris 59
Auaritia Petri primi Caſtulonenſis regis 59
Auaritia belua deſcribitur ibid.
Auaritia deluſa 59
Auaritia non pecuniæ tantum ibi.
Auaritia Veſpaſianum excæcauit, ut ſuos officiarios haberet pro ſpongijs ibid.
Auaritiæ inſignis exempla Veſpaſiani 60
Auarus alijs quærit, non ſibi 60
Auarus omnium iniquiſſimus 60

Auaritiæ

Auaritia beſtia. 60
Auaritia, tenacitas, rapacitas. ibid.
Auarus nihil rectè facit niſi cum moritur. ibid.
Auaritiæ improbatio. 62
Auaritiæ ſugillatio. 63
Auaritia nihil ieiunius. 64
Auaritia lites parit, & partas alit. ibid.
Auaritia triſtis eſt. ibid.
Auaritia ſemper ſe famelicam & egenam ſentit. ibid.
Auarus ſemper eget. ibid.
Auaro tã deeſt quod habet, quàm quod nõ habet. ibid.
Auaritia inſatiabilis. ibid.
Auaritia nulla re fruitur, niſi curis auariſſimis. ibid.
Auaritiæ deſcriptio. 65
Auaritia quærendi labor. ibid.
Auaritiæ proprium eſt quod ſit inſatiabilis. ibid.
Auaritia peſtis. ibid.
Auaritia & luxuria magna imperia euerterunt. ibid.
Auaritia humana. ibid.
Auaritiæ artes tantum coluntur. 66
Auaritia nullum tetrius uitium. ibid.
Auaritia in ſene turpiſſima. ibid.
Auaritiæ definitio. ibid.
Auaritia omnia uiolare ſolet. ibid.
Auaritiæ deſcriptio. ibid.
Auaritiæ tres ſpecies, & earum definitiones. ibid.
Animi anguſtia quid. ibid.
Auaritiam comitatur habere ſermonem de rebus exiguis, anxietas, puſillanimitas, abiectio, immodeſtia, ulitas, humanum odium. ibid.
Auaritia & luxuries homines ad omne maleficium impellunt. ibid.
Auarus culpat auarum. ibid.
Auaritiæ deteſtatio. ibid.
Auaritia & luxuria omnium malorum cauſæ. ibid.
Auaritia & inopia ad turpe compendium commouent homines. 67
Auaro omnia deſunt. ibid.
Auaritiæ definitio. ibid.
Auaritiæ nihil eſt ſatis. ibid.
Auaritiæ pulchram ſimile. ibid.
Auarus animus nullo ſatiatur lucro. ibid.
Auaritia non ineſt hominibus naturaliter. ibid.
Auarus in omnes malus, in ſe peſſimus. ibid.
Auaritia humani generis peſtis. 67
Auaritia eſt maxima egeſtas. 68
Auaritiæ definitio. ibid.
Auaritia et imperij libido materies omniũ malorũ. 68
Auaritiæ contradicta græcorum. ibid.
Auaritia & ambitio duo malorum principia. 69
Auaritiæ exempla. ibid.
AVRVM, eius ſpecies ſeu partes tres. 70
Aurum unde dictum. ibid.
Aurum græcis dicitur χρυσός. ibid.
Aurum ex intimis terræ uiſceribus eruitur magno cũ malo hominum. 70
Auro contradicitur à Plinio. ibid.
Auro omnia obediunt. ibid.
Aurum deſtruit urbes. ibid
Aurum omnia ſacra peruertit. ibid.
Auarus animam ſuam habet uenalem. ibid.
Auro uirtutes pretioſiores. 71
Auro omnia uenalia. ibid.
Aurum uitæ deſtructor. 71
Auro accumulando, & alijs inaniſſimis rebus conquirendis pleriq; operam nauant. 71
Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis ſubijcitur. 85
Abydeni dicti ſunt. 86
Agricultura quid. 87
Amicitiæ nimiæ fugiendæ. 92
Ars eget magiſtro. 111
Ars & uſus differunt. 112
Auaritiæ improbatio. 113
Aloadæ qui dicantur. 113
Auaritia totius uitioſitatis metropolis. 113
Amicitia potatorum uitrea. 121
Aſſiduitas. 142
Animi magnitudo. 158
Ab annalibus hiſtoria differt. 182
Annalium & hiſtoriæ uocabulum quid. 182
Accuſator apud oratores uocatur. 221
Aurea ætas. 224
Animæ uariæ definitiones. 268
Amoris uires atq; actiones quæ ſint. 207
Animas tres in homine dicit eſſe Plato. 270
Animæ rationalis definitio. 271
Arrogans & diſſimulator differunt. 271
Acidia. 312
Acidiæ definitio. 312
Acidiæ deſcriptio ex B. Mantuano. 314
Adoleſcentiam bonis moribus ac rebus erudiendam eſſe ex ſcripturis ſacris probatur. 325
Adoleſcentis officium. 326
Admonitionum duo ſunt genera. 368
Auaritia & prodigalitas exuperantiæ ſunt ac defectus, uerſanturq; ambæ in duobus, largiendis accipiendiſq; pecunijs. 371
Artis definitio. 379
Aſtutiæ definitio. 382
Agamemnon quare populorum paſtor dictus. 388
Auxiliorum quatuor genera ſunt. 405
Auari ſunt tutores & cuſtodes, non domini pecuniarũ, & uita illorũ ſimilis eſt conuiuio funerali. 438
Aetate fruendum. 440
Animus metu cupiditateuè preſſus ſuis bonis haud frui ualet. 441

B.

Beneuolentia non eadem cum amicitia. 42

BELLVM & eius ſpecies quatuor. 72
Belli cauſæ quæ ſint. 72
Belli ciuilis deteſtatio. 72
Belli dubius euentus. 72
Bellica inclementia. 72
Bellum ſuſcipiendum, ut pax haberi poßit. 73
Bellum ab inferis immittitur. 73
Bellum dicitur. 73
Bellum dulce inexpertis. 73
Bellum à belua dictum. 73
Bellum honeſtum turpi paci præferendum. 73
Belli deſcriptio. 74
Belli effectus. 74
Belli decora. 74
Bellum multa mala ac in commoda ſequuntur. 75
Bellorum tituli, militiæ, & ducatus. 75
Bellum plures pauperes facit quam diuites. 75
Bellorum ac militantium uaria genera. 75
Bellum pacis excidium. 76
Bellum nullam fidem, nullam pietatem habet. 76
Bellum non caret proditoribus. 76
Bellum mutorum capitum belua. 76
Bellum ueteres optabant, ut uirtutes uigoremq; animi in eo oſtentarent. 77
Bellum non omne iuſtum. ibid.
Bellum ſuſcipitur ut pace fruamur. ibid.
Bellum gerere cum familiari turpe. ibid.
Bellum non facilè ſuſcipiendum. ibid.
Bellũ nullũ tã felix quo nõ potior ſit iniqua pax. ibid.
Belli uarij caſus. ibid.
Belli initia penes principes ſunt, exitus penes fortunam. ibid.
Belli cæpti multos pænituit. ibid.
BENEFICENTIA et eius contrariũ maleuolẽtia. 78
Beneficentiæ definitio. ibid.
Beneficentia græcis dicitur εὐεργεσία. ibid.
Beneficentia hominis natura commodißima. ibid.
Beneficus non eſt qui alteri nocet. ibid.
Beneficus quæ conſiderare debeat. ibid.
Beneficia benè iacebunt apud ingratos. ibid.
Bonos beneficio affice. ibid.
Beneficium quomodo dandum. 79
Beneficium non eſt res data, ſed uoluntas dantis. ibid.
Beneficiũ ingratũ quod diu hæſit inter manꝰ dantis 79
Beneficium nullum dandum negligenti. ibid.
Beneficiũ ab homine duro aſperè datũ panis lapidoſus dicitur. ibid.
Benefaciendum amicis. 80
Beneficia ſæpe inimicos faciunt. ibid.
Benefacere ne pigeat. ibid.
Benefaciendo mulierculæ citius fatigantur quàm malefaciendo. ibid.
Beneficia non exprobranda. 81
BONITAS & eius ſpecies tres. ibid.
Bonitatis definitio. ibid.
Bonitatis cõtrariũ malitia græcè, δόλος dicitur. 81
Bonitas parens amoris. 81
Bonus uir quid facere debeat. 82
Beneuolentia optimum præſidium ciuitatis. 98
Benefactorum memoria. 175
Beneficio nihil citius ſeneſcit. 180
Beneficium accipere, libertatem uendere eſt. 180
Beneficium meritum. 180
Beneficium non mutat naturam. 196
Bellum omne facile ſumitur ægerrimè deſinit. 340
C.
Continentiæ definitio. 2
Continentiæ officium. ibid.
Continentiæ græcis uocatur ἐγκράτεια. ibid.
Continentia & temperantia differunt. ibid.
Continentiæ deſcriptio. 10
Carmen in nocte quid. 17
Charitas & amor differunt. 23
Charitas finis præcepti. 30
Charitas uincit omnia & ſine ea reliqua nihil ualẽt. 30
Charitas quæ deſeri poteſt nunquàm uera fuit. ibid.
Charitatis duo ſunt præcepta. ibid.
Cupiditatis ſitis nunquàm expletur. 68
CALVMNIA græcis dicitur διαβολή. 83
Calumniæ definitio. ibid.
Calumnia tribus conſtat. ibid.
Calumnia nihil grauius. ibid.
Calumnia grauißima res. 84
Calumnia omnium rerum nocentißima. ibid.
Calumniæ deſcriptio. ibid.
Calumnia res grauißima in qua duo. ibid.
Calumniari & præuaricari differunt. 85
Calumniæ pictura. ibid.
Calumnia accipitur aliquando pro rete. 86
Calumniæ non eſt remedium. ibid.
Calumnia argiua. ibid.
Calumniοſtor patacione. ibid.
Calumniam fruſtra Herculi ſtruxeris. ibid.
CIVITAS, ſocietas ciuilis, ciues. 87
Ciuitatis definitio. ibid.
Ciuitatis origo. ibid.
Ciuitatis inſtitutio. ibid.
Ciuitas comparatio. ibid.
Ciuitas uocatur. ibid.
Ciuitatis partes ſex ſunt. ibid.
Ciuitas non eſt ubi mali mores increbreſcunt. ibid.
Ciuis boni officium. ibid.
Ciues boni. 88
Ciuium bonorum officia. ibid.
Ciuitatis felicitas. ibid.
Ciuium officium erga magiſtratus. ibid.
Ciuitas felix quæ ſit. ibid.
Ciuium obtemperare eſt, regum uerò promulgare. 88

Ciuium officium erga reges. 88
Ciues ueri qui. 88
Ciuitatis anima quæ. 89
Ciuium tria genera. 90
Clemētia & eius ſpecies, manſuetudo, & humanitas 91
Clementiæ definitio. 91
Clementia eſt pars temperantiæ. 91
Clementiæ contrarium eſt crudelitas. 91
Clemens & manſuetus quis. 91
Clemens qualis eſſe debeat. 91
Clemens ulciſci non cupit. 91
Clementiæ contrariatur etiam lentitudo. 91
Clementia & manſuetudo conueniunt cum temperantia. 91
Clementia græcis dicitur ἀνεξικακία. 91
Clementia decet principem. 92
Clementia & fœlicitate nihil melius homini. 92
Clementiæ multa iudicia. 92
Clementia meliores ſucceſſus habet, quàm feritas, ac crudelitas. 93
Clementia dos prima regum. 94
Clementia ſeueritate miſcenda. 95
Clementia Ageſilaij. 96
Clementer dicta ac facta illuſtrium uirorum. 97
CONSOLATIO. 99
Conſolatoria inlucta mortis uel dolorum, uel aduerſitatibus alicuius. 99

CONSCIENTIA.

Conſcientia & ſyntheresis differunt. 103
Conſcientiæ ſignum eſt. 103
Conſcientia mille teſtes. 103
Conſcientia uerberat animam. 103
Conſcientia bona. 104
Conſcientia bona metu caret. 105
Conſcientiæ ſtimulus nocentem aſsiduè rodit. 105
Ciborum & potus grauitas corpori & animæ nocet. folio. 123
Celebritas. 144
Confirmationis definitio. 158
Claritas & gloria differunt. 171
Ciues boni. 174
Calumniatorum utilitas. 202
Cauſæ definitio. 218
Contumelia in defunctos non eſt exercenda. 255
Calamitates ſuæ nemini exprobrandæ ſunt, communis enim eſt fortuna. 260
Calamitoſis hominibus condolendum eſt. 261
Concordiæ definitio. 338
Concordiæ contrarium, ſeditio. 338
Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia autē magnæ dilabuntur. 338
Concordia nihil melius. 338
Concordia ad amicitiam pertinere uidetur. 338
Concordia inquibus rebus conſiſtat. 338
Concordia rebus paruis diues eſt. 339
Concordia fulciuntur opes. 339
Concordia uera. 339
Carmen uere opes. 361
Carmina præſtant omnibus diuitijs. 361
Carminum laus. 361
Carmina neminem intermori ſinunt, modo quis laudabilis ſit. 361
Carmina neminem interire ſinunt. 361
Carmina lætum animum & liberum à curis omnibus expetunt. 361
Carminum nulla merces, nec honor eſt. 362
Carmina nihil comune habent cum curis. 362
Carmina ſcripta potoribus aquæ non diu manent. 362
Conuitiator, ſuſurro, detractor, deriſor differūt. 430
Contumelioſus & detractor differunt. 430

D.

Dicta contra paraſitos & adſentatores. 141
Dilectio eſt amor dei. 23
Dilectionis dei exempla. 24
Deus non uult non tantum uerbis diligi, ſed corde puro, & operibus iuſtis. 24
Dilectio dei morti comparatur. 24
Diligere toto corde, tota anima, tota uirtute quid. 26
Duplici de cauſa deus ſuper omnia diligendus. 26
Dilectio & amor proximi. 28
Dilectio eſt plenitudo legis. 29
Dilectionis definitio. 30
Dilectio deus eſt. 30
Diues & pauper, duo ſibi contraria, & ſunt ſibi neceſſaria. 30
Diues propter pauperem factus eſt. 30
Demens & amens differunt. 38
Dementia ſumma fidere illis, à quibus decepti ſumus. folio. 41
Diuitijs omnia parant. 71
Delatores quadruplatores dicti. 85

DECLAMATIO. 107

Declamatio quid. 107
Declamatio pertinet ad domeſticam exercitationem. folio. 107
Declamationis definitio. 107
Declamationis deſcriptio. 108
Declamandi & ueri agendi diſcrimen. 108
Declamandi maxima utilitas. 108
Declamationes ueritatis imaginem referunt. 109
Declamandi ſolennis mos. 109

DIALECTICA. 109

Dialectica latinè ars diſſerendi. 109
Dialectica quid doceat. 109
Dialecticæ diſtributio in tres partes. 109
Dialectica unde dicta. 110
Dialectica diſputatrix dicitur. 110
Dialecticæ officia. 110

# INDEX.


Dialecticæ & Rethoricæ differentia. 110
Dialecticæ quis finis. 110
Dialecticæ & Rethoricæ differentia. 110
Dialecticæ quis finis. 110
Dialectiæ & Rethoricæ eadem materia. 110
Dialectica quibus comparetur. 110
Dialectia eſt filum rationis humanæ. 110
Doctrina nulla ſine natura. 111
DIVITIAE. 112
Diuitijs uirtus præferenda. 112
Diues auarus pauper eſt ſibi. 112
Diues auarus. 112
Diues auarus idem quod canis in præſepi. ibid.
Diues tantum nobilis. ibid.
Diuitijs moderatè utendum. ibid.
Diues mortuus & pauper parcus. ibid.
Diues qui nihil cupit. ibid.
Diuitijs omnia parent. ibid.
Diues ſolus ſapiens & fortis. 113
Diues qui ualet. ibid.
Diues qui nihil cupit. ibid.
Diuitiarum deus cur cæcus effingatur. ibid.
Diuitiæ uitiorũ magis quã uirtutũ miniſtræ ſunt. ibid.
Diuitiarum uſum quem eſſe deceat. ibid.
Diuitiarum genera duo. ibid.
Diuitiæ ueræ quæ ſint. 114
Diuitiarũ nullus eſt conſtitutus finis hominibus. ibid.
Diuitiæ ueræ principia ducũt ex naturæ fontibus. ibid.
Diuites ſimul probos eſſe impoßibile eſt. ibid.
Diuites animus facit. ibid.
Diues pauper. 115
Diuitiæ donum deorum. ibid.
Diuitiæ miris modis excruciant poſſeſſorem ſuum. 119
Diuitiæ quãtumuis immẽſæ, animo auari nõ ſufficiũt 119
Diuitiæ nullum à morte liberant. ibid.
DOLOR, eius neceßitas & remedium. ibid.
Doloris definitio. ibid.
Dolere diu & ualde nemo poteſt. ibid.
Dolorem depellunt animi moderatio et paupertas. 117
Dolorem ſummum breuem eſſe neceſſe eſt. ibid.
Dolor & triſtitia procul à te erit, ſi recta ſectatus fueris. 118
Dicendi quatuor genera. 138
Diligentia. 142
Duritiæ definitio. 158
Deſpicientia & fidentia differunt. ibid.
Defuncti nõ ſunt deflendi, nec cõtumelijs lacerandi 254
Docilitatis partes tres ſunt, & earũ definitiones. 267
Dißimulator & arrogans differunt. 271
Deſidia. 312
Diſcordia res maximæ dilabuntur. 339
Dictio, loquutio & oratio differunt. 403
Deriſor, detractor, ſuſurro, conuitiator differũt. 430
Detractio græcè κακολογία eſt denigratio. ibid.
Detractor & contumelioſus differunt. ibid.
Detractores deo ſunt odibiles. ibid.
Dies adimit ægritudinem. 443
E.
EBRIETAS quid. 2
Propter crapulam multi perierunt: qui autem abſtinens eſt, adijciet uitam. 3
Exercitationis definitio. 111
Ebrietas & eius duæ ſpecies. 120
Ebrietatis definitio. ibid.
Ebrietas græcis dicta Μέθη. ibid.
Ebrius differt ab Ebrioſo. ibid.
Ebrius græcis dicitur μεθύσος. ibid.
Ebrio contrarius eſt ſobrius. ibid.
Ebrietas inſaniæ meditatio. ibid.
Ebrietas & ebrioſitas differunt. ibid.
Ebrietas. ibid.
Ebrietas mors memoriæ. 121
Ebrietas gemminata libidine regnat. ibid.
Ebrietas ſecreta reuelat. ibid.
Ebrietas mors memoriæ. ibid.
Ebrietatem ſequuntur. ibid.
Ebrietas uoluntaria inſania. 122
Ebrietatis nocumenta. ibid.
Ebrietas omne uitium eruit. ibid.
Ebrietatis alia mala. ibid.
Ebrietas ſacrilegium reputatur in fœmina. 123
Ebrietatis turpis exempla. ibid.
Ebrius quidam rex morte mulctabatur. ibid.
Ebrietatis encomion. 124
Ebrietas fortes facit. ibid.
Ebrij mentis & corporis impotes. ibid.
Ebrietatis uitium grauiter deſcribitur. ibid.
Aut bibat aut abeat. 125
ELOQVENTIA. 126
Eloquentiæ definitio. ibid.
Eloquentia miniſtra ac comes ſapientiæ. ibid.
Eloquentiæ laus. ibid.
Eloquentia multæ urbes ſunt conſtitutæ. ibid.
Eloquentiæ eſt pars ciuilis rationis. ibid.
Eloquentiæ officium. ibid.
Eloquentiæ finis. ibid.
Eloquentiæ dignitas atq; utilitas. ibid.
Eloquentiæ patrocinium aduerſus obtrectatores. 127
Eloquentißimorum ac clarorum oratorũ nomina. 127
Eloquentiæ effectus. 129
Eloquentia cur petenda. ibid.
Eloquentiæ laus. ibid.
Eloquentiæ collatio cum cæteris artibus. ibid.
Eloquentia regina rerum. 131
Eloquentes maximam in cœtibus hominum potentiam habent. ibid.
Eloquentiæ uictor non cauſa. ibid.
Eloquentia popularis. ibid.


Eloquentia

Eloquentia uictrix. 132
Eloquentia magnum inſtrumentum gloriæ. 132
Eloquentia apta mitigandis efferatis immanium hominum moribus. 132
Eloquentia cæteris rebus anteponenda. 133
Eloquentia mores hominum agreſtes formauit. 134
Eloquentia nihil non mitigatur. 134
Eloquentia ingenij lumen. 136
Eloquentiæ deus. 136
Eloquentiæ quanta ſit uis atq; potentia. 136
Eloquentiſſimus Lu. Cotta. 136
Eloquentia Cicero plus ualuit, quàm autoritas totius ſenatus. 137
Eloquentia forenſis canina lingua. 138
EVENTVS boni & mali. 139
Euentus rerum qualeſcunq; fuerint fortiter ferendos eſſe, & ſecundum uirtutem inſtituendã uitã. 139
EXPERIENTIA, & eius tres ſpecies. 141
Experientia rerum magiſtra. 141
Experientia artem facit. 142
Eloquentiæ uires ac orationis origo. 398
Eloquentiæ uis. 398
Eloquentia eſt cultura animi. 399
Eloquẽtia plurimorũ in humana uita bonorum autor. folio. 399
Eloquentiæ utilitas. 401
Eloquentiæ uis. 401
Eloquentiæ cauſa multi periêre. 401
Eloquentiæ effectus. 402
Eloquentiæ deſcriptio. 402
Eloquentia perfecta duo requirit. 402
F.
Frugalitatis definitio. 1
Frugalitas Græce dicitur λιτότης. 2
Frugalitas eſt mater uirtutum cunctarum. 2
Frugalitas unde dicta. 2
Fabulam ætatis peragere. 21
Fuga uera ſacerdotis abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorum, ut ſuis ſe abneget, qui ſeruire deo elegerit. 37
Feræ beſtiæ ab hominibus amatæ. 37
Fœminæ aut prodigæ aut auaræ. 58
Felicitate & clementia nihil melius homini. 92
Facultas dicendi partim natura, partim profecta, partim ſtudio comparata. 126
FAMA. 143
Fama unde dicta. 143
Famæ deſcriptio. 143
Famæ pulchra deſcriptio ex Ouid. 143
Fama eſt ex ære ſonanti. 143
Fama, nomen, gloria, celebritas, infamia. 144
Fama numen eſt. 144
Fortuna domina rerum, excepta uirtute. 144
Fama uirtutem ſequitur. 144
Fama quid. 144
Famæ attributa ex poetis undiq; deſumpta. 149
Famæ deſcriptio. 150
Fama Græcis dicitur φήμη. 150
Famæ definitio. 150
Famæ uana gloria. 150
Fama uirtutis ſemper ſuperſtes. 150
FILII ſimiles parentibus degeneres, bona & mala in liberis. 151
Filij plerunq; à patribus degenerant. 151
Filiũ non eſſe ſimilem patris boni moribus, turpe ẽ. 151
Filij matrum ornamenta. 152
Filios accendit genus parentum & uirtutis. 152
Filios imitari uirtutes parentum, pulchrum eſt. 152
Filius degenerans. 152
Filij Heroum noxæ. 152
Filij mali ex parentibus bonis oriuntur. 152
Filius bonus ex malo patre nunquàm. 153
Filiorũ exẽpla q à claris parẽtib⁹ orti, degenerarũt 153
Filij parentum ſimiles. 153
Filius rebellis uel contumax. 154
FORMA. 157
Formæ definitio. 157
Formæ laus. 157
Forma uaria. 157
Forma perennis. 157
FORTITVDO & eius duæ ſpecies. 157
Fortis quis. 157
Fortitudo ab audacia & fidentia differt. 157
Fortes unde dicti. 157
Fortitudinis partes. 158
Firmitatis definitio. 158
Fidentia & deſpicientia differunt. 158
Fortis & compoſitus animus quis. 158
Fortitudinis deſcriptio. 158
Fortitudo contemptrix timendorum eſt. 158
Fortitudinis definitio. 158
Fortuna fortes metuit, ignauos premit. 158
Fortes & magnanimi qui. 159
Forti uiro ubiq; patria. 159
Fortis non ſolum qui hoſtes ſuperat. 160
Fortitudini accidant quæ. 162
Fortis uir. 162
Fortitudo mediocritas timiditatis & temeritatis. 162
Fortitudinis definitio. 162
FORTVNA. 163
Fortunati ſtulti. 163
Fortunæ inſtabilitas. 163
Fortunæ ſumma dementia fidere. 163
Fortuna è Græco. 163
Fortuna mutabilis. 163
Fortunæ ludibrium. 163
Fortunæ mutabilitas. 163
Fortuna in omni re dominatur. 163

Fortunæ potentia. 163
Fortuna etiam regit uirtutes. 163
Fortuna indignos tollit. 164
Fortuna plerumq; inuidet uirtuti. 164
Fortuna nunc mater, nunc nouerca. 164
Fortunam eandem per omnem uitam nemo expertus eſt. folio. 164
Fortunæ deſcriptio. 164
Fortuna meliore nemo ſe extollat. 165
Fortuna dominatur humanis rebus. 165
Fortuna inconſtans & perfida. 165
Fortunæ nobilitas. 165
Fortuna ſicut pila eſt. 165
Fortuna inſana, bruta, cæca. 165
Fortunæ fauor theatro ſimilis. 165
Fortunæ poteſtas. 166
Fortunæ omnes ſuos actus Tullius rex adſcripſit. 166
Fortunæ bonæ & malæ ſimulachrum. 166
Fortunatiſsimi regis exemplum. 166
Fortuna & eius ſubita mutatio. 166
Fortuna nihil inconſtantius. 166
Fortunati, improbi, ſtulti, indigni; contra, probi, fortunati, miſeri, & inhonorati. 166
Fortuna nobilitatem uincit. 168
Fortuna immeritos auget honoribus, innocuos uerò cladibus adficit. folio. 168
Fama non redimitur pecunijs. 227
Fatum ineuitabile. 285
Frugalitas & parſimonia differunt. 436
Frugalitatis contrarium eſt uoracitas. 436

G.

GLORIA. 144
Gloriæ deſcriptio. 150
Generoſitatis definitio. 158
Gloria & eius partes. 169
Gloriæ definitio. 169
Gloria uirtutis merces. 169
Gloria fallax. 169
Gloria nulla abſq; labore graui. 169
Gloriam ſequitur inuidia. 170
Gloriæ cupiditas quoſdam contra patriã induxit. 170
Gloria uirtutem ſequitur. 170
Gloria uirtutis uberrimum eſt alimentum. 170
Gloriæ deſcriptio. 170
Gloria eſt duplex. 170
Gloria & charitas differunt. 171
Gloriæ cupiditas cauenda. 171
Gloria aurium inflatio. 171
Gloria ſuperbi ignominia. 171
Gloria uera bonis artibus quæritur. 172
Gloria umbra uirtutis. 172
Gloria amorum mater. 172
GRAVITAS. 173
Grauiter dicta ac facta. 173
Grauitatis contraria moroſitas & abiectio. 173
Grauitatis partes. 173
Grauitas græcis dicitur σεμνότης. 173
Grauitas ſuperbia & iactantia carens laudatur. 173
GRATITVDO. 174
Gratitudinis definitio. 174
Gratitudo gratiarũ actio dicitur, græcis εὐχαριστία, folio. 174
Gratitudinis contrarium. 174
Gratum facere quid. 174
Gratus quilibet, niſi doceatur ingratus. 174
Gratitudo deo & hominibus grata. 174
Gratitudo mater uirtutum. 174
Gratia referenda. 175
Gratitudinis exempla. 176
Gratitudo laudatiſsima uirtutum. 176
Gratitudinis exempla ex Bap. Fulgoſo. 177
Gratitudinis exempla. 178
Gratitudo brutorum in dominos. 178
Gratitudinis exempla brutorum animalium. 179
Gratitudo ſerpentis. 179
Gratitudo leonis erga Androdum ſeruum. 179
Gratitudinis exempla Alexandri, Athenienſium, Xantippi, populi Romani erga bruta animalia. 179
Gratitudinis & ingratitudinis apophthegmata. 180
Grati hominis duo genera. 180
Gratus quis. 180
Gratus qui uidetur aliquando ingratus. 180
Gratiarum actio pro beneficijs. 180
Gratitudo principis. 181
Gratitudinis memorabile exemplum diſcipulorũ. 238
Gaudia capta ex malis alienis. 259

H.

Homo naturæ obediens homini non nocet. 31
Homines à beſtijs amati. 37
Hoſtes quomodo quis inuadere debeat. 51
Homines & leones male conueniunt. 51
Humanitatis definitio. 91
Humanitas græce φιλανθρωπία. 91
Humanitatis contrarium Inhumanitas, ſeu inſolentia. folio. 91
Humanitas ſola nos ſegregat à brutis. 92
Humanitas ſecundum obtinet gradum, poſt cultum diuinum. 95
Humanitas propriè uirtus iuſtorum, & cultorũ dei. 95
Humanitas ſummum uinculum hominum. 96
Homini qui nocet belua eſt. 96
Homo ſine homine uiuere non poteſt. 96
Humanitatis cauſa facta eſt hominum congregatio. folio. 96
Homini nocere contra naturam. 96
Humanitatis apophthegmata illuſtrium uirorum. folio. 96
Humanitas cicurat optimè hominem. 96

Humanitas

Humanitas plus ualet, quàm uis. 97
Honor teſtificatio uirtutis. 170
Hiſtoria. 181
Hiſtoriæ inuentio. 181
Hiſtoriæ Etymologia. 181
Hiſtoriæ definitio. 181
Hiſtoricus interpres eſt. 182
Hiſtoria ab oratione differt. 182
Hiſtoricorum proemium duabus rebus conſtat. 182
Hiſtoria ab annalibus differt. 182
Hiſtoriæ & annalium uocabulum quid. 182
Hiſtoriæ diuiſio, & eius ſpecies. 182
Hiſtoriæ quatuor ſpecies. 182
Hiſtoriæ elementa. 182
Hiſtorica ueritas. 182
Hiſtoriæ proprietas. 182
Hiſtoriæ leges. 182
Hiſtoriæ proprium uera dicere. 183
Hiſtoriæ finis. 183
Hiſtoricis magis credendum, quàm poetis. 183
In hiſtoria uerum obſeruare difficile. 183
Hiſtoriæ effectus. 183
Hiſtoriographi munus. 183
Hiſtoriæ utilitas. 184
Hiſtoria neceſſaria oratori. 184
Hiſtoriæ maxima utilitas. 184
Hiſtoriæ effectus. 184
Hiſtoricus ſtylus. 185
Hiſtoricus ſtylus efficitur. 185
Hiſtorica breuitas. 185
Hiſtoriæ præmium. 186
Hiſtoriæ laus & Encomiū, nec ulla res utilior eſt. 186
Hiſtoriæ aliud Encomium. 187
HOSPITALITAS. 188
Hoſpitalitatis definitio. 188
Hoſpitalitas Græcis dicitur ξενία. 188
Hoſpitalium hominum exempla ex ſacra ſcriptura deſumpta. 188
Humilitas. 189
Humilitatis definitio. 189
Humilitas ſtabile fundamentum uirtutum. 189
Humilitas nulla eſt tanta, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. 189
Humiles deus extollit. 189
Humili uiro ſæpe laus uera contingit. 189
HYPOCRISIS, ſimulatio uel ſubtectio. 190
Hypocriſis definitio. 190
Hypocritæ nomen unde translatum. 190
Hypocrita omnis eſt nequam. 190
Hypocrita latine ſimulator auarus eſt. 190
Hominibus innata ſemina uirtutum. 299
Homo bulla. 465
Hominis patria cœlum eſt. 47P
Homo originem adeo traxit. 470
Hominum animi opinione de dijs imbuti ſunt. 470
Homini ſolum ſurſum aſpicere conceſſum eſt. 471
Homo ad gloriam natus eſt. 471
Homo natus ad contemplationem. 471
Hominum oculi in cœlum tendunt. 471
Hominis ortus à deo. 471
Homine nihil crudelius. 471
Homini ratio omnium rerum rectrix à deo data eſt. fol. 472

I.

Ieiunium moderatum res neceſſaria & præcepta omnibus. 3
Infirmitas homini idem quod calcar equo. 17
Infirmitatis magnum bonum.
In fabulis actus ſeruantur quinq;. 21
Iuniores qui, ſecundum Seruium Tullium. 22
Iuuenem ſenio eripere ſola mors poteſt. 22
Inſania quid ſignificet. 38
Ignorantia uitiorum nutrix. 40
Iuſtus non poteſt eſſe ſtultus. 41
Inimicitia & eius contrarium amicitia. 42
Inimicitiæ, & amicitiæ ſunt inter bruta. 49
Inimicitiæ definitio. 49
Inimicitiæ exemplum. 49
Inimicitiæ ſimile. 50
Inimicos nobis utiles eſſe oſtenditur exemplo. 50
Inimicorum præſentia moleſta. 51
Inimicitias ira generat. 51
Inimicitiæ magnæ magnarum amicitiarum fuere principium. 52
Innocentiæ definitio. 81
Innocentes qui. 81
Innocencia Græcis ἀκακία dicitur Cicero uocat ab ἄβειαν. 81
Innocentis officium. 81
Innocentia uera quæ. 83
Innocentiæ triumphus eſt. 83
Innocentia ubiq; tuta eſt, & nihil ſibi timet. 83
Inuidiæ principia inter ſpem metumq́; fluctuantur. 86
Iuſtitiæ primum officium. 95
Iuſtitiæ ſecundum officium. 95
Innocentem punire ſcelus eſt. 94
Infamia. 144
IMPVDENTIA. 192
Impudentia quomodo Græce dicatur. 192
Impudentiæ definitio. 192
Impudens quis dicatur. 192
Impudentia comes ingratitudinis. 193
Impudentia dea. 193
INFELICITAS. 193
Infelicitas Græcis dicitur κακοδαιμονία. 193
Infelix Græcis dicitur δύσμορος. 193
Infortunati, & qui de proſpera fortuna ad humilem & miſeram redacti fuerint: exempla ex Sabelli= 60,

co, Valerio maximo, et Fulgoſo, Rauiſioq́; decerpta. fol. 195
INGRATITVDO. 196
In ingratos beneficia collata turpiter pereunt. 197
Ingratitudo maximum uitium, atq; ob id deo & hominibus exoſum maximè habetur. 197
Ingratitudo liberorũ erga parẽtes ſugillatio acris 197
Ingrati ut peſtilentes fugiendi, nihil enim illis ſceleratius eſt. 198
Ingratitudini comes eſt impudentia. 198
Ingratus erga parentes cito perit, ſuperſtitibus parentibus. 198
Ingratitudo uulgi. 199
Ingratitudinis exempla paßim ex ſacris literis deſumpta. 199
Ingratitudo primi angeli. 200
Ingratorum hominũ exempla, ex hiſtorijs unde quaq; extracta, item & poetis ac alijs. 200
INIVRIA, & eius partes. 201
Iniuriæ definitio. 201
Iniuriam facere quid. 201
Iniuriæ impunitas periculoſa. 202
Innocentia illibata. 202
Infamia non deletur. 202
Iniurias deſpicere magni animi. 203
Iniuria dißimulanda. 203
Iniuria non cadit in ſapientem. 204
Iniuria non fit ſine detrimento. 204
Iniuria in bonos non tentatur. 204
Iniuriæ autor ignorat ſeipſum lædi. 204
Iniurijs ferendis miræ patientiæ exempla, ut Socratis & aliorum. 205
Iniurias multi patienter ſuſtinuerunt. 207
Iniuriam facere & iniuſta facere, differunt. 208
Iniuriam accipere quàm facere præſtat. 208
Iniurias meminiſſe magnanimi non eſt. 208
Iniurias patienter claros uiros tuliſſe exemplis oſtenditur. 208
Iniuriæ factæ maxima pœna. 209
IRA & tres eius partes. 210
Iræ definitio. 219
Iracundia eſt exceſſus iræ. 210
Iracundia opponitur manſuetudini. 210
Ira eſt motus. 210
Iracundia uero eſt habitus. 210
Ira omnis ex offenſione naſcitur. 210
Ira quare homini attributa. 219
Iræ effectus. 210
Iræ maximum remedium eſt dilatio. 210
Ira immodica gignit inſaniam. 210
Iræ finis initium pœnitentiæ. 210
Iracundia ubi habitat cum poteſtate fulmen eſt. 211
Iracundia & furor ubi efferueſcunt, non eſt locus conſultationi relictus. 211
Ira & iracundia differunt. 212
Iræ definitio. 212
Ira poſſeſſorem ſuum torquet ac cruciat. 212
Ira cauſat inimicitias. 213
Ira fortem reddit. 213
Ira animum rodit. 283
Ira & uinum non facile retinent decreta. 213
Iræ comes eſt pœnitentia. 213
Ira & odium differunt. 213
Iracundia. 214
De ira, loci ac ſententiæ, ex latinis ac græcis autoribus ſumma cum diligentia collectæ. 214
Ira impotens. 214
Iram ſuſtinere, ac illi moderare, magni laboris ac negocij eſt. 216
Iracundiã excitant opprobria cõiecta in hominẽ. 216
Iracundiæ definitio. 217
Iracundiæ ſpecies tres. 217
Iracũdus nõ poteſt ferre modicos ſui contemptus. 217
Iracundiam impugnare difficile. 217
Iracundiæ moderatæ ſimilia, exempla. 217
Iracundiæ definitio. 217
Iratus nihil recte cognoſcit. 217
IVSTITIAE generalis diſtributio. 218
Iuſtitiæ definitio. 218
Iuſtitiæ ſpecies. 218
Iuſtitiæ commutatiuæ definitio. 218
Iuſtitiæ diſtributiuæ definitio. 218
Iuſtitiæ officia. 218
Iuſtitiæ ſpecierum comparatio. 218
Iuſticiæ affinia. 218
Iuſtitiæ contraria. 219
Iuſtitiæ exemplum. 219
Iuſtitiæ loca ex ſacra ſcriptura paßim deſumpta. 219
Iuſtitia omnes in ſe uirtutes complectitur. 220
Iuſtitiæ hiſtoria ſiue exemplum. ibid.
Iuſtitiæ forma. ibid.
Iuſtitiæ cur ueteres libram adſcripſerint. ibid.
Iuſtitiæ libra græcis ϛαχάνη appellatur. ibid.
Iuſtus ſemel non dicendus iuſtus. 221
Iuſtitiæ definitio per iureconſultos. ibid.
Iuſtitiæ ſpecies. ibid.
Iuſtitiæ genus uoluntas. ibid.
Iuſtitiæ differentiæ. ibid.
Iuſtitia à fortitudine & modeſtia differt. ibid.
Ius unicuiq; tribuere quid. ibid.
Iuſtitiæ exemplum memorabile. ibid.
Iuſtius trutina. 222
Iuſtitiæ definitio. ibid.
Iuſtitiæ exemplum. ibid.
Iuſtitia diſcenda. 223
Iuſticia adminiſtranda ſecundum merita cauſſæ, non ſanguinis gradum, affinitatem, nobilitatemq́; fol. 223

Iuſtitia

Iuſtitia fons omnis uirtutis. 223
Iuſtitiã in cœlum migraſſe dicunt. 223
Iuſtitiæ exemplum. 224
Incorruptus iudex. 224
Iuſtitiam uiri iuſti ac æqui obſeruantes. 225
Iuſtitiæ uariæ definitiones, itẽ effectus atq; officia. 226
Iuſtitiæ ſententiæ ſeu gnomæ ex græcis autoribus decerptæ. 226
Iuſtitia abſente nullus eſt fortitudinis uſus. 227
Iuſtitia non eſt ars aut doctrina. 227
Iuſtum eſſe quid ſit. 227
Iuſtitia ſanctitas eſt. 227
Iuſtitiæ propria opera ac ſtudia. 228
Iuſtitia non ſolum alijs, ſed & ſibi ipſi etiam utilis eſſe ſolet. 228
Iuſtitia multam tranquillitatem adfert animo. ibid.
Iuſtitia lõgè precioſior eſt oĩbus diuitijs ac opibus ib.
Iuſtitia mater ac nutrix aliarum uirtutum. ibi.
Iuſtorum uirorum contra impios exempla, bellorum, uictoriæ, & triumphorum. 229
INIVSTITIA. 230
IVDEX, iudicis officium, iudicium. 231
Iudicis definitio. ibid.
Iudicis ordinarij definitio. ibid.
Iudicis deligati definitio. ibid.
Iudicem rogandi modus. ibid.
Iudex bonus nihil ex ſuo arbitrio facit. 231
Iudicia recta euertunt pecuniæ. 231
Iudicis boni & chriſtiani officium. 232
Iudicij & legis differentia. 233
Iuris totius diuiſio. 245
Ius pontificium. 245
Importunitatis definitio. 247
Importunus quis. ibid.
Indignatio. 259
Infortunatos opus habere condolentibus. 261
Intellectus uel intelligentiæ definitio. 268
Intellectus & ratio non ſunt idem. 269
Iudicij definitio. 260
Iudicij recti definitio. 269
Inertia. 312
Ignauia. 312
Iuſiurandum nec iuſtũ, nec iniuſtũ uſurpandũ eſt. 352
Iuramenta nõ fidẽ adferũt uiro, ſed uir iuramẽtis. 352
Intelligentiæ definitio. 382
Imperare difficile eſt. 309
Imperium unius optimum eſſe. ibid.
Illiberalitatis genera tria ſunt. 436
Ignauiæ deſcriptio. 445
Ignauiã comitatur mollities, effœminatio, torpor. ib.
Intemperantiæ definitio. 473
Intemperantia animã corrũpit, & corpus perdit. ib.

L.

Languor uitia excoquit, languor uires libidinis frangit. 18
Luxuriæ effectus. 36
Luxuria tribus modis uitari poteſt. 37
Leones & homines male conueniunt. 51
Luxuria & auaritia magna imperia euerterunt. 65
Lucri turpitudo quid. 66
Luxuries & auaritia homines ad omne maleficium impellunt. 66
Luxuria & auaritia omnium malorum cauſſæ. ibid.
Libido imperij & auaritia, materies omnium malorum. 68
Labor & paupertas ſcientiam inuenerunt. 111
Laus hilaritatis conuiuiorum. 124
Labiorum & linguæ duplex munus. 130
Linguæ humanæ duplex officium. 131
Linguæ & orationis laus præcipua. ibi.
Linguæ ac orationis humanæ mirũ et diuinũ opus. 132
Labor. 142
Liberi bene educati maxima parentum ornamenta ſunt, & omnibus diuitijs potiora. 153
In liberis multa bona ſimulq; mala. ibid.
Liberi degeneres. 154
Liberi plærunq; ſequuntur parentum mores. ibid.
Liberorum impiorum præmatura mors eſſe ſolet. 155
LEX. 233
Legis definitio ex uarijs autoribus ſumpta. 233
Lex eſt ipſe deus, non tantum donum dei. 233
Lex non inuentum hominum ſed deorum, & orta cum mente diuina. 233
Legis & iudicij differentia. ibid.
Lex uinculum ciuitatis. 234
Lex differt à pſephiſmate. 234
Legum conditorum nomina. ibid.
Leges uariæ fuerunt. 235
Legum quatuor ſpecies ſecundum Platonem. ibid.
Legis uirtus eſt imperare. 236
Lex omnis eſt laudabilis. ibid.
Legum inuentores. ibid.
Leges 12. tabularum cur dictæ. 237
Legiſlator Lycurgus lacedæmoniorum. 238
Legum auctoritas. ibid.
Leges comparatæ telis Aranearum. ibid.
Leges cur factæ. ibid.
Legis premio et pœna tota humana uita cõtinetur. ib.
Leges nobis charæ eſſe debent. 239
Lex uitiorum emendatrix. ibid.
Lex eadem non eſt ubiq;. ibid.
Leges quales eſſe debeant. 240
Legum pietatis fructus. ibi.
Leges multæ indicia ſunt male adminiſtrandæ ciuitatis. ibid.
Leges nullæ ſine honeſtis moribus. ibid.
Lex nulla quæ non ſpectet ad humanæ uitæ utilitatem. ſol. 241
Legibus parendum eſt. ibid.

Leges quid. ibid.
Legem breuem eſſe oportet. ibid.
Leges cur datæ ſint. ibid.
Leges moribus ſuccumbunt. ibid.
Leges uanæ ſi non obſeruentur. ibid.
Lex uera quid. 242
Lex utilitati cedit. ibid.
Leges omnia gubernant ac regunt. ibid.
Leges peruerti, non autem permutari poſſunt. 244
Legibus carens reſp. non eſt diuturna. ibid.
Leges obtinent ſummam libertatem. ibid.
Leges ſunt muri & fundamenta ciuitatum. ibid.
Leges à periculis nos cuſtodiunt. ibid.
Leges uitæ cuſtodes. ibid.
Legislatores ad deos relati. 245
Loquacitas & eius partes, Garrulitas, uaniloquentia. fol. 247
Loquacitatis definitio. ibid.
Loquax quis. ibid.
Loquacitas nullos habet errores. ibid.
Loquacitas ἀδολεσχία Garrulitas, dicacitas, linguacitas. ibi.
Loquacitatis definitio. ibid.
Loquacitati contraria eſt taciturnitas. ibid.
Loquacitas eſt odioſa & immoderata uerborum effuſio. 248
Lingua nõ debet eſſe uaga & libera, uerùm modeſta et modulata. 246
Loquacitate nihil deformius. 250
Leuiſſima res oratio. 251
In loquaces adagia. 351
In loquaces & garrulos Apophthegma. 252
Lingua lubrica & præceps. ibid.
Lingua effrenis. 253
Lingua producit plerunq; bona, ſæpe etiam magna mala. ibid.
Locutum eſſe pœnituit ſæpe, tacuiſſe nunquam. 253
LVCTVS. 254
Lugere mortuos res eſt infinita, & inops conſilij. ibi.
Luctare cum laruis. 355
Laudare defunctos uetus eſt conſuetudo. 257
Liber eſt uitijs carens. 299
Laboris fuga. 312
Ludimagiſtri officium honeſtum. 362
Ludimagiſtrorum conditio. ibid.
Loquutio, dictio, oratio differunt. 403

M.

Meretrices perdiderunt duces. 37
Militantium uaria ac bellorum genera. 75
Maleuolentia beneficentiæ contrarium. 78
Manſuetus & clemens quis. 91
Manſuetudinis definitio. 91
Manſuetudo & clementia conueniunt cum temperantia in modo, non autem in materia. 91
Manſuetudo græce dicitur πραότης. 91
Manſuetudinis definitio. ibid.
Manſuetudinis effectus. 93
Minyas primus theſauros recondidit. 115
Mentiri nonnunquam licet. 183
Magnanimitas & contra puſillanimitas. 257
MAGNANIMITATIS definitio. 257
Magnanimus quis. 257
Magnanimitatis comes ſimplicitas & ueritas. ibid.
Magnanimitas fortiter ſuſtinet & tolerat omnes fortunæ deterioris caſus. ibid.
Magnanimi officium. 258
Magnanimitatis eſt proprium. ibid.
Magnanimitatis definitio. 259
MALEVOLENTIA. ibid.
Maleuolentiæ definitio. ibid.
Maleuolentia græcis dicitur χαιρεκακία. ibid.
MEDICINA. 262
Medicinæ laus. ibid.
Medicinæ definitio. ibid.
Medici officium. ibid.
Medicinæ quinq; ſpecies. ibid.
Medicus non poteſt omnes morbos curare. 263
Medicina tempeſtiuè adhibenda. ibid.
Medicinæ uaria officia ac multi labores. ibid.
Medicina ars diuinitus accepta eſt, diuinitus exercetur. 264
MEMORIA. ibid.
Memoriæ definitio. ibid.
Memoriam etiam habent bruta animalia. ibid.
Memoriæ ſedes. 265
Memoriæ duæ uires. 265
Memoriæ plurimum confert naturalis contemperatio corporis. ibid.
Memoria literarum fideliſſima cuſtos, & quaſi theſaurus. ibid.
Memoriæ exempla. ibid.
Memoria muſarum mater. ibid.
Memoriæ definitio. 266
Memoriæ artis inuentor Simonides. ibid.
Memoria eſt duplex. ibid.
Memoriæ naturalis definitio. ibid.
Memoriæ artificioſæ definitio. ibid.
Memoriæ definitio. ibid.
Memoriæ uis ac potentia admiranda. ibid.
Memoria & reminiſcentia differunt. 267
Memoriæ uirtus duplex. ibid.
MENS & eius partes, anima, uita, intellectus, iudicium, uoluntas. 268
Mentis definitio. ibid.
Mendacium à græcis dicitur ψεῦδος. 271
Mendacium qui dixerit pro uita non eſt reprehendendus. ibid.
Mendaciũ poſitũ intẽpore lucrũ ſeu fructũ adfert. ibi.

Mendacium omne per ſe in uitio eſt. ibi.
Mentiri,decipere,lædere,offendere iniuſtũ eſt. 273
MILITIA,& uires corporis item,audacia. ibid.
Miles elegans, etiam ſi deus ipſum formaret,haud ullus effici poteſt. ibid.
Magnificare uirtutẽ,et uitã nihili facere differunt.ib.
MONARCHIA. 274
Monarchia optima. ibid.
Multitudo imperatorum Cariam perdidit. ibi.
Monarchia nihil melius. ibid.
MORES,inſtituta,conſuetudo,ritus gentium & regionum. 277
Moroſitatis definitio. ibid.
Moroſi qui ſint. ibid.
Moribus bonis præditis tria fugienda ſunt. 278
Mores innati,acquiſiti. ibi.
Mores animi bonos corrumpunt colloquia praua. ibi.
Moroſi amantes. ibid.
Mores diſpares diſparia ſequuntur ſtudia. ibid.
Mores cum ætate mutantur. ibid.
Mores diuerſi hominum euadunt ex diuerſis cœli habitibus. 279
Morbus,morbi & ſolutiones moleſtiarum in illis. 280
MORS,fatum,uiolentia mortis. ibid.
Mortis definitio. ibid.
Mors naturalis. ibid.
Mors uiolenta. ibid.
Mors bruti & hominis differunt. ibid.
Mortis deſcriptio. 283
Mors omni ætati eſt communis. ibid.
Mors nemini parcit. ibid.
Mors pallida. 284
Mori miſeris dulce. ibid.
Mors uocat quos uult. ibi.
Mortuos flere inane eſt. ibi.
Mortis memoria. ibid.
Mors eſt hæc uita. ibid.
Mors miſeræ uitæ finis. ibi.
Mori neſcire miſerum. ibid.
Mortis hora incerta. ibid.
Mors finis omnium malorum. 285
Mors niſi ſemel uenit. ibid.
Mors ſola Tyrannicida eſt. ibid.
Mortis increpantis humanam contra tumultuantem quendam ſatellitem altercatio. ibid.
Mors optimos tollit ſemper. ibid.
Moriendum omnibus. 286
Mors priuatio ſenſus. ibid.
Mortem timere uanum eſt. ibid.
Mors eſt naturale,ſicut uiuere & comedere. 287
MVLIERES,& earũ natura, mores & ingenia, uitia,uirtutes. ibid.
Mulier uerbis benigna maximè timenda eſt. ibid.
Mulieres multorum malorum cauſæ. 287
Mulier cuſtodita non mente, ſed corpore tantum eſt caſta. ibid.
Mulieris mens inuidioſa res eſt. 288
Mulieris deſcriptio pulcherrima ac optima. ibid.
Mulier paternam egreſſa domum,non amplius parentum eſt,ſed mariti. ibid.
Mulieres ad res bonas ineptiſſimæ,ad malas doctiſſimæ eſſe ſolent. 289
Mulieres natura ſunt ad uituperandum pronæ. ibi.
Muliebre ingenium inuidum. ibid.
Mulieribus qui credit, impoſtoribus credit. ibid.
Muliere nullum animal impudentius. ibid.
Mulier omnium ferarum ferociſſima. fœminæ ad fraudes ſtruendas aptiores uiris ſunt. 290
Mulieres ubi,ibi omnia mala ſunt. ibid.
Mulier multò quàm uir promptior eſt ad aſtutias & malignitatem. ibid.
Mulier maximum malum. ibid.
Muliercularum miſeria. 291
Mulierum mores. ibid.
MVNERA, dona. ibid.
Munera auctor precioſa facit. ibid.
Munera præ uirtutibus diliguntur. ibid.
Munera ditioribus dant pauperes. ibid.
Munus nullũm deſpiciendum,quantumuis tenue. ibid.
Munera deos placant. ibid.
Munera illaqueant duces. 292
Munera impendens, gratus eſt. ibi.
Munera è nobiliſſimis profecta gratiora ſunt. ibid.
Munera exigua pauperes decent. ibid.
Munera quantumuis uilia,ſuo tempore grata. ibid.
MVSICA. ibid.
Muſicæ uariæ definitiones. ibid.
Muſica græcis μουσική. ibid.
Muſices inuentores. ibid.
Muſicæ tria genera. 293
Muſicæ utilitas & neceſſitas ad cognitionem reliquarum artium. ibid.
Muſica unicum omnium laborum ſolamen. ibid.
Muſica non negligenda. 294
Muſicæ laus & cur data hominibus, & à quibus eius ſtudium ſit deriſum. ibid.
Muſicam inſectati qui fuerint. 244.& 295
Muſicæ ſtudium omnibus inſitum. 295
Muſicæ tria initia. 296
Muſicam docet amor. ibid.
Malorum genera tria. ibid.
Modi uarij pro morum diſſimilitudine. ibid.
Muſicorum excellentiorum nomina. 296.& 297
Muſicæ laus. 297
Muſicæ effectus qui. ibid.
Muſica apud antiquos bonos mores docebat. ibid.
Muſica multis eſt incitamentum amoris. 298
Muſico permulcentur cantu exagitati dæmoniacis.ib.

ſpiritibus. 298
Manſuetudinis definitio. 343
Manſuetudinis officium uel proprium. ibid.
Memoriæ definitio. 382

N.

Nequitia eſt contraria frugalitati, mater omnium uitiorum. 2
Nequitia unde dicta. 2
Nomen. 144
NOBILitas, ignobilitas, uel obſcuritas generis. 298
Nobilitas ſola laudabilis eſt, quæ uirtutibus ornata uenit. ibid.
Nobilitatis definitio. ibid.
Nobilitas quæ laudata. ibi.
Nobile nihil quod uitioſum eſt. ibid.
Nobilitas generis uitioſo nihil prodeſt. ibid.
Nobilitat ſola uirtus. ibid.
Nobilitatē uirtute fieri pulchrius eſt, quàm naſci. 299
Nobilitatis maiorum ſtulta eſt iactantia. 299
Nobiles natura omnes ſunt, nec quiſquam degener eſt, niſi uitijs & ſceleribus ſit deditus. 299
Nobilitatis quatuor ſpecies. 300
Nobiles miſericordia, clementia decet primores. 300
Nobiles ignaui ſe dehoneſtant. 300
Nobilior quãto, tãto magis improbãdus, ſi peccat. ibi.
Nobiles uerè, uirtute clari, non origine parentum uel maiorum eminentes. ibid.
Nobilitas antiquorum. ibid.
Nobilitas illuſtratur nobilibus. ibid.
Nobilitas nulla, niſi adſint uirtus, & boni mores, ac eruditio. ibid.
Nobilitatem in Aſtragalis geſtare quid. 301
Nobilitatē nil prodeſſe ni adſit uirtutis meditatio. ibi.
Nobiles lunulas in calceis geſtare ſoliti. ibid.
Nobilitas noua melior uirtutibus & egregijs factis cõparata, quã antiqua uitijs & ſceleribus. 301
Nobilitatem nouam præſtantius eſt parere, quàm acceptam corrumpere. 302
Nobilitas uera non ſanguini, ſed uirtuti nititur. 303
Nobilitas uera hominum. 303
Nobilis uerè cuius opera uirtuoſa. 303
Nobilitat ſola uirtus homines. 303
In nobiles iactabundos. 304
Contra nobiles ſine uirtute. 304
Nobiles illi tantum ſunt qui ſecundum uirtutē uiuunt, quamuis non claris nec bonis moribus præditis parentibus orti ſint. 304
Nobilitas uera uirtute paratur. 305
Nobilitas ex uirtute oritur. 305
Nobilitas uera. 305
Nobilitas uirtute parta. 306
Nobilitas in bonitate morum conſiſtit. 306
Nobiliſsimi qui ſint. 307
Nobilitatis deſcriptio. 307
Nobilitas græcè εὐγένεια uocatur. 307
Ignobilitas δυσγένεια. 307
Ignobili ac obſcuro loco natorum ad ſummos honores euectorum exempla quædam. 308

O.

Omne animal diliget ſimile ſibi: ſic & omnis homo ſimili ſibi ſociatur. 28
Opes non abigunt curas nec morbos. 71
Os quid. 131
Orationis & linguæ laus præcipua. 131
Orationis & linguæ humanæ mirũ ac diuinũ opus. 132
Oratorum diuerſæ naturæ ac dotes. 138
Oratio & hiſtoria differunt. 182
Odium & ira differunt. 213
Oligarchia præferenda Democratiæ. 276
OBEDIENTIA. 309
Obedientia à iuſtitia trahit originem. 309
Obedientiæ definitio. 309
Obedientiæ partes. 309
Obedientiæ contraria. 309
Obedientia uerſatur in factione præceptorum. 309
Obediendum ne ſit per omnia parentibus. 310
Obedientiæ uſus & neceſsitas in politia. 311
Obedientiæ ſtudium augendum eſſe ſemper. 311
Obedientia debetur ſolis principibus ſecularibus. 311
OCIVM, Laboris fuga, Segnicies, Torpor. Pigrities. Socordia. Inertia. Deſidia, Ignauia. Acidia. 312
Ocio corpus corrumpimus. 312
Ocium rege indignum. 312
Ocium turpe. 312
Ocij uituperium. 313
OCASIO, & eius partes. 315
Occaſionis definitio. 315
Occaſio Græcis dicitur ἀφορμή. 315
Occaſione duntaxat opus eſt malitiæ. 315
Occaſio premenda. 315 & 316
Occaſio calua ab occipitio. 316
Occaſionis neceſsitas in actionibus. 816
Occaſio ſeu opportunitas, uel tempeſtiuitas. 316
Opportunitas efficaciſsima. 317
Occaſio uiros, qui non erant, facit. 317
Occaſio obſeruanda. 17
Opportunitatis magina uis. 317
Occaſio neglecta. 318
Opportunitatem præſentem eſſe arripiendam. 319
OECONOMIA. 319
Oeconomiæ quæ ſint neceſſaria, q̃ itē ſint œconomiæ ſ.
Oeconomiæ ſeu Politiæ duæ ſunt ſpecies. 319
Oeconomo ad rem tuendam modi ſunt quatuor. 319
Oeconomiæ quatuor ſunt ſpecies. 329
Oeconomiæ prima ſpecies habet quatuor ſpecies. 320
Oeconomiæ ſecnnda ſpecies, continet ſex partes. 320
De œconomia, dicta ſapientũ græcorũ et latinorũ. 320
Officium dominorum erga ſeruos, ſeruorum & adoleſcentum erga domines. 323, 324 325, & 326

OPERA. 226
Opera bona non probibet euangelium, ſed ea præter fidem requirit ad ſalutem. ibid.
Opera bona facienda. ibid.
Operibus bonis noſtris deus delectatur. ibid.
Opera noſtra demonſtrant fidem noſtram, & iuſtitiam couſumant. 327
ORATIO. 328
Orationis definitio. ibid.
Orationon conſiſtit in multitudine uerborum. ibid.
Orationis fructus. ibid.
Orare maximus labor. 329
Obiectio, quod deus omnia nouerit, & prædeſtinauerit quibus det. ibid.
Oratio uera quinq; requirit. ibid.
Orationis fructus & efficacia. ibid.
Orandum pro bonis & malis eſt. ibid.
Obiectio philoſophorum & hæreticorum. ibid.
Orandum pro prædicatoribus, pro populo, pro malis & Ethnicis, & unicuiq; pro alio. 330
Orare tenetur prædicator pro populo. ibid.
Orandum pro bonis & malis. ibid.
Orare debet unuſquiſq; pro alio. ibid.
Oratio oritur ex cognitione defectus. 331
Orandum eſt ubi non interturbaris. ibi.
Oratione hoſtes plus quàm armis ſuperantur, Exempla ex ſacris ſcripturis extracta. ibi.
Orandum in tribulatione. 332
Orationis modus & typus. ibid.
Opes iniuſtæ non parandæ. 349
Omnis ætas ſine literis cæca eſt. 354
Orator omnis præſtare debet tria. 398
Oratoriæ facultatis quanta utilitas. 400
Oratoriæ artis officium. 401
Orator uerus eſſe non poteſt niſi uir bonus. 402
Orationem in 5. partes diuiſit Archytas. ibid.
Oratio, dictio, loquutio differunt. 403
Orator eadem dicere debet, quæ lex. ibi.
Opinionibus regitur mundus. 428
Obtrectatio grauiſſimum eſt peccatum, & contra compendium legis & prophetarum. 431

P.

Paraſiti. 13
Paraſiti ab adulatoribus ſeu aſſentatoribus differũt ib.
Paraſitos græci uocant συνδείπνους. ibi.
Paraſiti & aſſentatores nobiles. ibid.
Pithon formoſus. 16
Paſſio quid. 17
Paſſionem Cic. affectum uocat. ibid.
Perturbationes ſeu affectiones quæ. ibid.
Pueri ſecundum Seruium Tullium qui. 22
Præcepta dei omnia in proximi charitate conſiſtunt. fol. 29
Proximus quis dicatur. 30
Pauper factus eſt propter diuitem. ibid.
Perturbationes animi oẽs philoſophi morbos uocãt 38
Parſimonia laudabilis in priuatis. 53
Parſimonia regũ ac diuitũ culpabilis. ibid.
Pauper non eſt qui parum habet, ſed qui plus cupit. 64
Pecunia neminem diuitem facit. ibid.
Parcitas quid. 66
Pecuniæ omnia obediunt. 71
Paupertas uirtutum optima nutrix. 76
Puritatis definitio. 81
Puritatis contrarium, aſtutia. ibi.
Probitatis definitio. ibid.
Probitatis contrarium, facinus uel improbitas, uel flagitium. ibi.
Præuaricari & calumniari differunt. 85
Paupertas & labor ſcientiam inuenerunt. 111
Potus et ciborũ grauitas corpori & animæ nocet. 123
Patientiæ definitio. 158
Pietas quid. 174
Puſillanimitatis definitio. 259
Puſillanimitatẽ comitantur ſordes, querimonia, diffidentia, humilitas. ibid.
Pigricies. 312
Politica & œconomica differunt. 319
PATRIA. 332
Patriæ definitio. ibi.
Patria unde dicta. ibid.
Pater eſt etiam nomen religionis. ibid.
Pater etiam eſt nomen reuerentiæ. ibid.
Patriæ cauſa mori decorum eſt. ibid.
Patriæ & parentibus nihil ſuauius eſt. 333
Patria præferenda omnibus eſt, & amanda magis, quàm parentes proprij. ibid.
Pater eſt uelut deus quidam. 334
Exempla pietatis in patriam illuſtrium uirorũ. 334
Patriæ cauſa uita ac ſanguis effundendus. 335
Patria eſt mundus uniuerſus uiro forti. ibid.
Patria communis eſt omnium hominum ipſe mũdus. ib.
Patria omne ſolum forti eſt. 336
Patriæ fumus igni alieno luculentior. ibid.
Patria à ciuibus exigit officia. ibid.
Pulcherrimũ exemplum amoris erga patriam. ibid.
Pietatis erga patriam egregium exemplum. 337
PAX & eius ſpecies tres. 338
Patriæ amor. ibid.
Pax bello potior. 339
Pax domeſtica. ibid.
Pacis definitio. ibid.
Pax omnium optima & pulcherrima, ob id ab omnibus ueneranda & colenda meritò eſt. 340
Pax res maximas mortalibus producit. 340
Paci multa bona inſunt. 341
Pax omnium rerum optima. 342
Pacis uiolator non poteſt manere impunis. ibid.
Pacis hoſtes quatuor nobiſcum habitant. ibid.

PATIENTIA, & eius ſpecies tres. 343
Patientiæ definitio. 343
Patientia melior eſt fortitudine. 344
Per patientiam uiri doctrina cognoſcitur. ibid.
Patientia nobis eſt neceſſaria. ibid.
Patientiæ anteſignanus omnis unicus chriſtus. 345
Patientia nobis eſt opus. ibid.
Patientiæ exempla ex ſacra ſcriptura collecta. ibid.
Patientiæ ſpecimen præbuit Iob. ibid.
Patientiam & gratiam dat deus. 345 346
Per patientiam doctrina uiri noſcitur. 346
Patientia nunquam eſt uirtutis in proſperis. 347
Patientia uera quæ ipſum amat. ibid.
Patientiæ definitio. ibid.
Patientiæ uirtus trifariam exerceri ſolet. ibid.
Patientiam eſſe in proprijs iniurijs, laudabile eſt. ibid.
Patientiæ tres gradus. ibid.
Patientia bona non eſt, cum poſsis eſſe liber, ſeruum te permittere fieri. 348
Patientia magna & præcipua uirtus eſt. ibid.
Patientiæ definitio. 348
PECVNIA. 349
Pecuniæ poſſeßio incerta eſt. ibid.
Pecuniarum cura ultimum honoris locum teneat. ibi.
Pecunia mores peregrinos attulit. ibid.
Pecuniæ eſt fugienda cupiditas. ibid.
Pecuniã in loco negligere maximum interdum eſt lucrum. ibid.
Pecunia rerum & ſolicitudinum eſt cauſa. 350
Pecuniæ difficilis cuſtodia. ibid.
Pecunias cumulare arduum eſt, uerùm cuſtodiri multò difficilius. ibid.
Pecunia dicta. ibid.
Pecunia ſeruos facit. ibid.
Pecunijs cumulandis omnes nunc ſtudent. ibid.
Pecunia quærenda. ibid.
Pecuniæ omnia obediunt. ibid.
Pecunia mortalibus nihil eſt charius. ibid.
Pecunia regina uocatur. 351
Pecuniæ deſcriptio. ibid.
Pecunia ingens generis humani bonum cui non? ibid.
Pecuniæ hominibus amicos conciliant. ibid.
PERIVRIVM. ibip.
Periurij definitio. ibid.
PHILOSOPHIA. 353
Philoſophici ſtudij præſtantia, & utilitas. ibid.
Philoſophia nihil eſt præſtãtius, aut ſtudio ſapiẽtiæ. ib.
Philoſophiæ ſtudium omnibus utile eſt. 354
POETA, poeſis, poetica. 355
Poeta dicitur factor, uel fictor: è græco uerbo ποιῶ. ibid.
Poematum uaria genera. ibid.
Poetæ uocabulum Cicero pro fictione uſus eſt. ibid.
Poeſis mores format. 356
Poeticæ laus. ibid.
Poetæ caſtigatores & cantores ſunt. ibid.
Poetarum ac poeticæ laus, poeta unde, uaria genera poematum. ibid.
Poetas deorum filios uocat Plato. ibid.
Poetæ deorum interpretes. ibid.
Poetæ nomen unde propagatum. 357
Poetarum lectio quid oratori conferat. ibid.
Poetæ officium eſt delectare. ibid.
Poetæ diuini. ibid.
Poetæ & ſtudia eorum in nullo pretio ſunt, neq; habẽtur ergo miſeri. 358
Poetarum ſors dura & miſera. ibid.
Poeſis uera à deo, & ad deum. ibid.
Poetarum impietas. ibid.
Poetarum miſeria. ibid.
Poetæ cur pauci boni. 359
Poetæ quomodo quis fiat. ibid.
Poetis ſunt quædam inter ſe communia. ibid.
Poetæ & natura & arte conſumati fiunt. ibid.
Poetæ fingunt uera aut ueriſimilia. 360
Poetarum muſæ ſteriles. ibid.
Poetæ deſpecti. ibid.
Poetæ nulli, ubi deſunt Polliones & Mecænates. ibid.
Poetæ uenerandi & non deſpiciendi ſunt. ibid.
Poetarum lectionis magna utilitas. ibid.
Præceptores magiſtri, ludi ſcholici, moderatores, diſcipuli, officia magiſtrorum, ac diſcipulorum. 362
Pædagogorum miſeria. 363
Præceptor à diſcipulis uirtute & habitu differt. ibi.
Præceptor eſt maior diſcipulo. ibid.
Præceptoris munus. ibid.
Præceptores ſancti, boni & mali. ibid.
Pædagogi graues ſint in primis 364
PRINCEPS, principatus. 366
Princeps dicitur. 365
Princeps dictus. ibid.
Principem eſſe neceſſarium, rationibus quibuſdam colligitur. ibid.
Principis officium. 366
Princeps bonus, malus, eius officium, principatus, imperium. ibid.
Principem oportet trium meminiſſe. ibid.
Principis boni hoc unum proprium eſt lucrum. ibid.
Principem qualem eſſe oporteat. 357
Principem uerum oportet non recte tantum imperare ſcire ac poſſe, ſed etiam humaniter. 368
Principis honeſti quis finis eſſe debeat. 368
Principis opus, lex. 369
Principes doctrina maximè decet. 370
PRODIGI, auari, profuſio, prodigentia. 371
Prodigalitatis definitio. ibid.
Prodigus largiẽdo modũ trãſit, & accipiẽdo abeſt ab eadem. ibid.
Prodigalitas et auaritia exuperantiæ ſunt ac defectus, uerſanturq; ambæ in duobus, largiẽdis accipiẽdisq; pecunijs. ibid.

Pro-

# INDEX.


Prodigus auaro multo melior. 371
Prodigalitas eſt exceſ? decori inſũpti pecuniarũ. 372
Prodigi qui fuerint olim, exuarijs autoribus collecti ſequuntur. 373
Prodigorum exempla memorabilia. 374
Prodigis bonorum adminiſtratio interdicitur. 374
Prodigus eſt qui ſermone quidem uidetur ſapiẽs. 375
PRVDENTIA. ibidem
Prudentiæ definitio. ibidem
Prudentiæ deſcriptio. 376
Prudentiæ definitio. 377
Prudentis officium. 377
Prudens beatus eſt, & prudentia ad uitam beatam ſatis eſt. 378
Prudentia quid. 379
Prudẽtes exiſtimamus, qui inter ſe de negocijs optime differunt. ibidem
Prudentis & boni uiri officium eſt. ibidem
Prudentia eſt animæ continuitas. 380
Prudentia & ſapientia quid inter ſe differant. 380
Prudentia circa bonum quadrupliciter ſe gerit. ibid.
Prudentiæ officium. ibidem
Prudentia uirtutum princeps eſt. 381
Prudentia Deo ſimiles facit ſui poſſeſſores. ibid.
Prudens uir. ibidem
Prudentiæ deſcriptio. ibidem
Prudentia cæterarum uirtutũ dux & mater. ibidem
Prudens uir hoc maxime pacto noſcetur. ibidem
Prudentis habitum duo gignunt. 382
Prudentiæ definitiones. ibidem
Prudentiæ proprium. ibid.
Prudentiæ partes quatuor ſunt, & numerantur. ibid.
Prouidentiæ definitio ibid.
Prudentiæ deſcriptio. ibid.
Principis ac magiſtratus boni eſt, iuſtis eſſe æquum, malis uero hoſtem, & porro utranq; partem audire, atq; poſtea recta iudicare. 387
Pietatis iura neſcit imperium. 390
Princeps obſeruare leges ſuas debet. 391
Princeps aditu facilis ſit. ibidem
Principatus & imperio impar. ibid.
Principatus res omnino ſolicita. 392
Principem decent liberalitas, clementia facilitas et ueritas. ibid.
Praui & ſtulti principes à deo conſtituuntur propter noſtram inobedientiam. 393
Principes huius mundi criminum ſuorum reprehenſiones non ferunt. ibid.
Principes impij & mali regnis præficiuntur, propter peccata populi. 394
Prudentiæ deſcriptio 406
Parſimoniæ definitio. 436
Parſimoniæ contrarium eſt luxuria. ibid.
Parſimonia & frugalitas differunt. ibid.
Parcere eſt abſtinere. ibid.
Parcitatis definitio. ibid.
Parcitas græcis dicitur φειδωλία. ibid.
Polypi mentem obtine. 441

R.

Remedium contra adulatores quod. 16
Rapacitas, auaritia, tenacitas. 60
Rapacitas, ex Eraſmo. 60.61.62.
Rogare oneroſum eſt. 79
Rhetoricæ & dialecticæ differentia. 110
Rhetoricæ finis ſuadere uel permouere. ibid.
Rhetoricæ & dialecticæ eadem materia. ibid.
Res quæ eueniunt neceſſariò, bono ac æquo animo tolerandæ ſunt 139
Reminiſcentiæ definitio. 265
Reminiſcentia & memoria differunt. 267
Rationis definitio. 268
Ratio dicitur diſcurſus & reputatio. ibid.
Ratio & intellectus non ſunt idem. 269
Ratio eſt pars prudentiæ. ibidem
Ratio eſt motus animi etc. à qua fit ratiocinatio, quæ à græcis dicitur συλλογισμός. ibi.
Ratio cur homini data. ibi.
Ratio duplex. ibi.
Ratio ſpeculatiuæ finis eſt ueritas. ibi.
Rationis practicæ finis eſt bonum. ibi.
Rationis ſpeculatiuæ diuiſio. ibi.
Ratio eſt ſapientia, & quæ hominem purum reddit ac confirmat. 270
Ratio, uitiorum deteſtatio. ibidem
Regna quæ dicantur. 363
REGNVM. 383
Rex, Reſpublica, Status Reipu. ibid.
Reipu. quis optimus ſit ſtatus. ibi.
Reipublicæ duo neceſſaria. ibidem
Regno fidere ſtultum. ibi.
Reges debent eſſe humiles. ibidem
Regi ſeruientem impudentem eſſe neceſſe eſt. ibidem
Regibus magna pericula impendent. 384
Regis ad exemplum ſubditi uiuant. ibid.
Regis boni officium. ibidem
Regni prima ars inuidiam pati. ibidem
Regis eſt, fortunam ferre. ibidem
Regem amari magis decet, quàm metui. ibi.
Regem quid faciat. ibi.
Regnum non duos capit: neq; mundus duos ſoles 385
Reges omnia timent. ibi.
Regna multi colunt, non reges. ibi.
Regere multos acerbiſſimum eſt. ibi.
Regni maximum uinculum bonitas. ibi.
Reges etiam oportet philoſophari. ibid.
Reges etiam decet eloquentia. 386
Reſpublica an ſeniſit adminiſtranda. 389


Recta

Recte imperare ac præceſſe omnium difficilium. 309
Religio. Pietas. Diuinus cultus. Falſus cultus. Etymologia religionis. 395
Religionis definitiones uariæ, hinc inde ex autoribus claſsicis exquiſitæ. 395
Religio dicta à reeligendo. 365
Religio uera uel pietas quæ ſit. 365
Religio falſa. 396
Religionis ſumma eſt, Ieſum credere Chriſtum. 396
RHETORICAE origo, laus, uituperatio. 398
Rhetoricæ origo, finis, ac uires. 398
Rhetoricæ finis eſt benedicere. 398
Rhetoricæ origo & initiū, utilitas & commoda. 399
Rhetoricæ commoda. 400

S.

Sobrietatis definitio. 2
Sobrietatem græci uocant σωφροσύνη. 2
Sobrietas circa quid uerſetur. 2
Sobrietatis definitio. 3
Sobrij & temperantes. 11
Seniores qui. 21
Senes qui. 21
Seniores qui ſecundum Seruium Tullium. 22
Societas leonis cum porco. 34
Stultitia, Græcis μωρία dicta. 38
Stultitiæ definitio. 38
Stultitia importat hebetudinem ſenſus. 38
Sententiæ ſtultitiæ ex ſacris literis. 38 & 39
Stultitia ſemper incipit uiuere. 40
Stultia mater malorum. 40
Stultus non poteſt eſſe iuſtus. 41
Solus ſapiens rectum à prauo diſcernere poteſt. 41
Stultus quis. 41
Stultitia quid. 41
Sycophanta quis. 86
Sapientiæ primus gradus quis. 95
Syntheris & conſcientia differunt. 103
Stylus optimus dicendi magiſter. 168
Studium. 142
Sapientes infelices. 163
Simulatio in omni re eſt uitioſa. 191
Segnicies. 312
Socordia. 312
Sapientiæ definitio. 354
Sapientia & prudentia quid inter ſe differant. 380
SANITAS ὑγεία. 404
Sanitas dignitate & tempore morbum præcedit. ibid.
Sanitatis deſcriptio. ibid.
Sano homini quid faciendum. ibid.
Sanitatis definitio. ibid.
Sanitas quot modis dicatur. ibid.
SAPIENTIA, Sapientiæ ſtudiū, ſapiēs, Σοφία. 406
Sapientiæ definitio. ibid.
Sapiētis etiā ē ea tenere quæ principijs cōcludūtur. ib.
Sapientia uocatur lumen ſupernaturale. ibid.
Sapientia circa quæ uerſetur. 407
Sapiens nullus noſtro tempore. ibid.
Sapientiæ quæ ſtudium impediant. ibid.
Sapientibus nulla præmia conſtituuntur. 408
Sapientia proxima deo. 409
Sapientem non facit canities, ſed cādor uitæ, morumq́; grauitas. ibid.
SENECTVS. 410
Senectus omnibus hominibus exoſa. ibid.
Senectutis laus. ibid.
Senectus omnia docet, moraq́; temporis. ibid.
Senex uir, nox & umbra eſt. 411
SERVITVS. 412
Serui, famulitium, famuli, miniſtri. 412
Seruitutis deſcriptio. 412
Serui unde appellati. 412
Seruitus malum abominandum ualde. 412
Seruus dimidius homo. 412
Serui plerunq; mali. 412
Sententiæ de dominis & ſeruis. 413
Sobrijs hominibus deus lex eſt. 415
Seruorum commoda & incommoda. 415
Serui qui ſunt in Repub. 415
Serui & miniſtri quomodo tractandi. 416
Seru⁹ ſeu famil⁹, & mores illi⁹ quales eſſe debeāt. ibi.
SOMNVS. Somnia. 417
De ſomno æquante pauperem cum diuite. 417
Somni deſcriptio. 417
Sæpe quæ uigiles tractamus, inter ſomnū obueniūt. ibi.
SPES. 418
Sapientibus uita ſpe confirmanda. 418
Spes in uita extremum eſt. 418
Spes uigilantium ſomnia ſunt. 419
Spes boni futuri. 419
Spes fallax. 419
Spes paſcunt uanos mortales. 419
Spes temerariæ plærunq; fallunt homines. 421
SVPERBIA, & eius ſpecies. 422
Superbiæ definitio. 422
Superbiæ elegans deſcriptio. 422
Superbia radix omnium malorum, & ſuperbos omnes deus perdit. 422
Superbis deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiā 422
Superbus minores deſpicit, maioribus inuidet, ab æqualibus diſſentit. 423
Superbia omnis peccati initium. 424
Superbia eſt radix cuncti mali, & regina omnium uitiorum. 414
Superbia inſigne uitiū ē, ingrataq; uirtutū comes. ibi.
Superbi, arrogantes, glorioſi ac ambitioſi qui fuerint. 427
Superborum arrogantiumq́; nomina hinc inde ex autoribus collecta. 428


Suſurratio,

Suſurratio,obtrectatio,detractio. ibid.
Suſurrationis definitio. 430
Suſurro,detractor,deriſor,conuitiator. ibid.
Silentium non ſemper amicitiam dirimit. 433
Silentij elegans excuſatio. ibid.
Secreta non promulganda. 434
Silentij tutum præmium. ibid.
Silentiũ et continentia linguæ omni uacant periculo. ibid.

T.

Temperantiæ definitio. 1
Temperantia græcè dicitur σωφροσύνη. ibid.
Temperantiæ partes ſunt tres. ibid.
Temperantia uerſatur circa libidines compeſcẽdas. 1.
Temperantia & continentia differunt. 2
Temperantes & ſobrij. 11
Tempus labitur. 20
Tempus eſt uehiculum ætatum omnium. 22
Tenacitas,auaritia,rapacitas. 60
Tributum pretium pacis. 77
Tergiuerſari quid. 85
Temulentiæ definitio. 120
Tolerantiæ definitio. 158
Terra omnibus comunis. 225
Terræ filius. 308
Torpor. 312
Tempeſtiuitas. 316
Tyrannum interimere deo gratum. 384
TACITVRNITAS. 433
Taciturnitatis definitio. ibid.
TENACITAS, Parcitas. 436
Turpilucrij definitio. ibid.
Turpilucrium græcis dicitur αἰσχροκέρδεια. ibid.
Tenacitatis definitio. ibid.
Tenacitas græcis dicitur κιμβεία. ibid.
TEMPVS. 440
Temporis iactura grauiſſima. 440
Tempori ſeruiendum eſſe. 441
Tempus omnium malorum eſt medicus. 443
Tempus omni mœſtitiæ medetur. ibid.
Tempus omnia mollit. ibid.
Temporum edacitas. 444
TIMOR, & eius ſpecies. 445
Timiditas græcis dicitur δειλία. ibid.
Timiditatis definitio. ibid.
Timor græcis dicitur φόϐ@. ibid.
Timoris definitio. ibid.
Timidꝰ eſt,q cũcta fugit et formidat,nullięſ reſiſtit ibi.
Tres peſtes ſunt,quæ omnes homines ſolicitant. ibid.
Timidus quidem arma contra ſeipſum habet, ſtultus autem pecunias. 446
Timiditatis deſcriptio. ibid.
Timoris magnum remedium eſt clementia. 447
TRANQVILLITAS,ἡσυχία,Quies. 448
Tranquillitas pars manſuetudinis eſt,qua mites ac ſedati ab omni perturbatione animi ſunt. ibid.
Tranquillitas & quies gratioſa res eſt,& uicina temperantiæ. ibid.
Tranquillitas commodiſſima eſt ad ſcientiam & prudentiæ exercitationem. ibid.
TRISTITIA,mœror, mæſticia. 451
Triſtitia eſt maxima ægritudo. ibid.
Triſtitiæ definitio. ibid.
Triſtitia & mœror contraria ſunt lætitiæ. ibid.
Triſtitiæ ſeu mœroris comites ſunt, fletus, planctus gemitus. ibid.
Triſtitia uel mœror tollitur,uel malo ſublato,uel reddito amiſſo bono. ibid.
Triſtitia multorum malorum eſt cauſa. ibid.
Triſtitia & ira ubi in unum animæ locum cõueniunt, furorem ſibi obnoxium pariunt. ibid.
Triſtitia nonnibil cum inſania commune habet. ibid.
Triſtitia per ſe reddere poteſt duplo ſane maiora quã reuera ſint mala. 452.

V.

Vitia Græcorum in gymnaſijs. 57
Vtilitas ex inimicis capienda. 51
Virtutes res pretioſiſſima. 71
Venus dicta à fœnore. 72
Vſus omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. 111
Vſus quid. 111
Vſus & ars differunt. 111
Virtus diuitijs præferenda. 112
Vſus facit opes. 112
Vinum caret clauo. 120
Vinum diſſipat curas. 121
Vtilitas uini moderatè ſumpti. 121
Verus uſus conuiuiorum. 124
Vſus. 142
Vſus magiſter. 143
Virtus unde appellata. 159
Virtutis munera duo. 159
Vindicta nihil dulcius. 212
Vindictæ nobiliſsimum genus eſt parcere. 212
Vinum & ira non facile decreta retinent. 213
Veritas multis uerbis non eget. 252
Veritatis ſimplex oratio. 252
Vitæ definitio. 268
Voluntatis definitiô. 269
Voluntas duos habet actus. 269
Voluntas ipſa dña eſt omnium & imperatrix. 269
Voluntatis magiſtra eſt ratio. 269
Voluntatis definitio ſecundum Ciceronem. 269
Voluntatis definitio. 276
Virtutum duo ſunt genera. 278
Virtus moralis nemini innata. 278
Virtus liberum facit,& non fortuna. 300
VERITAS. 453
Veritas deo gratiſsima. 453
Veritatis ſimplicia ſunt uerba. 453

Veritas ſimplex eſt ſermo. 453
Veritas dulciſsimum auditorium. 453
Veritas cœli ciuis eſt, et ſolo fruitur cõuictu deorũ 453
Veritas et uirtus inter ſe amicæ et cõcordes ſunt. 453
Veritas maximè conuenit menti. 453
Vir uerus quis. 453
Veritas uirum reddit dignitate dignum. 454
Veritas liberè proferenda. 454
Veritas nunquàm latet. 454
Veritas principia magnæ uirtutis promouet. 454
Vera loqui ſemper eſt optimum. 454
Veritas uerſatur circa deos & incorruptam deorum actionem. 454
Veritas omnes humanas cogitationes ſuperat. 455
Veritas tũ dijs, tũ hominibus ad oĩa bona dux eſt. 455
Vir bonus, beatus, felix. 455
Virorũ bonorũ ſemper inſignis fuit, & ẽ cõtẽpt⁹. 455
Vir bonus ſine deo nemo. 455
Virorum bonorum indignus contemptus. 455
Vir eſt beatus, qui aduerſa æquanimiter fert. 456
Vir bonus & probus intrepidus eſt, nec fortunam inſaniſsimam formidat. 456
Vir bonus. 456
Viri boni rari. 456
Verè beatus quis ſit. 457
Vir qui uerè ſit beatus & felix. 457
Vitæ beatæ deſcriptio. 458
Viuere beatè quid ſit. 458
VIRTVS. 459
Virtutis comites, laus, Encomium. 459
Virtutis definitio. 459
Virtutis officium eſt non peccare. 459
Virtutis laus. 459
Virtus nullis fortunæ incommodis obnoxia eſt. 459
Virtus ſemper manet. 459
Virtus intrepida. 460
Virtutis bona. 460
Virtuti nihil eſt difficile. 460
Virtus & probitas ſolæ immortales, reliqua omnia pereunt. 460
Virtus æterna poſſeſsio. 461
Virtus colenda eſt, non imago uirtutis. 461
Virtus ſola efficit uitam beatam. 461
Virtus non eſt paſsio. 461
Virtus non eſt potentia. 462
Virtutis deſcriptio. 462
Virtus omnis ſtat in medio. 462
Virtutem qui habet, is nullius rei ad benè uiuendum indiget. 462
Virtutis pediſſequæ ſunt diuitiæ. 462
Virtus maximum rerum humanarum bonum. 462
Virtutis cauſa mori, optatiſsima ac honeſtiſsima mors, folio. 463
Virtutis comites, probitas, æqtas, cãdor, ſpes bona. ib.
Virtute nulla poſſeſsio nec honeſtior, nec durabilior eſt. 464
Virtus immortalis. 464
Virtus. 464
Virtus non effertur rebus proſperis ac ſecundis. 464
Virtus etiam à morte manet. 464
VITA HVMANA, breuis, fragilis, beata, ſuauis, homo, hominis fragilitas, inconſtantia. 465
Vita hominis fragilis & caduca. 465
Vita humana caduca & fragilis. 465
Vitæ fragilem breuitatem elegantiſsimè deſcribit Plinius. 465
Vitam noſtram fabulam eſſe, quid. 466
Vita hominis ſimilis ludo taxillorum. 466
Vita quid. 466
Vita breuis, uana. 466
Vita ipſa curſus ad mortem eſt. 466
Vanitas huius uitæ. 466
Vita ſuauis. 467
Viuere beatè quid ſit. 467
Vita æterna pijs expectanda. 467
Vita humana curſus ad mortem. 467
Vitæ fragilitas. 467
Vitæ humanæ deploratio. 468
Vita hominis breuis & miſera eſt, & nauigationi periculoſæ quàm ſimillima. Vita nihil fugacius, morte nihil ſequacius. 468
Vita humana periculoſæ nauigationi ſimilis, & in ea ſæpe miſerabilius, quàm naufragi in undoſo mari, iactamur. 468
Vita noſtra omnis eſt ſcena, & ludus: cui aut apte ſeruiendum erit, & ludus diſcendus: aut incommoda uitæ æquo animo ferenda. 469
Vita humana plena calamitatibus, & miſerijs. 469
Vita noſtra & luctuoſa, ac ſimul ridicula eſt. 470
Vita mutabilis. 473
VOLVPTAS ἡδονὴ intemperantia. 473
Voluptatis definitio. 473
Voluptatis contrarium eſt dolor. 473
Voluptatis ſoror eſt triſticia. 474
Voluptates omittuntur, maiorum uoluptatum adipiſcendarum cauſa. 475
Voluptas ſæpius relinqt cauſas pœnitẽdi, quàm recordandi. 475
Voluptas eſt malorum eſca. 475
Voluptas uirtuti inimica. 475
Voluptas mala. 476
Voluptas nulla longa. 476
VVLGI ſeu plebis iudicium, inconſtantia, & malitia. 477
Vulgus proſperam fortunam ſequitur. 477
Vulgus amicitias utilitate probat. 478
Vulgi laus nulla. 478
Vulgi peruerſa iudicia. 478

DEFINI-

# DEFINITIONES VIRTVTVM AC VITIORVM, HINC INDE EX CLASSICIS AVTORIBVS GRÆCIS AC IVXTA LATINIS EXQVISITAE.

TRIA eſſe expetendorum ac fugiẽdorum genera, certiſſimo cõſenſu omniũ philoſophorum cõſtitum eſt: unum in anima, alterũ in corpore uel natura inſedit, uel aſcititium eſt: tertium, quod extrinſecus adueniens externum nominamus.

Quod in anima poſitum, eius tria ſunt genera: ueritas, uirtus & affectus.

VERITAS, ut nũc accipimus, uis eſt animæ ſe ex ſeipſa ſtatim ꝓferens, unde infinitæ animi uires propagantur, Dei Max. Opt. munere homini conceſſæ.

Vel hoc modo: Veritas eſt rerum, quæ diuinitus ſub animum cadunt, qualitas eſſentialis.

VIRTVS uis animæ eſt, quæ corpori moderatur, quæ affectus excipit, cognoſcitq́ꝫ, & quo iuſſerit recta ratio, perducit ac dirigit, in eoq́ꝫ perſeuerans habitum animæ comparat optimum quidem: deniq́ꝫ Deo fruitur.

Vel: Virtus eſt animi habitus, rationi rectæ conſentaneus. Recta ratio, cognitio eſt tum legum, tum ſententiarum, quę natura omnium animis inditæ ſunt. Phocylides ait uirtutem eſſe mediam: extrema utrinq́ꝫ uitioſa.

AFFECTVS eſt (ut Zeno inquit) irrationalis ac redundans animæ commotio, in animi naturam irrumpens.

Alij ſic: Affectus eſt auerſa à recta ratione aduerſus animi naturam commotio, ut Ariſtoteles inquit: Ipſum ægrimonia uoluptaſq́ꝫ comitatur reprehendenda.

*Veritatis partes ſunt.*

Mens, ratio, intellectus, iudicium, conſilium, ingenium, opinio: nam ut uoluntas de appetitu ac ratione naſci uidetur, ita ex ijs reliqua.

Mens igitur eſt, quæ in anima eminens ac in Lunæ modum, quæ à Græcis *μήνη* appellatur, modo quaſi perficitur in ſeſe reſidens, nunc diuina, nunc humana, nunc ſumma, nunc infima ſua luſtrans acie, nunc ſeſe inſpiciendo cuncta ſibi cogitatione proponit: modo etiam hebeſcit, & quaſi obtunditur, hinc dementes: modo prorſus obcæcatur ac ſepelitur, unde inſani.

Ratio eſt mentis aſpectus, qui bonum malumq́ꝫ diſcernit, uirtutes eligit, Deum diligit. Auguſtinus de ſpiritu & anima. Vel: Ratio eſt diſcurſus intellectus, quo applicantur uniuerſalia principia agibilium ad particularia uaria & incerta agibilia. Macrobius ex ſententia Platonis.

Intellectus eſt uis animi, quæ ſub uiſum non cadentia percipit, quemadmodũ ipſa quoq́ꝫ anima ſenſus adminiculo corporatas formas intuetur.

Vel: intellectus eſt habitus principiorum. Ariſtoteles in lib. Moralium magnorum, & in 6. Ethicorum. Auguſtinus de ſpiritu & anima. Græcis dicitur *σύνεσις*.

Iudicium uis eſt animi, qua quod ſe nobis oſtendit, in eo quid perſequendum, quidq́ꝫ declinandum ac fugiendũ, aut nos ipſos, aut alios docendo definimus, ueriſq́ꝫ falſa redarguimus.

Conſilium eſt animi ratio quædam altè petita, et plerunq́ꝫ plura perpendens & ponderans, latentia inueniens atque iudicans: differens à iudicio, quòd iudicium oſtendentibus rebus adhibetur, conſilium latentibus, & aut omnino nec dum repertis aut dubijs: iudicium autem frequentiſſimè certum eſt.

Ingenium eſt animi uis, qua ſe extendit & exercet ad incognitorum cognitionem: Græcis dicta *εὐφυΐα*: & ſignificat aliâs naturam unicuiq́ꝫ ingenitam.

Opinio opinatioq́ꝫ eſt cunctorum, ad quæ ancipiti feramur ſententia, uni pluribuſue propenſior æſtimatio: uel, ut alij, imbecilla eſt aſſenſio.

Chalcidius opinionis ſpecies credulitatem & exiſtimationem uideri uoluit. Sanè non defuerunt, qui ijs ſcientiam annecterent principijs, quod Ariſtoteli minus placet: nec ſane iniuria, cum non poſſint demonſtrari quidem principia.

at ſcientia per demonſtrationem comparatur. Proinde tam ſcientia quàm experimentum, experientia & ars ex ingenio intellectuq; & ſenſu orta eſt. Sunt qui ex intellectu & memoria naſci maluerint: inde Muſas Iouis & Mnemoſynes filias, commenti ſunt poetæ.

SCIENTIA eſt intelligentiæ, ingenijq; uiribus excitata, ex uniuerſalibus principalibuſq; ueris ac neceſſarijs, & primis & immediatis.

ARS rei cuiuſcunq; cognitio, uſu uel traditione percepta, ad uſum tendens aliquem uitæ neceſſarium.

IMAGINATIO eſt eorum, quę ſunt reſtitutio, & ſenſuum reciprocatio &c.

Nuc ad uirtutem redibimus, quæ quidem ſub tribus collocata generibus eſt, uerùm de duobus nihil hic neceſſe eſt recenſere: Tertium igitur adgrediemur, quod morale nominarunt philoſophi. Diuiditur autem in quatuor ſpecies: Iuſticiam, fortitudinem, temperantiam, & ſanctitatem, quam uocauit Ariſtoteles heroicā, & principem omnium aliarum uirtutum.

PRVDENTIA uirtus eſt de rationali parte manans, ad ęa, quæ felicitatem tendunt, conſtituenda idonea.

Vel: eſt recta ratio agibilium. Ariſtoteles 6. Ethicorum.

Vel: eſt rerum bonarum ac malarum ſcientia. Cicero lib. 2. Rhetoricorum.

Eius proprium eſt, ut omnia ratione atq; conſilio agitentur, inde conſulta naturæ tranſigantur. Item munus eius eſt in conſilio res adhibere, bona malaq; diſcernere, & omnia, quæ in humana uita deligenda fugiendaq; ſunt, præſentibus omnibus bonis honeſtis uti, opportunitates percallere, ſermone & opera ſagaciter uti, rerum omnium utilium habere experientiam & memoriam.

Prudentiæ contraria, ſtultitia & dementia.

ASTVTIA mentis eſt, qua rebus induſtrijs cautum captatur conſilium, & acutè deſpicitur atq; iudicatur, quid bonum, quid malum, quid utile, quid incommodum ſit. Verſutiæ nomen aſſumit, quum in malum ſeſe contulerit.

*Species prudentiæ.*

MEMORIA, qua repetit animus quæ fuerunt. Cicero in Rhetoricis. Secundum Ariſtotelem de memoria & reminiſcentia, eſt iterata reſumptio alicuius apprehenſi ſenſu uel intellectu. Vel, ſecundum eundem, eſt pars integralis prudentiæ. Non eſt autem futurorum nec præſentium, ſed præteritorum tantùm: ſenſus præſentium, ſpes futurorum.

INTELLIGENTIA eſt, per quam ea perſpiciuntur, quæ ſunt, à qua ſunt. Qui id ſeiungunt, calliditatem, per quam mentes quid cuiq; tractandum cõueniat, callent. Cuius contrarium ignorantia uel ſocordia.

PROVIDENTIA eſt, per quā futurum aliquid ſpectatur, antequàm factum eſt.

Ex cunctis prudentiæ partibus, induſtriæ omnes actioneſq; ſolerter tractatæ cognoſcuntur, & officij nomen aſſequũtur, et deniq; tria prudentiæ tempora deputantur: ut præterita meminerit, præſentia conſideret, futura connectat: ſed ueritatis partibus hæc aſcribi ſolent, & non iniuria: cunctis ſiquidem uirtutibus moralibus moderatur prudentia, ut ſine ipſa nomen ullum continere non poſſit &c.

IVSTICIA eſt uirtus unicuique ſua ſecundum dignitatem diſtriſtuens. Iuſticia eſt iuſtè adminiſtrare, patrios mores ſeruare, legibus ſcriptis obſequi, in conttouerſijs uera proloqui, pacta & conuentus cuſtodire. At prima ac præcipua erga Deum iuſticia: ſecunda erga patriam & partentes: tertia erga domeſticos, in quibus etiam delectus eſt & reuerentia adhibenda.

*Eius partes ſunt.*

Religio, pietas, gratia, uindicatio, obſeruantia, ueritas, fides.

RELIGIO eſt, quæ diuinæ naturæ cultum & ceremonias offert. Cicero lib. 1. de natura Deorum. Item lib. 2. Rhetoricorum. Græcis θρησκεία.

Vel: eſt ſtudium ſapientiæ, Auguſtinus de uera religione: Extrema, ſuperſtitio, & Dei neglectus.

PIETAS eſt, per quam ſanguine coniunctis, patriæq; beneuolis, ac principibus officium ac debitus tribuitur cultus. Cuius contrariũ tum impietas, tum ſcelus: ſiquidem ſcelus ad interitum aut excogitatum, aut perfectum.

GRA-

GRATIA eſt, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi uoluntas continetur. Cuius contrarium, ingratitudo.

VINDICATIO eſt, per quam uis aut iniuria, & omnino omne quod obfuturum defendendo aut ulciſcendo propulſatur. Cuius contrariũ, abiectio, ſuiq́ꝫ contemptio.

OBSERVANTIA eſt, per quã homines antecedentes & claros cultu aliquo & honore dignamur. Cicero in Rhetoricis. Eſtq́ꝫ ea ſub pietate, ſicut pietas ſub religione. Græcis appellatur παρατήρησις. Contrariũ, deſpicientia, inobſeruãtiaq́ꝫ, cũ quadã animi auerſione.

VERITAS eſt, per quã immutata ea, quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. Cicero in Rhetoricis. Vel: Veritas eſt adæquatio rei ad intellectũ. Ariſtoteles lib. 2. Metaphyſices. Græcis ἀλήθεια. Cuius contrarium linguæ uanitas. Extrema quodammodo: bina diſſimulatio, & iactantia. Huic contrarium diſſimulator, pauciora & minora ſua eſſe ſimulans; quæq́ꝫ nouit diffitetur, occultatq́ꝫ quæ cognoſcit.

FIDES eſt dictorum, conuentorũq́ꝫ conſtantia & ueritas. Cuius contrariũ, fraudatio. Vel, fides eſt opinio uehemens. Ariſtoteles 4. Topicorum. Cicero in officijs: dicta, quòd fieri debeat, quod dictum eſt.

*De fortitudine, quæ ſecundum tenet locum.*

FORTITVDO eſt animi affectio, legi ſummæ in percipiendis rebus obtemperans. Vel, conſeruatio ſtabilis iudicij in eis rebus, quæ formiduloſæ uidentur ſubeundis uel repellendis. Ita Sphærus definiuit. Chryſippus uerò inquit: Fortitudo eſt ſcientia perferendarum rerum, uel affectio animi in patiendo ac tolerando, ſummæ legi obſequens ſine timore.

*Fortitudinis officium ſiue effectus.*

Fortitudinis eſt, de morte intrepidũ, minimèq́ꝫ meticuloſum eſſe, & periculis cõfidere, & audacter, quæ ſuſtineri poſſe uideantur, & ut laus exoriatur committere, necnon honeſtè mori deligere potius, quàm turpiter uiuere, & ad gloriam ſemper aſpirare.

*Partes eius ſunt.*

Magnanimitas, magnificentia, indignatio, fidentia, patientia, acrimonia, firmitudo, alacritas, perſeuerantia, cõſtantia, uelocitas, ſedulitas, probitas.

Magnanimitas uirtus eſt, ob quam felicitatem & infelicitatem, honorem & dedecus ferre animus poteſt. Eius eſt honeſtè ſuſtinere quæ ad gloriam ferant omnia, nec non obuenientia contraria: neq́ꝫ admirari & obſtupeſcere aliorum rebus, non clientelis moueri, non rerum affluentia, non uictorijs, quæ de bellis & prælijs relatæ ſunt: ſed excellentem tollere animum & magnum ad omnia fortunæ bona parui facienda. Eſt etiam magnanimus, qui uitam producere longiſſimam non magnipendit, quiq́ꝫ de ſua uita anxius non eſt, moribus unus ac ſimplex & generoſus, qui ubi inferre poſſit iniuriam, uitet, ubi ulciſci negligat. Comitatur magnanimitatem, ſimplicitas & ueritas. Huius extrema, ambitio & puſillanimitas.

Magnificentia eſt rerum magnarum et excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio, atq́ꝫ adminiſtratio ipſa in ſumptibus, ut Ariſtoteles cenſet. Cuius extrema: Luxuria & parcitas, niſi quod parcitas aliquando loco uirtutis ponitur, ut parſimonia ac dilapidationis deuitatio, id eſt Græcis μεγαλοπρέπεια. Cicero & Ariſtoteles in Rhetoricis.

Indignatio eſt, per quam magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus immerito alicui bona uel mala eueniſſe ægrè fert. Cuius extrema, deriſio & inuidia. Secundum Ariſtotelem, eſt dolor perturbans propter res ſecundas indignè collatas. lib. 2. Rhetoricorum. Græcis dicta ἀγανάκτησις.

Fiducia eſt, per quam magnis & honeſtis in rebus plurimũ animus in ſe ſpei collocauit, ducente prudentia. Cuius extrema ſunt: confidentia & diffidentia, id eſt: fiducia eſt omnium bonorum. Græcis παῤῥησία, Spes futuri auxilij, concepta ex dictis aliorum, uel ex his, quæ ſunt in ſe uel alio.

Patiẽtia eſt honeſtatis utilitatiſq́ꝫ cauſa rerũ arduarũ ac difficiliũ uoluntaria ac diuturna perpeſſio. Cuius extrema: mollicies & furor, ſeu impatientia. Vel: eſt uirtus contumeliarum, & omnis aduerſitatis impetus æquanimiter portãs.

Cicero in Rhetoricis. Græcis ὑπομονὴ. Vel, eſt ſuas & ſuorum iniurias ac cętera mala æquanimiter ferre.

Acrimonia animorũ quidã uigor eſt, quo non atroces, ſed ad uim poſtulandam, inferendamúe ſunt acres et feroces. Cuius extrema, torpor & inſultatio. Vel, eſt uiuacitas animi, acumen ingenij, & mentis ſeueritas. Græcè δεινότης nominatur.

Firmitudo eſt, qua deliberatæ mentes quamcunq; illatam uim, honeſti utiliſue cauſa obnixiſſimè ſuſtinent. Cuius contrarium Cicero infractionẽ nominauit: licet infractum animum rebus aduerſis minimè cedentem dicamus aliquando. Vel, eſt uirtus faciens permanentia in opere: conſtantia uerò in propoſito. Græcis στερεότης.

Alacritas eſt, qua erecti ſenſus uniuerſi, ut ſuo quiſq; loco degat, quaſi minimè lacer, dictus alacer: ſed honeſti tuẽdi cauſa ſublimis, uultu animum promittente. Cuius extrema, ſegnities & proteruitas. Græcis dicta φαιδρότης.

Perſeuerantia eſt in ratione benè inſtituta ſtabilis & perpetua permanſio. Cuius extrema, pertinacia & leuitas.

Conſtantia eſt, per quam animi ſtabiles in propoſito nulla in parte titubant. Huius contrarium, uacillatio, ut quidã uerò, uanitas. Vel, eſt ſtabilitas animi firma, & in propoſito perſeuerans. Græcè dicitur βεβαίωσις.

Velocitas eſt, qua expediti ſunt animi ad celeriter aliquid obeundũ, maturèq; tranſigendum: quæ laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore perceptionem: nam corporis celeritas ferè dicitur, ut Quintus Curtius oſtendit. Velocitati contrarium, tarditas. Græcis βραδύτης.

Sedulitas eſt, qua animi ad rem aliquam tranſigendam inhærent indefeſſi. Contrarium, deſidia.

Probitas eſt prudens bonitas, qua mentes à ſe omnem extrarium prohibẽt rationis motũ. Cuius contrarium, facinus uel improbitas, ut opinãtur quidam, flagitium, quoniam mentem ſolã tangit.

*De temperantia.*

Temperantia, inquit Ariſtoteles, uirtus eſt, de concupiſcibili naſcẽs parte, ob quã animi turpibus nõ ſubijciuntur uoluptatibus.

*Temperantiæ officium.*

Temperantiæ proprium eſt, corporis uoluptates non ſuſpicere, turpiſq; uoluptatis uſus nequaquam cupidam eſſe, ac iuſtam etiam uereri licentiam, componiq; animo in paruis, ut in magnis, quæ ad uitam humanam pertinent rebus. Ad temperantiam uerò accedit animi compoſitio, munditia, uerecundia, reuerentia.

*Quidam ſic diffinierunt.*

Temperantia eſt ratio in libidinem atq; in alios non rectos animi firma & moderata dominatio. Cuius extrema ſunt, intemperantia & inſenſibilitas. Græcis σωφροσύνη uocatur.

Ariſtote. in magnis Moralib. Cicero li. 2. de inuẽtione Rhetoricæ. Et lib. 2. de finibus bonorum & malor.

*Partes eius ſunt.*

Manſuetudo, liberalitas, grauitas, triſtitia, ſeueritas, uerecundia, urbanitas, amicitia, beneuolentia, cõcordia, amor, pax, continentia, clementia, pudor, caſtitas, pudicitia, honeſtas, moderatio, taciturnitas, frugalitas, parſimonia, bonitas, puritas, ſiue innocẽtia. Hanc tamen uirtutem Cicero modò temperantiam, modò moderationẽ, modò modeſtiã uocat.

D. Aurelius Auguſtinus de libero arbitrio ita definit: Temperantia eſt affectio coercens & cohibens appetitum ab his, quæ turpiter appetuntur. Item, de moribus Eccleſiæ dicit, munus temperãtiæ eſſe in coercendis ſedandiſq; cupiditatibus, quæ nos à recto & bono auertunt. Eius officium eſt, contemnere omnes corporeas illecebras, laudemq; popularem.

Manſuetudo eſt uerborum ſuauitas, erga aliquos lenitatem mentis oſtendẽs, morumq; facilitas, obuiaq; uoluntatis ſuæ in aliquem oſtẽſio. Cuius extrema, irritatio & incommobilitas.

*Partes manſuetudinis ſex ſunt.*

Comitas eſt, cum animi uerborum ſuauitate quadam uultus hilaritate, non grauatè aliquid ſe agere aut acturos oſtendunt, aut pollicentur.

Benignitas eſt, cum animi excitantur ad facilè excipiendum, quæ ab alijs dicantur. Hinc Plautinum illud: mihi ad argumentum hoc enarrandum eſt comitas: ſi ad auſcultandũ ueſtra erit benignitas: quũ benignè alicui operam noſtram præſtamus, planèq; iuuamus. Cuius cõtrarium, malignitas.

Faci-

Facilitas eſt animi quædam ingenuitas,qua ſeſe ſummittũt, acquieſcũtq́ alterius ſententiæ,nihil elatũ de ſe ſignificantes. Cuius contrariũ eſt,peruicacia.

Humanitas eſt,qua animi,humana id natura poſtulãte, erga omnes iuuandos aliqua in re cõmouent̃, præſertim quos uideãt calamitoſos.Cuius contrariũ, inhumanitas,tũ etiã inſolẽtia. Eſt tñ etiam uidere ubi humanitas pro eruditione ſumat̃:quod diſcere proprium ſit hominis.

Humilitas eſt,qua animi,ubi expediat, honeſtumq́ ſit,tũ uerbis,tũ corporis geſtu prudenter ſe ſuaq́ ſummittunt, nihil de ſe aut arroganter fieri,aut dici uolentes.Cuius contrarium , ſuperbia.

Tranquillitas eſt,qua mites ac ſedati ab omni pturbatione animi ſunt. ſumpta trãſlatione à fluctibus. Cuius cõtrarium eſt atrocitas, uel fluctuatio.

Liberalitas uirtus eſt,ingenuè,ubi honeſtas exigit , impendens. Liberalitas, inquit Ariſtoteles,eſt delectum pecuniarũ in rebus laudabilibus adhibere : impenſas ubi decor poſtulet inſumere, auxilium ferre ubi res poſtulet,non auferre,unde non decet. Eſt aũt, inquit, liberalis amictu mũdus ſi non lautus,& domicilio ornatus, & præparatus circa ea, quæ honeſta, quæq́ uiuendo ſuauitatẽ habeãt,unde etiã nulla expectetur utilitas:qui alit animalia,unde capiatur animus delectatione,aut aliqua naſcat̃ admiratio.Liberalitatẽ comitat̃ humilitas, benignitas,humanitas,et eſſe miſericordem, amicis iucundum , hoſpitabilem, honeſtũ,& honeſti amatorem:deniq́ ad ſumptũ faciendũ ubi oporteat,& quãdo neceſſe ſit, nihil grauatè facientis ac liberè liberalis.Cuius extrema, auaritia & prodigalitas. Partes autem, benignitas, de qua ſupra dictum, munificentia, hoſpitalitas,beneficẽtia,abſtinentia.Gręcis appellatur ἐλευθεριότης. Egregiũ librum de liberalitate ſcripſit Iouianus Pontanus ad Actiũ Sincerum. Verſatur aũt in eroganda rectè pecunia.

*Partes liberalitatis ſunt quatuor.*

Munificẽtia eſt,qua animi ubi & quãdo opus eſt,& quanta,& quibus conuenit,erogant munera.Cuius extrema,largitio & tenacitas.

Hoſpitalitas eſt, quum ultrò & miti humano inducti animo , nullo noſtro allecti commodo hoſpites accipimus. Cuius extrema, hoſpitandi oſtentatio, & in hoſpites odium:quo uitio ferè uiliſſimi quiq́ in ciuitatibus & domibus flagrant,idq́ præcipuè, ſi quid ex ipſorum ſententia ceſſerit, qui hoſpitio admittuntur.Græcis ξενία uocatur.

Beneficentia eſt,qua mitis animus ad cuiuis benefaciendum , nulli malefaciendum cõmmouetur. Cuius extremum uel contrarium eſt maleficentia ; & qui ei uitio allegatur,maleficus appellatur. Græcis uocatur ἐυεργεσία: dicta, quod alijs benefaciendo proſit.

Abſtinentia eſt,qua inducuntur animi,ut ab alienis abſtineãt rebus. Cuius contrarium,rapacitas. Vel eſt, ſecundũ quoſdam,cohibitio gulæ,luxurię, cupiditatis,auaritiæ , ambitionis & ſuperfluitatis. Græcè ἐγκράτεια.

Grauitas eſt,per quã loco , tempori, ac perſonæ animus conſentaneus inter moroſitatẽ & delectationẽ uerſatur, talẽ etiã corporis ac ſermonis habitũ gerit cũ dignitate. Cuius extrema,moroſitas & abiectio, ut Apuleius fingit, placẽtia.Partes ipſius,triſtitia & ſeueritas. Vel:grauitas eſt firmitas ac conſtantia animi & in uultu, moribus, uerbis, rebus agendis quædam ſeueritas. Græcè σεμνότης nominata.

*Partes grauitatis duæ.*

Triſtitia eſt habitus ſiue totius corporis quidã ( ſi ſic fas eſt loqui ) uultus, nec in ſecũdis rebus gaudibundus, nec aduerſis concuſſus in dolorem : nempe nullo tempore ſe immutãs aut attolendo aut ſubmittendo. Cuius cõtrarium, laſciuia.

Seueritas eſt mentis quædam iuſta duritia, & corporis facie & factis, tã in ſe quàm in alios,prout res poſtulare uideatur,nulli delictũ remittens, legibus nimium atrociter obtemperans,legum, iuriſq́ uim uicto nullis precibus animo complectens. Cuius contrariũ, licentia.

VERECVNDIA eſt, per quam ut tẽpus,locus,perſonæq́ poſtulãt, animi ſe uereri ac rationẽ habere iudicãt. Cuius extrema, procacitas uel petulantia, uel animi confuſio: uel ( ſecundũ Ciceronem ) eſt dolor quidam ac perturbatio ex malis, aut pręſentib⁹, aut futuris infamiã inferentibus proueniens. Græ-



cis

cis uocata αἰδώς. Cicero de Partitione oratoria, appellat uerecundiam cuſtodem omnium uirtutum, dedecus fugientem, laudemq́ maximè conſequentem: eſtq́ medietas inter impudentiam & ſtuporē, in actionibus colloquijsq́ cōſtitutam agit, & loquitur, ubi, quando, & quæ expedit. Ariſtoteles in Magnis moralibus. Vrbanitas eſt lepor uultu, geſtu, & uerbis ad facetè inceſſen dū demōſtratus, cuiꝰ extrema: dicacitas & ruſticitas, uel prodecantata conuiciatio. eſt in moderatè inceſſendo, & aliorum ſcommata perferendo, media inter ſcurrilitatē & ruſticitatem. Scurra omnes inceſſit: ruſticus non inceſſit, ſed excandeſcit. Ariſtoteles in Magnis moralibus.

*De Amicitia.*

Amicitia eſt mens eadem in duobus, pluribuſue, inter ſe inuicem ad aliquid obeundum. cuius extrema ſunt, inimicitiæ & aſſentatio. Partes uerò: beneuolentia, concordia, amor, pax.

Amicitia eſt media inter aſſentationem & inimicitias; & uerſatur in actione, ſermoneq́. Aſſentator eſt qui plura quàm ſit par, adſintq́ cuiquam, ſibi arrogat, aut ſcire fingit, quæ non nouerit. Infenſus inimicus, qui derogat etiā quæ adſunt quorum neuter iure laudandus accedit: inter quos medius accedit amicus. quippe qui nec plura quæ p̄ſentibus cuiq́ aſtruit, neq́ minimè conueniant laudauerit, neq́ è contrario imminuit, neq́ aduerſatur, præterquam exiſtimetur tribuendum.

Amicitia, ſecundum Ciceronem de Amicitia ſiue in Lælio, eſt humanarum diuinarumq́ rerum cum beneuolentia & charitate conſenſio, idem Auguſt. epiſt. 45. Vel, eſt uolūtas erga aliquem bonarū rerū, illiꝰ ipſius cauſa, quē diligit, cū eius pari uolūtate. Cicero 1 Rhetoricorum. Vel, eſt beneuolentia pacis non latens; Ariſtoteles lib. 8. Ethicorū. Vel, eſt ſtudiorū omnium uoluntatūq́ conſenſus.

*Partes amicitiæ quatuor.*

Beneuolentia eſt benè de aliquo ſentiens & illi beneuolens opinio, cuius contrariū eſt maleuolentia. Vel, eſt bonorum erga proximum uoluntas: Græcis dicta εὔνοια. Plutarchus oppoſita dicit eſſe, inuidiam & odium, in libello de differētijs odij & inuidiæ. Maleuolentia dicitur à græcis κακόνοια, id eſt, ut beneuolentia, bona uoluntas, ita hæc mala uoluntas dicitur.

Concordia eſt animorum aliquibus in rebus cōſenſus, & imperādi alterius, et alterius obediēdi (ut inquit Ariſto.) uolūtas: Cuius cōtrariū, ſeditio, uel, ut alij, defectio: uel, eſt unio appetituū diuerſa petentium, uelut eiuſdem cordis: græcè ὁμόνοια dicitur.

Amor eſt animi deuinctio erga quidpiam, ſiue id animatum ſiue inanimatum ſit, honeſti uel utilis cauſa aut iucundi excitatus. cuius contrariū, odiū.

Pax, qua pactis alligatæ mentes iure Gentium omni abacto odio ſaltem infeſto, inter ſe uinciuntur: cuius contrariū, diſcordia: unde plærunq́ bella oriuntur, ſicut eadem per pacem ſedari ſolēt. At amicitiam inter externa locauimus, quod alterius in alterum magno ſit plærunq́ uſui atq́ adiumento, idq́ fortuitu.

Continentia eſt uirtus, inquit Ariſtoteles, de concupiſcibili parte naſcens, ob quam animi turpibus ſeſe non inmergunt uoluptatibus. Continentiæ ſuum eſt, cupiditatem ratione compeſcere poſſe in abuſus et malas procurren tem uoluptates: & ſufferre, & tolerantem eſſe egeſtatis ac ægrimoniæ, quas ipſas ingerat natura. alij ita definiunt. Cicero li. 1. de inuētione Rhetorica.

Continentia eſt, per quam cupiditas cenſilij uiribus regitur, per quam eſt iter ad temperātiam. At ipſa nec dum, ut tam Hieronymus, quàm Ariſtoteles inquit, perfecta eſt uirtus, cui tum nihil admodum deeſt: nempe cum nulla cupiditate animus commouetur, tum demum eſt temperantia.

Tres ſpecies incontinentiæ.
- Vna ab ægritudine naſcens, nempe ob corporis languorem, uelut cum quis per morbum ea agit, quę ſunt (ut Ariſtoteles autor eſt) propemodum dementis. In magnis Ethicis.
- Altera, à natura.
- Tertia, à Conſuetudine.

Cle-

Cicero. Clementia uirtus eſt, qua animi ad irã accenſi comitate retinentur, uel eſt lenitas ſuperioris ergà inferiorem in conſtituendis pœnis.

Seneca de Clemẽtia. Clementiæ eſt mediocres reprehenſiões, & mediocria tolerare conuicia, nec confeſtim ad ulciſcendum proruere, nec in iram è ueſtigio irritari: comem uerò et uirtute & morib', ac minimè litigioſum eſſe conuenit: contra, ſedatum animo & pacatum eſſe decet. græcis ἀνεξικακία uocatur.

Clemẽtia. Alij ſic definiunt. Clemẽtia eſt per quã animi temerè & inconſultò alicuius iniectione facta irritati, comitate retinentur. Cuius contrarium, immanitas, à clementia non admodum abeſt.

Lenitas. Lenitas, quæ morũ quædã placabilitas eſt. cuius contrarium aſperitas eſt.

Pudor. Pudor, quo uerentur animi id agere, q̄d minimè deceat, honeſti reuerentia commoti. Cuius contrarium eſt impudentia, uel, ut Cicero, petulantia.

Pudor eſt timor iuſtæ uituperationis, qui affectus eſt honeſtiſſimus, & ut Ariſtoteles definit αἰσχύνη ἐστι φόβος δικαίου λόγου.

Caſtitas. Caſtitas eſt quum mens ab omni libidine eſt immunis, ac Venere religioſa munditia, ac puritas. Cuius contrarium eſt libido, dictaq́ à caſtigatione concupiſcentiæ. Græcis ἁγνεία.

Pudicitia eſt, per quam ab omni illicita & turpi Venere mens eſt libera. Cuius contrarium eſt ſtuprũ, uel inceſtus, à græco: uerbum unde inceſtare receptũ. Differunt aũt caſtitas & pudicitia: hæc ẽm eſt circa ſignum Venereorũ, ut tactus, oſcula, & huiuſmodi: caſtitas uerò circa Veneream comixtionem. Diuus Aurelius Auguſtinus in libello de definitionibus, ita caſtitatem definiuit: eſt uirtus ſub iugo rationis, impetum refrenans. Vel, eſt per domitas uitiorum furias nuda & honeſta totius corporis habitudo.

Honeſtas eſt habitus mentis, per quẽ ad uirtutem capeſſendã, religioſo amore animi promouentur. Cuius contrarium eſt turpitudo. Cicero lib. 2. de finib. bonorum & malorum definit honeſtum, quod tale eſt, ut detracta omni utilitate, ullis præmijs, fructibusq́, per ſeipſũ poſſit laudari. Græcis σεμνότης. Honeſtũ propriè dicitur quod honore dignum eſt, & idem eſt cum uirtute.

Moderatio eſt, qua animi ſibi temperant, ac (ut Marcelli utar uerbo) aurigant modos, in quibus morati factis & dictis, & id genus alijs, quæ agendi officia, impotentias, & temeritatis incurſus in ſe ferri non patiuntur: huius contrarium, immoderatio.

*Tres Moderationis ſpecies.*

Taciturnitas eſt, qua mentes circumſpicientes quid deceat, & quid non, ſilẽt cogitabundæ, nec putant proferendum antequam maturè cuncta examuſſim diſputarint, ne ex ore magis quàm ex pectore erumpat oratio: huius extremum linguacitas, unde dicaces, locutulei, bãbaliones & futiles à ueteribus ſunt nominati. Græcis σιωπὴ appellatur.

Frugalitas eſt cibi potusq́, mentis frugi ac benè compoſitæ moderatio. Cuius contrarium, uoracitas. Vnde heluones & nebulões. Dicta eſt à fruge, qua nihil melius è terra oritur. Dicta græcis λιτότης. Frugi homines appellantur, quos græci χρησίμους uocent, quòd ſcilicet in omni re motus animi moderentur: hinc frugalitas à nõnullis ita definita eſt: uirtus, quę motus animi regit & ſedat, moderatáq́ in omni re nouit ſeruare conſtantiã. Media eſt inter prodigalitatem & auaritiam: quum nec nimis parcè rebus utimur, nec nimis luxurioſè: Eſt igitur moderata parſimonia cibi & potus.

Parſimonia eſt, qua animi honeſti & utilis cauſa, ne diſpendium faciãt, & bona ſua opum uel facultatum nomine appellata inutiliter inhoneſteq́ decoquãt, ſed tueantur atq́ cuſtodiant, prudenter conſiderant: Cuius contrarium, luxuria & bonorum ſuorum dilapidatio, græcè φειδώ. Differt à frugalitate: quod parſimonia eſt, quid generalius. Phocylides ἀρχόμενος φειδοῦ ἁπάντων μὴ τέρμ' ἐπιδεύῃς in initio parſimonia utere in omnibus, ne in fine indigeas.

*Heſiodus.*

Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι
μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.

*Incipiente dolio & finiente ſatiare,*
*Sed in medio parce: grauis enim in fundo Parſimonia.*

Puritas mentis innocētia eſt, qua nullo animi inſontes uitio alligantur, & ne cogitatione quidem mala exęſtuant. Cuius contrarium, uerſutia.

Bonitas bonum eſt, quo mentes nulla perturbatione quatiūtur, à natura ita inſtructæ, ut mali nihil cogitent aut etiam norint, confingere neſciunt. Cuius cōtrariū, malitia: uel ut gręco utar uerbo δόλος. De uirtutibus hæc, nunc de uitijs.

*De affectibus.*

Cum binas humana anima, tam Ariſtotelis q̃ Platonis ſentētia, partes ſortita ſit, rationalem & rationis expertem: ſicut ex rationali parte omnis honorabilis ac laudabilis emanat ſenſus, ita ex irrationali naſcitur affectus, quod græci πάθος appellant: ſed noſtri modo affectum, modo affectionem, modo perturbationem, aliquando morbum: Neoterici paſſionem, & appetitum dicunt.

πάθος

Affectio.

Conſtituunt aūt genera affectuum, excandeſcētiam & cupiditatem, ſecuti Platonem & Ariſtotelem. rurſus excandeſcentiæ duas tribuūt ſpecies: de pręteritis rebus dolorē, de futuris metum: totidēq; cupiditati: nam de pręteritis ei lætitiam deputant, de futuris ſpem aſcribunt. Sunt autem qui pro dolore ægritudinē, pro ſpe libidinem ponāt. Cæterum his affectibus cōtrarias & aduerſantes Stoici oppoſuerunt, quas uocant ἀπαθείας, Cicero cōſtantias nominauit, quas aiūt pro tribus perturbatiōibus ſiue affectibus in animo eſſe ſapientis: pro ſpe uoluntatem, pro lætitia gaudium, pro metu cautionem: pro ægritudine uel dolore, quam Neoterici triſtitiam uocant, negauerunt aliquid poſſe in animo ſapientis: ſtulti quippe aiūt eſſe, in malis affici opinatis, animosq; demittere & contrahere rationi non obtemperantes. Voluntas porrò, inquiunt, expetit bonum, quod facit ſapiens: quam ita diffiniunt.

ἀπάθεια

Voluntas eſt, quæ cuiq; cum ratione deſiderat: ſi quidem quę à ratione diuerſa eſt, incitata uehementius ea libido eſt, uel cupiditas, quę effrenis in ſtultis hominibus inuenitur.

Libido uel cupiditas.

Gaudium, ut aiunt, de bono adepto, quod ubiq; adipiſcitur ſapiens, ut cum ratione animus mouetur placidè & clementer atq; conſtanter: quum autem inaniter & effuſè animus inſurgat, tum ea lætitia, quam diffiniunt, ſine ratione animi elationem.

Lætitia.

Cautio deuitat malum, quod debet ſapiens deuitare: nam cum bona à natura appetimus & à malis declinamus, ſi declinatio cum ratione fiat, cautio appellabitur: quę autem ſine ratione & cum exa minatione humili atq; fracta, metus nominatur, ut ſit metus à ratione auerſa; cautio.

Declinatio cum ratione facta dicit Cautio.

Metus.

Dolor porrò quia de malo eſt, quod iā accidit: nullum autem malum exiſtimāt poſſe accidere ſapiēti, nihil in eius animo pro illo eſſe poſſe dixerunt.

Ægrimonia, uel ut alij ægritudo, quæ opinio recens mali præſentis in quo demitti, contrahiq; animo rectum eſſe falſo uideatur, eſt (ut quidam inquiunt) irrationalis motus, omnem ex animo auferens delectationem: Vel, eſt animi aduerſante ratione contractio. Apud Platonē Timęus, qui affectuum bina facit genera: ægritudinem & uoluptatem ita diffinit: Ægritudo eſt bonarum rerum fuga, ſicut uoluptas malorū omnium eſca, atq; illecebræ. alij: Ægritudo eſt opinatio recentis mali, in quo animus ſubſternitur. græcis nominata ἀῤῥωσία ἀῤῥωστῶ ęgroto ἄῤῥωστος ægrotus, imbecillis.

Cicero in quęſtiōib. Tuſculanis.

*Aegrimoniæ ſpecies decem & ſeptem.*

*Seneca de clementia.*

Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis. Nemo enim parricidæ aut proditoris ſupplicio miſericordia ferè cōmouetur. uel ut alij: Miſericordia eſt ægrimonia, cū animi digna uel indigna paſſum aliquem miſerantur. Græcis ἔλεος uel ἐλεήμων.

Æmulatio eſt ęgritudo, ſi eo, quod cōcupierit, alius potiatur, ſpe careat: quæ & in laude, & in uitio nomen habet: nam & imitatio uirtutis ęmulatio dicitur: uerùm ad hoc nihil attinet, eſt ſiquidem laudis.

Inuidentia eſt ægritudo ſuſpecta propter alterius res ſecundas, quæ nihil noceant inuidenti: nam ſi quis doleat eius rebus ſecundis, à quo ipſe lædatur, nō rectè dicitur inuidere: ut ſi Hectori Agamemnon. Qui aūt cui alterius commoda nihil noceant, tamen quum doleat his frui, hic profectò inuidet. Græcis φθόνος appellatur.

Mœror

Mœror eſt ægrimonia, quæ cum ani-
mo penitus inſederit, ipſum uehemẽter
affligit. Alij ſic. Mœror eſt ægrimonia
flebilis.

Moroſitas eſt animi quædam diſpli-
centia, cum rudi & ſubruſtica aſperitate
commouetur, quando non ita ad unguẽ
& ex eius ſententia actũ eſt, quod poſtu-
labatur. Hinc moroſus peruerſis mori-
bus: moratus bonis moribus. græcis ἀυ-
θάδεια.

Amentia eſt tam inſignis ęgrimonia,
ut citra omnem rationis cogitationẽ de-
ducatur atq; erumpat, uel ſecundũ Ari-
ſtotelem, eſt uitium irrationalis animæ
partis malè uiuendi cauſa atq; principi-
um. Ipſius proprium eſt res malè diſcer-
nere, malè conſultare, malè conſueſcere,
malè præſentibus uti bonis, opiniõe fal-
li in ijs, quæ ad uitæ cultum honeſta bo-
naq; pertineant.

| | |
|---|---|
| *Comites* | *Inſcitia, inexperientia, incontinentia.* |
| *Amentiæ* | *Execratio, Dei contemptus, obliuio.* |

Amentia uel dementia (ſine diſcrimi-
ne enim dici perhibẽt) eſt affectio lumi-
ne mentis carens.

Obtrectatio ægritudo ex eo, quod al-
ter quoq; potiatur eo, quod ipſe concu-
pierit, quæ riualitas etiam dici poteſt.
Græcis ζηλοτυπία. Oritur ex amore nõ
patiẽte conſortiũ in re amata. Vel, ſecũ-
dum Chryſippum, eſt ęgritudo animi ex
eo proueniẽs, quod timeas ne adſit alij,
quod cum nemine uelis habere commu-
ne, qui igitur ita amat, ut ſit ſolicitus, ne
quis amore ſuo perfruat̃, zelotypus eſt.

Solicitudo eſt ægrimonia cum cogi-
tatione, quod oſci, ut græci ὅλον uniuerſũ
dixerint, mutata aſpiratione in ſ. & cita-
ri, quaſi totum commoueri, ſolicitum di
cas: ἀκρίβεια græce.

Confuſio eſt ægrimonia mentem tam
acri commotione perfundens, ut ob mẽ-
tis caliginem & uehementem agitationẽ
ne oculis quidem expoſita, cõtra obtue-
ri plerumq; ea agitati hominis poſſunt.
Auguſtinus confuſio, inquit, quæ mor-
det conſcientiam, quam Hebræi Baſun
uocant.

Angor eſt ægrimonia premens.

Luctus eſt ægritudo ex eius, qui charus
fuerit, interitu acerbo.

Ærumna, ægritudo laborioſa.

Dolor, ægritudo crucians.

Lamentatio, ęgritudo cum eiulatu.

Moleſtia, ægritudo permanens.

Afflictatio, ægritudo cum uexatione
corporis.

Deſperatio, ægritudo ſine ulla rerum
expectatione meliorum.

*De metu.*

Metus eſt opinio impendentis mali,
quod intolerabile eſſe uideat̃, animi re-
ceſſus & fuga. Ariſtoteles, met⁹, inquit,
uitiũ iraſcibilis partis eſt, ob quẽ formi-
dãt, terrore pręſertim imminẽte: utrũq;
maximum animi malum.

*Alij porrò ita definiunt.*

Metus propriũ eſt, ad incidẽtes immi-
nenteſq; timores mobilẽ eſſe, p̃cipue qui
mortẽ prętendere uideãtur, & corpora-
les timere inflictus, & melius arbitrari
utcũq; ſaluum eſſe, q̃ perdi uel honeſtè.

| | |
|---|---|
| | *Mollities.* |
| *Comites* | *Effœminatio.* |
| *Metus.* | *Laboris fuga.* |
| | *Vitæ nimia Cupiditas.* |

Subeſt & huic uitio cautio quædam,
& lites fugiendi conſuetudo.

Metus eſt mali alicuius futuri ſuſpici-
oſus cruciatus.

Oritur aũt metus per totius caloris ex
frigore cõtractionẽ, ad cor ipſum undiq;
decurrẽtis, utpote ad ſuã ſedẽ, tanq̃ in re-
giam uel arcem. Cæterũ ægrimoniæ in-
ſtrumentũ & excandeſcentię eſt os uen-
tris: nam huius affectus uim ſeſe ſentire
ſignificat: uelut etiã Galenus medic⁹ no
biliſſimus in tertio de demõſtratiõe in-
quiens, mœrentibus nobis nõ parũ fla-
uæ bilis in uentrem defluit, quod planè
modeſtiã exhibet, ut non prius à mœſti-
tia & cruciatu ceſſemus, q̃ bilẽ euomue-
rimus. Gignit̃ eñ grauitas infernè per-
medium pectus chondri xiphidis nun-
cupante, quod enſis faciem referat.

*Alij ita definiunt.*

Metus eſt animi torpor circa cẽſus oẽs
ſparſus, ex mali imminentis opinione.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | 1 | *Puſillanimitas* | 8 | *Socordia* |
| | 2 | *Timor* | 9 | *Pudor* |
| *Sub metu* | 3 | *Pigricies* | 10 | *Verecundia* |
| *comprehen* | 4 | *Terror* | 11 | *Formido* |
| *ditur.* | 5 | *Pauor* | 12 | *Tumultus* |
| | 6 | *Exanimatio* | 13 | *Trepidatio.* |
| | 7 | *Conturbatio.* | | |

Puſillanimitas animi, inquit Ariſtote
les, uitiũ eſt, quo impotes uidẽtur animi

ad

ad felicitatem infelicitatemq́; , honorem & dedecus ſuſtinendum. Puſillanimitas igitur eſt, nō honorem, non dedecus, nō felicitatem, neq; infelicitatē poſſe ſuſtinere, ſed honoratum quidem obſtupeſcere, aut inhonorari, ne in minima quidē parte poſſe uiriliter & animoſè ſatis obſiſtere: uerùm latitare, attoniti planè animi eſt, infelicitatē magnā à parua neutiq̄ diſcernere, in cūctis ſuſpirare, ingemere & ęgrè odiū ferre. Huiuſmodi eſt puſillanimitas, ut omnia conuitia contumelias uocet, & iniurias & honores auferri ſibi queratur, etiamſi ignoratione, alteriuſuè obliuione cōtigerint. Comitat̄ puſillanimitatē, paruis de rebus habere ſermonem, factū uel fortunā incuſare, deſperatio & ſūmiſſio.

Timor eſt metus hominem aliqua de cauſa reddens meliorem, quod ab honeſtate ferè non abſit. Vnde & nomem à quibuſdam habuiſſe creditur: τιμὴ enim honor græcis dicitur.

Pigritia eſt metus conſequētis laboris.

Terror eſt metus cōcutiēs, ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorē pallor, & tremor & dentium ſtridor conſequatur.

Pauor metus eſt mentē è loco mouēs, ex quo illud enim tum pauor omnem mihi ſapientiam ex animo expectorat. Cicero in oratore allegat. Eſt autem, ut ſuſpicor, Ennij Poëtæ.

Exanimatio eſt metus ſubſequens & quaſi comes pauoris. Plautus, quid huc examinatus currit Saurea?

Conturbatio eſt metus excutiens cogitata.

Socordia eſt, cū quod animo agi oportuit, animi ipſi ſubueriti temerè ac inſcitè, quod minus id efficiant, retinentur.

Pudor, quanquam aliquando uirtutis locum obtinet, eſt tamē etiam metus admiſſi mali & pœnitentia.

Diuus autem Auguſtinus: pudor, inquit, eſt qui facit ingenuā frontem, etiam de falſi criminis obiectione. Rubore ſuffundi non eſt crimen, etſi eſt crimen, non eſt illius, cuius obijcitur.

Nemeſius. Pudor eſt, inquit, metus de expectatione uituperationis excitatus, qui affectus eſt honeſtiſſimus.

Verecundia eſt metus in turpitudine cōmiſſa. Differunt ſanè pudor & uerecūdia: quod uerecundia ob ea quę deliquit cōfunditur atq; contabeſcit: pudibūdus autē de pręclara opinione, atq; adeò gloria, in qua ſic ueretur planeq́; metuit excidere: licet plærięq; ſæpenumero pudorē uerecūdiam, & uerecundiam pudorem indifferenter uocent.

Formido eſt de re aliqua inſolenti aut improuiſa, ingens animi conſternatio, & imaginarius cū tremore metus. Alij ſic: formido eſt metus permanens.

Tumultus eſt, ut cū Cicerone Quintilianus inquit, timor mult⁹. Vt aūt zeno, uocis comploſæ per metum eruptio.

Trepidatio eſt animo offuſus horror, geſtu, motuq́; corporis feſtinando ultrò citroq; incurſando demonſtratus.

*De cupiditate.*

Cupiditas uel libido eſt appetitus, ac citra rationem auiditas.

Alij ſic. Cupiditas eſt opinio uēturi boni, quæ ſcitur ex uſu tam præſens eſſe.

Vel, cupiditas eſt effrenatus immoderatusq́; appetitus.

| | | |
|---|---|---|
| | *Auaritia* | *Iracundia* |
| | *Superbia* | *Inimicitia* |
| *Partes cupiditatis* | *Odium* | *Diſcordia* |
| *14.* | *Simultas* | *Indigentia* |
| | *Peruicatia* | *Deſiderium* |
| | *Ira* | *Feritas* |
| | *Cupido* | *Sæuitia.* |

Superbia eſt cupiditas faſtus & excellentiæ, atq; inceſſu prę ſe inſolentiā ferēs, ſocij & ęqualis impatiens, inani de ſe exiſtimatione, ab aliorum ſe conſuetudine ſeiungens.

Odium eſt ira inueterata. Cicero lib. 4. quæſtionum Tuſculanarum. Vel, odium eſt uetus ira ex cauſis pluribus collecta, diuturno tempore perſeuerans. Auguſti. in libris definitionum.

Simultas eſt occulta ac ſimulata ulciſcēdi cupiditas, uerbis aliud oſtentās, & in animo aliud recondens. Vel eſt mendacium in ſignis factorum exteriorum. Græcis appellatur hoc uitium ὑπόκρισις.

Ira, eſt repētinus ac ſubitarius impetus & auiditas ulciſcendi. Alij ſic. Ira eſt libido puniendi, eius qui læſiſſe uideatur iniuria. Ariſtoteles aūt ira, inquit, eſt ulciſcēdi appetitus. Et rurſus, ira eſt feruor ſanguinis. Aut, ſanguis circa cor incēſus. Altera definitio materiā, altera ſpeciem uel rationem ſpectat.

Cupido eſt libido circa res ſtudioſas. Eſt nāq; acris affectatio ex irratiōali excitata

tata affectu uel appetitu, ut Veneris aut honeſti imagine decepta.

Iracundia eſt ira, quæ quũ nata eſt deſinere uidet̃, & placari: at tanq̃ ſub cinere ignis exæſtuans, quoad perfecerit. quamobrem cum incenſa eſt, nõ ceſſat. Ariſtoteles autem inquit.

Iracũdia eſt uitium partis iraſcibilis, ob quam commobiles fiunt ob iram animi.

| | |
|---|---|
| *Tres ſpecies iracundiæ* | *Bilis ſuccenſio*<br>*Acerbitas*<br>*Socordia.* |

Eſt planè iracũdi, neq; poſſe omnino ferre exigua cõuitia, neq; ſummiſſiones: eſſe uerò trucem & ultorem, in irã mobilem, ubi ſermo aut opera inciderunt.

Auaritia eſt uehemẽs opinatio de pecunia, quaſi ualdè expetẽda, inhęrens & penitus inſita.

*De auaritia.*

Ariſtoteles auaritia, inquit, eſt animæ auiditas, ob quam omnifariam congerẽdarum opum creſcit appetitus.

*Tres ſpecies auaritiæ.*

Lucri turpitudo eſt, qua ad om̃e lucellũ aucupandum addicuntur animi, lucrum cuicunq; pudori præponentes.

Parcitas eſt, qua retinẽtur animi pecuniarũ auiditate, ut q̃ parciſſimos, etiã ubi decor ſecus poſtulet, ſumptus faciant.

Animi anguſtia eſt, qua impendũt quidem animi, ſed pauxillatim ac frigidè & malè adminiſtrantes, atq; adeò plus abſumẽtes, quòd nõ ubi occaſio tulerat adhibitæ ſunt: & nullũ putare opprobriũ, utcũq; facientibus lucrũ. Comitatur auaritiã, ſermonem habere de rebus exiguis, anxietas, puſillanimitas, abiectio, immodeſtia, uilitas, humanum odium.

Inimicitia eſt ira ulciſcẽdi, tempus obſeruans. Ita enim Cicero.

Diſcordia eſt ira acerbior, intimo odio & corde concepta.

Indigẽtia, inquit Cicero, eſt libido inexplebilis, eſtq; rerum ipſarum, ut honorum & pecuniæ.

Deſiderium eſt libido eius, qui nec dũ adſit uidendi.

Feritas eſt atrociſſimę cupiditatis rabies: uis in anima adeò accenſa, & tam animo quàm corpori imperitans, ut omnem prorſus rationis motũ extinguat, feris & beſtijs ſimillima.

Sęuitia eſt ſeueritatẽ excedens, & feritate minor: cupiditas id efficere geſtiens crudeliter, quod iure fieri poſſe uideatur: uel eſt cupiditas ad immanitatem prorumpens.

*De uoluptate.*

Voluptas eſt citra rationẽ ad oblectãdũ cõmotio, & animi, ut Zeno inquit, ad oblectandum cum propoſito motus.

Plato uoluptatem omnium malorum eſcam uocat.

Ariſtoteles, uoluptas, inquit, eſt eorũ, quæ à nobis demum abfuerũt, cupiditati acceſſio, non eandẽ cuius afferens ſuauitatis rationem.

| | |
|---|---|
| Voluptatum aliæ | Animales, quę per ſeſe animę deputãtur: quemadmodũ quę circa diſciplinas atq; inſpectionem omnem uerſantur.<br>Corporales, quæ ex communicatione corporis atq; animę gignũtur, ob idq; corporales appellatæ: ſicut quæ circa cibos & coitus exiſtunt. |

Neceſſarię paritercq; naturales, ſine quibus uiuere impoſſibile eſt, ut cibi, potus: neceſſaria indumenta.

Naturales ac non neceſſariæ, Legitimę Veneres: quod ad generis humani propagationem faciant.

| | | |
|---|---|---|
| Comites uoluptatis 13. | *Incontinentia*<br>*Intemperãtia*<br>*Declaratio*<br>*Deriſio*<br>*Petulantia*<br>*Diſſolutio*<br>*Maleuolentia* | *Deſidia*<br>*Iniuria*<br>*Obliuio*<br>*Lætitia*<br>*Iactatio*<br>*Gloriæ uanitas.* |

Intemperantia cõcupiſcibilis partis uitium eſt, qua habitu, delectu, pernicioſis capiuntur animi uoluptatibus.

Intemperantiæ propriũ eſt, uoluptatũ pernicioſarum, turpium, ac flagitioſarum oblectamenta deligere: idq; felicitatẽ arbitrari, & ſcurrã eſſe, & dictis ſemper aliquẽ inceſſendi cupidum, nõ urbanitatis, ſed ſcurrilitatis & dicacitatis nimiũ amatorẽ, facileq; perfuſum & proiectũ ad loquendum, actibus quoq; conſimilem.

| | | |
|---|---|---|
| *Comites intemperantiæ.* | *Nocentia*<br>*Impudentia*<br>*Immunditia* | *Contemptus*<br>*Conuitium*<br>*Diſſolutio.* |

Incontinẽtia partis cõcupiſcibilis uitiũ eſt, ob quam pernicioſas uoluptates præpedita parte rationali deligunt animi ſibi conſectandas. Porrò incontinentiæ

eſt

eſt ſuum, uoluptatũ oblectationes repugnare, in ea ratione deligere, & ipſarũ expertẽ eſſe melius tamen arbitrari, nihilominus tamen eas ſequi, & melius exiſtimare, honeſta & utilia tractare, ſed uoluptate illectum ab honeſtate deficere. Comitatur incontinentiam, mollicies, incuria, & plurima quę etiam intemperantiã.

Delectatio eſt uoluptas ſuauitate auditus animum deliniens & remittens, & quaſi qualis hęc aurium, tales ſunt oculorum & tactionum & olfactionũ, & quæ ex ſaporibus fiunt, quæ omnis generis unius ſunt ad perfundendum animũ, tanquàm ita exortæ uoluptates.

Deriſio eſt uoluptas, quę ex alienis orta eſt malis, obiectione & opprobrio erecta.

Petulantia eſt uoluptas mentẽ à ratione ad Venerem reuocãs, & cęteros illicitos trahẽs mot⁹. Vel laſciua ſubſultatio, & ſine modeſtia, proterua ac procax loquẽdi, uel potius blaterandi cõſuetudo.

Diſſolutio eſt à uirtute diſiũctio: uoluptas ad corporis flagitia ꝓcliuis, imbecillũ & mancũ obeũdis munijs corpus præſtans: unde chiragræ, & podagrę, & mala alia complura, quæ tamen alijs de cauſis & honeſtis oriri quidem poſſunt.

Maleuolentia eſt ex malo alterius uoluptas ſine emolumento ſuo. Græcè χαιρεκακία nominatur.

Deſidia eſt ignaua quædam uoluptas, omne quod laborioſum ſit ſubterfugiẽs, animũ ab artib⁹ atq; honeſtis diſciplinis ad mores peſſimos deducens. unde laudis & honoris contemptus, optimarũq; rerum naſcitur obliuio: quamobrem, ut inquit Horatius, hæc uitanda eſt peſſima Siren deſidia.

Iniuria eſt maledicendi aut malefaciẽdi cuipiam uoluptas.

Obliuio eſt præteritorum aut futurorum laborum per laudem compoſitorum aut componendorum uoluptuaria & uoluntaria ac grata iucundaq; prætermiſſio, omniumq; honeſtarum rerum ignauia, perditaq; negligentia.

Lætitia eſt præteritorum flagitiorum uoluptuaria recordatio, & pręſentiũ fruitio. Nam bonis in rebus gaudium, ut dictum eſt, Stoici eſſe uolunt. Alij ſic.

Lætitia eſt opinio recens boni pręſentis, in quo efferri rectũ eſſe uideatur, Vel.

Lætitia eſt profuſa hilaritas.

Iactatio eſt uoluptas de ſe multa inaniter prædicãdo, immodeſtè procaciterq; effutiendo. Alij ſic.

Iactatio eſt uoluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentius.

Vana gloria eſt uoluptas ſtultè oſtentando quæ ſua non ſint, aut iactãdo quæ minime uera ſint, & imprudẽter mẽtiẽdo: quod ſanè uitium eſt ſummæ ſtultitię argumentum.

*De uirtute & uitio in uniuerſum, & eſt uelut Epilogus quidam harum definitionum.*

Virtus eſt affectio animi conſtans cõueniensq;, laudabiles efficiẽs eos in quibus eſt, et ipſa per ſeſe ſua ſponte, ſeparata etiam utilitate, laudabilis.

Ex ea proficiſcuntur honeſtæ uoluntatis ſentẽtiæ, actiones, omnisq; recta ratio: quanq̃ & ipſa uirtus breuiſſimè recta ratio definiri poteſt.

Huius uirtutis contraria eſt uitioſitas, quam græci κακία uocãt: ita enim potius licet quàm maliciam appellare, quæ certi uitij nomen eſt.

Vitioſitas omnium uitiorũ eſt, ex qua cogitantur perturbationes, quæ ſunt turbidi animorum concitatiq; motus, auerſi à ratione, & inimiciſſimi mẽtis, uitęq; trãquillę hoſtes. important em̃ ægritudines anxias & acerbas, animosq; affligũt & debilitãt metu: ita inflammãt appetitione nimia impotemq; animum faciũt, à temperantia & moderatione plurimum diſſidentem. Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicũt Stoici intẽperantiam, quæ eſt tota à mẽte & à recta ratione defectio.

FLO.

# FLORES SEV SENTENTIAE MORALES VIRTVTVM ET VITIORVM, EX OPTIMIS utriuſq; linguæ Scriptoribus collecti.

PER D. BARTHOLOMEVM AMANTIVM IVRECONſultum ac Poëtam Cæſareum.

## ABSTINENTIA.

*Temperantia. Frugalitas. Sobrietas. Continentia.*

ABSTINENTIA eſt ſubtractió ciborum, ratione moderata: Vel eſt à cibo & potu, non quía alíqua Dei creatura mala ſit, ſed pro ſolá corporis caſtigatione, ceſſatio. D. Auguſtinus de fide ad Petrum.

Abſtinentia eſt cohibitio gulæ, luxuriæ, cupiditatis, auaritiæ, ambitionis & ſuperbiæ. Cicero lib. 3. Quæſtionum Tuſcul. ubi de frugalitaté diſſerés, inquit: Omnis abſtinentia, omnis innocentia, quæ apud Græcos uſitatum nomen habet nullum, ſed habere poteſt, ὠλάβειαν. Nam innocentia eſt talis affectio animi, quę noceat nemini; reliquas enim uirtutes frugalitas continet.

TEMPERANTIA, ſecundum Ariſtotelem 1. magnarum Moralium, eſt intemperantiæ & immobilitatis circa uoluptates medietas.

Cicero lib. 3 Quæſtionum Tuſcul. & ibi Beroaldus commentator, Temperantem, dicit, eſſe illum, quem Græci σώφρονα appellant: Temperantiam σωφροσύνην uocant: item moderationem, nonnunquam modeſtiam nominat, ſed dubitat an rectè frugalitas dici poſſit:

Temperantia eſt animę partium mutua conſenſio: uel eſt uniuerſale cognomem omnium uirtutum.

Temperantia eſt rationis in libidinem dominatio: uel continens moderatio cupiditatum: cuius partes ſunt continentia, Clementia, moderatio. Trapezuntius li. 4. Rhetor. inquit, eſſe rationis, in libidinem, atq; in alios non rectos impetus, dominium.

Ariſtoteles in 3. Ethicorũ ait, Temperãtiam exiſtere circa uoluptates corporis: Idẽ in paruis Moralibus, inquit, Temperantia uerſatur circa libidines compeſcendas: atq; ut fortitudo à fuga nos reuocat, ſic temperãtia ab inſequẽdo coherect: ut quodam modo contrariæ, una ad prelium cohortari, altera receptum canere uideatur.

Temperantia ſecundum Senecã, uoluptatibus imperat, alias odit atq; abigit, alias regit & gubernat, & ad ſanum modum redigit. Græcis σωφροσύνη dicta, quoniam ut Plato interpretatur in Cratilo, ſalus & conſeruatio eſt prudentiæ. Ariſtoteles eodem lib. 6. Ethicorum. Hinc etiam Temperantiam hoc appellamus nomine, quaſi conſeruatricem prudentiæ id eſt, σωτηρίαν φρονήσεως.

*Hierax in libro de Iuſtitia.*

Quam diu ſapit aliquis, & prudens eſt, cupiditates ad uitia ducentes emergere nõ permittet: ubi uero mens tanq̃ præſtigijs ſopita iacet, ſtatim exurgere ſolet imprudentia, & comitem ſibi uocare luxuriam. Quamobrem uirtutem illam, quæ ambo illa uitia repellit, σωφροσύνην, id eſt, Temperantiam ſapientes Græci uocauerũt, ut quæ ſit σωτηρία φρονήσεως, prudentiæ incolumitas.

FRVGALITAS eſt uirtus quæ metus animi regit & ſedat, moderatamq; in omni re nouit ſeruare conſtantiam: Cicero lib. 3. Tuſcul. Quæſt. & ibi Philippus Beroaldus commentator.

Vel eſt uirtus media, inter prodigalitatem & auaritiam, cum nec nimis parcè rebus utimur, nec nimis luxurioſe. Eſt

ſe. Eſt igitur frugalitas moderata parſimonia cibi et potus, grecis dicta λιτότης.

Frugalitas eſt mater cunctarum uirtutum, dicta à fruge, id eſt, fructu, propter animorum quandam fœcunditatē, ut docet D. Auguſtinus de uita beata.

Nequitia eſt contraria, mater omnium uiciorum, à nihilo dicta, ſicut frugalitas à fruge nominata.

*Cicero pro Deiotaro Rege.*

Ego, inquit, frugalitatē, id eſt, modeſtiam & temperantiam uirtutē maximā eſſe iudico. Idem in oratione ad populū.

Græci homines frugi χρησίμους dicūt, id eſt, utiles ac omni uirtute præditos: neceſſarios autem, Cic. 3. Quæſt. Tuſc. à frugibus, quod his neceſſariò utamur.

Seneca ſcribit, nullum ſtudium ſalutare fieri poſſe ſine frugalitatis cura, Frugi homines, Terentius.

Frugalitas eſt paupertas uoluntaria: et ideò, ſecundū Senecam, luxurioſo homini pœna eſt.

Sobrietas eſt moderatio intemperantis cibi ac potus, græci uocāt σωφροσύνην, & eſt eadem cum temperantia, & uerſatur circa uoluptates. Dicta ſobrietas quaſi ſine ebrietate, caſtratio luxuriæ. Hinc ſobrius, temperans et moderatus in edendo & bibendo: Sobrius ſeparatus ab ebrio, homo ſanæ mentis.

*Epicurus.*

CONTINENTIA partem cupidam in malas uoluptates ruentem refrenat. Continentiæ autem eſt, poſſe cohibere ratione cupiditatē, ferentē ad malas delectationes & uoluptates, & pati & tollerare naturę indigentiā & ægritudinē.

Cōtinentia eſt tēperantia à corporis illecebris, auctore Socrate philoſopho: ſic refert Stobæus in ſermone de continentia.

Continētia Græcis uocatur ἐγκράτεια, eſt aūt refrenatio omni rerū malarū, D. Hieronimus in epiſtola ad Damaſum. Vel eſt uirtus, per quam cupiditas mala cōſilij adminiſtratione regitur ac gubernatur, Cicero in Rhetoricis.

Continentia eſt abſtinentia à prauis cupiditatibus, et perſeuerantia in ratione recta: eſtq; inpropriè habitus, inuictus tamē à malis delectationibus et in honeſtis concupiſcētijs: et differt à Tēperantia, in eo, quod prauas cupiditates ſentire poteſt, ſed nec ſe uinci ſinit. Temperantia uerò tales concupiſcentias non habet, ex quo habitus eſt, refrenans & abigens illas, ergo nec habitus eſt continentia.

*Ariſtoteles in paruis Moralibus.*

Non eſt uirtus inquit, ſed quoddam finitimum, & proximum:

*Continentia in cibo & potu.*

*Eſdræ 1. cap. 3.*

Præualet uinum omnibus hominibus, qui bibunt illud, ſeducit mentem regis, & orphani facit mentem uanam.

*Prouerb. cap. 20.*

Luxurioſa res uinū, et tumultuoſa ebrietas, quicūq; ijs delectatur, nō erit ſapiēs.

*Et 21.*

*Qui diligit epulas in egeſtate erit.*

*Qui amat uinum & pinguia, non ditabitur.*

*Et cap. 23.*

Nolite eſſe in cōuiuijs potatorū. Quia uacantes potibus, & dantes ſymbola, conſumentur.

*Eccleſ. 19.*

*Operarius ebrioſus non locupletabitur.*

*Vinum & Mulieres faciunt apoſtatare ſapientes.*

*Idem 31.*

Diligentes in uino noli prouocare, multos enim exterminauit uinum.

Ignis probat ferrū durū: ſic uinū corda ſuperborū arguet in ebrietate potatū.

Exultatio animæ & corporis, uinum moderatè ſumptum.

Vinum multum potatum, irritatione & iram & ruinam multam facit.

*Amaritudo animæ, uinum multum potatum.*

Ebrietas eſt imprudentis offenſio, imminuens uirtutem & faciens uulnera.

In cōuiuio uini nō arguas proximū, & non deſpicias eum in iocunditate illius.

*Eccleſiaſt. cap. 23.*

Cui ue, cui patri ue, cui rixæ, cui foueæ, cui ſine cauſa uulnera, cui ſuffoſſio oculorum? nōne ijs qui cōmorantur in uino, & ſtudent calicibus epotandis.

*Dantes purgato. Canti. cap. 22.*

*Et le Romanæ antiqua per lor bere*
*Contente fuor dat aqua & Daniello*
*Diſpregio cibo & aquiſto ſapere*
*Le ſe col. pruno quanto oro ſic bello*
*Fe ſuperoſe cum fame Legiaide*
*Et nectare cum ſecæ ogni ruſcello*
*Melle & locuſtæ ſudor, le uiuande*
*Ebe nutrire il Baptiſta nel deſerto*

Per che

*Per che elli è glorioſo & tante grande*
*Quanto per te Euangelio ne aperto.*

Id eſt,

*Et Romanæ antiquæ pro earum potu*
*Contentæ fuerunt aqua: & Daniel*
*Spreuit cibum, quare & ſapientiam adeptus eſt.*
*Seculum primum inſtar auri pulchrum.*
*Reddidit ſapidas cum fame glandes ipſas,*
*Et nectar cum ſiti roris aquam.*
*Mel & locuſtæ dapes fuerunt,*
*Quibus eſt nutritus Ioannes in deſerto:*
*Idciro is tam glorioſus & magnus eſt,*
*Quantum per Euangelium hominibus innotuit.*

*Eccleſiaſtici cap: 21.*

Vtere quaſi homo frugi his, quæ tibi apponuntur.

*Et capitulo eodem.*

Quàm ſufficiens eſt homini erudito uinũ exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties dolorem.

*Capitulo. 37.*

Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit uſq; ad choleram. Propter crapulã multi perierunt: qui autem abſtinens eſt, adijciet uitam.

*Ezechielis 16.*

Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia & otium ipſius ac filiarum eius.

*Eſaiæ 5. cap:*

Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſq; ad ueſperum, ut uino æſtuetis, & opus Domini non reſpicitis. Væ qui potentes eſtis ad bibendum uinum, & miſcẽdam ebrietatem.

*Oſeæ.*

Fornicatio & uinum & ebrietas auferunt cor.

*Abſtinentiæ exempla.*

Moſes ieiuniauit 40. diebus. Exod: 34.

Helias item. 40. diebus.

Ioannes Baptiſta uinum & ſiceram nõ bibit, commedens locuſtas. Mathæi 3. Lucæ 1.

Chriſtus in deſerto ieiunauit. 40. diebus. Matthæi 4.

D. Paulus item ieiunauit frequẽter.

*Ieiunium moderatum res neceſſaria & præcepta omnibus.*

*Marci 10. capite.*

Hoc genus Dæmonij non eijcitur, niſi ieiunio & oratione.

*Lucæ 21.*

Cauete ne grauentur corda ueſtra crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, ſubitusq; uobis ingruat dies: tanquam laqueus enim ſuperueniet uniuerſo orbi.

*Ex Epiſtolis Diui Pauli. Ad Romanos.*

Nolite propter cibum deſtruere opus Dei, non eſt regnum Dei in cibo & potu. Paulus 14.

*Idem 2. Corinth. 6.*

In omnibus commendemus nos ut Dei miniſtros in ieiunijs.

*Idem ad Galatas 5.*

Quicunq; ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentijs.

*Ad Philipenſes. 3.*

Ridentur, quorum Deus uenter eſt, & gloria in confuſione eorum.

*Petri 1. capite. 4.*

Sat eſt nobis, quod anteacto uitæ tẽpore uoluntatem gentium patrauimus, cum uerſaremur in laſciuijs, concupiſcẽtijs, uinolentijs, commeſſationibus, compotationibus, & nepharijs ſimulachrorum cultibus.

*Primo Petri 2. capite.*

Succincti lumbis mentis ueſtræ, ſobriè, perfectè ſperate, in eam quæ ad nos defertur gratiam, non accommodetis uos priſtinis concupiſcentijs.

*Paulus ad Titum 2. capite.*

Apparauit gratia Dei, ut abnegata impietate & mundanis cõcupiſcentijs, ſobriè & iuſtè & piè uiuamus in præſenti ſeculo.

*Capite 3.*

Eramus quondam & nos ſtulti, deſiderijs ſeruiẽtes ac uoluptatibus uarijs.

*D. Auguſtinus ad ſacras uirgines.*

Sobrietas eſt mentis & ſenſus & mẽbrorum omniũ, corporiſq; tutela, caſtitatis pudicitiæq; munimentum, pudori proxima, amicitiæ paciſq; ſerua, honeſtatiq; ſemper coniuncta, criminum atq; uiciorum omnium profuga.

*Ibidem.*

Sobrietas temeritatem fugat, pericula cuncta declinat, mutuis officijs ob-

temperat, ſuperbiam deteſtatur, domũ familiamq́ cũ moderatione gubernat, fidem ſibi committentibus ſeruat.

D. *Hieronymus contra Iouinianum, Epiſt: 8. cap: 1. & habentur, Diſtinct. 5. De conſecra, cap.* Ne *tales.*

Ne tales accipiamus cibos, q̃s aut difficulter digerere, aut comeſtos magno paratos & perditos labore, doleamus: olerum & pomorum ac leguminum facilior apparatus eſt, & arte impendijſq́ coquorum non indiget: & ſine cura ſuſtentat genus humanũ moderatus ſumptus, quia nec auidè deuoratur, quod irritamenta gulæ non habet, & leuiore digeſtione decoquitur.

*Ibidem.*

Morbi nimia ſaturitate concitantur, multiq́ impacientia gulæ uomitu curãtur, & quod turpiter ingeſſerũt, turpius egerunt.

*Idem ad Iouinianum, & habetur de conſecr: diſt. 5. cap. legimus.*

Legimus quoſdam morbo articulari, Podagræ humoribus laborantes, proſcriptione bonorum ad ſimplicem mẽſam, & pauperes cibos redactos conualuiſſe: caruerant enim ſolicitudine diſpenſandæ domus, & puellarũ largitate: quæ & corpus frangunt & animam. Irridet Horatius Poëta appetitum ciborum, qui conſumpti relinqunt pœnitentiam.

*Ad ruſticum.*

Modicus ac temperatus cibus & carni & animæ utilis eſt.

*In Epiſtola ad Furiam.*

Nonulli uitam pudicam appetentes, in medio itinere corruunt, dum ſolam abſtinentiam carnium eſſe putant, & leguminibus onerant ſtomachum. Quæ moderatè parceq́ ſumuntur, innoxia ſunt: & ut, quod ſentio, loquar: nihil ſic inflamãt corpora & titillat membra genitalia, ſicut indigeſtus cibus, ructuſq́ conuulſus.

*Idem ad Celantiam.*

Quid prodeſt tenuari corpus abſtinẽtia, ſi animus intumeſcit ſuperbia? Quid uirtutis habet, uinum non bibere, & ira & odio inebriari?

*Idem ad Paulinnum.*

Sit utilis ueſpertinus cibus, olera & legumina, interdũq́ piſciculos pro ſũmis ducas delicijs, qui Chriſtũ deſiderat, & illo pane ueſcitur, non quærit magnopere quale de precioſis cibis ſtercus conficiat.

*Idem ad Euſtochium.*

Sponſa Chriſti uinum fugiat pro ueneno. Hęc aduerſus adoleſcentiam, prima arma ſunt dæmonum. Non ſic auaritia quatit, inflat ſuperbia, delectat ambitio. Facile alijs caremus uicijs, hic hoſtis nobis incluſus eſt. Quocunq́ pergimus, nobiſcum inimicũ portamus. Vinum & Adoleſcentia, duplex incendiũ uoluptatis. Quid oleum flãmæ adijcimus? quid ardenti corpuſculo fomenta ignea miniſtramus?

*D. Hieronijmus.*

Pinguis uẽter nõ gignit tenuẽ ſenſum.

*Idem.*

Plenus uenter facile de ieiunijs diſputat.

*Idem.*

Melius eſt ſtomachũ dolere q̃ mentẽ.

Tantum tibi ieiunium impone, quãtũ ferre potes: multoq́ melius eſt, quotidiè parum quàm rarò ſatis ſumere.

*Idem.*

Nihil adeo confert Chriſtianis adoleſcentibus ac eſus olerum, ardorq́ corporum ſic frigidioribus epulis rectè tẽperatur.

*Idem.*

Parcus cibus ſemper uentri eſurienti triduanis ieiunijs præfertur. Sic enim ſenſus exhibens deo officium ſemper uigebit.

*D. Ambroſius.*

Ieiunia, uigiliæ, eleemoſynæ, & cætera huiuſmodi augere bonum noſtrum debent, non uelare peccatum. Ille enim abſtinens uir credendus eſt, qui uitiorum omnium liber effectus eſt. Neq́ reputanda eſt abſtinentia, ubi fuerit uentris ſaturitas ſubſequuta.

*Ibidem.*

Membra ſua, quæ ſunt ſupra terram, mortificant: quando inſolens corpus ieiuniorum continuatione caſtigant.

*Idem.*

Nihil contra abſtinentiam faciunt, qui uinum non ebrietate, ſed tantum pro ſalute corporis percipiunt, nec hoc eis offert uoluptas, ſed permittit infirmitas.

Idem.

*Idem.*

Abſtinentia ciborum ſola non ſufficit, niſi opera ei bona etiam adiungantur.

*D. Ambroſius in ſermone de Ieiunio, & habetur diſtinct: 35. cap: ſexto.*

Gula a Paradiſo regnantem expulit: abſtinentia ad Paradiſum reuocauit errantem.

*Idem in ſermone quadrageſimæ.*

Fames amica eſt uirginitati, inimica laſciuiæ, ſaturitas uerò prodigit caſtitatem, nutrit illecebram.

*Idem de Ieiunio.*

Initium uitæ hominis panis & aqua, at nunc quicquid piſcium natat, quicquid auium uolitat, quicquid ferarum diſcurrit, noſtris uentribus ſepelitur.

*Ibidem.*

Quum Ebrij fuerint, de continentia diſputant, ibi unuſquiſque pugnas ſuas enarrat, ibi fortia facta prædicat. Vino madidus & ſomno ſolutus neſcit mente, quid proferat lingua.

*D. Gregorius Natali Epiſcopo: & habetur diſt. 44. cap. Conuiuia.*

Conuiuia comunia, quę ex intentione impendendæ charitatis fiunt, rectè ueſtra fraternitas in ſuis epiſtolis laudat: ſed tamen ſciendum eſt, quia tum ex charitate ueraciter prodeunt, cum in eis nulla abſentiū uita mordetur. Nullus ex irriſione reprehenditur, nec in eis inanes ſecularium negotiorum fabulæ. Sed uerba ſacræ lectionis audiuntur cū nō plus quam neceſſe eſt, ſeruitur corpori: ſed ſola eius infirmitas reficitur, ut ad uſus exercendæ uirtutis habeatur. Hæc itaque ſi uos in ueſtris conuiuijs agitis, abſtinentium, fateor, magiſtri eſtis.

*Idem Homilia 7. ſuper illud Ezechielis, Scio abundare & penuriam pati.*

Qui acceptis rebus non extollitur, qui eas ad uſum uanę glorię non intorquet, qui non ſolus poſsidet, quod accepit, ſed hoc indigentibus miſericorditer diuidit, ſcit abundare. Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem uentris utitur, ſed ad reparationem uirtutis, nec plus carni tribuit, quam neceſsitas petit, ſcit ſaturari. Qui alimentorum inopiam ſine murmuratione tolerat, nec pro neceſsitate uictus aliquid agit, unde anima laqueū peccati incurrat, ſcit eſurire. Quę ergo nec in abundantia ſuperbia eleuat, nec in neceſsitate cupiditas irritat, nouit abundare, nouit penuriam pati.

*Idem libro 9. Moralium.*

Diſcretionis moderamine cura carnis eſt ſeruanda, & minimè principetur, ne quaſi domina animum uincat, ſed ſubacta mētis dominio, quaſi ancilla famuletur.

*Idem 20. Moralium.*

Abſtinentiæ uirtus nulla eſt, ſi tantum quiſque corpus non edomat, quantū ualet: aut ualde inordinata eſt, ſi adterit plus quàm ualet.

*Idem libro 30. Moralium.*

Ad conflictum ſpiritualis agonis nō aſſurgitur, ſi non infra noſmetipſos prius hoſtis poſitus, gulæ uidelicet appetitus edomatur. Quia ſi non ea, quæ ſunt nobis uiciniora, proſternimus: inaniter ad ea, quę longius ſunt impugnanda, tranſimus. Incaſſum namque contra extraneos inimicos in campo bellū geritur, ſi intra urbis mænia ciuis inſidians habetur.

*Ibidem.*

Non cibus, ſed appetitus in uicio eſt. Vnde & lautiores cibos plerunque ſine culpa ſumimus, & abiectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtamus.

*Ibidem.*

Per abſtinentiam carnis uitia extinguenda ſunt, non caro. Sic neceſſe eſt, ut artem continentiæ quiſque teneat, quatenus non carnem, ſed uitia occidat. Sepe enim dum in illa hoſtem conſequimur, etiam ſeuerè, quem diligimus, trucidamus: cum uero immenſa abſtinentia uiciorum uices extenuat, etiam uirtus deficiens anhelat.

*Ibidem.*

Dominante gulæ uicio, omne quod homines fortiter egerunt, perdunt: & dum uenter nō reſtringitur, ſumul omnes uirtutes obruuntur.

*Idem in Paſtorali.*

Incaſſum per abſtinentiam corpus atteritur, ſi ordinatis moribus dimiſſa mens uicijs coinquinatur.

*Ibidem.*

Sanctificare ieiunium, eſt adiunctis bonis alijs dignam Deo carnis abſtinētiam oſtendere.

*Ibidem.*

Admonendi ſunt abſtinentes,ut nouerint : quia tum placentem deo abſtinentiam offerunt,cũ ea, quæ ſibi de alimentis ſubtrahunt , indigentibus largiuntur.

*Ibidem Homilia 10. Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem.*

Nato regi aurum offerimus:ſi in conſpectu illius claritate ſupernę ſapientiæ reſplendemus. Thus offerimus:ſi cogitationes carnis per ſancta orationũ ſtudia in ara cordis intendimus , ut ſuaui odore per cœleſte deſiderium redolere ualeamus. Myrrham offerimus:ſi carnis deſideria per abſtinentiam mortificamus.

*Gregorius in Regiſtro.*

Sanctius eſt, modico uino uti propter infirmitatem , quàm multa aqua ingurgitari propter auiditatem.

*D. Gregorius.*

Plus eſt uerbi pabulo uicturã in perpetuũ mentem reficere , quàm uentrem morituræ carnis terreno pane ſaciare. Cibo corpus paſcitur pio opere, & uerbo ſpiritus mutritur.

*Idem.*

Abſtinentes & arrogantes,per abſtinentiam quidem corpus afficiunt , ſed per deſiderium uanæ gloriæ uiuunt.

*Idem.*

Cum mens de pręcepto charitatis cogitat,et obſeruat etiam,reſtat procul dubio , ut per abſtinentiã caro maceretur. Non enim Deo , ſed ſibi quiſq; ieiunat, ſi ea,quę ad tempus uentri ſubtrahit,nõ inopibus tribuit , ſed uentri poſtmodo offerenda cuſtodit.

*Ioannes Chryſoſtomus de conſecrat. diſt. 5. cap: Nihil.*

Nihil enim ſic iucundum eſt, ſicut cibus bene digeſtus, aut decoctus : nihil ſalutem,nihil ſic ſenſuum acumen operatur,nihil ſic ægritudinem fugat, ſicut moderata refectio. Sufficientia quippe cum nutrimento & ſoſpitatem nihil procreat,& uoluptatẽ. Abundantia uerò morbos facit , & moleſtias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim fames facit , hoc etiam plenitudo ciborũ, magis autem & multò peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominẽ, & liberat eum de hac uita pænali. Exceſsus uerò ciborum conſumit & computreſcere facit corpus humanum , & macerat ęgritudine diuturna, & tum cũ morte crudeli abſumit.

*Baſilius Magnus.*

Non benè poſſumus uigilare , cũ dapibus fuerit uenter onuſtus.

Vigilijs ſtude, copulare ieiunia,ut cunctis uirtutibus florere poſsis. Sicut equis frena ſunt imponenda : ita corda noſtra ieiunijs ſunt frenanda. Eſcæ plurimæ non ſolum corda noſtra, ſed etiam corpus & animam lædunt.

Nihil prodeſt uentrẽ ab eſcis reſecare, & animam obruere paſsionibus.

Talem te exhibe, fili,ut cum uolueris ieiunare , & te à cibis abſtines , linguã quoq; tuam abſtine ab illicitis cogitationibus , corpus exerceas ieiunijs , & mentem purges à uitijs.

Ad uigilandum multum prodeſt ieiunium. Et ſicut miles plurimo onere prægrauatus impeditur ad bellum : ita & impeditur monachus uigilijs,cũ eſcarum largitate ferueſcit.

Sæpe per ciborum auiditatem franguntur ſtomachi uires: nec non abundantiam ſanguinis,et cholerę,item plurimas ægritudines æſcarum largitate patimur.

*Cæſarius.*

Quid prodeſt , ſi carnem noſtram ieiunijs,& uigilijs adfligamus, & mentẽ tamen noſtrã non emendemus,aut quæ interiora ſunt,non curemus?

*In Collationibus.*

Tantum ſibi cibi unuſquiſq; comedat,quantum ſuſtentacio corporis, non quantum deſiderium carnis expoſcit.

Qui nimium cibis utuntur , quantò magis uentrẽ corrũpunt, tantò amplius ſenſum obtundunt.

*In Vitis Patrum.*

Quemadmodum flamma cõburit ſyluam : ſic uiſiones malas extinguit eſuriens.

Qui continet uentrem ſuum , minuit uitia:& qui uincitur ab eſcis , augmentat uitia.

Incrementum ignis ſylua, incrementũ uentris æſca multa.

Deſide-

Deſiderium eſcæ genuit inobedientiam: & guſtus ſuauis expulit primum hominem de Paradiſo.

Multæ eſcæ delectant gulas, nutriunt autem uermem fornicationis.

Vacuus uenter in orationibus uigilare facit, repletus uero ſomnum infert grauiſſimum.

Vapor Thymiamatis replet aërem, Abſtinentis oratio adorat Deum.

*Ioannis Caſsianus de inſtitutis Monach.*

Quibuslibet eſcis refectus uenter ſeminaria luxuriæ parit, nec præualet mens diſcretionum gubernacula moderari ciborum pondere præfocata. Non enim ſola crapula uini mentem inebriari conſueuit, uerum etiam cunctarum æſcarum nimietas uacillantem ac nutabundam eam reddit, omniq; integritatis ac puritatis contemplatione deſpoliat.

*Leo Papa diſtinct. 76. cap. Igitur.*

Semper uirtutis cibus ieiunium fuit. De abſtinentia quoq; caſtæ prodeunt cogitationes, rationabiles uirtutes, ſalubria conſilia, & per uoluntarias adflictiones caro concupiſcentijs moritur, & uirtutibus ſpiritus innouatur.

*Iſidorus.*

Qui à cibis abſtinent, & praue agunt, dæmones imitãtur. Illi autẽ à cibis bene abſtinent, qui à malis actibus, uel à mũdi ambitione ieiunant.

*Idem.*

Eſcis libido creſcit, ieiunio luxuria ſuperatur.

Hoc ieiunium eſt perfectum & rationabile, quando noſter homo ieiunat exterior, interior uero orat.

Per ieiunium etiam occulta miniſteriorum reuelantur, & diuini ſacramenti arcana panduntur.

Ieiunia fortia tela ſunt aduerſus tentationes Dæmonum, & citò per abſtinentiam aduerſarij uincuntur. Immundi ſpiritus ibi magis inſiſtũt, ubi uiderint plus potus & cibi ſupereſſe. Caro deum ſitit, quando per ieiuniũ abſtinet & areſcit.

Abſtinentia uiuificat moderata, & occidit ſuperflua, uiuificat animam, corpus necat.

Corporis debilitas nimia uires animæ frangit, mẽtisq; ingenium facit inareſcere, nec ualet quicquam boni per imbecillitatem perficere. Quicquid cum modo & temperamento fit, ſalutare eſt. Quicquid autem nimium eſt & ultra modũ, perniciosum fit, ſtudiumq; ſuum in contrarium uertit. Corpus, quod abſtinentia frangit, tentatio non urit.

Sicut omnes cupiditates carnales abſtinentia reſecantur: ita omnes animæ uirtutes edacitatis uitio deſtruuntur. Neq; quiſquam poteſt uirtutem perfectionis attingere, niſi prius uẽtris edomuerit ingluuiem.

Spernitur ieiunium, quod in ueſperũ repletione ciborum reficitur.

*Ariſtoteles lib. de ſenſu & ſenſato.*

Eſurientibus ſapores & odores ſunt delectabiles, ſed plenis & nihil agentibus, nec odores nec ſapores ſunt delectabiles.

*De ſomno & uigilia: item lib. 2. Politicorum.*

Vinum bibere, non conuenit pueris.
Bonum eſt, pueros eſſe ſine uino.

*Libro 3. ſecretorum, ſumptum ex Homero poëta.*

*Sume cibum modicè, modico natura fouetur.*
*Sic mentem refice, mens ut ieiunia ſeruet.*

*Cicero lib. ultimo Tuſcul. Queſtion.*

Paruo cultu natura contenta eſt: etenim quis hoc non uidet, deſiderijs iſta condiri omnia. Darius in fuga cũ aquã turbidam & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit unquam ſe bibiſſe iucundius: nunquam enim ſitiens uidelicet biberat.

*Ibidem.*

Eſt præclara epiſtola Platonis ad Dionis propinquos, in qua ſcriptum eſt his ferè uerbis: nullo modo placuit, bis in die ſaturum fieri.

*Item lib. 1 de Diuinatione.*

Quæ uigilantibus accidunt uatibus, eadem nobis dormiẽtibus. Viget enim animus in ſomnis liberq; ſenſibus, ab omni impeditione curarũ iacẽte et penè mortuo corpore: qui, quia uixit ab omni

æternitate, uerſatuſq; eſt cum innumerabilibus animis: omnia, quæ in natura rerũ ſunt, uidet: ſi modo tẽperatis eſcis modicisq; potationibus ita eſt affectus, ut ſopito corpore ipſe uigilet: hæc ſomniantis eſt diuinatio.

*Idem lib. de ſenectute.*

Tantũ cibi & potionis adhibendũ eſt, ut reficiantur uires, non opprimantur.

*Idem lib. 4. Rheto. nouo.*

Eſſe oportet ut uiuas, non uiuere ut edas.

*Idem de finibus bonorum & malorum.*

Socrates dixit eſſe cõdimentum eſcæ famem, potionis ſitum.

*Seneca ad Lucilium.*

Multos morbos fercula multa ferũt. Innumerabiles morbos, innumerabiles coquos numera.

*Ibidem.*

Vna ſylua pluribus Elephãtibus ſufficit: homo uero paſcit̃ uix terra ac mari.

*Idem epiſtola 61.*

Ventri obedientes animalium loco numeremus, non hominum.

*Idem epiſtola 77. ad Lucilium.*

Multis tormentum eſt uino carere, & prima luce excitari. Non eſt ſumma felicitatis in carne ponenda.

*Idem ad Lucilium epiſtola 85.*

Ad uos deinde tranſeo, quorum profũda et inſaciabilis gula hinc maria ſcrutatur, hinc terras, alia hamis, alia laqueis, alia retium uariјs generibus cum mugno labore perſequitur.

*Ibidem.*

Infelices eſtis, qui intelligitis uos famem maiorem habere, quàm uentrem.

*Idem epiſtola 92.*

Faſtidientis eſt ſtomachi multa de guſtare, quæ ubi uaria ſunt & diuerſa, inquinant non alunt.

*Ibidem.*

Subtilitas animi ciborũ copia impeditur.

*Boetius lib. 1. de conſolatione Philoſophica.*

Si quod natura ſatis eſt, replere indigentiam uelis, nihil eſt quod naturæ affluentiam petas. Paucis enim minimisq; natura contenta eſt, cuius ſacietatem ſi ſuperfluus uelis urgere, aut iniucundũ, quod infuderis, fiet: aut noxium.

*Laertius Diogenes de moribus & uita philoſophorum.*

Lycurgus Philoſophus & Princeps Lacedęmonius iuuenibus non una ueſte amplius toto anno uti permiſit, nec aliquem cultius altero progredi, nec opulentius epulari.

*Ibidem*

Quũ Socrates quoſdã hoſpites ſuos ſatis tenui cœna exciperet, ait: ſi boni ſũt, æquanimiter ferent: ſi mali, non eſt curandum.

*Macrobius lib. ſaturnaliorum 3.*

Iuſtæ nimium cauſæ fuerunt, propter quas tot numero leges de cœnis et ſumptibus ad populũ ferebãtur. Et imperari cęptũ eſt, ut patẽtibus ianuis prãſitaretur & cœnaretur: ſic oculi ciuiũ teſtibus factis, luxurię ut modꝰ fieret. Prima aũt omniũ de cœnis lex ad populũ Orchia peruenit. ſumma aũt eius oĩbꝰ pręſcribit numerũ conuiuorũ: at niſi peſſimis effuſiſſimisq; moribus uiueretur, profectò opus legibus ferendis non fuiſſet.

*Idem lib. 7. ſaturnaliorum.*

Ita etiã uitanda eſt ciborũ uarietas, ut uaria ſolẽt uina uitari. Nã pulmentorũ uarietas, recipit uaria condimenta, quibus gula ultra, quã naturæ neceſſe eſt, laceſſitur: & fit inde cõgeries: dũ pruritu deſyderiј amplius uel certe de ſingulis parua libantur Sic Socrates ſuadere ſolitus erat, illos cibos potusue uitãdos, qui ultra ſitim, famemq; uitãdam producunt appetentiam.

*Valerius lib. 2. cap. De inſtitutis antiquis.*

Bonæ ualitudinis quaſi quędã mater eſt frugalitas, inimica luxurioſis epulis, aliena à nimia uini abũdantia, & ab omni immoderato Veneris uſu auerſa.

*Ibidem.*

Fuit illa ſimplicitas antiquorũ in cibo ſumẽdo, humanitatis ſimul et cõtinentię certiſſima index. Nã maximis uiris prãdere et cœnare in propatulo uerecundiæ non erat: nec ſanè ullas epulas habebant, quas populi oculis ſubiјcere erubeſcerent. Erãt adeò continentię deditι & adtenti, ut frequentior apud eos pultis uſus, quàm panis eſſet.

*Idem lib. 4. de Abſtinentia & Continentia.*

Hi demũ penates, ea ciuitas, id regnũ æterno in gradu facile ſteterit, ubi minimum uiriũ Veneris, pecuniæq; cupido ſibi uendicauerit. Nam quò iſtæ humani generis certiſſimæ peſtes penetrauerunt

rũt, ibi iniuria dominatᷣ, infamia flagrat.

*Ibidem.*

Quartum & uiceſimum annum agẽs Scipio, cum in Hiſpania Carthagine oppreſſa maioris Carthaginis capiũdę ſum pſiſſet auſpicia, multoſq́ obſides, quos in ea urbe pœni clauſos habuerant, in ſuam poteſtatẽ redigiſſet: eximiæ inter eos uirginem formæ, ætatis adultæ, & iuuenis & cœlebs & uictor poſtquàm cõperit illuſtri loco inter Celtiberos natã, nobiliſſimoq́ gentis eius iuueni deſponſatam, accerſitis parentibus & ſponſo inuiolatam tradidit. aurũ quoq́, quod pro redemptione puellæ allatum erat, ſummæ dotis adiecit

*Idem de Marco Catone.*

Age, ſi quis hoc ſæculo uir illuſtris pellibus hędinis pro ſtragulis utatur, tribuſq́ ſeruis comitatus hiſpaniã regat, et quingentorũ aſſiũ ſumptu transmarinã prouinciã petat, eodem cibo, eodẽq́ uino, quo nautæ, uti contentus ſit, nonne mirabilis exiſtimetᷣ? atqui iſta patientiſſimè ſuperior Cato tolerauit. Quia illum grata frugalitatis conſuetudo in hoc genere uitæ cum ſumma dulcedine continebat.

*Ibidem.*

Prætoris non ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed et oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere, dixit Socrates.

*Aulus Gellius lib. 17. cap. 19. noctium atticarum*

Epictetum dicere ſolitum ait, *ἀνέχου καὶ ἀπέχου*, patere & abſtine.

*Virgilius de uino & Venere.*

*Nec Veneris nec tu uini capiaris amore,*
*Vno namq́; modo uina Venuſq́; nocent.*

*Ibidem.*

*Compedibus Venerem uinclis conſtringe Lyæum,*
*Nec te muneribus lædat uterq́; ſuis.*
*Vina ſitim ſedant, natis Venus alma creandis,*
*Sed fines hominum tranſiliſſe nocet.*

*Ouidius lib. 15. Metamorphoſeos Fabula ſecunda.*

*Parcite mortales dapibus temerare nephandis*
*Corpora.*

*Ibidem.*

*Vnde fames homini uetitorum tanta ciborum eſt?*

*Idem in Epiſtola Helenæ ad Paridem.*

*Eſt uirtus placidis abſtinuiſſe bonis.*

*Horatius lib. 2. ſermo. Satyra 7.*

*Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ.*
*Illuſiq́; pedes uicioſum ferre recuſant*
*Corpus.*

*Iuuenalis Satyra 11.*

*Hæc olim noſtri cum luxurioſa ſenatus*
*Cœna fuit, Curius paruo quæ legerat horto,*
*Ipſe focis breuibus ponebat oluſcula, quæ nunc*
*Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.*

*Idem.*

*Sicci terga ſuis raſa pendentia crate,*
*Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus.*
*Et natalicium cognatis ponere Lardum,*
*Accedente noua, ſi quam dabat hoſtia carne.*

*Franciſcus Petrarcha, Soreto 7.*

*La Gola il ſomno & l'ocioſe piume*
*Hano del mundo ogne uertu ſbandita*
*Et è dal curſo ſuo quaſi, ſinarita*
*Noſtra natura & uicta dal coſtume.*

*Traductum ita ſonat.*

*Gula, ſomnus, & plumæ plenæ otio,*
*Pepulerunt è mundo quaquam uirtutem,*
*Et eſt à curſu ſuo aberrans penitus*
*Noſtra natura & uicta amore probo.*

*Hermolaus Barbarus.*

*Venter, pluma, Venus, laudem fugienda ſequenti.*

*Sophocles in Electra.*

Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι.
οὐ γὰρ δίκαιον, ἄνδρα γενναῖον φρένας
Τέρπειν, ὅπου μὴ καὶ δίκαια τέρφεται.

*Turpe eſt honeſto loco natis turpiter uiuere,*
*Quippe non decet animi generoſi uirum*
*Gaudijs non licitis delectarier*

*Idem.*

Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἃ μηδὲ δρᾶν καλά;
ὅσοι δὲ φιλοσοφοῦντες ἐκμοχθοῦσι τὸ
Ἐνταῦθ' ὑπάρχει τοῦ βίου γαστρὸς κρατεῖν.
Διδάσκαλος γὰρ οὖσα ἡ εὐτέλεια σοφῶν,
καὶ τῶν ἀρίστων γίνεται βουλευμάτων. id eſt:

*Inhoneſta factu nec dictu quidem honeſta ſunt,*
*Quicunq́; uero Philoſophicis ſe dedunt laboribus*
*Addiſcunt per uitam compeſcere uentrem.*
*Videlicet frugalitas eſt magiſtra*
*Sapientium, optimorumq́; conſiliorum.*

*Ex Simonis epiſtola ad Ariſtippum.*

Elegantiſſimum dictum.

Μέμνησο μὲν τοι λιμοῦ καὶ δίψης; ταῦτα γὰρ
δύναται μεγάλα τοῖς σωφροσύνην διώκουσι.

id eſt:

Famis atq́ ſitis non obliuiſci oportet. Multum enim poteſt apud ſobrietatis ac prudentiæ ſtudioſos.

Demo-

*Demoſthenes.*

Δεῖ τὸν νοῦν φρονοῦντα, τὸν λογισμὸν τῶν ἐπιθυμιῶν κριτὴν πειρᾶσθαι ποιεῖν. id eſt.

Perpetuum hoc eſſe debet ſapientis inſtitutũ, ut rationem cupiditatum dominam conſtituat.

*Eiuſdem.*

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τίνι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρει, εἶπε, οἱ μὲν λοιποὶ ζῶσιν ἵν' ἐσθίωσιν, αὐτὸς δὲ ἐσθίω ἵνα ζῶ, id eſt.

Rogatus Socrates, quo nam à ceteris hominibus differret, reſpõdit: Alij quidam uiuunt, ut edant, ego edo ut uiuã.

*Pithagoræ dictum.*

Τεθνάναι πολλῷ κρεῖττον ἢ διὰ ἀκρασίαν τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι. id eſt:

Satius eſt mori, quam per intẽperantiam animum obnubilare.

*Idem.*

Σωκράτης ἐγκράτειαν τὸ κρατεῖν τῶν ἐν τῷ σώματι ἡδονῶν, ἔφη. id eſt:

Socrates continentiam à corporis illecebris temperantiam uocabat.

*Idem.*

Ῥώμην μεγίστην καὶ πλοῦτον, τὴν ἐγκράτειαν ποίησαι.

Continentiam tibi ut robur ingens, diuitiasq́ parato.

*Epicuri.*

Χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει, ὅτι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα, τὰ δὲ δυσπόριστα οὐκ ἀναγκαῖα. id eſt:

Gratia habenda eſt naturæ beatæ, quæ res neceſſarias parabiles fecerit, difficiles autem paratu, non neceſſarias.

*Eiuſdem.*

Εἰ βούλει πλούσιόν τινα ποιῆσαι, μὴ χρημάτων προστίθει, τῶν δὲ ἐπιθυμίας ἀφαίρει. id eſt:

Si quem uolueris diuitem efficere, nõ eſt, quod augeas opes, ſed minuas cupiditates.

*Eiuſdem.*

Ἐγκράτεια δὲ ἐστιν ἀρετὴ ἐπιθυμητικοῦ καθ' ἣν κατέχομεν τῷ λογισμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ὁρμῶσαν ἐπὶ τὰς φαύλας ἡδονάς. id eſt:

Contiñetia quid. Continentia eſt uirtus affectionis animi, per quam coërcemus ratione cupiditatem ruentem in prauas uoluptates.

*Idem.*

Ἐγκρατείας δὲ ἐστι τὸ δύνασθαι κατασχεῖν τῷ λογισμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ὁρμῶσαν ἐπὶ φαύλας ἀπολαύσεις ἡδονῶν, καὶ τὸ καρτερεῖν, καὶ τὸ ὑπομονητικὸν εἶναι τῶν κατὰ φύσιν ἐνδείας τε καὶ λύπης. id eſt:

Continẽtiæ autem eſt, poſſe cohibere ratione cupiditatẽ ferentẽ ad malas delectationes, & uoluptates: & pati, & tolerare naturæ indigentiam et ægritudinem.

*Eiuſdem Epicuri ſententia.*

Βρύζω τῷ κατὰ τὸ σωμάτιον ἡδεῖ, ὕδατι καὶ ἄρτῳ χρώμενος, καὶ προσπτύω ταῖς ἐκ πολυτελείας ἡδοναῖς, οὐ δι' αὐτάς, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐξακολουθοῦντα αὐταῖς δυσχερῆ. id eſt:

Turget mihi uoluptate corpuſculum, aqua et pane utor, ad ſumptuoſas uoluptates expuo, nõ tã ipſarũ cauſa, quã ſequentium ipſas incommodorum.

*Idem.*

Τότε χρείαν ἔχομεν τῆς ἡδονῆς ὅταν ἐκ τοῦ μὴ παρεῖναι αὐτὴν ἀλγῶμεν, ὅταν δὲ τοῦτο μὴ πάσχωμεν, ἐν αἰσθήσει καθεστῶτες, τότε οὐδεμία χρεία τῆς ἡδονῆς· οὐ γὰρ ἡ τῆς φύσεως ἡδονὴ τὴν ἀδικίαν ποιεῖ ἔξωθεν, ἀλλ' ἡ περὶ τὰς κενὰς δόξας ὄρεξις. id eſt:

Tum opus habemus uoluptate, cum eam abeſſe dolemus: quum uerò nõ ita afficimur, in trãquillo compoſitoq́ ſenſu cõſtituti, nihil nobis uoluptate opus eſt. porrò naturalis uoluptas nõ aliquid damni extrinſecus nobis accerſit, ſed quæ intra nos eſt, uanæ opinionis appetitio, ea uerò lædit.

*Idem.*

Πλάτων πολλάκις διψῶν ἐκ τοῦ φρέατος ἀνιμᾶτο τὸ ὕδωρ, καὶ ἐξέχει, τὴν κολάσας ἐπιθυμίαν. i.

Plato ſępius ſiti laborãs, è puteo hauriebat aquam, iterumq́ effũdebat, ut ita cupiditatem caſtigaret.

*Idem.*

Ἐπίκουρος ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις πλουτήσειεν, οὐ τοῖς οὖσι προστιθείς, ἔφη, τῆς δὲ χρείας τὰ πολλὰ περιτεμνόμενος. id eſt:

Epicurus cum quæreretur, qua quis arte diteſceret, non ſi præſentibus adiecit, reſpondit: ſed uſum & neceſſitatem ſibi perſuaſam, circumciderit.

*Incerti authoris.*

Γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν·
ἡ κοιλία καὶ πολλὰ χωρεῖ καὶ ὀλίγα.
*Ventrem modis omnibus refrenare coneris*
*Venter & multorum capax eſt & paucorum.*

*Pallade.*

Γαστέρα μισεῖ θεὸς καὶ βρώματα γαστρός·
εἵνεκα γὰρ τούτων σωφροσύνη λύεται. i.
*Ventrem Deus odit, uentriſq; epulas.*
*Propter iſta enim ſoluitur temperantia.*

*Apollonij ad Eidomenem.*

Ἐξκλω-

ἐξηλώσαμεν μὲν τὴν αὐτάρκειαν οὐχ ὅπως τοῖς εὐτελέσι καὶ λιτοῖς πάντων χρώμεθα, ἀλλ᾽ ὅπως θαῤῥῶμεν πρὸς αὐτά. id eſt.

Commendauimus frugalitatem, non quod tanti res uiles ac minimè ſumptuoſas faciamus, ſed ut hoc pacto animi magnitudinem augeamus.

*Eiuſdem ad familiares.*

Μηδ᾽ ἐμὲ δόξῃς ῥᾳδίως ἄλλοις παραινεῖν, αὐτὸς γὰρ ἐπὶ τῆς μάζης, καὶ τῆς ἄλλης τῆς ἀκολούθου ταύτῃ διαίτης ὤν, τοιαῦτα ὑμῖν παραγγέλλω. i.

Ne me alios facile monere putaueris, ego enim maza utens, alioq; conſimili uictu, iſta uobis conſulo.

*Ariſtippi.*

Κρατεῖ ἡδονῆς, οὐχ ὁ ἀπεχόμενος, ἀλλ᾽ ὁ χρώμενος μὲν μὴ προεκφερόμενος δὲ, ὥσπερ καὶ νεὼς καὶ ἵππου, οὐχ ὁ μὴ χρώμενος. ἀλλ᾽ ὁ μετάγων ὅποι βούλεται. id eſt.

Moderatur uoluptati, non qui penitus abſtinet, ſed qui hoc modo utitur, ut non abripiatur cũ ipſa: ut naui & equo moderatur haud qui non utitur, ſed qui quò libuerit, ducit.

*Aelianus in uaria hiſtoria.*

Χρύσιππος ὁ σολεὺς ἐποιεῖτο τὸν βίον ἐκ πάνυ ὀλίγων. Κλεάνθης δὲ, καὶ ἀπὸ ἐλαττόνων. id eſt.

Chryſippus Solenſis admodum paucis uiuebat, Cleanthes etiam paucioribus.

*Idem:*

Ἐπίκουρος ὁ γαργήττιος ἐκεκράγει λέγων, ᾧ ὀλίγον οὐχ ἱκανὸν, τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν, ἔλεγε δὲ ἑτοίμως ἔχειν καὶ τῷ Διῒ ὑπὲρ εὐδαιμονίας διαγωνίζεσθαι, μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. id eſt.

Grauiter dictum. Temperantia Epicuri Gargettij.

Epicurus Gargetius exclamabat: cui parum non eſt ſatis, nihil ſufficere poteſt. Idem aiebat, cũ quolibet ſe de fœlicitate certaturum, dummodo mazam et aquam haberet.

*Idem author.*

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν γένοιτό τις πλούσιος; εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν, ἔφη, ἐὰν πένης. id eſt,

Socrates interrogatus, quo quis pacto opulentus euaderet: ſi cupiditatũ fuerit inops, reſpondit.

*Demoritus.*

Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γινόμενα, μάλιστα τέρπει. εἴ τις ὑπερβάλλοι τὸ μέτριον, τὰ ἐπιτερπέστατα ἀτερπέστατα ἂν γίγνοιτο. id eſt.

Dulcia, quæ rariſſima ſunt, maximè delectant: ſi quis modum exceſſerit, iucundiſſima quæq; iniucundiſſima fient.

*Euſebius.*

Ἀνδρεῖος οὐχ ὁ τῶν πολεμίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν ἡδονῶν κρατῶν. id eſt.

Fortis eſt, non tantum hoſtium, ſed & uoluptatum uictor.

*Menander Græcus.*

Γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν Ventris autem conare omnem habenam cõtinere.

*Idem.*

ἡ κοιλία καὶ πολλὰ χωρεῖ κ᾽ ὀλίγα.

Venter & multa capit & pauca.

*Pogius lib. 3. de uita Cyri ex Xenophonte in latinum traducta.*

Is ergo cibus mihi ſumẽdus uidetur, qui neq; ſomno nos oppreſſos reddat, neq; inſanos.

*Abſtemij.*

Appollonius Tyanęus à uino & carnibus abſtinuit. Dominicus author ordinis prædicatorum toto decẽnio abſtinuit uino.

Fulgẽtius Epiſcopus Ruffenſis nulla unquã neceſſitate adduci potuit, aut cogi, ut ęſitaret carnes, aut uinum biberet.

Iacobus minor uinũ aut ſicerã nõ bibit, carnes nunquam manducauit, oleo nunquàm unctus eſt, nunquam uſus balneo, nunquam nouacula raſus.

Anchimolus & Moſchus ſophiſtę Eſtienſes tota uita hydropotę fuerunt, ſoliſq; ficis deſiderio uentris ſatisfecerũt.

Emericus filius ſancti Stephani Regis Pannoniæ, uinum tota uita non deguſtauit.

Locrenſes Zepherij uino uti capitale ducebant.

*Sobrij & Temperantes.*

Porus Rex Indorum aqua & pane uixit contentus. Maſiniſſa Rex Numidarum iam nonagenarius ſemel tantum, interdum ueſcebatur pulmento.

Mithridates Rex Ponti, iam ſenex cibum capturus, non accũbebat, uerùm ſtans ueſcebatur.

Viriatus Princeps Luſitaniæ ubi bellum aliquod mente conceperat, nõ prius accumbebat menſæ, aut in lecto acquieſcebat, quã propoſitum abſoluiſſet.

Auguſtus breuiſſimi cibi fuit, ad medias interdum epulas ſaciatus iam conuictoribus

uictoribus accedebat, primuſq́ ſurgebat menſa.

Lacedemonij nullam diſciplinā abſtinētia habuerāt potiorē; pinguis et obeſi uētris adoleſcētes inedia macerabāt.

Ægyptia iuuentus Moſis edicto, nō prius cibum capiebat, quàm 180. ſtadia percurriſſet.

Platonis frugales erant cœnæ, propterea dicebat Timotheus, benè cum ijs fore, quos plato excepiſſet conuiuio, delicatiores epulas & opipera ſpreuit conuiuia, uiuebat contentus oliuis academicis, pane item & aqua. Frugalitas Platonis.

*Abſtinentia & eius exempla.*

D. Hieronymus annos ferè. 90. durauit incredibili abſtinentia.

Hilarius modicis ficubus aridis & exiguo pane, decrepitam fouit ſenectutem.

Nicolaus quidam apud Heluetios à Vualden, ſutrinam exercens, ſine ullo penitus cibo, multis annis durauit inter uaſtas ſolitudines, incredibili ſanctitatis fama celeber. Hunc cum epiſcopus Cōſtantiēſis coēgiſſet ad ſumptionem eucharíſtię, reuomuit, id quod fore prædixerat.

Columba uirgo Peruſina ſolis fructibus repreſſit famem.

Demetrius Chidonius uir Græcus abſtinentia ſingulari multos dies perſiſtebat ieiunus.

Socrates minimo uiuebat ſumptu, ueſcebatur pane & lacte.

Anacharſis apud Ciceronem, mihi, inquit, pulpamentum fames, cubile ſolum, ueſtis ſcythanum tegmen.

Zeno pane duntaxat ueſcebatur, pallium pertenue ferebat, aquam bibebat loco uini, ut diſcipulos ſuo exemplo ad Temperantiam inuitaret, hinc exijt prouerbium, Zenone temperantior.

Telemachus Camenſis uictitabat fabis.

Socrates tanta fuit temperantia, ut omnia ferè uitæ ſuæ tempora ualetudine inoffenſa uixerit.

Rogatianus ſenator ſemel tantum interdiu dabat operam cibo.

Perſarum Magi nihil in cibum præter farinam & olera recipiebant.

Indorum gymnoſophiſtæ alebantur pomis & farina.

Aegyptiorū ſacerdotes carnibus & uino abſtinebant: pane etiam raro ueſcebantur, ne onerarent ſtomachū, oleū tantum in oleribus nouerant, ouum & lac uitabant.

Diogenes nunquam pendebat de craſtino, ſed in præſentem modò horam ſibi corrogabat cibum, ob id ἡμερόβιος dictus, id eſt, quotidianus.

Epaminūdas uictu fuit adeò paruo & tenui, ut á uicino in cœnam inuitatus, cum dapſilem & affluentē delicijs menſam reperiſſet, iratus receſſerit, dicens: Ego te opinabar rei diuino operā dare, non de contumelia cogitare. Sic infeſtus extitit obeſis & corpulentis, ut quendam aqualiculo portentoſo ſubmouerit ab exercitu, quod ad tegendū eius corpus uix clypei tres ſufficerent. Thebanus

Lycurgus dicere ſolitus eſt, non eſſe utendum maiore cibo, quàm qui ad repellendam famem ſufficeret, amota crapula.

Scribit Marcellinus Conſtantiū imperatorem, nunq́ guſtaſſe pomum, nūquam nares in publico exterſiſſe, nunquam expuiſſe. Idem ſuperatus à Perſis fruſto panis à quadam uetula porrecto inediam repulit.

Pericles Athenienſis à cœnarum & conuiuiorum apparatibus abhorrebat, adeò ut nec apud amicos cœnitaret.

ADVLA-

## *Adulatores. Paraſiti.*

ADVLATIO eſt peccatum ex ſermone uanę laudis alicui exhibitæ, animo ac intentione placendi: uel eſt exceſſus delectādi alios uerbis & factis: atq; dicta παρὰ τὸ δουλεύειν, quod eſt in ſeruire & emereri gratiam, quod cenſetur ſeruile & turpe, Cic. 2. Quæſt. Tuſcul.

*Aſſentatio, peruerſa laudatio.*

Ariſto. in lib Ethicorum. Aſſentatio eſt uitiū, quo quis in uita atq; omni uerborum uſu placendi ſtudio omnia laudat, nec in re aliqua aduerſatur, putans oportere minimè ſe cuiq; eſſe moleſtum.

Lucianus in paraſito. Vel eſt ars, quæ docet noſſe ſermones & proferre accomodos, eaq; facere per quæ in familiaritatem adiungitur, qui ſemet quàm beneuolentiſſimum ſuo alumno eſſe, oſtenſurus ſit.

*Adulatio principi inprimis fugienda: ex Pontano de inſtituendo principe.*

Fugienda eſt omnino Adulatio. Aures enim qui adulantibus præbet, Notatu dignum. omnino ſuus eſſe deſinet, ex aliorum aſſentationibus, quàm ex ſua cōſcientia, ſeq; ſuaq; metiens.

*De paraſitis & Adulatoribus.*

Paraſiti ab adulatoribus ſiue aſſentatoribus differūt, quod hi quauis cauſa, illi aut cibi aut commodi gratia tantum adulantur. Paraſiti & Adulatores differunt. De his itaq; Athenæus ex auctoritate Clearchi Solenſis ait: Paraſitos uocabant antiquitus ſacrorū conuiuiorum conuiuas, græcè συνδείπνους: altera ſacerdoti, altera paraſito pars erat. Ariſtoteles in Politicis inquit, quod Principibus olim Methonienſibus duo ſigillatim paraſiti fuerunt, ducibus uero exercitus unus, certoſq; cibos & obſonia & ex piſcibus ſumebāt: poſtea probro fuere, adulatoreſq; dicti ſunt. Primus Homerus introducit Podē quendam aſſeclam Hectoris conuiuij, qua etiam de cauſa ipſum ponit Hectorem à Menelao uulneratum: quòd par fuerat, à uiro Spartano ac ſobrio homine m Troianum (quod genus in Luxu et uino ac ſaltationibus uiuit) feriri in uētre, qui mēſis & paraſitico luxui uacaret.

*De Adulatoribus.*

Apud Sonciates Gallorum populos Rex habet quoſdam ſecum Adulatores Siloairos, græci euolimos uocant, qui unà ſemper aderant, ſectabantur quocunq; iuiſſet: idemq; faciebāt, ſiue rideret ſiue lugeret, ſeu aliqua caperetur uoluptate, deniq; qui cum occumbentibus occuberent.

*De nobilibus paraſitis et Aſſentatoribus, ex Athenæo.*

*Ex eodem.*

Cliſophus Philippi Macedonis paraſitus, claudum ſe fingebat, quod Philippus crus fractum haberet, os, oculoſq; idem cōtorquebat, quoniam huiuſmodi geſtibus dominum uidebat. Niceſias cum Alexandrum magnum à muſcis petitum uideret, quanto, inquit, hæ cæteris præſtant, qui tuum ſanguinem deguſtant. cum uulneratum ſemel conſpiceret, illud Homericum protulit ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖς. Qualis diuorum percurrit corpora ſanguis.

Cariſophus Dionyſij Paraſitus cum uideret eum ſeparatim cum amicis ridentem, ipſe procul ridebat, interrogatuſq; ab eo, quid rideret: quod, inquit, exiſtimem digna riſu, quæ dicitis. Andromachus Carren' Craſſi adulator, cui ille omnia communicabat, Parthis eum prodidit. Notatu dignum. Patroclides item cauſa fuit, ut Philippus, cuius aſſentator erat, à Romanis uinceretur, ut auctor eſt Polypius. Demadem Oratorem miſſum ad Alexandrum, quòd eum deum dixiſſet, 10. talētis Athēienſes mulctauerūt. Euagorā uerò, quòd Regem eundem adorauerit, interfecerūt: hactenus ille Seneca in Declamationibus. Cliēs quidā cūCœlio Oratori omnia in ſermone concederet: Cœlius Orator. Ille iam longa adſentatione faſtiditus, dic, ait contrà, ut duo uideamur.

*Adulatoris proprium ex Eunucho Terentij.*

Irā habeo, nec quicq; habeo: nihil cum eſt, nihil deſit tamen. Eſt genus hominū, qui eſſe primos ſe omniū rerū uolūt, nec ſunt hos ſector, hiſce ego nō paro me ut irrideant. Sed his ultro arrideo & eorū ingenia admiror ſimul: quicquid dicūt, laudo,

laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque: negat quis, nego: ait, aio: poſtremò imperaui egomet mihi omnia adſentari. Is quæſtus nunc eſt multo uberrimus.

*Dicta contra paraſitos et Adſentatores, ex eodem authore. 58. 419*

Clearchus Solenſis dicebat, Adulatorũ mores humiles eſſe atq; ſeruiles: breui tempore eorũ artẽ durare. Nemo enim paraſitũ canũ amat. Materiã quoq; fingendi tẽpore cõſeneſcere. Anazilas (ut auctor eſt Theophraſt⁹) adſimilabat eos uermibus, qui triticũ nacti nõ diſcedũt, donec uacuũ reddiderint; ſic illi apud diuites ſubſtantiã rodũt.

Pulchra hæc.

*Anthiſthenes.*

Meretrices quæ amatoribus omnia bona exoptant, præter mentem et pudorem.

*Euripidis tres ſenarij.*

*Amicos minimè blandos poßide,*
*Qui tecum gratiæ cauſa loquuntur: malis*
*Clauſtra domus probibeas tuæ.*

*Critias.*

Qui cum amicis gratię cauſa conuerſatur, poſtremò aſſentationis uoluptatem in inimicitiam conuertit.

Plautus.

*Seneca.*

Eſto omnibus benignus, nemini blandus.

*Lucanus.*

Exeat aula, qui uult eſſe pius.

*Hieronymus in epiſtolis.*

Naturali ducimur malo, & adulatoribus noſtris libenter annuimus: & quãq̃ reſpõdeamus nos indignos, & calidus rubor ora perfundat, tamẽ ad laudẽ ſuã quiſq; intrinſecus lętatur.

*Auguſtinus in epiſtolis.*

Gratias agimus tibi uberes, quòd nos laudas, tamquam tales ſimus: magnopere hortaris, ut tales eſſe cupiamus

*Gregorius in Moralibus.*

Sicuti plãtæ uigor auræ ſiccitate grãdeſcit, ſic bonarum mentium ſtudia cõmendatione proficiunt.

Et alibi: multis laudari prodeſt, non ullis uituperari; utrumq; tempeſtiuè factum iuuabit

*Chryſoſtomus in Mattheum.*

O ſtultum: quid enim illa tibi poſt mortem laudatio prodeſt, ſi ubi non ſis lauderis, ubi uero fueris, crucieris? proximus ſæculis primus qui in italia hoc genus ineptum aluerit, Nicolaus Aeſtẽſis fuit, Petri Gõnellæ iocis delectatus. Eoq; uenit impuriſſimus uſus, ut iam non ſolum uoluptati, ſed ambitioni res hæc principibus exiſtat. Ex quo Plato inquit: Video ſæpe in magnis opibus ac faſtu uiros domi nutrientes paraſitos & adſentatores pernitioſos, quibus nihil poteſtas aut diuitiæ deteſtabilius habent.

*Quantum malum Adulatio ex lib. 11. lectio Antiquarum Cælij cap. 33.*

Adulationem perpetuũ eſſe malũ regũ, quorũ opes adſentatio ſępius, quàm hoſtis euerterit. Q. Curtius ſcribit, abs quo proditũ itẽ ſcimus, id eſſe nationis Siculę uitiũ propriũ, germanũq; Cynicũ. Diogenẽ ſcitè admodũ & uere ſolitũ dicere accepimus κρεῖττον εἶναι ἐς κόρακας ἀπολέσθαι, ἢ ἐς κόλακας, i. præſtare ad coruos redigi, q̃ adulatoribus exponi. Quoniam illi morticina modo cõſectentur, hi etiãnum uiuos bonoſq; laniatu peſtifero excarnificare nõ deſinãt. Et Anaxilas dixit, adulatores eſſe diuitũ σκώληκας id eſt, termes. Monet Seneca adulatoribus non eſſe præbendũ latus, qui artifices ſint ad captãdos ſuperiores: habere enim hoc in ſe naturale blãditias, ut cũ reijciãtur, etiã placeant, ſæpeq; excluſas nouiſſimè recipi. Remediũ tãti mali eſt, nolle laudari. Et alibi Seneca. Pro ſua quemq; portione adulatio infatuat. Vos quidem dicitis me eſſe prudentem, ego autẽ uideo, quã multa inutilia concupiſcam, nocitura optem.

Adulatorũ guttur dicitur in Pſalmo ſepulchrũ patens. In præceptis ciuilibus Plutarchus ſcribit Demetrij adulatores indignũ putaſſe, quo illũ, opinor, arcti⁹ illaquearent, ac cõpeditum tenerent, cęteris regiũ nomẽ impertiri. Nam Seleucũ Elephentarchen nuncupabãt: Lyſimachum uero Gazophylaca, at Ptolomeũ Nauarchum: Agotoclea Neſiarchem. Idem alibi Plutarchus, nil intentius cauendum, quàm adulatores, monet. Quoniam nullum ſit pernitioſius genus, quodq; in præcipitiũ feſtinãtius iuuentutem agat: quippe parentes ac liberos radicitus exterunt.

Cicero

*Cicero in Lælio,ſeu de Amicitia.*

In Amicitijs nulla peſtis maior eſt quam adulatio, blāditiæ,aſſentatio, tū omniū rerū ſimulatio eſt uitioſa:tollit enim iudiciū ueri, idq; adulterat. Aſſentatio uitiorū adiutrix procul amoueatur,quę non modo amico, ſed ne libero quidem digna eſt: maxima culpa in eo eſt qui & ueritatē aſpernatur & in fraudem obſequio impellit.

*Relatu dignum eſt.*

Κροκοδίλιζειν uerbū adulatoribus cōgruere,ubi ſubblādiendo floccos,piloſq; ex ueſtibus legūt,quos uocant Gręci κροκίδας item γνάφαλα et τύλας.exquo elegantiſſimè Galenus Phrenetios ſigna commōſtrans,eſſe in ijs,inquit ſtultā manuū iactationē, καὶ κροκιδισμὸν καρφολογίαν.i. Crocidiſmū,& Carphologiā id eſt,feſtucarū collectionē. Crocylia uerò nomen ciuitatis eſt.Scribūt Gręci κερκωπίζειν eſſe adulatorū uerbū,itē propriū, tranſlatione tamen à Brutis dicta, quæ cauda motatia, quā dicūt κέρκον, ſubblādiri aſſueuerint: id uero noſtris literis cercopiſare rectè dicet. Fuiſſe iuniori Dionyſio adulatores legimus plures,quos etiā plerique Dionyſicolas nominant: hi primum ſe non acutè admodū uidere aſſimulabāt,quia ſic afficeretur Dionyſi9. Expuēti quoq; faciē obijciebāt,quā is cōſpueret:nec ſatis,ſuperfluitates oris collābebant etiā,quę euomuiſſet,melle dulciora uideri aſſeuerātes. At Apollophones Antigoni adulator, illius diceba t fortunam ἀλεξανδρίζειν.

Sunt qui ex adulandi geſtu adulatorem, nūc paranchoniſten,nunc Schematotecen nūcupent: quoniā ſit propemodū proteus quidā,& Pſomocolax legit: quãq; in ueteribus libris eſſe is uidetur, qui panis ac buccellæ gratia, quā uocāt pſomon,fuſim abblāditur.Qui uero etiam plagas pati poteſt,pſomocolaphū,opinor,rectè dixeris.Nam et colax identidē ſibi nomē uēdicat, quoniā cibū etiā colon uocēt,unde & Bucolas:quin Cęlia quoq;, id eſt uenter,hinc originē ducit. Cyprias uerò mulieres aſſentādi artificio pernobiles cum in Syriam tranſmiſiſſet,Climaedas legimus nūcupatas: quoniam acclinatæ currum inſcenſuris Regū uxoribus gradū ſtuerent ac uelut ſcalā arrigerēt, quā uocāt Climaca li.7. cap.53.Baſilius Magnus in cōmentatione folio 365. quā de gentiliū librorū lectione concinnauit,ſcitè admodū & doctè polypū uocat adulatorem,cuius uerba mollia feriunt interiora uentris. Nā ut inquit,Polypus ad ſpeciem ſubiecti ſoli colorem permutat,cōſimiliter & aſſentator ad uoluptatem audientium uariabit ſententiam.

*Ariſtoteles lib. 3. Ethicorum.*

Qui delectat emolumēti ſui cauſa ut inde ſibi proueniat in pecunijs,& ijs quę pecunijs cōparantur utilitas adulator uocatur.δοῦλος ſeruus,qui in omnibus ita ſe accomodare ſtudet, ut fauorē emereatur quoquomodo, uel uoce uel geſtu, id quod ſane ſeruile eſt,et indignum plane libero ingenio.

*Adulatores amant principum Aulæ.*

Adulatores plerumq; in principum aulis uerſantur.

*Ex Aegloga B. Mantuani.*

*Eſt & apud Reges rudis,inuida,ruſtica turba,*
*Mimus adulator,Leno,Aſſentator,Adulter,*
*Hiſtrio,ſcurra,quibus uirtus odioſa,poëtas*
*Mille modis abigunt,ut quando cadauera corui*
*Inuenēre,fugant alias uolucreſq; feraſq;.*

*Exemplum de Auguſto Cæſare.*

Tarraconēſibus pro læto oſtento nūciātibus,quod in eius ara palma eſſet enata, apparet, inquit, quam frequēter accēdatis. quod illi dijs tribui uolebāt, ille tribuit illorum negligentiæ, qui nunquam in ara Cæſaris adolerent incenſum. *Adulatio repulſa.* *Suetonius in Auguſt.*

*Exemplum memorabile Alexandri Macedonis.*

Laudādus imprimis Macedo Alexāder, qui Ariſtobulo hiſtoriā de ſuis reb9 geſtis ſibi inter nauigandū recitāti, ubi homo adulator multa ſupra ueritatē aſfinxerit,ereptum manibus librū in Hydaſpen fluuiū demerſit, & tu,inquiēs,ô Ariſtobule,eodē fueras pacto præcipitād9,q iſto modo ſolus pro me depugnas, qui uel iaculo ipſo interficias elephātos. *Eraſmus in Apoph. Plutarch. in eiuſ uita. Politian9 in ſueton.*

*Apophtegma.*

Phocion Antipatro petenti,ut in gratiā ſuā faceret quiddam pugnās cum iuſtitia,non potes,inquit,Antipater,Phocione ſimul & amico & adulatore uti: amicus obſecūdat,quouſq; patitur ęquū et honeſtū. Nec enim amicus ab amico, quod iniuſtum eſt,petere debet. Adulator autem ad quiduis obſequitur. *Quouſq; Amicus obſecundet.*

*Aliud.*

*Ire in rem malam. Eraſ. li. 4. apophteg.*

Græci, ſi cui precãtur exitium, iubẽt abire ad coruos, ἐς κόρακας. at Diogenes dicere ſolebat, multo periculoſius eſſe incidere in aſſentatores, quã in coruos. Dicti iocunditas perit nobis, quæ eſt in Græcarum uocum affinitate. Nam illi κόρακας appellant coruos, & unica litera mutata κόλακας dicunt adulatores. Hoc dictum tribuitur & Antiſtheni.

*Apologus.*

*Simulatꝰ amicus maximè formidã-dus.*

Paſtor quidam cani oues ſuas dederat cuſtodiẽdas, optimis illũ paſcens cibis, at ille ſępe ouem aliquã occidebat: quod cũ paſtor animaduertiſſet, canem capiens uolebat occidere: cui canis, quid me, inquit, perdere cupis, ſum unus ex domeſticis tuis, interfice potius lupum, q̃ cõtinuò tuo inſidiatur ouili. Imò, inquit paſtor, te quàm lupũ morte dignũ magis puto, ille enim palàm ſe meum hoſtem profitetur: tu uero ſub amicitiæ ſpecie quotidie meũ imminuis gregem.

Hæc innuit fabula, lõge magis puniẽdos qui ſub amicitiæ ſpecie nos lædunt, q̃ꝫ qui apertos ſe inimicos profitẽtur.

*Simile.*

*Plutarchꝰ in Moralibus.*

Vt Patroclus in bellũ proditurus reliqua quidẽ Achillis arma ſibi ſumpſit, ſolã haſtã, ut grauẽ ac pręualidã, nõ adtigit; ita adulator omnia ueri amici ſymbola imitatur, pręter ſolam admonendi libertatem.

*Aliud.*

In Menandri Comœdia inducitur falſus Hercules clauam geſtans non robuſtam, ſed inanem ac leuem: ſic adulatoris libertas mollis eſt & blanda.

*Facetè dictum adulatoris.*

*Atheneus Vola: lib. 28. philologiæ.*

Cariſophus Dionyſij paraſitus, cum uideret eum ſeparatim cũ amicis ridentem, ipſe procul etiã ridebat, interrogatuſq́ꝫ ab eo quid rideret, q̃d, inquit, exiſtimem digna riſu quæ dicitis.

*Prouerbium.*

Pithon formoſus πίθων καλὸς. Cõuenit ubi quis per adulationẽ falſò laudatur. Pindarus in Pythijs hymno ſecundo.

*Philautia peculiaris ſimiæ.*

Καλὸς τοι πίθων παρὰ παισὶν αἰεὶ καλὸς

*Formoſus Python ſemper pueros formoſus.*

Interpres oſtendit ſumptum à pueris adulantibus, Simiæ ſubinde dictãtibus καλὸς πίθων. Eſt autẽ φιλαυτία peculiaris huic animãti, ut ſuos catulos contrectari gaudeant, ipſiq́ꝫ ſuos catulos complexu enecent.

*Sententia Græca.*

*Amicos minimè blandos poßide,*
*Qui tecum gratiæ cauſa loquuntur: malis*
*Clauſtra domus prohibeas tuæ.*

*Alia.*

*Menãder. Fides uera.*

Δεῖ τοὺς φιλοῦντας πίστιν οὐ λόγους ἔχειν

Oportet eos qui amant, fidem, nõ ſermones habere.

Aſſentatio quàm ſimilis eſt amicitię, non imitatur tantum illam, ſed uincit & præterit: apertis & propitijs auribus recipitur, et in pręcordia ima deſcendit, eo ipſo gratioſa quo lędit: quemadmodum hanc ſimilitudinem dinoſcere poſſim, uenit ad me pro amico blandus inimicus, uitia nobis ſub uirtutum nomine obrepunt. Seneca lib. 6. epiſt. 45. ad Lucilium.

*Latina.*

Omne beneficiũ, ſi exprobretur, moleſtum eſt, ac gratiã perdit, nec ferri poteſt. At adulator non tam exprobat beneficium, cum præſtiterit, ſed iam quum præſtat, protinus exprobrationem & pudorem admiſcet.

Quò apertior eſt adulatio, quò improbior, quò magis frontem ſuam perfricuit, hôc citius expugnat: eò enim iam dementiæ uenimus, quod qui parcè adulatur pro maligno ſit. Seneca lib. 4. Naturalium quæſtionũ. Idem. Cum quis ad te adulator uenerit uel acceſſerit, dicito, uis tu iſta uerba, quę iam ab alio ad alium cum auctoribus tranſeant, ferre ad aliquẽ, qui paria facturus, uult, quicquid dixeris, audire: ego nec decipere uolo, nec decipi poſſum.

# ADVERSITATES.

*Calamitates. Infortunia. Moleſtiæ. Tribulationes. Tentationes. Anguſtiæ. Afflictiones. Aerumnæ. Miſeriæ.*

DEFINITIO.

Aduerſitas eſt paſſio, uel ægritudo laborioſa egeſtatis, uel alteriꝰ alicuius mali, uel damni accidentis, uel illati, ſimulq́ꝫ accepti. Ci. 4. Tuſc. Quæſt. in dictione ærumna. D. Auguſt. in lib. confeſſionum.

*Baptiſta Mantuanus de fortuna Gonzagæ Mantuæ principis.*

Quum

*Quum fuero tecum paucis Gonzaga locutus,*
*Sors tua non debet cenſeri aſperima: quando*
*Non natos, non imperium, non abſtulit annos:*
*Sic Deus errori ſolitus ſuccurrere noſtro:*
*Quos amat, emendat, ſceleriq; imponit habenas.*
*Quos odit peccare ſinit, neq; corrigit unquam.*

*Idem lib. 2. de patientia cap. 17. Quod uirtus creſcat aduerſis.*

Hæ uirtutes, quæ aliȷs præſident, in infirmitate corporis maximè pollent: dicente Apoſtolo, uirtus in infirmitate perficitur, fit ut deſiderabilis morbus ſit, quò cum Apoſtolo docere poſſimus: cũ infirmior, tũ fortior ſum, & iterũ libẽter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me gratia Chriſti: ſuſcipiendus ergo gratãter eſt morbus, in quo tãti profectus eſt occaſio: in quo tãta promerendi eſt oportunitas, tantus uſus, tãta cõmoditas. Vnde in pſalmo legit̃: Multiplicatæ ſunt infirmitates eorũ, poſtea accelerauerũt. Quid hoc, quã quod ad Deum cucurrerunt? Eſt ergo infirmitas homini, quod calcar equo, quod ſtimulus boui. Nobis ut plurimũ accidit quod iumentis: iumenta cũ in uia cibũ reperiunt, uoluptate pellecta trahere deſinunt, & paſtui tam diu inhærent, quãdiu Bubulci ſtigma nõ ſentiũt, tũ demũ accelerant, cũ uerberantur: tũ ſe uię accingunt, tum itineri ſtudent, cum nihil quod delectet, occurrit: nam dum non niſi in termino quietem expectant, greſſu citatiore deſudant, at qui ſæpius in uia quod tardat, offendit, ad finem uiæ ſerius pergit.

*Idem eo lib. cap. 19. quod aduerſitas tollat mortis metum.*

Eſt & aliud quoddam magnum infirmitatis bonũ: liberat enim nos mortis metu, quo incommodo maximè laboramus, cuius memoria ſic amareſcit, ut ſi cuncta poſſideas bona: ſi ueſcaris ſemper ambroſia, quicquid guſtatur reddit amarũ. At ſicut, cum quis calceo nimiũ præmitur, et ſi perbellè ac perquam uenuſtè pedem ueſtiat, diſcalciari optat: ſic nimirũ, cũ, qui hãc uitã experitur aduerſam, & ſine ſpe ſalutis affligitur, pro ſingulari remedio mortem expectat, & nõnunquam inuocat, et quod ſera ſit, increpat, contra ſe urget, ſibi etiã conſciſcit, uitæ ipſius contemptor & prodigus. Vnde & ipſe Iob patientiæ exemplar, quem carnis infirmitas in uitæ ſocietatem adduxerat, clamat, dicens: cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec ueniat immutatio mea. Et iterũ: Cap 14 quis det, inquit, ut ueniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus, & qui cepit, ipſe me conterat. Felix igitur Cap. 6. calamitas, quæ id à nobis aufert incommodũ, quo quaſi abſynthio generali uoluptas omnis è uita diſcedit.

*Aduerſitas facit, ut nos ipſos cognoſcamus. Deinde fert auxilium uirtuti. Idem eo lib. cap. 21.*

CALAMITAS & aduerſitates huius mũdi, quæ nobis cotidiè in uita hac miſerrima accidũt, oculos nobis aperiunt, & in meditationem perducũt nos, nihil eſſe unde ſuperbiamus, uel efferamur, ſciẽtes, omnia quæ hic poſſidentur, eſſe uaniſſima ac inconſtãtiſſima, & omnes homines uiuentes eſſe uanos, nos item quaſi putredinem (ut inquit Iob) conſumptum iri, & quaſi ueſtimentũ à tinea ſic cõmeſtum iri, deniq; in puluerem reditur ã omnem carnem: inde cum affligimur, nec opem aliundè ſperamus, tunc agnita noſtra miſeria & uanitate huius uitę ſub potenti manu Dei opt. ac max. humiliantes nos, illius auxilium inuocamus, ex hac ualle lachrimarũ diſcedere inenarrabilibus gemitibus exoptamus. Cap. 13. Animaduerſione dignum.

Si uim & naturam uirtutis inſpicimus, ſi legum & rationis memores, ſumus ſoliciti ne libido in nobis dominetur, et ut appetitũ redigamus in ordinem, aduerſitatem in primis amabimus, cuius ope efficitur, ut ſenſus obediat rationi. Aduerſitas. Paſſio affectus.

Eſt enim Aduerſitas domitrix paſſionum. Paſſio autẽ eſt motus appetitiuę uirtutis ſenſibilis, cum imaginamur bonum uel malum. Cic. affectum uocat, id eſt, animi & corporis ex tempore aliqua de cauſa mutationẽ. Tales ſunt affectiones: gaudiũ, lætitia, miſericordia, cupiditas, metus, moleſtia, affectus iſtos uirtus quidem cõprimit, ſed magis aduerſitas ob id non abigenda, ſed cum quaſi ſuppetias in hac militia nobis datura uenerit, ut ſocia omnibus modis amplexanda erit. Perturbationes.

*D. Gregorius mortalium 26. ſuper illud Iob 35. Qui dat carmina in nocte.*

Nihil iniuſtè patimur. Carmen in nocte eſt lætitia in tribulatione.

*Ioan. Chryſoſt: ſermo. 18.*

Faciamus de neceſſitate uirtutem, ſeu uoluntatem, exempli gratia: proprium quis amiſit filium, ſubſtantiã alius omnem, & fortunæ bona, ſi noueris quod ſemel peractum eſt, nec deleri amplius nec ſolui poſſe, licebit ex ea inſanabili calamitate utilitatis aliquid cõparare, ſi magno ac uirili animo aduerſos tuleris fortunæ caſus, procꝗ maledictis Domino laudem referas. Hoc pacto quæ præter ſpem obuenerint mala in uoluntatis officium commutabis.

*D. Paulus in ſecunda Corinth. cap. 4.*

In omnibus tribulationem patimur, ſed nõ coanguſtamur: laboramus, at nõ deſtituimur: perſecutionem patimur, at non in eo deſerimur: deijcimur at non perimus, ſemper mortificationem Dei Ieſu in corpore circumferentes, ut & uita Ieſu in corpore noſtro manifeſtetur.

*D. Auguſtinus.*

Qui in hoc mundo flagellari non merebitur, in inferno torquebitur: Cũ aũt à Domino flagellamur, ſi patienter accipimus, & humiliter gratias agimus, ſi mali fuerimus, peccatorum indulgentiam accipiemus: ſi autem boni, æternam beatitudinem conſequemur.

*D. Hieronymus.*

Qui ſemel recipit malum in uita ſua, non eoſdem cruciatus patitur in morte, quos eſt paſſus in uita, & multò melius eſt ſtomachum dolere quàm mentem.

*Item.*

Cauendum eſt uulnus, quod cum dolore curatur. *Item.*

Magna miſericordia eſt, quando peccantibus iraſcitur Deus.

*Item.*

Medicus ſi ceſſauerit curare, deſperat.

*Gregorius.*

Diuina diſpenſatione agitur, ubi prolixiora uitia ęgrotatio prolixior exurat.

*Iſiodorus lib. 3. de ſummo bono.*

In aduerſitatibus tuis non contriſteris, in languoribus tuis gratias age, ualere te magis anima opta, quã corpore: ualere te magis mente opta, quã carne. Aduerſa corporis remedia ſunt animæ. Aegritudo carnẽ uulnerat, mẽtẽ curat. Languor uitia excoquit, languor uires libidinis frangit.

*Idem lib. 1. Solloquiorum.*

Semper Deus hos uulnerat, quos ad ſalutem perpetuam præparat.

*Ibidem.*

Omnia aduerſa æquo animo tolera: dum tibi aliena pericula memoras, mitius portas tua.

*Idem lib. 3. de ſummo bono.*

Diſcat non murmurare, qui mala patitur, etiã ſi ignorat, cur patiat̃. Sed per hoc quis iuſte ſe pati arbitretur, quia ab illis iudicatur, cuius nunquam iudicia iniqua ſunt. *Idem.*

Reuertens Deus hominem cruciat, quem peccãtem deſeruerat, flagellando iterum uiſitat.

*Hæc ex oppoſito in uerſus facta ſunt, D. Amantio authore.*

*Ne contemne crucem domini, chariſſime fili,*
*Dum te caſtigat, deficiaſq; minus:*
*Quos amat omnipotens Deus, hos affligit, & ipſe*
*Filiolos ueluti corrigit inde ſuos.*
*Crede Deo, confide Deo, ſpes omnis in ipſo*
*Sit tua, quaq; habitas in regione mane.*

*Iſidorus.*

Ordinata eſt miſeratio Dei, quæ prius hic hominẽ per flagella à peccato emendat, & poſtea ab æterno ſupplicio liberat. Electꝰ enim Dei doloribus uitę iſtiꝰ adterit̃, ut perfectionẽ uitę futurę lucret̃.

*Idem alibi.*

Iuſtis temporalia flagella ad æterna proficiũt gaudia: Ideoq; & iuſtus in pœnis gaudere, & impius in proſperitate lugere debet. *Item.*

Bonos hic per afflictionem Deus iudicat, ut illic remuneret per miſerationem, malos autem hic tolerat per tẽporalẽ clementiã, ut illic puniat per æternam iuſtitiam, & hac in uita Deus parcit impijs, electis uerò non parcit, in alia parcet electis, non tamen impijs.

*Tobiæ cap. 12.*

Quia acceptus eras deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret.

*Iob cap. 5.*

Beatus qui corripitur à Domino.

*Eccleſiaſt. cap. 27.*

Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.

*Paulus ad Rom. cap. 5.*

Tribulatio patientiam operatur, patientia autẽ probationem: probatio uero ſpem, ſpes autem non confundit.

*Ad Hebr: cap. 12.*

Fili

Apocaly: tertio cap: Quos amo, arguo, & caſtigo. Ad Rom: 2. capite Prouer. 3.

Fili mi, noli negligere diſciplinā Dei, neq; fatigeris dum ab eodem argueris: quem enim diligit dn̄s, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. In diſciplina perſeuerate. Tanquam filijs uobis offert ſe Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater?

*Secunda ad Timo: cap. 3.*

Omnes qui piè uiuere uolunt in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur: mali autē homines, & ſeductores proficiēt in peius: errantes, et in errorem mittentes.

*Acto: Apoſto: cap. 14.*

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

*Auguſtinus de uerbis domini lib. 2.*

Nemo frangitur aduerſorū moleſtia, qui proſperorū delectatione nō capitur.

*Auguſtinus ſuper Matthæum ſermone 28.*

Ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudines miſcet, ut alia quæratur felicitas, cuius dulcedo non eſt fallax.

*Victorius Poëta ad Polyxenam.*

*Sæpe uides alios alijs accedere uentos,*
*Ingerere & fluctus ſeſe alijs alios.*
*Rebus in humanis ita duris dura uidemus*
*Subnecti, didicit qui tolerare, ſapit.*
*Si petis hæc quorſum tibi, chara Polyxena, dicam:*
*Vt quod commune eſt omnibus, haud doleas.*

*Item in ſermone ad Lippeum.*

Noli admirari frater, ſi poſtquā Chriſtianus effectus es mille te undiq; tribulationes uexāt. Quoniā Chriſtus noſtræ religionis caput eſt, noſq; eius membra ſumus: debemus ergo non ſolum eū, ſed eius uitam cumulatiſſimè ſequi. Vita enim Chriſti reſperſa fuit anguſtijs plurimis, ſūma paupertate circūdata, ſcribis et phariſæis deriſus, tandē ꝓpter nos peccatores, morti turpiſſimæ traditus ē: unde coniectura eſt, cū te Deus immenſis perſecutionibꝰ corripit, te in electorum ſuorum numero deputaſſe. Nā ſine huiuſmodi tribulationibus nequaquā, ad Deum peruenire poſſumus. Omnes enim qui ad Paradiſum redire deſyderant: oportet tranſire per ignē & aquā, ſiue fuerit petrus Apoſtolus, ſiue Paulꝰ uas electionis, ſiue Ioannes, cui reuelata ſunt ſecreta cæleſtia: neceſſe eſt ut omnes dicant, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

*Idem ſuper Pſalm: 21*

Intelligat homo medicum eſſe Deum, & tribulationem medicamentū eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem. Sub medicamēto poſitus ureris, ſecaris, clamas: non audit medicus ad uoluptatem, ſed audit ad ſanitatem.

*Idem ſuper Pſalm: 60.*

In fornace ardet palea, purgatur aurū: illa in cinerē uertitur, & illud ſordibus exuitur: fornax mundus: aurum iuſti: ignis tribulatio: artifex Deus eſt. Quod uult ergo artifex, facit: ubi punit me artifex, tolero, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me, & quaſi conſumendum me: illa quaſi in cinerem uertitur, ego ſordibus careo.

*Idem lib: 1. de Ciuita: Dei.*

Sub uno igne aurum rutilat, palea fumat, ſub eadem tribula ſtipula comminuitur, & frumenta purgantur.

*Idem contra Fauſtum.*

Nullus hominum ſic iuſtitia præditus eſt, cui non ſit neceſſaria tentatio tribulationis, uel ad perficiendam uirtutem, uel confirmandam ſeu approbandam.

*Diuus Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum.*

Quis non tribulari uelit, quis ſe non maledici deſideret, ut mereatur Chriſti uoce laudari, & celeſti copioſaq; mercede munerari?

*Diuus Ambroſius de morte Satyri.*

Quid in hac uita nō experimur aduerſi? quas nō procellas tempeſtateſq; perpetimur? quibus non exagitamur incōmodis? Cuius parcitur meritis?

*Idem in lib. Officio:*

Paupertas, fames, dolor, quæ putantur mala, nō ſolū impedimēta nō ſunt ad uitam beatam, ſed etiam ad meritum adiuuant. Vnde dicuntur beati pauperes: beati qui eſuriunt.

*D. Gregorius lib. 3. Moralium.*

Quū quis poſitus in proſperitate diligitur, incertum eſt, utrum proſperitas an perſona diligatur: amiſſio enim felicitatis interrogat uim dilectionis, nec proſperitas quippe amicum indicat: nec aduerſitas inimicum cælat.

*Idem lib: 13. Moralium.*

Iuſtis amplius placet ex aduerſitate mala perpeti, quàm ex proſperitate terrenæ diſpenſationis cura fatigari.

*Idem in Regiſtro.*

Facilis erit cōſolatio, ſi inter flagella, q̄ patimur, quæ fecimꝰ, ad memoriā delicta

reuocam⁹, atq; hęc iã nõ flagella, ſed dona eſſe cõſpicimus: ſi quę carnis delectatione peccam⁹, carnis dolore purgam⁹.

*Idem lib. 5. Moralium.*

Si mẽs forti intentione in Deũ dirigiť, quicquid in hac uita ſibi amarũ ſit, dulce ęſtimat, omne q̃d affligit, requiẽ putat.

*Idem lib: 10. Moralium.*

Dolor flagelli temperatur, cum culpa cognoſcitur: quia quantò quiſq; ferramẽtũ medici patiẽtius tolerat, tantò magis putridum conſpicit eſſe quod ferat.

*Eodem libro.*

Mala uitę præſentis tantò durius amicus ſentit, quantò penſare bonum, quod ſequitur, negligit. Nequaquã nos gratia in aduerſitate deſerit, quia quo nos durius diſpenſatione percutit, eò amplius ex pietate cuſtodit.

*Idem 11. Moralium.*

Nunquam eſt patientia uirtus in proſperis. Ille uerò patiens eſt, qui et aduerſis conteritur, & tamen à ſpecie ſuæ rectitudinis non curuatur.

*Idem lib: 26. Moralium.*

Aurem cordis tribulatiò aperit, quã ſæpe proſperitas huius mundi claudit.

*Ibidem.*

Sanctorum mentes æternitatis præmia prętolãtes, uires ex aduerſitatibus ſumũt: quia creſcente pugna glorioſiorẽ ſibi non ambigunt manere uictoriam. Electorum deſideria dum premuntur, aduerſitate ꝓficiunt: ſicut ignis flatu p̃mitur ut creſcat, & unde quaſi extingui cernitur, inde roboratur.

*Idem ſuper Ezechielem.*

Donis ſuis Deus flagella permiſcet, ut nobis omne quod nos in ſeculo delectabit, amareſcat: & illud incendiũ ſurgat in animo, quod nos ſemper ad celeſte deſideriũ inquietet ac excitet: atq;, ut ita dicam, delectabiliter mordax ſirauiter cruciet, hilariter contriſtet.

*Idem in Paſto: cap. 51.*

De ſpe ęternæ hæreditatis gaudiũ ſumunt, quos aduerſitas uitę tẽporalis humiliat: quia non ſaluandos in perpetuũ cerneret, ſi erudiendo ſub diſciplinæ regimine diuina diſpẽſatio nõ refrenaret.

*Idem in Regiſtro.*

In omnipotẽte Deo tua certa eſt fiducia, quãdo ꝓ bono opere aduerſitas additur. In hoc mũdo recipiť, ut pulchrior merces in retributione ęterna ſeruetur.

*Eodem loco.*

Multi in hac uita dolores ſunt, qui ad amorem cæleſtium cotidiè impellunt, qui in hoc uehementer ſolùm mihi placent, quia placere in hoc mundo aliquid non permittunt.

# AETAS.

*Ouidius lib. 1. Metamorphoſeos.*

*Aurea prima ſata eſt ætas. Poſtea inquit.* 1.
*Subijtq; & argentea proles.* 2.
*Auro deterior fuluo, precioſior ære.*
*Tertia poſt illas ſucceſſit ahenea proles,* 3.
*Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma.*
*Non ſcelerata tamen de duro eſt ultima ferro.* 4. Aetates quatuor.
*Protinus irrupit uitæ peioris in æuum*
*Omne nephas: fugère pudor, uerumq;, fideſq;.*
*In quorum ſubière locum, fraudeſq;, doliq;,*
*Inſidiæq;, & uis, & amor ſceleratus habendi.*
*Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus:*
*Non ſocer à genero: fratrum quoq; gratia rara eſt.* Fratrum gratia rara.
*Victa iacet pietas etc.*

AETAS FVGIT.

*Ouidius lib. 3. de arte.*

*Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas,* Tempus uolucre.
*Nec bona tam ſequitur, quàm bona prima fuit.*

*Horatius lib. 2. Carminum Ode. 11.*

*Quid Bellicoſus Cantaber, & Scythes*
*Hyrpine Quinti cogitet & Hadria*
*Diuiſus obiecto, remittas*
*Quærere, nec trepides in uſum*
*Poſcentis æui pauca, fugit retrò* Verũ Epitheton iuuentæ.
*Leuis iuuentas, & decor, & arida*
*Pellente laſciuos amores*
*Canicie, facilemq; ſomnum.*

TEMPVS LABITVR.

*Miſerum eſt genus uitæ noſtræ & nimis fluxum.*

*Iuuenalis ſatyra. 9.*

*Vtile conſilium modo, ſed commune dediſti.* Tempus labile.
*Num mihi quod ſuades, poſt damnũ temporis, & ſpes*
*Deceptas? feſtinat enim decurrere uelox*
*Floſculus anguſtæ, miſeræq; breuiſſima uitæ*
*Portio: dum bibimus, dum ſerta, unguenta, puellas* Senectus nõ precioſiſſima.
*Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.*

*Horatius libro 1. Ode. 11.*

*Spatio breui*
*Spem longam reſeces: dum loquimur inuida*
*Aetas fugerit.* Iuuita ætas.

*Eraſmus in confabulatione Pia de precio temporis.*

E. Nę tu præparcus es Tẽporis. Gas. Nec mirũ ſi partus ſum rei ut multo p̃cioſiſ-

cioſiſſimæ, ita irrecuparabilis. Er. At Heſiodus docet, in medio parcendũ, in principio præproperam, in fine ſerã eſſe parſimoniam. Gas. Rectè Heſiodus de uino: ſed ætatis nulla eſt intempeſtiua parſimonia. Dolium ſi ſinas, nõ exhauritur: at ætas nunquam nõ defluit, ſiue dormias, ſiuè uigiles.

Aetas ſemper fluit.

*Ouidius 6. Factorum.*

*Tempora labuntur, tacitisq; ſeneſcimus annis:*
*Et fugiunt, freno non remorante, dies.*

AETATVM DIVSIO, *ſecundum Varronem & Galenum atq; Hyppocratem.*

Doctiſsimus Varro quinque ętatis gradus æquabiliter putat eſſe diuiſos, ac unũ quenque, præter extremũ, in annos 15. Propterea ſectio prima annũ quintũdecimũ adtingens, pueros habet: ex puritatis ratione ita nũcupatos. Secunda ad triceſimũ porrecta, adoleſcentes: ab incrementi ratione nomen adeptos. Iuuenes ſectionẽ faciunt tertiã, ad annos quinque & quadraginta: quibus inde appellatio facta, quod in bellicis uſibus reip. adiumento forent. Et inde huiuſmodi ex catalogo eſſe dicunt, ſicut ultra catalogũ, qui iam militiæ habentur inepti. Ad annorũ decada ſextam, ſeniores perueniunt. Reliquũ uitę tẽpus ſectionẽ habet quintã, in qua qui agunt, iã uocantur ſenes. Ex hac Varroniana ætatũ diſtributione cõmoneor ſcitè admodũ, & congruenter, uitæ tẽpora fabulis cõparari. Nã & Cicero, qui hiſce, inquit, autoritatis pmijs ſplendidè uſi fuerint, ij mihi ſunt uiſi fabulã ętatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe. In fabulis uerò act' ſeruari quinque, nõ arbitror eſſe quẽ fugiat, quãdo nec perſona quinques egreſſa ultra exire poteſt. In quo attentè animaduertẽdũ, ubi & quãdo ſcena uacua ab oĩbus ſit perſonis, ut in ea chor', uel tibicẽ audiri poſſit: id enĩ cũ uiderim', ibi actũ eſſe finitũ debemus agnoſcere. Hyppocrates (ſicuti libro de die natali pdit Cenſorinus) ſeptẽ ętatis cõſtituiſſe gradus dephẽditur. Ac primũ quidẽ anno ſeptimo terminaſſe: ſecundũ, quarto decimo: tertiũ, duodeuiceſimo: quartum, triceſimo quinto: quintũ, duodequadrageſimo: ſextum, ſexageſimo primo: ſeptimum, ad uitæ coronidem protendit.

Pueri. Adoleſcentes. Iuuentus. Seniores. Senes. Vitæ tempora rectè fabulis conferunt. Fabulam ætatis peragere. Hyppocrates. Aetatũ diuiſio ſecũdum Hyppocratẽ.

*Galenus de definitionibus medicis.*

In libro, cui Titulus ὅροι ἰατρικοί ętates ſtatuit omnino quatuor: ex quibus primã facit, τῶν νέων. id eſt, iuuenũ. ſecundam τῶν ἀκμαζόντων id eſt, uigentium. tertiã τῶν μέσων. id eſt, mediorum. poſtremam τῶν γερόντων. id eſt, ſenum.

Quatuor ſecundum Galenum ætates.

Iuuenes poſtmodũ eſſe, ait, tẽperatura calidos humidoſq;, ueri pcipuè aſſimiles, in uigore cõſtitutos, calere ſimul, areſcereque ætatis modo. Medios pronũciat eſſe frigidos, ac ſiccos, perinde ac autumn' ẽ. Sũt uerò humecti cũ frigiditate ſenes, ὡς χειμῶνι παραπλήσιοι. Effloreſcit in iuuenib' ſanguis, in uigentibus ξανθὴ χολὴ, in medijs μέλαινα, in ſenib' τὸ φλέγμα. Et hęc caloris intimi ratione oĩa

Ver. Aeſtas. Autumnus. Hyems. Iuuenes ſãguinei. Vigentes cholerici. Medij melãcholici. Senes phlegmatici.

*Aetas ex Menechmis Plauti.*

Conſitus ſum ſenectute, onuſtũ gero corp', uires reliquêre, ut ætas mala eſt, mors mala eſt ergo. Nam res plurimas peſſimas, cũ aduenit, adfert: quas ſi autumem omnes, nimis longus ſermo eſt.

Senectus multa mala ſecum fert.

*Idem in Bacchidibus.*

Non omnis ætas ludo conuenit.

*Idem.*

Haud ætati optabile feciſti, cum iſthanc nactus es impudentiam.

*Aetas florida, uigens, integra.*

AETAS FLORIDA.

*Petrarcha in 1. dialogo.*

Multum uitæ ſupereſt. R. En prima mortaliũ uana ſpes, quæ multa hominũ milia & fefellit, & fallit. Inane gaudium & breuè: flos ille, dũ loquimur, areſcit.

*Aetas integra.*

R. Quis integrũ docet, cui & multum deeſſe conſtat, & quantulum ſit quod reſtat, incertum eſt.

*Aetas in aſcenſu eſt.*

R. Inſidioſiſsimæ rei fidis. Aſcenſus iſte eſt deſcẽſus, uita breuis, tẽpus inſtabile, furtim nullo pedum ſtrepitu inter ſomnũ et iocos effluit. Et ô ſi hęc tẽporũ celeritas, uitęque breuitas, ut in fine, ſic in principio nota eſſet, nũc intrantibus infinitum quiddam, exeuntibus nihil, & quot ſecula uidebãtur, uix totidem ſunt momenta. Sic tũ demum fraus noſcitur, dũ uitari nequit. Vnde eſt, quod ſæpe fruſtra huic cõſulitur ętati, incredula ſimul et inexpta eſt, & cõtẽptrix alieni cõſilij, inops ſui. Itaque iuuenibus errores, licet inumerabiles, & immẽſos, his ipſi tamẽ occultos et incognitos, quorũ ſunt, nil melius,

Fraus cũ uitari non poteſt noſcitur.

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA

Nō agnoſcunt iuuenes errores ſuos.

lius, quā ſenectus detegit, & diſſimulātium conniuentiūq́ꝫ luminibus ingerit, nec prius quod eſſe debuiſtis aduertitis, quam q̄d eſſe uoluiſtis, effecti eſtis, fieri iam aliud non poteſtis. Quod ſi quis in tempore, aut per ſemet ipſum intelligere poſſet, aut doceri credere, ille mihi unus ex milibus preclarus ac fœlix ſurgeret adoleſcens, nec tam multis anfractibus ageret uitam, cuius uita tuta, & recta per uirtutem uia eſt.

Virtus unica tuta uia p uirtutem.

*Aetas indecerpta eſt.*

R. Quomodo indecerpta eſt, quæ ex quo nō cæperit, aſsiduè carpitur, & quę minutiſsimis portiunculis, dum datur, eriptur. Siquidem motu perpetuo cælū rotat momenta, horas: horæ diem rapiunt, is alium diem trudit, iſq́ꝫ alium, et nūq́ꝫ quies: ſic menſes prætereunt, ſic anni, ſic & ætas currit, & properat, & (ut Cicero ait) uolat: quodq́ꝫ ait Maro, celeres neq́ꝫ cōmouet alas: ita ceu naui iter agentibus, nec ſentientibus, qui uehuntur, ſępe nec cogitātibus finis adeſt.

*Aetas incipiens ab extremo procul eſt.*

Intra breuis uitæ ſpacium, nihil eſt ꝓcul. G. Nulla pars à fine diſtantior, quā principium. R. Nulla quidem, ſed tunc rectè diceretur, quando omnes æquis ſpacijs uiuerent. Nunc pluribus uiis, & ſæpius prima ætas in mortem incidit: quo fit, ut plerūq́ꝫ uicinior ſit extremo, qui remotior uidebatur.

Prima ætas in mortē ſæpius incidit.

*Seruius Tullius.*

Romanorum Rex eos pueros appellauit, qui eſſent infra decimum ſeptimū annum: indeq́ꝫ ad ſextum & quadrageſimum, iuniores dixit, quos bello idoneos elegit: ſupra uero quadrageſimū ſextum annum, ſeniores dixit.

*Certè floridiſsima eſt ætas.*

R. Etſi adhoc pauci animum aduertāt, tamen ex quo loqui cepimus, mutatio aliqualis inceſsit, & modo per ſingulos ſyllabarum tract⁹ uitæ aliquid excidit, aliquid de caduco ætatis flore ſubtrahitur. Quid autem (quæſo) plus habet hic mollis & nitidus adoleſcens, quàm ille durus & ſquamoſus ſenex, præter hunc, quem loquimur, ætatis breuem ſcilicet, & caducum immò aſsiduè cadētem florem? Vbi quid tam dulce, tam iucundum, non inuenio: cum ſciat, dicto citius ſe futurū, quod ille nunc eſt, uel, ſi neſcit, inſaniat: niſi fortè è duob⁹ aliàs capitali ſimul ſupplicio addictis, ille felicior eſt habēdus, qui nouiſsimè iuſſus eſt dare ſecuribus colla, qui mihi quodamodo ipſa dilatione miſerior uideatur: quāq́ꝫ non eſt par hominum horum cōditio, et illorum. Huic enim interuenire aliquid poteſt, unde collegę ſupplicium euadat, & uiuat: iuuenem ſenio eripere ſola mors poteſt. Ad ſummū: paruo tēporis in ſpacio non ſtat magna fęlicitas, et ingentibus animis breue nihil optabile eſt. Expergiſcimini conſopiti, tempus eſt, calìganteſq́ꝫ oculos aperite: aſſueſcite iam tandem æterna cogitare, & amare, et optare: ſimul autē peritura cōtemnere. Cōdiſcite ab his ſponte diſcedere, quę nobiſcū diu eſſe nō poſſunt, & aīo illa relinquęre, anteq́ꝫ relìquamur.

Sēper aliq modo uitę excidit.

Senectus nos omnes amnet.

Grauis adhoratio.

*Aetas eſt ſtabilis uirenſq́ꝫ.*

R. Mentiuntur, qui, neſcio, quā ętatē ſtabilem dicunt. Nihil uolubilius tempore. Tēpus eſt uehiculum ætatum omnium, & hoc ſtabile fingitis. O uanitas, nihil eſt ſtabile: nunc maximè raperis.

Nihil ætate uolubilius.

*Aetas fugax, ex Thebaide Senecæ Tragedia tertia.*

*Aetate fruere, mobili curſu fugit.*<br>
*Optimos uitæ dies*<br>
*Effluere probibe.*

*Cuiq́ꝫ æuo ſuus gradus.*

*Propria deſcribit Deus*<br>
*Officia, & æuum per ſuos ducit gradus.*<br>
*Lætitia Iuuenem, Frons decet triſtis ſenem.*

*Aetas noui aliquid adportat, atq́ꝫ ad ſcientiam confert. Ex. 6. Metamorp. Ouidij Fab. 1.*

*Non omnia grandior ætas*<br>
*Quæ fugiamus habet, ſeris uenit uſus ab annis.*

*Terentius in Adelphis.*

*Omnia ætate magis alia rectius ſapimus, O Demea.*

*Ex Metam: lib. 14. Fabula. 16.*

*Etenim mibi multa uetuſtas ſcire dedit.*

*Ex Trinumo Plauti.*

Sapientiæ ætas condimentum eſt, ſapiens ætati cibus eſt. Non ætate, uerum ingenio adipiſcitur ſapientia.

*Eraſmus Cbiliad. 3. Cent. 9. adagio 57.*

Ætate prudentiores reddimur.

*Odyſſeæ. β.*

Ἐγὼ δὲ ἔτι νήπιος ἦα.<br>
Νῦν δ᾽ ὅτε δὴ μέγας εἰμί, ϗ ἄλλων μῦθον ἀκούων<br>
πυνθάνομαι, ϗ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός. i.

*Eram adbuc puer, aſt ubi iam ſum*<br>
*Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,*<br>
*Ipſeq́ꝫ grandeſcit mi animus.*

AMOR

# AMOR ET DILETCIO DEI
## *ET SIMVL EXEMPLA EX ſacris literis deſumpta.*

AMOR Dei eſt rectiſſima animi affectio, qua diligitur Deus ꝑpter ſe, & proximus propter Deum: ſecundum D. Auguſtinum de doctrina Chriſtiana.

Amor eſt genus, charitas ſpecies: Amor ad omnia pertinet, charitas tantũ ad homines.

*Ioannis 14.*

Qui diligit me, mandatum meum ſeruabit.

*Idem cap. 13.*

In hoc cognoſcent omnes, ꝙd mei diſcipuli eſtis ſi inuicem uos dilexeritis.

*Idem 15.*

Si diligitis me, mandata mea ſeruate.

*Ibidem.*

Si dilexeritis me, & uerba mea in uobis manſerint, quodcũq; petieritis, fiet uobis.

*D. Paulus ad Rom. 13.*

Dilectio proximi malũ nõ operatur.

*Ibidem.*

Plenitudo ergo legis eſt dilectio.

*Ad Epheſ. 5. cap.*

Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo, in odorem ſuauitatis.

*Ad Rom. 8.*

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

*1. Iohanni 3.*

Nos ergo diligamus Deum, quoniã ipſe prior dilexit nos.

*Ieſus Syrach.*

Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & abſtinebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur.

*Idem.*

Dilige Deũ, qui fecit te, & miniſtros eius non derelinquas.

*Idem.*

Oculi Domini in diligentes ſe.

*D Auguſtinus.*

Vita, dilectio, Mors, odium. Vita noſtra dilectio eſt. Si uita noſtra dilectio eſt, ergo mors odium.

*Exod. 20.*

Miſericors ſum ijs qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

*Deuteronominij 6.*

Diliges Dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, & Matthæi 22. Marci 12. Lucæ 10.

*Deuterono: cap: 10.*

Quid dominus deus tuus petit à te, quàm ut timeas eum, & ambules in uijs & diligas eum?

*Dauid Pſal: 30.*

Diligite Dñm omnes ſancti eius: Quoniam nõ eſt inopia timentibus eũ.

*Lucæ 7.*

Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.

*1 Corinth. 8.*

Si quis diligit Deũ, hic cognit' ẽ ab eo.

*Ibidem 16.*

Si quis non amat Dominum Ieſum Chriſtum, Anathema ſit: Marantha.

*Pſal. 69.*

Qui diligitis dñm, odite malũ: cuſtodit Dñs animas ſanctorũ ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos. Idem, Amos 5.

*Paulus ad Galatas 5.*

In Chriſto Ieſu neq; circumciſio aliquid ualet, neq; pręputiũ, ſed fides, quæ per charitatem operatur.

*Ibidem.*

In libertatẽ uocati eſtis fratres, tantùm ne libertatẽ in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſpirit' ſeruite inuicẽ. Oĩs enim lex in uno ſermone impletur. Diliges ꝓximum tuum, ſicut teipſum. Fructus ſpiritus eſt, Charitas, gaudium, Pax, Pacientia, Benignitas.

*1. ad Corinth. 13.*

Si linguis hominũ loquar & angelorũ, Charitaẽt aũt nõ habeã, fact' ſum uelut æs ſonãs, aut cymbalũ tinniens: & ſi habuero Prophetiã, & nouerim myſteria oĩa, et omnẽ ſcientiã habuero, omnemq; fidem, ita ut mõtes transferã: charitatem aũt nõ habuero, nihil ſũ: & ſi diſtribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas, & ſi tradidero corp' meũ, ita ut ardeã, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil mihi ꝓdeſt, Charitas paciẽs eſt, benigna ẽ, Charitas

non æmu-

non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambicioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autē ueritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet: Charitas nūꝗ excidit, ſiue Prophetię euacuabuntur, ſiue linguę ceſſabūt, ſiue ſcientia deſtruetur: Manet nunc fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autē horum eſt charitas.

*Idem cap: 14.*

Sectamini charitatem, æmulamini ſpiritualia.

*Idem ad Colloſ: 3. cap:*

Induite ergo ues ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti uiſcera miſericordiæ, benignitatem, modeſtiam, pacientiam, ſupportantes inuicem, & donantes uobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut & dominus donauit uobis, ita & uos: ſuper omnia autem hęc, charitatem, quod eſt uinculum perfectionis.

*1. Ad Timotheum 1. cap: 1. Pet. 4. 2. Petri 1. 1. Ioan. 2. 3. 4. 5. 2. Ioannis cap. 1.*

ad Heb. 10 & 13. cap Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta.

*Eſaiæ 64. cap. 1. Corinth. 2.*

Oculus non uidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quę preparauit Deus diligentibus ſe. Rom. 8.

*Exempla dilectionis Dei. Iudicum 23.*

Ioſue obiturus diem ſupremum, hoc poſtremum pręceptum reliquit. Tantū confortamini, & eſte ſoliciti, ut cuncta cuſtodiatis, quę ſunt in uolumine legis, & hoc diligentiſsime præcauete, ut diligatis dominum Deum ueſtrum.

*Eccleſia. 47. cap. 40.*

Dicitur de Dauide, quod de omni corde laudauerit Deum, & dilexerit eū, quod fecerit eum.

*Iohannis. 20.*

Petrus reſpondit: Domine tu ſcis, quia amo te.

*Paulus ad Roma. 8.*

Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti: etc.

*Paulus ad Philip. 3.*

Omnia exiſtimauit ut ſtercus propter Chriſtium.

*Ad Philippenſ. 3.*

Chriſtus loquebatur in eo.

*1. Corinth. cap. 13.*

Quid experimentum quæritis: an Chriſtus operatus eſt omnia:

*Ad Rom. 15.*

Non audeo aliud loqui.

*Ad Galatas 2.*

Chriſtus in eo uiuebat.

*D. Auguſtinus.*

Nihil precioſius Deo uirtute dilectionis: Nihil deſiderabilius diabolo extinctione charitatis.

*D. Gregorius.*

Qui diligit Deum, & eius mandata cuſtodit, in illius cor Dominus uenit, & manſionem facit.

*Baſilius Magnus.*

Ex tota mente tua dilige Deum, ut in omnibus artibus tuis placeas illi. Deus enī nō tantū uult uerbis diligi, ſed corde puro, & operibus iuſtis. Magis ergo omnibus diligamus Deum, qui & nos & parentes noſtros proprijs manibus finxit, & cuncta nobis bona, quæ erga nos geruntur, quotidie eius beneficijs adſcribamus.

*Idem.*

Chriſtus diligendus eſt ſupra parentes. Quia non nobis tribuunt parentes ea, quæ Chriſtus.

*Idem.*

Quum nobis Deus magna beneficia præſtat, nihil exigit à nobis, niſi ut diligamus eum, & templa noſtra ei ſeruemus, ut ille ſemper in nobis habitet, & nos in illo permaneamus.

*Iſiodorus.*

Dilectio Dei morti comparatur: dicente Salomone: ualida eſt, ut mors, dilectio Dei: ſicut mors uiolenter ſeparat animas à corpore: ita dilectio Dei uiolenter ſegregat hominem à mundano et carnali amore.

*Idem.*

Qui Dei pręcepta contemnit, Deum non diligit. Neꝗ enim regem diligimus, ſi odio eius leges habemus.

*Idem.*

Minus quàm inter duos dilectio Dei eſſe non poteſt. Et dum rem amore concupiſcimus temporalem, amittimus ueram Dei dilectionem.

*Cyprianus.*

Deus dilectio eſt, & qui manet in dilectione,

dilectione, in Deo manet, & De⁹ in eo. Cum Deo autem non poſſunt manere, qui eſſe in Eccleſia Dei unanimes noluerunt.

*Clemens.*

Stultum eſt, aliquid amare plus ꝙ Deum. Mentem enim, quam repleuerit memoria Dei, maligno in ea non dabitur locus.

*Effrem.*

Si quis dilexerit Deum, illius mens nō erit in terra, ſed ſemper ſuperiora petet. Deſiderabit enim quæ amauit: inde ducitur, inde illuminatur, inde reficitur, tanꝗ de dulciſſimo fonte.

*D. Auguſtinus ſuper Pſalmum 65.*

Duas ciuitates duo faciunt amores: Hieruſalem facit amor Dei: Babylona facit amor ſeculi. Interroget igitur ſe unuſquiſque quid amet, & inueniet ubi ſit ciuis.

*Idem de imbuendis Neoptolemis Chriſtianis.*

Fœlix qui amas amorem illius, qui amore tantùm deſcendit in uterum uirginis, & ibi amorem ſuum, amore tuo copulauit, humiliando ſe, ſublimando te: coniungendo lumen ſuæ æternitatis limo tuæ mortalitatis.

*Idem.*

Conſtans & perfectus debet eſſe amor noſter, ut ſi neceſſe fuerit, amore illius moriamur, qui amore noſtri placidè ac benignè mori dignatus eſt.

*Libro Confeſſionum.*

Minus domine te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter te non amat.

*Epiſtola ad Macedonianum.*

Ad Deum, qui ubique præſens eſt, ubique totus eſt, non pedibus licet ire, ſed moribus. Mores autem noſtri, non ex eo, quod quiſque nouit, ſed ex eo quod diligit, diiudicari ſolent: nec faciunt bonos uel malos mores, niſi boni uel mali ſint amores.

*Idem Auguſtinus contra Manicheos, lib. 1.*

Si uoluntatem Dei quiſque noſſe deſyderat, fiat amicus Deo. Quia ſi uoluntatem hominis noſſe quiſque uellet, cuius amicus non eſſet, omnes eius impudentiam deriderent, non autem quiſque efficitur amicus Dei, niſi purgatiſſimis moribus.

*Idem, libro de moribus Eccleſiæ.*

Modus diligendi Deum eſt, ut diligatur quantum diligi poteſt: & quanto plus diligitur, tanto eſt dilectio melior.

*Idem, libro 8. de Ciuitate Dei.*

Non dubitat etiam Plato, hoc eſſe Philoſophari, id eſt, Deum amare.

*Idem ſuper illud: Hoc mandatum do uobis.*

Qui diligit Deum, non poteſt contemnere præcipientem, ut diligat proximum: & qui ſanctè ac ſpiritualiter diligit proximum, quid in eo diligit, niſi Deum?

*Diuus Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem.*

Fœlix conſcientia illa, in cuius corde præter amorem Chriſti, quæ eſt ſapientia, caſtitas, patientia, iuſtitia, nullus alius uerſatur amor, nec ad recordationem hominis aliquando ſuſpirat, nec uidere deſyderat, quod cum uiderit, nolit dimittere.

*Idem ſuper Ioſue, Homelia 1.*

Qui amicitias petit Ieſu, multorum ſibi ſciat inimicitias eſſe tolerandas. Nam cum anima uerbo Dei ſe ſociauerit, dubitare non debet, ſtatim ſe inimicos habituram, & eos, quos antea habuit amicos, in aduerſarios eſſe uertendos.

*Ambroſius de fuga ſeculi.*

Cui portio Deus eſt, nihil debet curare, niſi Deum, ne impediatur alterius neceſſitatis munere. Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic officio noſtro decerpitur. Hæc enim uera eſt ſacerdotis fuga, abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorū, ut ſuis ſe abneget, qui ſeruire Deo elegerit.

*Gregorius libro 2. Moralium.*

Solent nonnulli Deum in proſperis diligere: in aduerſis autem flagellantem minus amare.

*Idem 5. Moralium.*

Tunc plenius in Dei dilectione proficimus, cum in eiuſdem dilectionis gremio prius proximi charitate lactamur.

*Idem 16. Moralium.*

Amanti Deum dilatio imponitur, ut ex dilato amoris deſiderio, meritum retributionis augeatur.

*Idem in Homelia: Maria ſtabat ad monumentum.*

Certè iam monumentum uacuum uiderat: iam ſublatum dominum nuntiauerat. Quid eſt quòd iterum ſe inclinat, iterum uidere deſiderat: ſed amanti ſemel inſpicere non ſufficit, quia uis amoris intentionem inquiſitionis multiplicat, inquiens: Mulier quid ploras? quem quem quæris? Interrogatur cauſa doloris, ut augeatur deſiderium quærentis, quatenus enim nominaret, quem quæreret, in amore eius ardentius æſtuaret.

*Idem ſuper Ezechielem.*

In quantum quiſq; amat, in tantum ad ingreſſum regni appropinquat: in quantum uerò amare negligit, tantum ingredi recuſat.

*D. Bernhardus ſuper Cantica, Sermone 20.*

Dilexit nos Deus dulciter, ſapienter, fortiter. Dulciter nempe dixerim, quod carnem induit: ſapienter, quia culpam cauit: fortiter, quia mortem ſuſtinuit. Diſce ergo Chriſtiane à Chriſto, quemadmodũ diligas Chriſtum. Diſce amare dulciter, ne illecti: prudenter, ne decepti: fortiter, ne compreſſi deficiamus.

*Ibidem.*

Toto corde, tota anima, tota uirtute diligere eſt, omne quod blanditur de carne propria uel aliena, ſacroſanctæ carnis Chriſti amore poſtponere.

*Ibidem.*

Magna res amor, ſi ad ſuum recurrat principium, ſi ſuæ origini reddatur, ſi refuſus ſuo fonti, ſemper ex eo ſumat, unde iugiter fluat.

*Idem ſuper Cantica, Sermone 30.*

Sapientia eſt Deus, & uult amari, non ſolùm dulciter, uerùm etiam ſapienter, alioquin facilimè zelo tuo ſpiritus illudit. Erroris enim ſcientiam negliges. Nõ enim habet callidus hoſtis medicamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quàm ſi efficere poſſit, ut in ea incautè & non cum ratione ambuletur.

*Idem in tractatu de diligendo Deum.*

O iugum ſancti amoris, quàm dulciter capis, glorioſè laqueas, ſuauiter premis, delectanter oneras, fortiter ſtringis, prudenter erudis. O fœlix amor, ex quo ſtrenuitas oritur, morũ puritas, affectionum ſubtilitas, deſyderiorum ſanctitas, operum claritas, uirtutum fœcunditas, meritorum dignitas, præmiorum ſublimitas.

*Ex Sapiente.*

Quo melior cunctis Deus eſt, plus debet amari.

*Idem.*

Omnia prætereunt præter amare Deum.

*Bernhardus ibidem.*

Prior Deus dilexit nos tantus, tantùm & gratis, tantillos & tales.

*Ibidem.*

Vultis à me audire, quare & quomodo diligendus eſt Deus? et ego dico, quòd cauſa diligendi Deum, Deus eſt: modus, ſine modo diligere. Ob duplicem cauſam dico Deum propter ſe diligendum: uel quia nihil iuſtius, uel quia nihil fructuoſius diligi poteſt.

*Beda ſuper Cantica.*

Multùm quidem uexat hominem, cum relinquitur amor mundi, multò amplius tamen cruciat, cum calcatur amor ſui. Veruntamen ſuper omnia transfigit, & penetrat cor hominis, et excoquit deſyderium æſtibus amor Dei. Vnde eſt illa uox: fulcite me floribus, ſtipate me malis, qui amore langueo.

*Baſilius in Hexameron.*

Qui uult ueram dilectionem prægustare, Chriſtum diſcat ſuauiter amare: quia Chriſtus amor eſt.

*Ibidem.*

Theſaurus indeficiẽs eſt amor diuinus, Quem qui habet, diues eſt: quo quicunq; caret, pauper eſt.

*Ibidem.*

Vnguentum ſuaue & optimum eſt, amor ſummi boni, quo peſtes mentis ſanantur, & cordis oculi illuminantur.

*Caſſiodorus ſuper Pſalmum quadrageſimum primum.*

Qui Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota uirtute diligit, locum uitijs non relinquit. Non enim intrat diabolus, cum Deo totus animus eſt occupatus. Diabolus enim uacantem deſiderat, nudatum perquirit: ſed ubi Deum reperit, tunc magna confuſione recedit. Viſibilia cum aliquo liquore plena ſunt,

ſunt, ſuperuenientium augmenta non recipiunt. Ita nos diuina charitas, ſi totos repleat, non erit quo crimen introeat.

*Hugo de Ara, libro primo.*

Inter mundi & Dei amorem hæc eſt differentia: quia amor mundi à principio dulcis eſſe uidetur, ſed finem amarum habet: amor uerò Dei ab amaritudine incipit, ſed ultima eius dulcedine plena ſunt.

*Cyprianus de 12. abuſionibus.*

Mundi amor & Dei pariter in uno corde habitare non poſſunt: quemadmodum oculi pariter & cœlum & terram nunquam conſpiciunt.

*Dantes Paradyſi, cap. 24.*

*Se gli ama ben: & ben ſpera & crede.*

Id eſt:

*Qui bene amat, bene ſperat & credit.*

*Idem cap. 26.*

*Chel ben in quanto ben come ſ'intende*
*Coſi accende amare & tanto magio*
*Quanto piu di bonta in ſe comprehende.*
*Dunq; all'eſſenza oue tanto uantagio*
*De ciaſchun ben che for di lei ſi troua*
*Altro non è che un lume di ſuo ragio.*

*Id eſt:*

*Bonum ſicut à cognoſcente noſcitur,*
*Sic & ad ſe amandum allicit: & tanto magis,*
*Quanto plus bonitatis in ſe continet.*
*Sic & diuina natura ubi tantus eſt exceſſus*
*Cuiuſq; boni: ut bonum quod extra ipſum eſt*
*Aliud non ſit, quàm lumen ab illo procedens radio.*

*Pythagoras in aureis carminibus, & Stephanus Niger in expoſitione.*

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ ὡς διάκειν̃ται, τίμα. Id eſt: Primum omnium immortales Deos, uti ſeſe habent, legitimè cole. Rectè hæc à diuinarum rerum cultu, id eſt, religione ſumpſit exordia: Nouerat enim uir maximo ingenio, ſummaq; doctrina præditus, beatæ ſanctæq; uitæ fundamentum eſſe Deorum uenerationem. Nam ſi & omnia, & nos ipſi à Deo immortali ortum duximus, nulli profectò eſt dubium, quin & noſtra omnia, & noſmetipſos Deo debeamus. Cæterum cum nihil ſit, quod à nobis Deo immortali gratius, iucundiuſquè præſtari poſſit, quàm ut nos gratos eſſe oſtendamus, noſtramq; in eum gratitudinem uno demum religionis cultu illi ſignificare ualeamus: rectè Pythagoras nos omnium primùm Deos eſſe colendos docuit, idq; ut ſe habent legitimè faciendum admonuit. Vide præmemorato loco Nigrum.

*Origen.*

Appellat Ægyptus feram, quæ exorientem adorat Caniculam. Quod ſi bruta quoq; animalia pietatem colere, Deos uenerari pro comperto habemus: nonnè hominem rationis ac cõſilij participem pudeat nos nulla ſequi pietatis ac religionis ueſtigia, non amare Deum & colere, ſed Scythas ac Galathas imitari: apud quos, ut ait Plutarchus, nulla ſit Deorum mentio: nulla de diuinis rebus hiſtoria memoratur.

*Homerus.*

ὅσκε θεοῖς ἐπιπείθηται μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ. Qui Dijs paret, ab illis ualde exauditur.

# AMOR ET DILECTIO PROXIMI.

*Exodi cap. 22.*

ADuenam non contriſtabis, neq; affliges eum: uiduæ & pupillo non nocebitis.

*Ibidem.*

Si læſeritis eos, uociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, & percutiam uos gladio: & erunt uxores ueſtræ uiduæ, & filij ueſtri pupilli.

*Leuitici cap. 19.*

Non decipiet unuſquiſq; proximum ſuum, nec facies calumniam proximo tuo, nec ui opprimes eum: Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui.

*Deutero. 5.*

Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

*Ibidem.*

Non concupiſces uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & uniuerſa quæ illius ſunt.

*Cap. 22.*

Non uidebis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis, ſed reduces fratri tuo.

*Eodem 24.*

Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt: ſed eodem die reddes ei precium laboris ſui ante ſolis occaſum: quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam, ne clamet contra te ad dominum, & reputetur tibi in peccatum.

*Cap. 27.*

Maledictus qui clam percuſſerit proximum ſuum: & dicet ei omnis populus: Amen.

*Tobiæ cap. 4.*

Quod oderis tibi ab alio fieri, uide ne aliquando alteri facias.

*Ex Proſpero.*

*Quod ſibi quis nolit fieri, non inferat ulli.*

*Prouerb. cap. 22.*

Non facias uiolentiam pauperi, quia pauper eſt: neq; conteras egenum in porta. Quia iudicabit dominus cauſſam, & configet eos, qui confixerunt animam eius.

*Eccleſiaſtici cap. 12.*

Si benefeceris, ſcito cui feceris, & erit gratia bonis tuis multa.

*Verſu reddita, authore Loricbio poëta.*

*Si conferre cupis cuiquam benefacta benignus,*
*Tum prius exornet quem tua dextra, uide.* Cato. Cui des uideto.
*Deuincire bonos meritis res optima multis.*
*Nam redit ex illis gratia larga tibi.*
*Sed ſi deſtituat iuſtorum uelle facultas:*
*Reddet ſtellifera, qui ſedet arce pater.*

*Idem, cap. 7.*

Deum, qui fecit te, & miniſtros eius non derelinquas.

*Idem, cap. 13.*

Omne animal diliget ſimile ſibi: ſic & omnis homo proximum ſibi.

*Idem.*

Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, et omnis homo ſimili ſibi ſociatur.

*Idem, cap. 27.*

Dilige proximum tuum, & coniunge fidem cum illo.

*Idem.*

Sicut qui dimittit auem de manu ſua: ſic qui derelinquit proximum ſuum.

*In Verſus facta ſententia. 7. cap. authore Loricbio.*

*Corde creatorem de toto dilige ſummum:*
*Hunc ſolùm ex omni robore mentis ama.*
*Tum decet & domini fidos coluiſſe miniſtros e*
*Eſſe Deus ſeruos uult in honore ſuos.*
*Qui tibi diuini pandunt myſteria uerbi,*
*Syncero Chriſtum pectore & ore docent:*
*Primitias illis cum ſummo defer honore.*
*His offer, quod habes, mandat ut ipſe Deus.*

*Math. cap. 5.*

Audiſtis quod dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis: Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri, qui in cœlis eſt, qui oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

*Idem, cap. 22.*

Diliges dn̄m Deum tuū ex toto corde tuo, & tota anima tua, & tota mente tua: hoc eſt maximum & primum mandatum: ſecundum autem ſimile eſt huic: Diliges

Diliges proximum tuum,ſicut teipſum. In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet, & Prophetæ.

*Marci 4. cap.*

In qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis,& adijcietur uobis.

*Luc. cap. 6.*

Diligite inimicos ueſtros, benefacite his,qui uos oderunt.

*Ibidem.*

Benefacite & mutuum date, nihil inde ſperantes,& erit merces ueſtra multa: & ciuitatis filij altiſſimi uocabimini, quia ipſe benignus eſt.

*Ibidem.*

Dimittite,& dimittetur uobis: date, & dabitur uobis.

*Iohan. 13. in Euangelio.*

Mandatum nouum do uobis,ut diligatis inuicem,ſicut dilexi uos.

*Item.*

In hoc cognoſcent omnes, quod mei diſcipuli eſtis, ſi inuicem uos dilexeritis.

*1. Petr. 1.*

In fraternitatis amore, ſimplici corde inuicem diligite attentius.

OMNIA PRAECEPTA DEI *in proximi charitate conſiſtunt.*

*Paulus ad Rom. 12.*

Nulli malum pro malo reddentes.

*Et infra.*

Scriptum eſt enim: Mihi uindicta, & ego retribuam,dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus,ciba illum:ſi ſitit, potum da illi.

*Cap. 13.*

Qui diligit proximum, legem impleuit:Nam non adulterabis: non occides: non iurabis : non falſum teſtimonium dices: non concupiſces : & ſi quod eſt mandatum aliud,in hoc uerbo inſtauratur : Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur: plenitudo ergo legis eſt,dilectio.

*1. ad Corinth. 8.*

Charitas uerò ædificat.

*Ad Galat. 5.*

Omnis lex in uno ſermone impletur.

*Eod. 6.*

Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

*Ad Coloſſ. 3.*

Super omnia autem hæc charitatem habete,quod eſt uinculum perfectionis.

*Epheſ. 5.*

Ambulate in dilectione,ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis,oblationem & hoſtiam Deo, in odorem ſuauitatis.

*Ad Hebræ. cap. 13.*

Charitas fraternitatis maneat in uobis,& hoſpitalitatem nolite obliuiſci.

*1. Petri 4.*

Ante omnia mutuam in uobis ipſis charitatem continuam habentes : quia charitas operit multitudinem peccatorum.

*1. Iohannis cap. 2.*

Qui dicit ſe in lumine eſſe,& fratrem ſuum odit, in tenebris eſt, uſq; ad hæc: Qui diligit fratrem ſuum,in luce manet, & ſcandalum in eo non eſt. Qui autem odit fratrem ſuum,in tenebris eſt, & neſcit quo eat,quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos.

*1. Iohannis 4.*

Si quis dixerit: Quoniam diligo Deum,& fratrem ſuum oderit,mendax eſt, & in eo ueritas non eſt.

Hoc mandatum habemus à Deo : ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Qui autem non diligit fratrem ſuum, quem uidet: Deum, quem non uidet,quomodo poteſt diligere? Qui non diligit,manet in morte. Omnis qui odit fratrem,homicida eſt: et ſcitis quoniam omnis homicida non habet uitam æternam in ſe manentem.

*Prouerb. 17.*

Omni tempore diligit,qui amicus eſt: & frater in anguſtijs comprobatur.

*Ieſus Syrach, Eccleſiaſticus cap. 7.*

*Pauperibus ſemper clementem porrige dextram:*
*Te ſuper ut ueniat gratia magna Dei:*
*Vt tibi ſaluantis benedictio numinis adſit:*
*Teq; probet toto quicquid in orbe uiget.*

*D. Auguſtinus ſuper epiſtolam Ioannis, 23. q. 5. c. Non putes.*

Non putes te tunc amare ſeruum tuum, quando eum non cædis: aut tunc amare filium tuum, quando ei non das diſciplinam:aut tunc amare uicinum tuum,quando eum non corrigis: non eſt

iſta charitas,ſed languor: ferueat charitas ad emendandum & corrigendum:ſi ſunt boni mores,delectant:ſi autem mali,emendentur.

*Auguſtinus ad Martianum.*

Dilectio eſt pacis unda, ros gratiæ, charitatis imber,ſemen concordiæ, affectus gentium,amoris fructus,& ad ſummum:Dilectio Deus eſt.

*Idem,Homelia 8. & habetur de pœnitentia,diſt. 2.c. quia.*

Quia radix omnium malorum eſt cupiditas : & radix omnium bonorum eſt charitas,& ſimul ambæ eſſe nõ poſſunt, niſi una penè euulſa fuerit, alia plantari non poteſt. Sine cauſa conatur aliquis incidere ramos, ſi radicem non contendit euellere.

*Idem ad Macedonium.*

Dilige proximum ſicut teipſum. Proximus in hoc loco non ſanguinis propinquitate,ſed rationis ſocietate penſandus eſt,in qua ſocij ſunt homines. Nam ſi pecuniæ ratio ſocios facit,quanto magis ratio naturæ,non negotiandi,ſed naſcendi lege communis.

*Idem in Enchiridio.*

Finis præcepti eſt charitas. Omne enim præceptum ad charitatem refertur. Quod enim fit timore pœnæ, uel aliqua intentione carnali,ut non referatur ad charitatem,nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamuis fieri uideatur.

*Idem de meritis & remiſſione.*

Eccleſiæ charitas, quæ per ſpiritum ſanctum diffunditur in cordibus eorum, qui participes ſui ſunt, peccata dimittit, eorum,qui non ſunt,tenet.

*Idem de doctrina Chriſtiana.*

Sola charitas eſt,quæ uincit omnia,et ſine qua nihil ualent omnia, quæ ubicunque fuerit,trahit ad ſe omnia. Scientia ſi ſola ſit,inflat. Quia uerò charitas ædificat,ſcientia non permittit inflare.

*Idem de uerbis domini, Sermone 11.*

Diues & pauper, duo ſunt ſibi contraria,& ſunt ſibi neceſſaria. Nullus indigeret,ſi ſe inuicem ſupportarẽt:& neuter laboraret,ſi ſe ambo iuuarent. Diues propter pauperem factus eſt, & pauper propter diuitem: pauperis eſt orare, & diuitis erogare,& Dei eſt pro paruis magna præſtare.

*Idem ad Iulianum Comitem, de pœnis. diſt. 2. c. Charitas.*

Charitas,quæ deſeri poteſt,nunquam uera fuit.

*D. Hieronymus ad Nepotianum, in epiſtola.*

Non memini me legiſſe, mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit:habet enim multos interceſſores, & impoſſibile eſt multorum preces non exaudiri.

*D. Ambroſius ſuper Pſalmum: Beati immaculati.*

Ille intelligit ſuper pauperem, qui largitur pauperi:nam quid prodeſt miſereri inopis, niſi alimoniam eidẽ largiaris?

*Ibidem.*

Hoc eſt occidere hominem, uitæ ſuæ ei ſubſidia denegare. Caue ne inter loculos tuos includas ſalutem inopum ; & tanquam in tumulis ſepelias uitam pauperum.

*D. Gregorius lib. 7. Moralium.*

Duo ſunt præcepta charitatis,Dei uidelicet,& amor proximi. Per amorem Dei gignitur amor proximi: et per amorem proximi,Dei amor nutritur. Nam qui amare Deum negligit, perfectè diligere proximum neſcit. Et tunc plenius in Dei dilectione proficimus, ſi in dilectionis gremio proximi charitatem colligamus.

*Idem in paſtoralibus.*

Tunc ad alta charitas mirabiliter ſurgit, cum ad ima proximorum ſe miſericorditer attrahit : & quæ benignè deſcendit ad infima, ualenter recurrit ad ſumma.

*Ibidem.*

Nihil perfectius ac Deo gratius uirtute dilectionis:nihil deſiderabilius diabolo extinctione charitatis. Quiſquis igitur ſeminando iurgia, dilectionem proximorum perimit, diabolo familiarius ſeruit.

*Chryſoſtomus ſuper illud Ioannis 15. Omnes in unum corpus baptizati ſumus &c.*

Propterea ne non diſſoluamur, ſed ea quæ ad inuicem eſt cõuenientia,& amicitia corporis unius conuenientiam obſeruem⁹. Quocirca ita pcuremus proximos,ut unuſquiſque noſtrũ ſuã carnẽ non deſpiciat. Nullus enim unquam carnẽ ſuam odio habuit,ſed eam nutrit ac fouet.

Idem

*Idem ſuper Matthæum.*

Si indifferenter omnibus dederimus, ſemper miſerebimur: ſi autem diſcutere cæperimus, nunquàm miſericordiã præſtabimus.

*Lactantius lib. 6. de diui. inſtitut.*

Si hac cauſa homines cõgregati, ut mutuis auxilijs imbecillitatem ſuam tuerentur, ſuccurrendum eſt igitur homini, qui egeat auxilio. Deus enim, qui ceteris animalibus ſapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incurſibus & periculis tutiora generauit: hominem uerò quia nudum, fragilemq; formauit, ut eũ ſapientia potius inſtrueret, dedit ei præter cætera hunc pietatis affectum: ut homo hominẽ tueatur, diligat, foueat, contraq; omnia pericula & accipiat & præſtet auxilium. Summum inter ſe hominum uinculum eſt humanitas, quod qui diruperit, nepharius & parricida exiſtimandus eſt. Nam ſi ab uno homine, quẽ Deus finxit, omnes ſumus oriundi, certè conſanguinei ſumus, & ideo maximum ſcelus putãdum eſt, odiſſe hominem, uel nocentem.

*Ibidem.*

Si ab uno Deo ſpirati omnes & animati ſumus, quid aliud quàm fratres ſumus? et quid coniũctiores animis quàm corporibus? Itaq; non errat Lucretius, cum dicit: deniq; cœleſti ſumus omnes ſemine oriundi, omnibus unus atq; idem pater: ergo pro beluis immanib' ſunt habendi, qui homini nocent, qui contra ius humanitatis & fas, omnes ſpoliant, cruciant, occidunt, exterminant.

*Ibidem.*

Deus, quoniam pius, animal nos utile uoluit eſſe, ſociale item: itaq; in alijs hominibus nos ipſos cogitare debemus: nõ meremur in periculo liberari, ſi non ſuccurrimus, non meremur auxilium, ſi negamus. nam qui ſe à prẽſtãdo auxilio abſtinet uel remouet, etiam ab accipiendo remoueat neceſſe eſt: quia nulla opera indigere ſe putat, qui alteri ſuam denegat. Retinẽdum eſt igitur uinculum ſocietatis humanę: quia homo ſine homine nullo modo poteſt uiuere.

*Ibidem.*

Verùm illud eſt Ciceronis, quod ait hominem naturæ obedientẽ, homini nocere non poſſe. Ergo ſi nocere homini contra naturam eſt: prodeſſe igitur homini ſecũdum naturam ſit neceſſe eſt: quod qui nõ facit, hominis appellatione ſe deſpoliat: quia humanitatis officium eſt neceſſitati hominis ac periculo ſubuenire.

*D. Baſilius Homelia prima.*

Panis eſt famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam in conclaui ſeruas, diſcalceati calceus, qui penes te marceſcit, indigentis argentum, quod poſſides. Quocirca tot iniurias agis, quot ſubuenire ualebis.

*Seneca in prouerbijs.*

Habet in aduerſis auxilia, qui in proſperis commodat.

*Ibidem.*

Qui ſuccurrere perituro poteſt, cùm non ſuccurrit, occidit.

*Idem libro de beneficijs.*

Deos ſequamur duces, quantum humana imbecillitas patitur: Demus beneficia, non fœneremur.

*Ibidem.*

Illud beneficium iucundum, quod obuium uenit alicui.

*Ibidem.*

Optimum eſt occupare antequàm rogemur: quia cum homini probo ad rogãdum os concurrat, & diffundat rubor, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus ſuũ. Gratiſſima igitur ſunt beneficia parata, facilia, occurrentia: ubi nulla mora fuit, niſi in accipientis uerecundia.

Reliqua comperies in loco de beneficentia, inferius.

AMor eſt animi deuinctio erga aliquid, ſiue id animatum ſit, ſiue inanimatum: honeſti, utilis iucundiuè cauſa excitatus: contrarium eſt odium.

*Platonicus Phædrus*

Magnum eſſe Deũ amorẽ comprobat, apud Deos hominesq́; mirandum, cum propter alia multa, tum propter eius originem. Amor enim omnibus ad omnia eſt ingenitus.

Amor eſt magnus Deus.

*Dionyſius Areopagita in libro de diuinis nominibus.*

Amorem ſiue diuinũ, ſiue angelicũ, ſiue ſpiritalem, ſeu animalem, aut naturalem dicas, inſitiuam quandã intellige, cõmiſcentemq́; uirtutem, quæ ſuperiora quidẽ ad inferorũ prouidentiã prolicit: Aequalia rurſus ad ſocialẽ ſui inuicem communionẽ cõciliat: ac poſtremo infima quęq́; prolectat, ut ad ſublimiora, potioraq́; cõuertantur: immò ueluti fomite quodam igneo amplius ſuccenſa reſiliant.

*Heſiodus in Theogonia*

Primo quidẽ factum cecinit Chaos, mox terram & tartarã, deinde prodijſſe amorẽ affirmat, cũ quidem ſic interpretatur, ut intelligat per hunc inſitã unicuiq; eorum quæ ſunt naturalẽ uim, cauſamq́; qua eſſe expedit unum quodq;: Hoc quidem intellectu, illud autem ſenſu, id eſt τὸ μὲν νοερῶς, τὸ δὲ αἰσθητικῶς. Idem fabulatur amorem ex Chao & terra natum.

*Exemplum.*

*Sabellicus lib. 5. cap. 2. T. Liuius lib. 2. belli Punici ſecundi.*

Potuit Aemilius Paulus Cãnenſi acie, tametſi uulneratus, unius tamẽ & omnis culpę expers in tutum euadere, ſed legionibus cæſis, noluit: repudiato equo, qui illi ad fugam à lentulo deferebatur: quin imò ſaxo ſedens, macte, inquit, iſta uirtute C. Corneli, abi nuncia publicè Patribus, ut urbem Romã muniant, firmẽtq́; præſidijs ante hoſtis aduentum: meq́;, ut decet, ſinite inter meos milites expirare. Mirus imperatoris amor, qui non potuit patriæ, quæ ſuperſtes erat, non eſſe memor, paulo poſt expiraturus.

Exemplũ fortitudinis.

Magnus amor in patriam Aemilij Pauli.

*Apophthegma Eraſ. lib. 5.*

Cato amantis animum dicebat in alieno corpore uiuere, quod hodie quoq; celebratur: animam illic potius eſſe, ubi amat, quam ubi animat,

Anima eſt ubi amat potius q̃ ubi animat.

*Idem lib. 3. de dictis Socratis, Eraſmus.*

Socrates eos, qui corpus tantum amarent, ſimiles eſſe aiebat medicis, qui ſemper egerent, ſemper inſtarent aliquid flagitantes: rurſus qui amici eſſent, potius quam amatores, ſimiles eſſe ijs, qui proprium fundum poſſiderent, quem ſemper ſtudẽt reddere meliorem. Amator ſuam quærit explere uoluntatem: amicis, haud quaquam ad ſe ſpectans, hoc ſe putat ditiorem, quo meliorem reddiderit amicũ.

*Fabula.*

Fullonem inuitabat carbonarius, ut ſecum in unis ędibus habitaret: Fullo, non eſt, inquit, mi homo, iſtuc mihi uel cordi uel utile. Vereor em̃ magnopere, ne quæ ego eluam, tu reddas tam atra, quam carbo eſt.

Fullo. Carbonarius.

*Morale.*

Amor tantum inter pares, & ſimilium morum homines conſtare rectè poteſt.

*Simile.*

Vt bruta, ſi ui commiſceantur diuerſo generi, diſcedunt indignantia, & grauiter ferentia: ſic inter ſimiles placidè coit & cohęret amor.

*Aliud.*

Muſica ſymphonia cõſtat ex diuerſis, puta grauibus & acutis, inter ſe ratione cõpoſitis: at amicitia conſtat ſimilibus: Ex moralibus Plutarchi.

*Aliud.*

Vt prima materia, quibuslibet formis uariatur, cũ propriam non habet: ita animus multorum amori ſubiectus.

*Adagium.*

*Amor ex aſpectu naſcitur.*

Hoc prouerbiũ admonet oculos amorem potiſſimum cõciliare. Non em̃ amatur incognitum, ſed ex conuictu oritur mutuus amor: & oculi præcipuè ſunt ad amandum illices, in ijs enim peculiaris animi ſedes eſt, & in ijs (aiunt Pǫëtæ) cupidinem excubantem ſua iacula mittere.

*Sententia Græca.*

Ex

Senarius Græcus.

*ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν*

Amor ex uidendo naſcitur mortalibus.

*Latinè.*

Amor confirmatur & beneficio accepto, & ſtudio perſpecto, & conſuetudine adiuncta. Quibus rebus ad illum primũ motum animi & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardeſcit beneuolentiæ magnitudo: quaſi qui putant ab imbecillitate proficiſci, ut ſit per quam aſſequatur quiſque, quod deſideret, humilem ſanè relinquunt & minimè generoſum (ut ita dicam) ortum amicitiæ, quam ex inopia atque indigentia naſci uolunt.

*Poëtica.*

Amor creaturis naturaliter ineſt omnibus, ad finem boni, nec aliter durare poſſunt.

*Boëtius lib. 4. Metro. 6.*

*Hic eſt cunctis communis amor,*
*Repetunq; boni fine teneri,*
*Qui non aliter durare queunt,*
*Niſi conuerſo rurſus amore.*
*Refluant cauſæ, quæ dedit eſſe.*

*Amor docet Muſicam.*

Senſus eſt: amorem ad induſtriam excitare animum, artiumq; & omnis elegãtiæ magiſtrum optimum eſſe.

*Socrates in conuiuio Platonis.*

Putat animam immerſam corpori ueluti expergiſci amoris ſtimulis, & hinc primos ad honeſta impetus capere, tanquàm excuſſo ueterno: unde Deũ hunc idẽ Plato *παντὸς ἐπιχειρήτην*, quod nihil non experiatur, adpellat. Siquidem è taciturno reddit loquaculum, è uerecũdo ſtupidoq;, comem ac blandum: de negligente, diligentem.

Amor nihil inexpertũ ſinit

*Cælius lib. 12. cap. 35. & 36.*

*Duplex amor.*

Platonici Philoſophi, ex gemina illa ui humanarũ animarum, intelligẽdi una, generandi altera, duplicem Venerem deprehendère, quas & amores gemini comitentur. Equidem ubi humana ſpecies uenuſtius concinnata ingerit ſe nobis, mens noſtra, quam eſſe in nobis Venerem unam ſtatuimus & quidem ſuperiorem, eam tanquàm diuini decoris imaginem amplexatur & ſuſpicit: perq; huius quandoque ueſtigia ad illud arrepit, ſtruitq; gradum. Generandi uerò facultas, quæ altera dicitur Venus, pulchritudinis illecta radijs, ac permulſa, formam illi perſimilem geſtit effingere: quamobrem utrobique amorem recognoſcimus: ſed contemplatur unus, alter generare cupit, atq; expingere, quod decentiſſimũ animaduertit. Amor uterq; honeſtus, ac probandus, quando uterq; diuinam ſectatur imaginem.

*Scribit Plotinus,*

Amorem Heroa dici fortè quoniam *ἀπὸ τῆς ὁράσεως*, hoc eſt, à uiſione ſubſtantiam habet, quando & amor, qui affectio eſt, ab hoc habet inſtinctum. Amorem porrò Græci *ἔρωτα* uocant: quia ut Plato inquit *εἰσρεῖ*, id eſt, influit extrinſecus per oculos, quamuis etiam in Phædro *ἀπὸ τῆς ῥώμης*, à robore ac uehementia dici *ἔρωτα* Socrates putat.

*Exemplum.*

*Cælius lib. 12. cap. 33.*

Pythen genere illuſtrem, tradunt hiſtorici celeberrimi, uxorem duxiſſe Iapagyam, exq; eo matrimonio natam illi filiam, Pieriam nomine: erat autem bellum uehemẽs Mynutijs aduerſus Mileſios, tantumq; rei diuinæ faciendæ cauſa commeare licebat. Pythes igitur uxor cum filia Dianæ ſacra factura, progreſſa Miletum, ibi tum phrygius Nelei maximus natu filius Pieriam conſpicatus, eiusq; forma incenſus, amare uehementer cæpit: quiq; eſt amantium affectus cupiens illi gratificari, quidnam gratiſſimum ei à ſe præſtare poſſet percontatus: tum puella prudens & pia, id gratiſſimum fore, innuit, ſi Miletum multis ſæpe comitibus ſecurè proficiſci facultas ab illo daretur: quod phrygius de pace rectè, ut illa ſenſerat, intelligens, ſtatim aduocata concione, Mileſiis de ineunda cum Mynutijs amicitia, uerba fecit: quæ res cum omnibus placuiſſet, compoſita eſt pax, tamq; iucundis exorſa initijs, apud utrunque populum nomen Pieriæ tam celebre fuit, adeo ut mulieribus abierit in adagium res, ut in uotis illarum id eſſet antiquiſſimum: ſic ſe amari uelle, ueluti Pieriam phrygius adamaſſet.

*Apophthegma Eraſ. lib. 3.*

*Apopht.*

Socra-

Socrates frequenti in ore habere ſolebat, animorum formam magis amãdam, quàm corporum, eamq́ꝫ uoluptatem, quã in nobis conſpecta formoſa facies ad lõgè pulchriorem, ſed latentem animi ſpeciem, eſſe transferendam: uerum ut hãc uideamus, philoſophicis oculis opus eſſe, notabat φιλεῖν Græcam uocem ancipitem eſſe, ad oſculandum, & ad amandum: quorum prius eſt corpus amantiũ, alterum mentem.

*Fabula.*

Leo quum ſocios adſciſcere ſibi uellet, multaq́ꝫ animalia ſeſe illi adiũgere optarent, idq́ꝫ precibus & uotis expoſceret: cæteris ſpretis, cum porco ſolum ſocietatem inire uoluit: rogatus autem cauſam, reſpondit: quia hoc animal adeo fidũ eſt, ut amicos & ſocios ſuos in nullo, quantumuis magno, diſcrimine unquàm relinquat.

Societas Leonis cũ porco.

*Affabulatio.*

Monemur tantum eos amandos, qui aduerſitatis tempore à præſtando auxilio non referunt pedem.

Amandi tantũ ſunt fidi.

*Simile.*

Vt manus eadem in uarios diſſecta digitos: ſic multorum amor eos unũ reddit, diſcretos tamen.

*Aliud.*

Qui reiectis cognatis, peregrinos amat, eoſq́ꝫ ſibi adſciſcit amicos: perinde facit, ac ſi quis amputato pede carneo ligneum pedem addat.

Ex moralibus Plutarchi.

*Prouerbium Pindarus in Nemeis, hymno 4.*

Lynge trahor. De ijs, qui uehementi & impotenti deſiderio trahũtur ad aliquid. Tradunt autem Lyngem fuiſſe filiam Echûs, quæ Iouem ueneni amatorijs in amorem cum incitaſſet, à Iunone uerſa ſit in auem Lyngem, quæ motacilla uocatur: qua poſtea mulieres uti conſueuerunt in amatorijs ueneficijs.

*Plato lib. 6. de LL.*

*παλαιὸς γάρ ὁ λόγος ἀληθὴς ὤν. μάλα μὲν ὀρθῶς τε ἐμμελῶς εἴρηται. ὡς ἰσότης φιλότητα ἀπεργάζεται,* id eſt:

Verum eſt enim uetus illud uerbum, rectè atque aptè dictum: ſimilitudinem amoris authorem eſſe.

*Latinè,*

*Xenophon commentario, ſecundo.*

Minimè tibi amandos eligas, qui in reddendis beneficijs, alijſq́ꝫ uitæ officijs fuerint negligentes: nec auaros, qui tantũ proprio commodo ſtudent, nec mendaces ac ſubdolos, nec uoluptarios, uentri, ſomnoq́ꝫ & Veneri nimium indulgẽtes. Tales enim nihil boni in commune officium amoris conferre ſperes, ſed eorum potius commercium fugiendum. Nã bonus ignauũ, cuius facta minimè probat, nullo pacto eligere poterit.

Amor ſanctus leges ſtruat.

POETICA.

*Statius in Surrentino pollij.*

*Diſcitè ſecuri, quorum de pectore mixtæ*
*In longum coiêre faces, ſanctuſq́ꝫ pudicæ*
*Seruat amicitiæ leges amor.*

ALIA.

*Amor laboris nullius ſenſum habet. Ex hippolyto Senecæ.*

*Non me, per altas ire ſi iubeas niues,*
*Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis:*
*Non, ſi per ignes ire, & infeſta agmina,*
*Cunctor paratis enſibus pectus dare.*

ALIA.

*Virgilius ad Meſſalam.*

*Omnia uincit amor: quid enim non uinceret ille?*

*Amor mutuus.*

*Quare illud ſatis eſt, ſi te permittis amari,*
*Nam contra ut ſit amor mutuus inde mihi.*

*Nulla lex amori eſt.*

*Boëtius lib. 3. Metro. 12.*

*Quis legem det amantibus?*
*Maior lex amor eſt ſibi.*

*Μουσικὴν ἔρως διδάσκει κ᾽ ἄν τις ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν,* id eſt: Muſicen docet amor, & ſi fuerit indoctus prius.

*Orpheus in carminibus*

Amorem, quem *φάνητα* uocat: principium ponit rerum humanarum.

*Zeno ſtoicus*

Amorem dicit amicitiæ, & concordiæ, libertatis quoque inſtrumentum: ideo ad ſalutem reip. plurimum conferret. Sapientes alij (ut ait Atheneus) eum procul ab omni turpitudine iudicabant, & Gymnaſiis unà cum Mercurio & Hercule ſtatuerunt, cui ſacrificabant. Nam amorem & honeſtam uoluptatem, quæ ex uirtute prouenit, delicias corporis infamauerunt, ut Seneca teſtatur in epiſtolis, neq́ꝫ uoluptas, inquit, cauſa uirtutis, more Epicuri, ſed acceſsio eſt. Virtus enim, non quia dele-

Atheneus.

Seneca.

Virtus qa placet delectat.

delectat,placet, ſed quia placet,delectat.

*Triplex amor ſecundum Platonem.*

Plato triplicem ponit amorem, diuinum,ferinum,& humanum: primus occurrente pulchro aſpectu ad diuinorum contemplationem animum extollit, ab omni procul labe remotus: ſecũdus belluarum more coinquinat: humanus aũt inter utrunq; conſiſtens, ſenſus quidem quadam tenus oblectat, uicium tamẽ refugit. In ſympoſio quo quiſq; ex ordine conuiua de amore ſermonem habet, geminã ponit Venerẽ, cum gemino amore: primam,ſine matre cœleſtem & pudicam,quam ſequitur amor pudicus. Secundam,ex utroq; ſexu procreatam, impudicam,ex Dione: quam item amor ſequitur impudicus.

Amici inſuper in partem honeſti ueniunt amoris. De quibus legendis præter Ariſtotelem in 8. Xenophon in 2. commentario Socratem diſſerentem introducit.

*Exemplum*

*Camillus lib. 6. cap. 7. de amore Pudico.*

Piſonianę cõſpirationis conſcius apud Neronẽ accuſatus, perpetuo exilio mulctatus eſt. Archona Flacilla uxor, cum Romæ in magnis opibus manere poſſet, patriæ atque opibus exilium cum uiro prætulit.

*Apophthegma. Eraſ. lib. 4. Apopht.*

Mamertinos, quod hoſtium partibus adhæſiſſent, uniuerſos interficere ſtatuerat Cneius Pompeius. At Sthenius eius Ciuitatis princeps, Pompeium adijt his uerbis: non ęquum facis Põpei,qui propter unum noxiũ, multos innoxios occidere pares: atqui ego ipſe ſum ille, qui & amicis perſuaſi,& inimicos coẽgi Marianas ſequi partes. Hic Põpeius uiri fortis animũ admiratus, dixit, ſe ignoſcere. Mamertinis à tali perſuaſis uiro, qui patriam ſuæ ipſius uitæ antetulerit, ſimul & ciuitatem & Sthenium liberauit. In Sthenio habes exemplum, quem animum erga rempub. gerere principem oporteat,ſi periculum incidat: in Pompeio placabilitatis documentum, qui pietati maluerit habere honorem,quam indulgere iræ.

Sthenius. Amor Patriæ.

Præclariſſima exẽpla amoris patrię ac placabilitatis.

*Aliud.*

Patrię parentibusq; poſt Deũ magnopere debemus. Hinc Vlyſſes apud Calypſo patriã prætulit immortalitati: quod uſurpat in orationibus Cicero. At ſi uos quid patria delectat, Quirites, cuius eſt tantus amor, ut Ithacum uir præſtantiſſimus,nidulumq; illum affixum ſaxis immortalitati prætulerit.

Vlyſſes erga Patriã

*Sententia Græca.*

*Euripides in Medea.*

ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν
ἐλθόντες οὐκ ἐν δοξίαν
οὐδὲ ἀρετὴν παρέδωκαν
Ἀνδράσι εἰδ᾽ ἅλις ἔλθοι κύπρις.
οὐκ ἄλλα θεὸς εὔχαρις οὕτω.

*Amantius uertit.*

*Quum uehemens nimis urit amor ludibria,præbet*
*Obſcuræ famæ damnaq; multa crebro.*
*Verum ubi honeſta Venus mortali aduenerit ulli,*
*Nulla refert gratæ plus Dea lætitiæ.*

POETICA.

*Propertius lib. 2. Eleg. 27.*

*Multum in amore fides,multum conſtantia prodeſt:*
*Qui dare multa poteſt,multa & amare poteſt.*

*Alia.*

*Omneis humanos ſanat Medicina dolores:*
*Solus amor morbi,non amat artificem.*

PHILOSOPHICA.

*Fulgoſus lib. 5. cap. 6.*

Quum multi propter patriæ charitatẽ non opes modo uerùm uitã quoq; ipſam profuderint, eiuſmodiq; hominum laudibus fama nomenq; offeratur, iure credendum eſt, poſt Deum mortales hanc unam habere, cui maiorem nauare operam debeant.

*Volateranus lib. 32. Philologiæ.*

Theſpienſes Erotidia celebrabãt,ſicuti Olympia Lacedemonij,ante pugnã amori ſacrificabãt,ueluti in amore certantiũ, & certa amicitia,uictoria cõſiſteret. Cretẽſes in prælijs optimos ac pulcherrimos amore deuinctos ſecernebant,ac per eos annua ſacra fiebant: apud Athenienſes ſacra cohors appellata, ex amatis ac amãtibus conſiſtebat: ut tradit Alexis,in qua ſumma erat fiducia. Ex Atheneo.

Sacra cohors.

*Cœlius lib. 12. cap. 35.*

Ex Pauſaniæ monumentis non negligendum illud utiq;: Aſyrios omnium primos Vraniam Venerem adortos colere, quos ſint inſecuti in Cypro Paphy & ad Aſcalonem phinices, à quibus didicerint mox Cytherij. Sed & Athenis Vraniæ Veneri fuiſſe erectum templum, idem comprobat Pauſanias.

*Cælius lib. 12. cap. 32.*

Plato in Phædro ſcribit, quoſdam tradidiſſe. amorem dici à mortalibus ἐρωτα uolatilem: ab immortalibus autem πτερωτὸν, id eſt, alatum quendã, propter uolandi neceſſitatem.

In ſympoſio Socrates aſſerit, ſe nihil præter amatoria ſcire.

Phædrus uerò maximorum bonorum cauſam eſſe amorem pronunciat, nec ſe inuenire qd meli⁹ accidere poſsit adoleſcẽti, quàm optimus amator, aut amatori amatus quàm optimus: & eſſe quidem duo, quæ à puericia per omnem uitã abducere illum debeant à rebus turpibus: Verecundiam, & honeſti ſtudium. Hæc autem nobis neq; diuitiæ, neq; honores præſtare poſſunt citius, ac melius quàm amor, neq; ab ijs duobus aut ciuitas unq̃, aut priuatus homo præclarum aliquid & magnificum perficere poterit. Nec ullus adeo ignauus erit, quem amor non inflammet ad uirtutem, diuinumq; reddat, ut uiro fortiſsimo par euadat. Nã quod Homerus dicit, uim furoremq; à Deo quibuſdam heroibus inſpiratum, hoc amor amantibus efficit. Quin etiam pro altero mori, amantes ſoli eligunt, nec uiri tantum, ſed & mulieres quoq;. Verecundiæ & honeſti ſtudium.

# AMOR IMPVDICVS.

*Theophraſtus.*

AMor eſt, inquit, animi concupiſcẽtia, quę celerem habet ingreſſum, tardum uerò regreſſum.

*Plutarchus autem aliter.*

Amor neq; nos ſtatim, inquit, nec uehementer ab initio, quemadmodum ira inuadit, neque facile ingreſſus diſcedit, quamuis alatus, ſed ſenſim ingreditur ac molliter, manetq; diu etiam in ſenſibus: qui quanquam diſcedit, aut tempore, aut ratione uictus, non tamen penitus liberam relinquit animam, remanetq; in ea ueſtigium, ueluti ſyluæ exuſtæ, aut fumantis: neq; penitus ex oſſibus eijcitur: ignoranturq; quid ſit, unde ueniat, quomodo ingreſſus. Ignoratur unde anima ueniat

*Hieronymus contra Iouinianum, in hanc ferè Plutarchi ſententiam.*

Amor autẽ in multis eſt inſuperabilis, extinctus accendit, & poſt copiam rurſus eſt inops, & ob perturbationem, quã ſuſtinet, aliquid cogitare non ſinit.

*Ad Amantium Presbyterum.*

Omne peccatum poſt factum pœnitẽtia ſequitur. Sola uoluptas in ipſo pœnitentiæ tempore prę teritos ſtimulos patitur, ut ex hoc, quod corrigere cupimus, rurſus ſit materia delinquendi. Grauiter dictum.

*Plautus in Ciſtellaria amoris inſaniam pulcherrimè deſcribit.*

Credo ego primum amorem apud homines carnificinam commentum. Hanc ego de me coniecturam facio domi, ne foris quæram, quin omnes homines ſupero cruciatibus animi, iactor, crucior, agitor, ſtimulor, uertor in amoris rota miſer, exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior. Ita nullam mentẽ animi habeo: ubi ſum, ibi non ſum, ubi non ſum, ibi eſt animus. Ita omnium ingenia ſunt, ut quod lubet iam, non lubeat id continuò. Ita me amor lapſum animi ludificat, fugat, agit, quod dat, non dat, modo quod ſuaſit, diſſuadet, quod diſſuadet, oſtentat. Incõſtãtia amoris.

*Theophilus*

Dicit, amorem cœli à dijs, quòd ſeditionẽ inter illos agitaret, expulſum fuiſſe effractis alis, ne rurſus ad ſuperiora uolaret.

*Gregorius in Moralibus.*

Luxuria ſenſum hebetat, confundit intellectum, memoriam obturbet, euacuat ſenſum, obnubilat uiſum, reddit hominẽ pallidum ac fœdum, ſenectutẽ inducit, mortem deniq; maturat. Luxuria. Impudicæ Veneris detrimenta.

*Chryſoſtomus in Matthæum.*

Luxuria eò plus augeſcit, quo magis frequentatur: fugiendo fugatur. Qui luxuriat, uiuẽs mortuus eſt.

*Hieronymi ad matrem & filiam in Gallia commorantes.*

Ferreas mentes libido domat, ac eò plus in uirginibus, quo dulcius eſſe putatur, quod neſcitur. Dulce uenenum amor.

*Idem.*

Difficile eſt inter delicias ſeruare caſtitatem.

*Idem.*

Qui luxuriam perfecta uicerit continentia, ſanctior erit Dauide, ſapientior Solomone, Fortior Sampſone. Nã quũ nihil ſit uilius, quàm à carne uinci, nihil tamen Platonicũ hoc. uincere carnem eſt glorioſiſſimum.

tamen glorioſius, quàm carnem uincere.

*Idem in epiſtola ad Nepotianum dicit.*

Præteritæ caſtitati non eſt fidendum.

*Idem in epiſtola 42.*

Ventrem diſtentum cibo ſequitur uoluptas genitalium.

*Bernhardus*

Hanc rem tripliciter euitandam ſuadet, actione, ſenſu, oculis.

### AMOR ET VOLVNTAS, *actionum principia ſunt.*

Et quando amor & uoluntas ſunt actionum principia, meritò Auguſtinus animam citra amorem uocat extinctã, nec eo uacare poſſe, pudico uel impudico. Pudet commemorare ſapientes plurimos infra ſuam appellationem ob uoluptatem conſtitiſſe, ut literas etiam, quæ perficere ingenium & mores debuerant, infament. Vt à Græcis ordiar, nec tantùm Clario Lyde dilecta poëtæ: nec tantùm Coo Bacchis amata uiro. Philetas enim de Bacchide poëma fecit, & Callimachus de Lyde apud Clarium Ioniæ urbem ortus: quamuis è Cyrene originem ſuorum duxerit. Has ſecuti ſunt Leſbia Catulli, Delia Tibulli, Cynthia Propertij, Corinna Naſonis. Duces etiam corruperunt, Lamia Demetrium, Phryne Timotheũm, Philippum Grææ puellæ amores, Annibalem Campania, Cleopatra Cæſarem, Flora Pompeium: ducta inſuper in matrimonium ſcorta Pericli Aſpaga, Pſamnitico regi Ægyptio potentiſſimo Rhodope, Antonio Cleopatra, & noſtra ætate uiſum eſt Andream Paleologum Peloponeſi deſpotum ex tanta nobilitate ſuperſtitem Græcum ſcortum, atq; uiliſſimum ſibi connubio iunxiſſe.

*Anima citra amorẽ extincta.*

*Meretrices perdiderũt duces.*

Sed utinam ſexum non mutaremus, in hac parte multò feris nocentiores, quum illæ naturæ legem cuſtodiant.

*Bruta legem naturæ cuſtodiunt.*

In Gymnaſijs Græcorum hæc reperta ſunt uitia. Primi enim Lacedæmonij, teſte Thucydide, puerorum corpora ad paleſtram nudauerunt: ſic poſtea nulla priſcorum ſocietas hac caruit nota.

Inter argonautas Hylas Herculi dilectus, qui cum aquam haurire deſcendiſſet, apud Arganthonium Bithyniæ raptus Nymphis dicitur, quem Hercules quæſitum exiens, & ipſe non amplius ad naues redijt. Nireus qui ad Troiam uenit, pulcherrimus unus ponitur Iliad. β. Eurialus Virgilianus, Partinopeus Statianus, ſic deinde uarij uarijs adamati, ut Bathillus puer Siculus Anacreonti, Magnes Gygi Lydorum regi, Harmodius Hippiæ, After Platoni, Q. Catulo Roſcius, Piſo Galbę, Antinous Hadriano. Nec Pindarum poëtam ab hac infamia liberauit, qui teſte Valerio in gymnaſio in gremio pueri adamati obdormiſcens expirauit. Duoſq; Romanos equites Plinius in lib. 7. ſua ætate dicit in Venere Pantomimi Mythici forma præcellentis obijſſe. Huiuſcemodi etiam fatum exitiumq; Cornelio Gallo Prætorio, & Q. Heterio equiti Romano, diuerſis temporibus contigiſſe.

Quin & bruta ſæpius adamata, ut à Cratide paſtore capra. Amati & homines à beluis, ut à Delphino puer Corinthi: apud Solos puer Xenophontis à cane, alius à graculo apud ſpartam: ab anſere quoq; Cithariſtria. Hæc Ælianus.

*Feræ beſtię ab hominibus amatæ.*

Inuenti quoq; qui inanimata dilexerunt: ut iuuenis Athenienſis ſtatuam fortunæ in Prytaneo conſiſtentem, quæ cum ei negaretur precio mercari uolenti, apud eam ſe noctu interfecit. Author Ælianus. Volaterranus refert lib. 32. Philologiæ.

*Stultitia. Fatuitas Inſipientia.*

AMENTIA, Grecè ἄνοια, Cicero libro 3. quęſt Tuſcul. Nec minus illud acutè, quòd animi affectionem lumine mētis carentem, nominarunt amentiam, eandemq́ꝫ dementiam. Ex quo intelligendum eſt, eos, qui hæc rebus nomina poſuerunt, ſenſiſſe hoc idem, quod à Socrate acceptum Stoici diligenter retinuerunt, omnes inſipientes eſſe non ſanos. Qui enim animus eſt in aliquo morbo, morbos autē hos perturbatos motus philoſophi appellant, non magis eſt ſanus, q̃ id corpꝰ, quod in morbo eſt. Ita fit, ut ſapientia ſanitas ſit animi, inſipientia autem, quaſi inſanitas quædam: quæ eſt inſania, eademq́ꝫ dementia.

*Beroaldus in commentarijs in Cicero: Quæſt. Thuſcul.*

Amentia ab à particula priuatiua, & mente dicta: quaſi ſine mente, hoc eſt, cōſilio animoq́ꝫ, quo ſapimus.

Lucretius poeta: conſilium quod nos animum mentemq́ꝫ uocamus, eadem dementia dicitur: quia (de) eſt particula minuendi, ut deſipio, decreſco: differunt tamen amens & demens: hic enim non cogitat quid agat aut loquatur, amens uerò, qui prorſus inſanit.

*Eodem præfato loco, Cicero.*

Nomen inſaniæ ſignificat mētis ægrotationem & morbum, id eſt, inſanitatem & ægritudinem animi, quam appellarunt inſaniam. Omnes autem perturbationes animi, morbos philoſophi uocant, negantq́ꝫ ſtultum quenq́ꝫ his morbis uacare: qui autem in morbo ſunt, ſani non ſunt: & omnium inſipientium animi in morbo ſunt. Omnes igitur inſipientes inſaniunt, ſanitatem enim animorum poſitam in tranquillitate quadam conſtantiaq́ꝫ cenſebatur. His rebus mentem uacuam, appellarunt inſaniam: propterea quod in perturbato animo, ſicut in corpore, ſanitas eſſe non poſſit.

*Ludouicus Viues lib. 2. de anima.*

Et quoniam mens noſtra eſt actus, quieſcere omnino ab actione ſua nequit, niſi poteſtate ualidè retinente, hoc eſt, oppoſito obice in inſtrumentis: uelut cū à mole obruitur in locis maternis à crapula in ebrietate, ab inimicis uaporibus in attonitione: quæ omnia & ſimilia uiolenta ſunt, naturæq́ꝫ illius repugnantia. Vnde cum emergit, ceſſante poteſtatis uiolentia, ſtatim reducit ſe in actum ſuum: neq́ꝫ eam ad rem externæ ullius opis indiget, ſed ſolùm impedimento ſubmouendo, quod ſi ſit ſublatum, non poteſt mens ullo pacto ociari: neceſſe eſt aliquid meditetur & ſecum uoluat, eamq́ꝫ illius motionem ſi quis conetur ſiſtere (ut ſunt qui nihil prorſum uolunt cogitare) perinde fecerit, ac ſi cohibere uelit ignem, ne ardeat, conceptus in apta materia: alterutrum profectò ſequetur, aut ut ignem extinguat, aut ut uis ignis ualidior ac uiolentior erumpat in obicem: ſic uel corrumpetur uita tam uiolenta contentione uel pro una cogitatione, quam uelis opprimere, magna cogitationum & uiſorum perturbatio coorietur, hoc eſt, planè amentia.

STVLTITIA, Græcis μωρία dicta eſt, in factis dictiſq́ꝫ per ignorantiam recti ac boni erratio: teſtis eſt Lactantius, lib. 2. diuinar. inſtitut.

*Ariſtot. 2. Ethicor.*

Stultitia importat hebetudinem ſenſus ſpiritualis, fatuitas autem totam priuationem eius, à ſtupore ſtultitia: hinc ſtultus, qui ob ſtuporem non mouetur.

*Idem. 7. Ethi.*

Amentes dicuntur, qui à natura expertes rationis, ſolùm ſenſuum munus exequuntur, immanes quidem beluarumq́ꝫ ſimiles habendi ſunt, ut quædam genera barbarorum procul habitantiū.

*Prouerb. cap. 1.*

Sapientiam atq́ꝫ doctrinam ſtulti deſpiciunt.

*Cap. 10.*

Filius ſapiens lætificat patrem: Filius uerò ſtultus mæſtitia eſt matris.

*Cap. 15*

Stultus irridet diſciplinam patris ſui: qui autem cuſtodit increpationes, aſtutior fiet. *Cap. 17.*

Plus proficit correctio apud pruden-

tem,

tem, ꝙ centum uerbera apud ſtultum.

*Eccleſiaſt. 1.*

Platonis hoc dictū eſt. Stultorum infinitus eſt numerus. Cice. lib. 9. ad Papirium Petum, epiſtola quæ incipit: Amo uerecundiam.

*Idem, cap. 7.*

Sicuti ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. *Idem, cap. 22.*

Arenam & ſalem & maſſam ferri facilius eſt ferre, quàm hominem imprudentem, & fatuum & impium.

*Cap. 15.*

Homines ſtulti non apprehendunt ſapientiam, & non uidebunt illam.

*Cap. 18.*

Stultus acriter improperabit.

*Cap. 19.*

A facie uerbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis.

*Ibidem.*

Sagitta infixa in facie & in ore canis, ſic uerbum in ore fatui.

*Cap. 20.*

Natus inſipientis non erit utilis ſibi, oculi enim illius ſemper ſimplices ſunt: exigua dabit, & multa imperabit, & apertio oris illius infamatio eſt.

*Ibidem.*

Fatuo non erit amicus, & non erit gloria boni illius. *Ibidem.*

Qui edunt panem fatui, falſæ linguæ ſunt. *Ibidem.*

Ex ore fatui reprobatur parabola: non enim illa decent in tempore ſuo.

*Cap. 21.*

Cor fatui quaſi uas confractum, & omnem ſapientiam nō tenebit narratio.

*Ibidem.*

Narratio fatui quaſi ſarcina in uia. Cōpedes in pedibus ſtulto doctrina. &c̄.

*Cap. 22.*

Confuſio patris eſt indiſciplinatus filiꝰ.

*Ibidem.*

Qui docet fatuum, eſt quaſi qui cōglutinat teſtam. *Ibidem.*

Cum ſtulto non multum loquaris, & cum inſenſato ne abieris.

*Cap. 23.*

Præcordia fatui quaſi rota carri, & quaſi axis uerſatur, ſic cogitatio ſtulti.

*Cap. 41.*

Melior eſt homo qui abſcondit ſtultitiam ſuam, ꝙ qui abſcondit ſapientiam ſuam. *Cap. 21.*

Labia inſipientium narrabunt ſtultitiā: uerba autem prudentium ſtatera ponderabuntur. *Ibidem.*

Non communices homini indocto, ne malè de progenie tua loquatur.

*Prouerb. 11.*

Qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti.

*Cap. 13.*

Qui fatuus eſt, aperit ſtultitiam ſuam.

*Cap. 15.*

Cor ſtultorum diſſimile erit.

*Ibidem.*

Stultus paſcitur imperitia.

*Ibidem.*

Stultitia gaudium ſtulto.

*Cap. 17.*

Non decent ſtultum uerba compoſita: nec principem labia mentientis.

*Ibidem.*

Expedit magis urſo currere raptis fœtibus, ꝙ fatuo confitenti tibi ſtultitiam.

*Ibidem.*

Quid prodeſt habere diuitias ſtulto, cum ſapientiam emere non poſſit.

*Ibidem.*

Stultus, ſi tacuerit, putabitur ſapiens: & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens.

*Cap. 18.*

Os ſtulti contritio eius, & labia illius ruina animæ eius. *Cap. 19.*

Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius, & contra Deum ſeruiet animo ſuo.

*Cap. 26.*

Ne reſpondeas ſtulto contra ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.

*Ibidem.*

Veluti pulchras fruſtra habet claudus tibias: ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola. *Ibidem,*

Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe uideatur.

*Ibidem.*

Sicut qui mittit lapidem in aceruū Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem.

*Cap. 27.*

Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius. *Cap. 28.*

Qui prius reſpondet, quàm audiat, ſtultū ſe eſſe demonſtrat. *Ibidem.*

Qui confidit in cor ſuum, ſtultus eſt.

*Math. 7.*

Omnis qui audit uerba mea, & non faciet ea: ſimilis eſt uiro ſtulto.

*Paulus 1. Cor. 1.*

Quæ ſtulta ſunt mundi eligit Deus, ut confundat ſapientes.

*2. Cor. 11.*

Suſtinetis enim inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes. *Eſaiæ 19.*

Stultus enim fatua loquetur.

D. *Hieronymus.*

Stultiloquium & ſcurrilitas non decent Chriſtianum, ſed ſermonem eius ſale conditũ eſſe oportet, ut gratiam apud audientes habeat: quicquid enim amens loquitur, uociferatio & clamor eſt appellandum.

D. *Auguſtinus de uera religione.*

Qui ſe diligit ſtultus eſt, nec is ad ſapientiam proficiet.

*Gregorius in Moralibus.*

Qui ea quæ Dei ſunt ſapiunt, ſapiuntur à Deo. Qui ea quæ Dei ſunt neſciunt, à domino neſciuntur. Paulo atteſtante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur. *Idem.*

Diſtinct. 38 c. qui ea.

Quicunq; ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pœna.

*Idem lib. 27. Moralium.*

Tantò quiſq; ratus amplius ſtultior fit, quantò conatur exterius ſapiens uideri. *Idem.*

Sicut nec auris eſcas, nec guttur uerba agnoſcit: ita nec ſtultus quiſq; ſententiã ſapientiæ intelligit.

*Idem.*

Fatuum cum ſapientibus in prædicatione non ſuſcipies, nec per eum qui implere non uolet, illi qui præualet obſiſtas. *Iſiodorus.*

Nihil ſtultitia peius, nihil inſipientia deterius, nihil ignorantia turpius.

*Idem.*

Ignorantia uitiorum nutrix eſt. Ignorantia enim quid ſit, culpæ indignum nõ ſentit. *Idem.*

Inſipiens quotidie peccat: indoctus facile decipitur. Stultus in uitio citò dilabitur. *Seneca epiſtola 10.*

Stulto nulla re opus eſt, nulla enim uti ſcit, ſed omnibus eget: omnis ſtultitia laborat faſtidio ſuo. Nemo eſt ex imprudentibus, qui relinqui ſibi debeat.

*Idem Epiſtola 13.*

Inter cætera mala hoc quoq; habet ſtultitia, ſemper incipit uiuere.

*Idem epiſtola 26.*

Humilis eſt ſtultitia: res abiecta, ſordida, ſeruilis, multis affectibus & ſæuiſſimis abdita. *Ibidem.*

Aureum dictum.

Si quando fatuo delectari uolo, non eſt mihi longè quærendus, me uideo.

*Cicero de natura Deorum.*

Miſerius ſtultitia quid dicere poſſumus? *Ibidem.*

Multa ſunt incommoda in uita, ut eam ſapientes commodorum compenſatione leniant. Stulti nec uitare uenientia poſſunt, nec ferre præſentia.

*De Legibus.*

Quid abiectius ſtultitia & tarditate dici poteſt.

*De finibus bonorum & malorum.*

Stulti malorum memoria torquentur.

*Ibidem.*

Igitur nec ſtultorum quiſq; beatus, neq; non ſapientium non beatus.

*Sophocles in Aiace.*

*ὁι γάρ κακοὶ γνώμαισι χέρσιν.*
*Ἔχοντεσ ὀυκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ.* Id eſt:

Homines malæ mentis bonum in manibus habentes, non prius cognoſcunt, quàm amittatur.

*Horatius lib. 1. epiſt. 1.*

*Virtus eſt uitium fugere, & ſapientia prima*
*Stultitia caruiſſe.*

*Idem, lib. 1. ſermo. Saty. 2.*

*Dum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt.*

*Perſius Satyra prima.*

*Auriculas aſini quis non habet?*

AMENTIA VEL STVLTITIA PARS *ægrimoniæ, mater & materies omniũ malorũ.*

*Cicero in noua Rheto.*

Omnium malorum ſtultitia eſt mater atq; materies, ea parit præ cęteris immẽſas cupiditates: immenſæ porrò cupiditates infinitæ & immoderatæ ſunt: hæ pariunt auaritiam malitiamq; : auaritia porrò hominem ad quoduis maleficiũ impellit. *Cicero in ueteri Rheto.*

Stultitia mater malorum.

Quò indignius rem honeſtiſſimam & rectiſſimam uiolat ſtultorum & improborum temeritas pro audacia ſummo cũ reipublicæ detrimento, cò ſtudioſius illis reſiſtendum eſt, & reipublicæ conſulendum. *Ibidem.*

Si ſummoperè ſapientia petenda eſt, ſummopere ſtultitia fugiẽda, et uitanda eſt. *Ibidem.*

Sapiẽtia. Stultitia.

Qui ſæpenumero nos p fidẽ fefellerũt, eorũ orationi fidẽ non habere debemus.

Si quid perfidia illorum detrimenti acceperimus, nemo erit propter noſmetipſos, quem iure accuſare poſſimus. Primũ decipi quidem incommodum eſt, iterum ſtultè, tertiò turpe. Summa igitur amentia eſt, in eorum fide ſpem habere, quorum perfidia toties deceptus ſis.

Summa dementia fidere illis, à quibus decepti ſumus.

*Lib. 2.*

Stulti ſcriptoris eſt, non poſſe omnibus de rebus cauere, quibus uelit.

*Ibidem.*

Fortunam quidem laudare ſtultitia, uituperare uerò ſuperbia eſt.

*Cicero lib. 5. Queſtion. Tuſcula.*

Etenim ut ſtultitia, etſi adepta eſt quod concupiuit, nunquam tamen ſe ſatis conſecutã putat: ſic ſapiẽtia ſemper eo contẽta eſt, qđ adeſt, neque eam unquam ſui pœnitet.

Stultitia nunquã comparatis contẽta.

*Lactantius lib. 5. diuinarum inſtitutionum.*

Videamus, utrum ne iuſtitia fœdus aliquod cum ſtultitia habere poſſit, ut Carnerodes diſputauit, cuius ut concludam diſputationem, non poſſe eundem iuſtũ eſſe ac ſtultum: eundem ſapientem & iniuſtum, docet ipſa ratio. Qui enim ſtultus eſt, quid ſit iuſtum ac bonum neſcit, & ideo ſemp peccat. Ducitur enim quaſi captiuus à uitijs, nec reſiſtere ullo modo poteſt, quia caret uirtute, quã neſcit. Iuſtus autem ab omni peccato ſe abſtinet, quod aliter facere non poteſt, quaſi habeat recti prauique notitiam. Rectum autem diſcernere à prauo, quis poteſt niſi ſapiens? Ita fit, ut nunquam poſſit iuſtus eſſe, qui ſtultus eſt, neque ſapiens, qui fuerit iniuſtus. Ergo ſtultus eſt, qui ne ſibi quidem parcit, dummodo non noceat alteri, quod eſt malum: quod quidẽ nobis & ratio & ueritas ipſa præſcribit.

Iuſtitia. Stultitia.

Stultus ſemper peccat.

Stultus qui ſit.

*Plautus in Sticho.*

Stultitia eſt uenatum ducere inuitos canes.

*Ex Trinumo.*

Nihil eſt profectò ſtultius, neque ſtolidius, neque mendacius, neque argutum magis, neque periurius, quam urbani aſſidui ciues, quos ſcurras uocant: quia omnia ſeſe ſimulant ſcire, nec quicquam ſciunt.

Vrbani Scurræ.

*Ex Bacchidibus.*

Stultè feciſſe fateor: ſed quæſo pater, ne me in ſtultitia, ſi deliqui, deſeras: ego animo cupido atque oculis indomitis fui, perſuaſum eſt facere, cuius me nunc facti pudet. Prius te cauiſſe, quàm pudere æquum fuit.

*Laërtius Diogenes.*

Cum in loco quodam multis loquentibus Solon non loqueretur, interrogatus à Periandro, utrum propter uerborum inopiam, an quia ſtultus eſſet, taceret? Qui ait: Nemo ſtultus tacere poteſt.

Stultus tacere nõ poteſt.

*Cic. in orat.*

Sapientiſſimum eum eſſe dicunt, cui quod opus ſit ipſi ueniat in mentẽ, & proximè accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperaret. In ſtultitia contra eſt: minus enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem uenit, quàm ille, qui quidem quod ſtultè alteri uenit in mentem, comprobat.

*Petrarcha lib. 2. inuectiua. c. 1. in Gallũ medicũ*

Stultus tacendo latere poteſt, loquendo uerò non poteſt. Lingua animi ſera eſt: hanc tu nullo ad oſtium pulſante, neſcio cur mouiſti, tenebroſam fœdamque tui pectoris domum òmnibus aperiens, quæ melius ſemp clauſa manſiſſet, niſi quia dementiam diutius occultare difficile eſt. Credo, non legeras quod ſcriptum eſt: Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur, & ſi compreſſerit labia, intelligens.

*Eccleſiaſt. cap. 17.*

Benè Socrates cum decorum adoleſcentem tacitum uidiſſet: Loquere (inquit) ut uideam. Non tam in uultu putabat uideri hominem, quàm in uerbis.

*Idem lib. 3. cap. 8.*

Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ſimilis ei. Hoc cum ſapiens dixiſſet, ſtatim addidit: reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe uideatur. Primum me parumper tacitum tenuit, ſed cum coëgit ut loquerer, fruſtra quidem, ut puto. Si enim deſieris tibi ſapiens uideri, incipies eſſe fortè non ſtultus. Doctus fieri non poteſt, niſi qui ſe nouerit, atque oderit ignorantiam. Defectus proprij cum dolore notitia principium eſt profectus.

Eccleſiaſtici cap. 27.

Graue dictum.

# AMICITIA.

*Inimicitia.*

AMICITIA eſt diuinarum humanarumq́ rerum, cum beneuolentia & charitate cõſenſio. D. Auguſtinus in epiſtola 45. & Cicero lib. de amicitia.

*Cicero 2. de inuentione Rheto. ita definit.*

Amicitia eſt uoluntas erga aliquem, bonarum rerum, illius ipſius cauſa, quē diligit, cum eius pari uoluntate.

*Ariſtoteles lib: 8. Ethicorum.*

Amicitia eſt beneuolentia pacis non latens. Vel eſt ſtudiorum omnium, uoluntatumq́ conſenſus. Contrarium eius eſt inimicitia.

*Idem eodem libro.*

Amicitiæ genera plura ſunt: primùm autem eam nominamus, quæ inter bonos eſt, quia boni ſunt: reliquos autem ex ſimilitudine. Amici ſunt idcirco, quia in eis eſt aliqua boni ſignificatio, & ſimilitudo. Etenim iucunditas bonum ijs uidetur, qui ſtudioſi ſunt iucunditatis, cumq́ in hæc genera diſtributa ſit amicitia: improbi quidem amici ſunt futuri utilitatis, uoluptatiſq́ cauſa, quia ſimiles ſint: boni autem per ſe amici ſunt, quia probi. Hi ergo amici abſolutè amici nominantur: illi fortuitò, & quia illis ſunt ſimiles.

*Idem Ethicorum 9. ex tranſlatione Ioachimi Perionij Galli ſumpta.*

Beneuolentia non eadem cũ amicitia.

Beneuolentia, quanq́ uidetur, tamen non eſt idem quod amicitia. Nam beneuolentia etiam cum ijs coniuncti ſumus, quos ignoramus, eademq́ occulta eſt, amicitia non eſt. Nec amor quidem eſt, præſertim cum nec ſit deſiderij, nec cupiditatis particeps, quæ amorem conſequitur. Preterea conſuetudine amor ſuſcipitur, beneuolentia etiam citò: quod in certaminibus contingit: eos enim quodammodo ſpectatores diligunt, & in eis eſt eadem uoluntas, cum interim nullis officijs, nulliſq́ actionibus coniungi queant. Nam & repente (ut dixi) beneuolentia coniunguntur, & leuiter diligunt: atq́ etiam uidetur, ut amatoriarum leuitatum, ſic amicitiæ principium ab ea ductum eſſe uoluptate, quæ ex ſenſu oculorum aſpectuq́ capitur. Etenim nemo quenq́ inſanè amat, niſi forma capiatur: et quia forma capitur, non continuò diligit, ſed tum deniq́ cum & abſentis deſiderio tenetur, & præſentem concupiſcit. Sic inter nullos amicitia eſſe poteſt, niſi antè coniuncti ſint beneuolentia. At qui beneuolentia coniuncti ſunt cum quopiam, non ij continuò etiam diligunt: eos enim duntaxat uolunt bonis affici, in quos benè animati ſunt: nec ullis officijs coniungi uellent, nec ullam propter eos ſuſcipere moleſtiam. Quocirca fontem amicitiæ eam licet dicere, quam tempore confirmatam, cùm auxit conſuetudo, tum amicitia naſcitur: non quæ utilitatis, aut ſuauitatis cauſa fingitur: quandoquidem eorum cauſa nemo cum alio beneuolentia coniungitur &c.

AMICI VERI.

Amici non ſunt, niſi qui re ipſa probant.

*Marullus poëta.*

*Quî fit Petruti, ut ſi quis eſt mihi uiſus,*
*Si quem ſaluto, ſi cui manum porxi,*
*Caputúe moui, protinus mare, & montes,*
*Aut ſi quid uſquam eſt impudentius, iactent:*
*Et ſe patronos offerant, uel inuito.*
*Idem rogati, certa poſtulat cum res,*
*Mirantur unde tam audiant nouum nomen,*
*Nec iam Marullum, uerba nec agnoſcunt ſua,*
*Homines crepitui quàm ſimillimi uentris,*
*Pontanus illos, ut meus benè appellat.*
*Tu ſolus à me cultus unicè, quicquam*
*Nec pollicens, uana nec mihi iactas:*
*At cum uidetur poſtulare res, ultrò*
*Imples parentis munus, atq; agis metum.*
*Non ut patronum, ſed pium ut decet patrem,*
*Nimirum amaſq; ſolus, & tibi conſtas.*

*Pictorius in Epigrammat.*

*Semper enim non eſt, qui percutit, hoſtis habendus:*
*Nec ferulæ gaudens parcere ſemper amat.*
*Diligat, eſt melius, nos Zeno ſeuerus amicus,*
*Quàm lenis facili pectore decipiat.*

AMICI QVI VERI.

*Pam. Saxus.*

*Inter ſi ueros tibi quis numeretur amicos*
*Scire cupis, monitis crede Ligiſte meis.*
*Non illum poſcas claræ quod laudis honorem*
*Det tibi, quod famæ cedat ubiq; tuæ.*

Qui

*Quilibet hoc faceret, claræ nunc gloria laudis*
*Nihil ualet, eſt clari nullus honoris honor.*
Nullus honor honoris. *Non quod te ſpernant fratres, ſpernantq́ parentes:*
*Non fratrem noſtro tempore frater amat.*
*Non natus patrem, non quod tibi fœdera lecti*
*Præbeat, uxoris gratia nulla uiro eſt.*
*Sed dic de plena ſextantem tradat ut arca*
*Vnam de multis ueſtibus atq; togam.*
Mūdus ſolas diuitias amat. *Hæc tibi qui dederit, uerum laudabis amicum:*
*Nil niſi diuitias nunc quia mundus amat.*

*Amicitia in magno olim prætio fuit, nunc deſerta iacet.* Iacobus Micyllus.

*Quondam magna fuit uirtus, ac æthere digna*
*Præbuit infractum pectus amicitiæ.*
*Cum pietas & cana fides regnabat in orbe,*
*Et precio dignus, qui bonus eſſet, erat.*
Boni olim in precio fuerunt. *Tum Iouis aſpexit redeuntem Caſtora coniunx,*
*Alterius ſtygias fratre petente domos.*
*Tum pius extremum ſocij comitatus ad orbem,*
*Deſertor Pylades noluit eſſe ſui:*
*Sed ueluti teneræ iunguntur amore columbæ,*
*Iunctus erat lateri fidus Oreſta tuo.*
*Tanta fuit ſocijs æuo reuerentia priſco,*
*Tantus erat quondam cultus amicitiæ.*
*Nunc iacet ante pedes contempta uilior alga,*
*Vixq; ipſum noſtro nomen in orbe manet.*
Actum de pietate nunc. *Scilicet ex omni mundus iam parte ſeneſcit,*
*Intereunt urbes, intereunt homines.*
*Rareſcit uirtus: omnis iacet ardor honeſti.*
*Corrupit mores ipſa ſenecta bonos.*
*Ceſſauit pietas, rectum ceſſauit, & æquum,*
Actum de pietate. *Et ſtat in extremo iam ruitura fides.*
*Quin etiam tellus iactum laſſata recuſat*
*Raraq; de multis ſpica refertur agris.*
*Et iam confectæ præcludunt brachia uires,*
*Et minus à prælis muſta frequenter eunt.*
Vaticiniū uerisſimū. *Vndiq; deficimus: quidnam niſi tempora reſtant,*
*Quæ uideant flammis cuncta perire ſuis?*

Euripides in Ioue.

Σὺν τοῖς φίλοισιν ἡδὺ μὲν πράσσειν καλῶς:
Εἰ δ᾽ ἄρα συμβαίνοι τι δυσχερέστερον,
Εἰς ὄμματ᾽ εὔνου φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ.

*Cum amicis proſperè agere iucundum eſt,*
*Si quid autem, quod abſit, male contingat,*
*Viri beneuoli faciem coràm intueri iuuat.*

*Amicitia. Cæcus & claudus.* Thomas Morus.

*Vtilius nihil eſſe poteſt, quam fidus amicus,*
*Qui tua damna ſuo leniat officio.*
*Fœdera contraxêre ſimul mendicus uterq;*
*Cum Claudo ſolidæ cæcus amicitiæ.*
*Claudo cæcus ait: collo geſtabere noſtro,*
*Rettulit hic, oculis cæce regêre meis.*
*Alta ſuperborum fugitat penetralia regum,*
*Inq; caſa concors paupere regnat amor.*

AMICITIA INTER PARES *contrahenda.*

Ouid. *ex lib. tertio de triſtibus.*

*Vſibus edoctoſi quicquam credis amico,*
*Viue tibi, & longè nomina magna fuge.*
*Viue tibi, quantumq; potes prælustria uita,*
*Sæuum prælustri fulmen ab arce uenit.*
*Nam quanquàm ſoli poſſunt prodeſſe potentes,*
*Non proſunt, potius plurimum obeſſe ſolent.*
*Effugit hybernas demiſſa antenna procellas,*
*Lataq; plus paruis uela tumoris habent.*
*Qui cadit in plano, uix hoc tamen euenit ipſum,*
*Sic cadit, ut tacta ſurgere poſſit humo.*
*At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto,*
*Occurrit regi flebilis umbra ſuo.*
*Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas?*
*Icarus immenſas nomine ſignet aquas?*
*Nempe quod hic altè, demiſſus ille uolabat:*
*Nam pennas ambo non habuere ſuas.*
*Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, & intra*
*Fortunam debet quiſq; manere ſuam.*
*Non foret Eumenides orbus, ſi filius eius*
*Stultus Achilleos non adamaſſet equos.*
*Nec natum in flamma uidiſſet in arbore natus,*
*Cœpiſſet genitor ſi Phaëtonta Merops.*
*Tu quoq; formida nimium ſublimia ſemper,*
*Propoſitiq; memor contrahe uela tui.*
*Viue ſine inuidia, mollesq; inglorius annos*
*Exige, amicitias & tibi iunge pares.*

*Eraſmus lib. 5. apohpthegmat.*

Marcum Lucullū, quod Bruti & Caſſij partes ſecutus fuerat, M. Antonius occidit. Huius mortē cum Volumnius, qui uiuum familiariter coluerat, ſine fine deploraret, ad Antonium pertractus, ait: iube me protinus ad Luculli corporis ductum occidi, neq; enim illo extincto ſupereſſe debeo, cū & infelicis militiæ autor extiterim.

*Ille amicus certus, qui rebus aduerſis iuuat.* Ex Plauto, *& ex triſtibus* Ouidij.

*Hæc mihi ſemper erunt imis infixa medullis,*
*Perpetuumq; animæ debitor huius ero:*
*Spiritus hic uacuas prius extenuandus in auras*
*Ibit, & in tepido deſeret oſſa rogo:*
*Quàm ſubeant animo meritorum obliuia noſtro,*
*Et longa pietas excidat iſta die.*
*Dij tibi ſint faciles, & opis nullius egentem*
*Fortunam præſtent, diſſimilemq; meæ.*

*Amicus certus in re incerta cognoſcitur.* Ennius Poëta

*Si tamen hæc nauis uento ferretur amico,* Ex eodem Ouidio de triſtib.
*Ignoraretur forſita iſta fides.*

*Theſeu Pirithous non tam ſenſiſſet amicum,*
*Si non infernas uiuus adiſſet aquas.*
*Vt foret exemplum ueri Phocæus amoris*
*Fecerunt furiæ triſtis Oreſte tuæ.*
*Si non Euryalus rutilos cecidiſſet in hoſtes:*
*Hyrtacidæ Niſi gloria nulla foret.*
*Scilicet ut fuluum ſpectatur in ignibus aurum:*
*Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.*

*Qui uerus amicus, ex Tullio de amicitia, ſiue in Lelio.*

Verus igitur amic⁹ nūquàm reperitur: eſt enim is amicus quidē, qui eſt tanquàm alter idem: qui & ſe ipſe diligit, & alterū acquirit, cuius animū ita cum ſuo coniūgit, ut efficiat penè unum ex duobus, &c.

*Franciſcus Petrarcha de remedijs proſperæ fortunæ, de uero amico.*

Gaudeo: ſcio certè me amicum multis ac magnis exercitatum caſibus certiſſimum habere. Reſpōdeo: habes ergo rem dulciſſimam, ſanctiſſimāq;, qua una poſt uirtutē ſolā, homini nihil melius in hac uita cōtingere poteſt. Fateor, dulces ſunt parētes, dulces filij, dulces fratres, poſſūt tamen amareſcere: nec parentes ideo eſſe deſinūt, nec filij, nec fratres, cū dulces eſſe deſierint. At amicus ſolus, dum ſit uerus, dulcis & charus eſſe non deſinit, &c.

*Amicus firmus.*

*Quæ potes excuſa, nec amici deſere cauſam,*
*Quo pede cæpiſti, ſic bene ſemper eas.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Amicitia | Inimicitia | Partes | Beneuolentia | Maleuolentia |
| | Aſſentatio | | Concordia. | Seditio. |
| | | | Amor | Odium. |
| | | | Pax. | Diſcordia. |

Amicitia eſt mens eadem in duobus pluribuſue, inter ſe inuicem ad aliquid obeundum.

*Exemplum.*

Quàm uenerabile ſanctumq; amicitiæ nomē, resq; ipſa ſit, & quanti uerus amicus fieri debeat, ꝑmultis experimētis cognoſci poteſt: uerū quā rara & ſæpe non intellecta ſit, ſola aduerſæ fortunæ facies oſtendit. Nam quemadmodum igne aurum excoquitur, & per eum quod reprobum eſt detegitur, & purum perfectius fit: ita ſæuis temporibus amicitia, quæ uera eſt, declaratur: cuius in eo uis præcipua eſt, ut uera niſi inter bonos eſſe non poſſit: nā in alijs rem nomēq; permutat.

*De Epaminunda & Pelopida. Thebanis.*

Adeò inter Epaminundam atq; Pelopidā Thebanos arcta fuit amicitię neceſſitudo, ut cum ambo in eo prelio eſſent apud Mātineā, quod Lacedęmonij Thebani, ſocijq; eorū aduerſus Arcades cōmiſerunt, & iam inclināte Thebana acie, humi uulneribus confoſſus Pelopides iaceret, quanquàm omnes mortuū eſſe putarent, Epaminundas tamē, ut erat pectore brachioq; ſaucius, deſerere eū noluit, donec à Lacedęmonijs lata ope unà cum Pelopida tutum ſe in locum recepit. Quantum igitur credendum eſt, Epaminūdam adnixurum fuiſſe, ſi Pelopidam uiuū eſſe crediſſet, cū pro defuncto corpore, tāta fide amoreq;, non ſine uitæ diſcrimine ſaucius depugnauit.

*Apopthegma.*

Namertes quum legatione fungens, à quodam eius gētis, ad quam erat miſſus, beatus prędicaretur, eò quod multos haberet amicos, interrogauit: quomodo q̄ multos haberet amicos, periculū faceret, an amicum haberet ſyncerū ac probū: id cū alter faſſus ſe neſcire, cuperetq; diſcere: per aduerſam, inquit, fortunam. Eraſm⁹ li. 1. Apoph.

*Apologus.*

Annū ſe natalem celebrare adſimulat uultur: auiculas ad cœnā inuitat: ueniunt plæręq; omēs: uenietes magno applauſu, fauoribusq; accipit, acceptas laniat uultur. Iuſtus amicus.

*Morale.*

Non ſunt amici omēs, qui blādè dicūt, aut benignè ſe facere uelle ſimulant: latēt ſub hoc melle uenena.

*Blandis amicis non fidendum.*

*Cicero in Lelio.*

Nemini fidendum, niſi cum quo prius modium ſalis abſumpſeris. Ingenium ēm hominis nō poteſt perſpici rectè, niſi diurno conuictu.

*Simile.*

Caſſiteris ſtannum uel plumbum albū æsq; ruptū ferruminat, utrūq; cōtingens propter affinitatem, q̄ habet cum utroq;: ita amicus amicitiam ac beneuolentiam diſruptam reconciliare debet, utriq; ſe accommodans ex æquo.

*Paræmia.*

Amicus certus in re incerta cognoſcitur. M. Tullius in Lelio, ſenariū hunc ex Ennio citat, prouerbij uice: quo ſignificatū eſt, amici fidē in rebus aduerſis explorari. Nam quod cum periculo coniunctū ſit, Ennius.

ſit,id dubium appellant:pro quo Ennius poſuit incertũ affectans ἐναντίωσιν & προσονομασίαν , quibus ſchematis impendio delectatus eſt,atq; adeò non ipſe ſolum, ſed & omnis ætas uſq; ad Marcum Tullium.

*Sententia græca.*

*ὀυκ ἔϛιν ὀυδὲν κτῆμα κάλλιον φίλου.*

*Non eſt amicorum melior poſſeßio.*

*Philoſophica.*

Maximum donum amícitia:plures eñ delectationes ſunt in ea. Cicero inuent. Rheto.lib. 1.

*Poëtica.*

Nil agit, qui diffidentem uerbis conſolatur ſuis. Is eſt amicus qui in re dubia te iuuat,ubi re opus eſt. Plaut,in Ciſtellar.

*Exemplum.*

Quo tempore triumuirorum proſcriptio durabat : propoſita ijs graui pœna, qui proſcriptos re aliqua iuuiſſet, aut non accuſaſſent,ingentibus pręmijs:cum inter proſcriptos Varro philoſoph⁹ eſſet Caleni peramicus : cũ domi ſuæ Galenus aliquod tempus cęlauit. In quam domũ, cum perſæpè Antonius ſpaciatum ſe cõferret,nunquàm territus eſt,aut amicum mutauit Calen⁹,etſi aſsiduè uel animaduerti uel præmia dari,pro ut edictum,aut uiolaſſent homines,aut ei paruiſſet, cernebat. Baptiſta Fulgoſus.

*Apophthegma.*

Darius rex cum aperuiſset prægrãde malum punicũ, & quidam ab eo ſciſcitaretur,cuius rei tantum numerum habere optaret,quantus illic granorũ ineſset:reſpõdit Zopyrorum:is erat uir bonus , ac Dario fidus amicus. Signficãs regi nihil prius aut charius eſſe debere probis ac fidis amicis. Li.5.Eraſ. apophtegmatũ.

*Apologus.*

Duo amici faciũt iter, occurrit in itinere urſus,unus arbore conſcenſa , pericula euitat : alter cum ſpes fugæ nõ eſſet, collidit ſe humi:accedit belua,contrectat iacentẽ,os explorat & aures,homine ſpiritu continente , ac motum: Vrſus, quia mortuis parcit, ratus cadauer eſſe, innocuus diſcedit. Percontanti poſtea ſocio, quidnam in aurem beſtia clàm inſuſurraſſet iacẽti : hoc monuiſse,ait,ne unquàm cum illiuſmodi amicis iter faceret. Vrſus mortuis parcit

*Mythologia.*

*Rara auis in terris,nigroq; ſimillima cygno. Fides eſt. Verum amicum res aduerſæ, & pericula monſtrant.* Rara auis Fides.

Plutarchus in uita Platonis tria facit genera amicitiæ

Vnũ naturale,q̃d ſanguinis uinculo nobiſcũ naſcitur, ut parẽtum,filiorum,fratrum, conſanguineorumq;.

Æquale, q̃d gignit cõſuetudo,uitęq; ſocietas,accedẽte pręſertim morũ ſimilitudine,nulla generis ꝓpinqtate: quales Pylades & Oreſtes.

Hoſpitale,generat comitatus,epiſtolæ,& mutua inter abſentes officia.

*Quinq; paria amicorum Priſcorum memoria maximè celebrata.*

*Philelphus li. 1. Epiſtola. ad Maurum.*

Theſeus & Peritho⁹. Achilles & Patroclus. Oreſtes & Pylades. Phytias & Damõ. Epaminundas & Pelopides: Addũt Iuniores apud latinos, Scipionẽ & Leliũ:itẽ & Ciceronẽ,& magnũ Pompeiũ.

*Exemplum. Valer.li.4.ca.7.de amicitia.*

Damõ & Pythias Pythagoricæ prudẽtiæ ſacris initiati,tam fidelẽ inter ſe amicitiam iunxerunt, ut cum alterum ex his Dionyſius Syracuſan⁹ interficere uellet, atq; is tẽpus ab eo , quo priuſquàm periret domum profectus,res ſuas ordinaret, impetrauiſſet: alter quidem ſe pro reditu eius tyranno dare nõ dubitauit. Solutus erat periculo , qui modo gladio ceruices ſubiectas habuerat : idẽq; caput ſuũ ſubiecerat,cui uiuere ſecurè licebat. Igitur omnes & imprimis Dionyſius nouæ atq; ancipitis rei exitũ ſpeculabantur. Appropinquãte deinde finita die, nec illo redeunte, unuſquiſq; ſtultitiæ tam temerariũ ſponſorem damnabat. At is nihil ſe de amici cõſtantia metuere prędicabat. Eodẽ autem momento & hora à Dionyſio cõſtituta,qui eã acceperat , ſuperuẽnit, admiratus amborum animũ. Tyrãnus ſupplíciũ fidei remiſit: inſuperq; eos rogauit ut ſe in ſocietatem amicitiæ tertium ſodalicij gradum , ultima culturũ beneuolentia,reciperent.

*Cicero tertio officiorum libro idem exemplum ita refert.*

Pythagoreos ferũt hoc animo inter ſe fuiſſe,ut quũ eorũ alteri Dyoniſi⁹ Tyrãnus diẽ necis deſtinaſſet,& is q morti addict⁹ eſſet , paucos ſibi dies cõmendãdorum ſuorũ cauſa poſtulauiſſet,uas factus eſt alter eius ſiſtendi,ut ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi, qui quum

ad

ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit: ut ſe in amicitiam tertiam aſſcriberent.

*Apophthegma.*

Nicocli petẽti ut ſibi ante Phocionẽ uenenum haurire liceret: tametſi durũ hoc, inquit Phocion, tamẽ concedendũ eſt ei, cui nihil unquàm in uita negaui. Phociõ Nicoclem inter amicos fidiſſimũ unicè adamarat, eoq; moleſtum erat uidere illũ morientem: eam moleſtiam ut uitaret Nicocles, petebat ut ipſe prior biberet, & hac in re commodauit amico.

Præclarũ exemplũ.

*Fabula.*

Vir quidam diues & admodum liberalis, magnam habebat amicorum copiam, quos ad cænã ſepiſſimè inuitabat, ad quã lubentiſſimè accedebant: uolẽs aũt experiri an in laboribus & periculis ſibi fideles eſſent, omnes pariter conuocauit, dicens: obortos ſibi inimicos, ad quos perdendos ire ſtatuerat: quare correptis armis ſecum irent, ut illatas ſibi ulciſcerentur iniurias: tum omnes præter unum excuſare ſe cæperunt. Cæteris igitur repudiatis, illum tantum in amicorum munero habuit: quem deinde ſingulari amore proſecutus eſt.

Amici in reb. incertis probandi ſunt.

*Mythologia.*

Hæc fabula indicat aduerſam fortunã amicitiæ experimẽtum eſſe quã optimũ.

SIMILE.

Ex Moral. Plutarchi.

Telephus non reſpexit hoſtem, cuius erat haſta, ſed ſalutẽ, quam adferebat: ita non oportet offendi inimici cõuicio, ſed ſi uerum admonet, uertendum eſt ad uitę correctionem.

Amici correctio non reijciẽda.

*Ouidius libro primo: de remedijs amoris.*

*Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti,*
*Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.*

*Adagium.*

Amicitias immortales eſſe oportet, inimicitias mortales. Liuius lib. 10. de bello Macedonico & Aſiatico utiť: uerùm eò rediere mores mortalium, ut ſimultates ſint immortales, amicitiæ pluſq; uitreæ: pluſq; poſſit una Ate, quam centum Lite: atque omnium tardiſsimè ſeneſcat ira, à beneuolentia ad quamuis leuem occaſionem intereat: queſi ſarciatur nequicquã coit, & reſcinditur. Arbitror in cauſa eſſe, quod ab iſtis philoſophis didicimus, cõmodo publico neglecto, ſuis quiſq; priuatis commodis ſeruire ſtudet.

Amicitiæ uitreæ noſtro ſeculo.

*Græa ſententia.*

κρίνει φίλους ὁ καιρὸς ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.

*Aurum ignis, at amicos tempus dijudicat.*

Tempus amicos diiudicat.

PHILOSOPHICA.

*Plutarchus de diſcrimine adulatoris & Amici.*

Omnium rerũ iucundiſſima res eſt amicitia: nec eſt aliud quicquàm, quod æquè delectet: atq; uerum amicũ magis eſſe neceſſarium quàm aquam aut ignem.

POETICA.

*Ouidius libro 1. de triſtibus.*

*Scilicet ut fuluum ſpectatur in ignibus aurum,*
*Tempore ſic longo eſt inſpicienda fides.*

*Fabula uerſa in Elegiacos uerſus, autore amico.*

*Diues opum multos perſæpe inuitat amicos,*
*Qui læti accurrunt, uina epulasq; uorant.*
*Sed tentare fidem cupiens in rebus iniquis,*
*Fortunæ obtendit magna pericla ferè.*
*Conuocat hinc omnes, & narrat nuper obortos*
*Hoſtes, quos cupiat perdere morte truci.*
*Hortatur ſecum arma ferant, illumq; ſequantur,*
*Quà fata oſtendant inuidioſa uiam.*
*Tunc alij ſeſe cauſis defendere uanis*
*Turpiter incipiunt, auxiliumq; negant.*
*Vnus opem cantu ſpondet, diſcrimen & omne*
*Forti animo ſecum uelle ſubire refert.*
*Ille igitur reliquis hac conditione repulſis,*
*Hunc ſeruat, cuius eſt bene nota fides.*

Amici olæ.

*Affabulatio.*

*Fabula nos monet hæc blandis non fidere uerbis,*
*Nempe ſub his crebro dira uenena latent.*
*Proſpera ſors paßim ſimulatos iungit amicos:*
*Sed paucos tantum ſæuior aura probat.*

Blãdis uerbis non fidendũ eſt.

AMICITIA FIRMA.

*Ex 22. Iliados ſunt uerba achillis ad Achiuôs.*

ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός
κεῖται παρὰ νήεσσ' νέκυς ἄκλαυτος ἄθαπτος
Πάτροκλος, τοῦ δ' οὐκ ἐπιλήσομαι ὄφρ' ἂν ἔγωγε
ζωοῖσιν μετέω, καί μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ
εἰ δὲ θανόντων περ καταλήθοντ' εἰν ἀΐδαο.
αὐτὰρ ἐγὼ κἀκεῖθι φίλου μεμνήσομ' ἑταίρου

*Aeacidæ tumuli ne prius celebrabis honores*
*Patroclis iacet ante rates, inhumatus ad urbem*
*Tu tamen ire paras, defuncti oblitus amici?*
*Quin etiam ipſe meos dum ſpiritus hos reget artus*
*Et mea fata uolent, numerari hos inter Achiuos*
*Excidet ille meo nunquàm de pectore, nec me*
*Oblitum fore (crede) tui cum fata Deumq;*

Memoria perpetua ueræ amicitiæ.

Hanc

*Hanc animam abſtulerint, maneſq; immittat ad imos:*
*Quanquàm ibi ſint obitus, & longa obliuio rerum.*

*Leuitici capite 19.*

Diliges amicum tuum ſicut teipſum.

*Prouerb. cap. 3.*

Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.

*Eodem in libro, cap. 12.*

Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt.

*Item cap. 17.*

Occaſiones quærit, qui uult recedere ab amico: omi tẽpore erit exprobrabilis.

*Item capitulo 16.*

Omni tempore diligit qui amicus eſt: & frater in anguſtijs comprobatur.

*Item cap. 19.*

Diuitiæ inueniunt amicos. Diuitię addũt amicos plurimos: à paupere autem & his, quos habuit, ſeparabuntur.

*Ibidem.*

Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis.

*Eodem.*

Pauper ab omnibus derelinquitur. Fratres hominis pauperis oderunt eũ, inſuper & amici procul recedunt ab eo.

*Item capitulo 27.*

Amicum tuum & amicum patris tui ne deriſeris.

*Eccleſiaſtici cap. 6.*

Amico fideli nulla eſt comparatio.

*Eodem.*

Amicus fidelis, protectio fidelis: qui inuenit illum, inuenit theſaurũ. Amicus uerè non eſt menſæ: non enim permanet in die neceſſitatis.

*Capitulo 9.*

Ne derelinquas amicum antiquum. Nouus enim non erit ſimilis illi.

*Item capitulo 12.*

Vetera uina, numiſmata, & amici colendi. Vinum nouũ, amicus nouus ueteraſcat, & cum ſuauitate bibes illud.

Non agnoſcetur in bonis amicus, & nõ abſcondetur in malis inimicus.

*Item cap. 12.*

Non credes inimico tuo in æternum.

*Cap. 22.*

Conuitia diſſoluunt amicitias. Mouens lapidẽ in uolatilia deijcit illa: ſic et q̃ cõuitiat amico, diſſoluit amicitiã.

*Eodem.*

Fidem poſſide cum amico in paupertate illius, ut & in bonis illius læteris: in tẽpore tribulationis illius permane, ut & in hæreditate illius cohæres ſis.

*Capitulo 25.*

Beatus qui inuenit amicum uerum.

*Item 27.*

Qui denudat arcana amici, fidẽ perdit: & non inueniet amicũ ad animũ ſuum.

*Item cap. 26.*

Sicut qui mittit lanceas & ſagittas in mortem, ſic uir qui fraudulenter nocet amico ſuo.

*Iob cap. 7.*

Qui tollit ab amico ſuo miſericordiã, timorem Dei derelinquit.

*D. Iacobus.*

Amicitia huius mũdi inimica eſt Deo cap. 4. Quicunq; ergo uoluerit eſſe amicus ſeculi hui⁹, inimicus Dei cõſtituetur. Mundus, deo, cõtraria ſunt.

*D. Auguſtinus.*

Maleuolus animus contriſtatur, ſi eius inimicus correptus euaſerit. Gaudia ex alienis calamitatibus horrenda maximè ſunt, & charitati proximi, quem diligere iubemur, plurimum obſtat.

*Falſi amici. Cicero.*

Vt hirũdines ęſtiuo tẽpore preſto ſunt, frigore pulſæ recedũt: ita falſi amici ſereno uitæ tẽpore pſto ſunt, ſimul atq; hyemem fortunæ uiderint, deuolãt omnes. Elegans ſimile de hirũdinib9. Pythagoricus eſt.

*Cicero in oratione.*

Vide quàm ſit uaria uita, cõmutabiliſq; ratio, quàm uaga uolubiliſq; fortuna, quantæ infidelitates in amicis, quãtæ ad tẽpus aptę ſimultates, quãtæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates. Amici infideles.

*Sophoclees in Thyeſte.*

ἡδὺ γε φίλων λόγος ἐστὶ τοῖς λυπουμένοις:
ἔνεστι γάρ τις καὶ λόγοισιν ἡδονὴ
λήθην ὅταν φέρωσι τῶν ὄντων κακῶν.

Suaue quid eſt amici ſermo triſtãtibus. ineſt etiam uerbis quædam uoluptas: cũ obliuionem inducunt malorum.

*Amici ollæ.*

*Quum mea Mygdonio fulgebant marmore tecta,*
*Munera cum Cereris iugera culta dabant.*
*Cæcuba campano fundebat nectare cella,*
*Pallados undabat totaq; rore domus.*
*Indus Erythræa gemmas mittebat ab Alga,*
*Mittebant teneros Leſbia regna mares.*
*Et Myrrhæ lachrymas, & olebam ſemper amomum,*
*Semper & aurato murice cinctus eram.*
*Quiſq; meus ciuis fieri cupiebat amicus,*
*Ad mea tendebat limina turba frequens.*
*Laudabar ſolus, ſolus celebrabar, amabar,*
*Egregio ſolus nomine dignus eram*
*At quia menſa breuis, nunc eſt mihi curta ſuppellex*

*Innumeri ſcindunt nec mea rura Syri.*
*Me fugiunt omnes amiſſo ſordibus auro:*
*Pellitur amiſſa pauper amicitia:*

*Amicus fictus.*

οὐχ οὕτω βλάπτει μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδὸν
ὥσπερ ὁ τὴν καθαρὰν ψευδόμενος φιλίαν:
Τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα προειδότες ἐκπρεπόμεθα
Τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν, οὐ προφυλασσόμεθα.
ἐχθρὸν ἐγὼ κεῖνον κρίνω βαρὺν, ὅς ποτε λάθρη
Τὴν ἀπὸ τῆς φιλίης πίστιν ἔχων, ἀδικεῖ.

*Translatio Mori Angli ex græcis epigrammatis.*

*Non æquè nocet hic, qui ſeſe odiſſe fatetur,*
*Atq; hic qui puram fingit amicitiam.*
*Oſorem monitus fugio, fugiſſe ſed illum*
*Quomodo, qui ſe me fingit amare, queo?*
*Peßimus hic certè eſt inimicus, quiſquis amicus*
*Creditur, occulta ſubdolus arte nocet.*

*Gulielmus Lilius.*

*Non is tam lædit, liquidè qui dixerit, odi,*
*Quàm qui ſynceram fingit amicitiam.*
*Vitabis certè quem noueris eſſe nocentem,*
*Aſt illum nunquàm, qui tibi dixit, amo.*
*Ille mihi grauis eſt hoſtis, qui clam nocuiſſe*
*Gaudet, quiq; fidem fert in amicitia.*

*In eandem ſententiam.*

Peiora ſunt tecta odia, quàm aperta. Itaq; te minus loquax, inimicus offẽdit, quàm tacitus.

*Non æquè damno eſt, odium ore profeſſus aperto,*
*Ac qui ſynceram fingit amicitiam.*
*Vitatur facilis nobis qui cognitus hoſtis,*
*Vitari, qui ſe dicit amare, nequit.*
*Hic hoſtis capitalis erit, quicunq; nocebit,*
*Prætextu fidæ fretus amicitiæ.*

*Seneca.*

Ita Cæſar magis metuebat Brutum & Caſſiũ pallidos ac tacitos, quàm Antonium ebrium, & Dolobellam:

*Cato.*

Grauior inimicus, q latet ſub pectore.

AMICI FORTVNAE.

*Ouid. lib. 3. de triſtibus ad Carum.*

*Vt cecidi, cunctiq; metu fugêre ruinam,*
*Verſaq; amicitiæ terga dedere meæ.*

AMICVS FICTVS.

*Codrus Vrceolus de uita mendaci.*

*Omnis homo mendax, iuueni mihi multus amicus,*
*Vergenti in ſenium nunc mihi nullus adeſt,*
*Omnis homo mendax, qui ſe mihi dicit amicum,*
*Odit, & exhauſtum, ceu fugit inde lupum.*
*Omnis homo mendax, qui me laudauit in ora,*
*A tergo longas porrigit auriculas.*

Altera manu panem oſtentare, altera manu lapidẽ iactare.

*Amicos res inuenit.*

*Plautus.*

Nã hoc tu facito. cogites, ut cuiq; homini res parata eſt, firmi amici ſunt: ſi res laſſæ labant, itidem amici conlabaſcunt. Res amicos inuenit.

*Euripides in Hecuba.*

Siquidem in malis qui ſunt, potiſſimũ boni patent amici. Læta amicos paſſim habent.

*Græce ſic ſonant, uerba.*

ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ οἱ ἀγαθοὶ σαφέστατοι
φίλοι, τὰ χρηστὰ δ᾽ αὔθ᾽, ἕκαστ᾽ ἔχει φίλους

*Turpe eſt amicum deſerere.*

Quàm turpe, ſi quem uiuum amicum ſenſimus, huic deſinamus amici eſſe mortuo.

*Græcè.*

οὐκ οὖν τόδ᾽ αἰσχρὸν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ
χρώμεθ᾽: ἐπεὶ δ᾽, ὄλωλε μὴ χρώμεθ᾽ ἔτι.

*Ficti amici omnium pernicioſißimi. Ex dictis nobilioribus Diogenis.*

Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ, quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. nam is qui palàm eſt aduerſarius, facilè cauendo uitari poteſt. Et Troianus equus idcirco fefellit, quia formam Mineruæ mentitus eſt. Equus Troianus

*Amici ficti. Exempla ex Ouidij triſtibus.*

*Dum iuuat & uultu ridet fortuna ſereno,*
*Indelibatas cuncta ſequuntur opes.*
*At ſimul intonuit, fugiunt, nec noſcitur ulli,*
*Agminibus comitum qui modo cinctus erat.*
*Atq; hæc exemplis quondam collecta priorum:*
*Nunc mihi ſunt proprijs cognita uera malis.*
*Vix duo treſue mihi de tot ſupereſtis amici:*
*Cætera fortunæ, non mea turba fuit.*

*Amici fœdifragi, ex Ouidio.*

*In caput alta ſuum labentur ab æquore retrò*
*Flumina, conuerſis ſolq; recurret equis.*
*Terra feret ſtellas, cœlum ſcindetur aratro:*
*Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas.*
*Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt,*
*Parsq; ſuum mundi nulla tenebit iter.*
*Omnia iam fient, fieri quæ poſſe negabant,*
*Et nihil eſt, de quo non ſit habenda fides.*
*Hæc ego uaticinor, quia ſum deceptus ab illo,*
*Laturum miſero, quem mihi rebar opem.*
*Illud amicitiæ ſanctum & uenerabile nomen*
*Nunc tibi pro uili, ſub pedibusq; iacet.*

*Amicos res inuenit.*

*Plautus.*

Donec

*Donec eris felix multos numerabis amicos,*
*Tempora ſi fuerint nubila,ſolus eris.*
*Aſpicis ut ueniant ad candida tecta columbæ:*
*Accipiet nullas ſordida turris aues.*
*Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam.*
*Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.*
*Vtq; comes radios per ſolis euntibus umbra eſt,*
*Cum latet hic preſſus nubibus,illa fugit.*
*Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina uulgus,*
*Quæ ſimul inducta nube teguntur ,abit.*

AMICI FALSI.

*Plautus Comæ.9. Bacchid.*

Simulatores. Multi more iſto atq; exemplo uiuunt, quos cum cenſeas tibi amicos, reperiuntur falſis teſtimonijs, lingua factioſi, inertes opera,ſublecta fide &c.

AMICVS, VT OLEVM PLANTIS.

*Ex Cœlio, lib. 16. cap. 32.*

Oleum eſſe plantis infeſtiſſimum, prodi à rerũ naturæ peritis, ſciunt qui Græca pertractant. Vnde ergo concinnatur adagium in eum,qui inimicus infeſtuſq; omnibus eſt, ac diſſociabili morum feritate truculentiaq; communionem non patitur,quæ res ſi foret in pluribus,tolleretur planè humana ſocietas, perirentquè omnia, ad quæ nati eſſe uidemur.

ELEGANS AMICITIAE
*commendatio.*

*Ex lib. 3. de Ponto, Ouid. ad Cottam.*

*Corpora debentur mæſtis exanguia buſtis,*
*Effugiunt ſtructos nomen honoſq; rogos.*
*Occidit & Theſeus,& qui comitatus Oreſtem:*
*Sed tamen in laudes uiuit uterq; ſuas.*
*Ire iubet Pylades charùm periturus Oreſtem,*
*Hic negat,atq; uicem pugnat uterq; mori.*
*Extitit hoc unum,quod non conuenerat illis:*
*Cætera pars concors,& ſine lite fuit.*
*Fabula narrata eſt,poſtquam uulgaris ab illo,*
*Laudarunt omnes facta,piamq; fidem.*
*Scilicet hic etiam,qua nulla ferocior ora eſt,*
*Nomen amicitiæ barbara corda mouet.*

TVRPE EST AMICVM PECcantem non admonere.

*Ex Trinumo Plauti.*

Amici caſtigandi. Nõ amicum caſtigare ob merita mala noxia,immane eſt facinus.

*Ouid. lib. 2. de Ponto.*

*Corripis, ut debes, ſtulti peccata ſodalis,*
*Et mala me meritis ferre minora putes.*
*Vera facis:ſed ſera meæ conuicia culpæ*
*Aſpera confeſſo,uerba remitte meo.*

AMICITIAE ET INIMICITIAE
*ſunt inter bruta.*

*Ex Volaterrano lib. 25.*

Oues capris conueniunt: columba turturi:palumbes perdicibus: alexiones cærillo:cornix herodio:ſarus gracculo: harpa miluo.

*At contra inter ſe bellum gerunt.*

Cornices & noctuæ : Miluus & ceruus:Pyralles & turtures: Brenthus & pagrus:Cloreus et turtur: Ægyptij et aquilæ: Cygni & dracones : Apri et bubuli: Tauri & leones:Elephanti itẽ & leones: Aſpides & Ichneumones : Ægithus & aſinus,quo rugiente oua & pulli Ægithi pereunt:Leones et galli:Hyenæ & Pardales:Scorpius & Scalabotes: uulpes & cygnus:tauri & cornices.

*Inter aquatilia.*

Delphinus & balęna : Ceſtres & lupus:Murena & congrus. Quæ ſint illis noxia aut ſalubria,lege eodem.

INIMICITIA.

*Cicero lib. 4. Tuſculanarum quæſt.*

Ira ulciſcendi tempus obſeruans.

*Exemplum.*

*Valerius lib. 9. cap. 3.*

Manlio Torquato ampliſſimam & glorioſiſſimam ex Latijs & Campanis uictoriam in urbem referenti,cum ſeniores omnes lætitia ouantes occurrerent, iuniorum nemo obuiam proceſſit: quod filium adoleſcentem fortiſſimè aduerſus imperiũ ſuum præliatum ſecuri percuſſum occidiſſet : miſerti ſunt æquales nimis aſperè puniti.

*Apophthegma.*

Onomademus Chius poſtq; aduerſam factionem ſuperaſſet, quibuſdam cenſentibus omnes diuerſę factionis urbe pellendos, negauit expedire, dicens: ſe uereri,ne omnibus inimicis ad unum eiectis,inter amicos exiſterent diſſidia: Sentiens ſic eſſe multorum ingenium, ut ſi deſint inimici,in quos naturæ malitiam exerceant,amicos impetant. Eraſ. lib. 6 apophth.

*Apologus.*

Scarabęus aliquando ſpretus ab aquila,cæpit de uindicta quoquo modo ſumenda cogitare. Perueſtigauit ubi nam aquila nidum collocaſſet,adrepſit ſcarabæus,& oua ſimili odio deiecit. Aquila cum ſæpius domicilium cõmutaſſet,neq; quicq; ꝓficeret,Iouem patronum adijt, exponit calamitatẽ ſuã,is iubet ut ſuo in gremio ponat oua,uel iſthic in tuto futura.

tura. Et huc per ueſtes lacinias ſinuſq; ꝑrepſit pertinax ſcarabæus, haud quaq; ſentiente Ioue: deinde ubi uidet oua cōmoueri Iuppiter, neq; ſatis animaduertit, unde, territus rei nouitate, excuſſo gremio in terram deiecit.

*Affabulatio.*

Monemur, neminem, quantumuis puſillum inimicum eſſe contemnendum: Eſt enim cuiq; rei ſua ira.

Eſt cuiq; ſua ira.

*Simile.*

*Ex Moralibus Plutarchi.*

Vt agricolæ iuxta allia & cepas ſerunt roſas, quòd quicquid eſt in illis moleſti odoris, in hæc tranſeat: ſic inimicus, ſi quid eſt in nobis mali animi, id totum in ſe recipiens, ac conſumens, reddit nos amicis iucundiores. *Paræmia.*

Odit cane peius & angue. Prouerbium, quo uſus eſt Horatius. Dicitur autē de re, quam capitaliter odimus.

*Idem in Odis.*

Cur oliuum ſanguine uiperino cautius uitat? *Plautus in mercatore.*

Nempe ruri uxor eſt tua, quam dudū dixeras te odiſſe æquè ac angues.

*Sententiæ Græcæ.*

*Pittacus Menander.*

*εἰς ἔχθραν ἐχθροῖς ἀπιστῶν, οὔ ποτ' ἂν πάθοις βλάβην.*

Hoſti nihil unq; fidens, læderis minus.

*ἐχθροὺς ἀμύνου μὴ ἐπὶ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ,*

Inimicos ulciſcere ſine tuo malo.

*λόγον παρ' ἐχθροῦ μήποθ' ἡγήσῃ φίλον.*

Ab hoſte dicta, haud unq; amica dixeris. *ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.*

Immortales inimicitias ne gerito, mortalis exiſtens. *Plautus in Perſa.*

Infœlicitatem occultato tuam, ne inimici gaudio, ea percepta, afficiantur.

*Periander.*

Inimici famā, non ita, ut eſt nata, ferūt.

VTILITAS EX INIMICIS.

*Cœlius lib. 5. cap. 13.*

Scitum eſt, ac memorandum in primis, ꝙ à Plutarcho, uiro doctiſſimo & prudentiſſimo relatū animaduertimus in cōmentariolo, quibus quis rationibus iuuari ab inimico poſſit. Primum, inquit, omniū mihi uidetur, quod eſt ex inimicis maximè noxiū, ſi id modo attendas, effici utiliſſimum poſſe. Inimicus ſiquidē peruigili cura rebus inſidiatur tuis, uitamq; ambit, hinc inde anſam quęritans, nec inſpectat per quercum modò, ſicut olim Lynceus, nec per lapidea, uel teſtacea, ſed per amicos, per ſeruos, per familiares uniuerſos, adeò efficax eſt expeditusq; eorum, quæ uel facies, uel conſultes, explorator inſpectorq;, præcipuè uerò, ſi quid delinquas, inhæret affixus ſcrutaturq;: et profectò uulturū uidetur exprimere mores. Hi quippe tabida tantum conſectantur cadauera: nam pura beneq; habentia ne ſentiūt quidē. Cōſimiliter inimicū uitæ modo labes mouet, ægra illū excitant, ac quæ cōputruerint: At hæc aduniunt, hæc cōtrectaſſe gaudent, hæc conuellunt, qui te odiſſe inſectantur. Inde uerò eximia ac præcellens profluit utilitas, ſi iſta ueritus exploratè, penſiculateq; tibi perpetuò intendas, te obſerues, ne quid incurioſe, incircūſpectèq;, ſed ꝓſpicieter omnia dicas, agaſq;: ut uelut in accuratiore dieta uitā præſtes incuſabilē, inculpatā, ab omniq; ſequeſtratā uenenoſiore morſu: qui enim ſic affectiones reprimit ſedatq;, & qua maximè pollemus, rationē uelut in ſpecula cōtinet, metu, ꝓuidaq; & ſagaci curæ meditationē cōcipit, & ꝓpoſitum æquabilē tranſigendi uitam, ac omni ꝓcul abiunctā crimine: id enim prorſum in hoc ſu euenit, quod ciuitatibus contingere certū eſt, quæ hoſte uicino aſſiduè infeſtant. Hic ſiquidē ingruēs terror ad moderationem redigit, concordiā cōciliat, ſaneq; ac rectè ualentis reipublicæ amorem inducit: eodē modo inimicus infeſtior uel nolentes ad ſobrietatē reuocat, in deſidiam labi nō ꝑmittit, aut negligi: efficitq; aſuetudine iſta, ut tanq; in ſtatione quædā poſiti *ὡς τὸ ἀναμάρτητον* euadamus, id eſt, in ſtatum inſontem, ac ꝓrſus Theonini dentis neſcium.

*Exemplum.*

*Sabellicus lib. 9. cap. 2. de inuidia.*

Maiore ne iuſtitiæ affectu, an inuidiæ, Papyrius Dictator, Fabium magiſtrum equitū, in caſtris primò, mox ad populū Romanū fuerit attrociter inſectatus, nemo, ut arbitror, facilè dixerit. Occiderat ille Dictatore abſēte ad uiginti & amplius hoſtium millia, una acie ex occaſione eos adortus. Cum iuſſus eſſet à Dictatore nihil mouere, quamdiu ipſe abeſſet. Aut igitur Papyrius nobilem illi uictoriam inuidit, aut nimis contempſit Romanas

manas legiones, maieſtatemq́ Romani populi, cuius precibus nunquam ceſſiſſet, niſi ueritus eſſet, ne ſoluto imperio illius ſuffragio, cui id obſtinatius negabatur, reus abſolueretur.

*Apophthegma.*

Celeberrimum eſt Naſicæ Scipionis apohthegma. Quibuſdam enim adſtruentibus, rem Romanã nunc demum obfirmatam ſtabilemq́ uideri, Carthagine
Vtilitas ex inimicis. funditus euerſa, & , ut ait ille, impacto mœnibus aratro. Immò uerò, inquit, nũc periclitamur maximè, quando nec quos extimeſcamus, neq; quos erubeſcamus, reliquos nobis fecimus. Plutarchus in libello, quo pacto quis ſibi ex inimico capiat utilitatem. Cœlius lib. 5. cap. 17.

*Fabula.*

Serpens ante agricolæ cuiuſdam domum latebras habens, cum ab agricolæ filio eſſet percuſſus, tam acriter ipſum momordit, quod morſu ex illo puer repentè obijt. Hac re cognita, magnus inter parentes gemitus oritur. Tunc pater mœrore concitus, accepta ſecuri, ſerpentem, ut occideret, perſequitur: uibranſq́ ſecurim, ut percuteret, extremum caudæ abſcidit. Deinde uolens pacem cum ſerpente conficere, acceptis farina, aqua, ſale & melle, ad reconciliandam inter ſe amicitiam, uocat ſerpentem: et ſerpens ſub petra latens, ſibilando ait: fruſtra laboras bone uir: nam inter nos amicitia fore non poteſt, quippe dum me ſine cauda aſpexero, & tu tui filij ſepulchrum, quieti animo eſſe nequibimus.

*Affabulatio.*

Monemur, non fidendum inimicis, præſertim ubi iniuriæ recentes fuerint: odia enim tolli minimè poſſunt.

*Alia.*

Vulpes gallinarum Tugurium ingreſſa, cum gallinam nido ægrotantem aſpexit, eam rogauit, quomodo ualeret. Cui gallina promptè reſpondit: Meliuſculè me haberem, ſi hinc abiueris ſoror.

Fabula ſignificat, inimicorum præſentiam nimium eſſe moleſtam.

*Parabola.*

Vt qui luctantur, non abſtergunt ſuũ puluerem, ſed ſe mutuò contaminant, ut mutuò cadant: ſic quidam accepto conuicio, nõ id purgant, ſed obſeruant, quid uiciſſim in illis poſſit torquere.

*Alia ex Plutarchi Moralibus.*

Vt, ſi uel inimicus oſtendat lutum adhærens ueſti, non reijcis in illum, ſed abſtergis: ita ſi quis oſtendat maculam uitæ, non regerendum eſt conuicium, ſed abſtergenda labes.

*Stratagema.*

Antigonus rex hoſtibus cedens, non ſe fugere, ſed utilitatem retrò ſitam perſequi dicebat. Idem interrogatus, quonam modo quis inuadere hoſtes debeat? Aut dolo, aut ui, aut apertè, aut occultè: reſpondit.

*Adagium.*

Ἄσπονδος πόλεμος. M. Tullius lib. 9. epiſtolarum ad Atticum. Huius igitur belli ego particeps, & ſocius & adiutor eſſe cogor, quod & ἄσπονδον eſt cum ciuib⁹. ἄσπονδον uocat perpetuũ, & atrox, & irreconciliabile. Suidas ἀσπόνδους ἐχθροὺς dici eos oſtendit, qui in concordiam redigi non poſſunt. Conueniet in ſimultatem ac diſſidium amarulentum.

*Sententia Græca.*

*Homerus x. Iliados, uerba Achillis ad Hectorem.*

Ἕκτορ μή μοι ἄλαστε συνημοσύνας ἀγόρευε·
ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά,
οὐδὲ λύκοι τε ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν,
ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν·
ὡς οὐκ ἔστ᾽ ἐμ᾽ καί σε φιλήμεναι οὔτε νῶϊν
ὅρκια ἔσονται, πρίν γ᾽ ἢ ἕτερόν γε πεσόντα.
αἵματος ἆσαι ἄρηα ταλάυινον πολεμιστήν.

Hector noli mecum quicquam paciſci,
Sicut enim nullum inter leones, hominesq́ ſanctum eſt iuſiurandum.
Et nunquam lupi & agni in ſententia conueniunt: Leones et homines malè conueniunt.
Sed inuicem ſemper ſibi malè optant:
Sic inter nos nullus neq; amor erit, neq; iuſiurandum,
Niſi prius alterius ſanguine alter funeſtã mortem expleat.

*Verſi à Nicolao Valla.*

*Tum toruis oculis reſpectans ſæuus Achilles,*
*Erras Hector, ait, mecum nolito paciſci,*
*Vt iuſiurandum nullum eſt hominiq; leoni*
*Sanctum, nec fidum quicquam eſt agnoq; lupoq;:*
*Semper in alterius ſiquidem mala cogitat alter.*
*Sic nec amor nobis, nec amoris fœdera ſunto:*
*Ni prius alterius funeſtam ſanguine mortem*
*Expleat alteruter, quo circa pectore firmo*
*Virtutes omnes animoſq; recollige totos.*
*Quis tibi nunc opus eſt, quoniam fuga non datur ultra*

*Philoſophica.*

Plutarchus. Quæ ſenſibus percipiuntur, & quæ corpori inſunt, & quæ conſpicua ſunt omnibus, citius ex inimicis cognoſcimus, q̃ ex amicis, aut familiaribus.

*Latina.*

*Nam res mortifera eſt inimicus pumice leuis,*
*Qui modo ſecretum commiſerat, ardet & odit,*
*Tanquam prodiderim, quicquid ſcio, ſumere ferrum,*
*Fuſte aperire caput, candelam apponere ualuis*
*Non dubitat.*

IRA INIMICITIAS GENERAT.

*Horatius lib. 1. epiſtola 20. ad Mæcenatem.*

*Ludus enim genuit trepidum certamen & iram,*
*Ira truces inimicitias, & funebre bellum.*

*Franciſcus Petrarcha.*

Graues inimicitiæ mihi ſunt undiq;. Reſpondeo: Magnæ inimicitiæ plerũq; magnarum amicitiarum fuère principium, et nunq̃ clarior, ſanctiorq; fuit populus Romanus, quàm dum multis ac grauibus occupabatur bellis. Pax initium mali fuit: ſecum namq; ſubijt libido blanda, hoſtis ac peſtilens. Si igitur inimicitias habes, fac ut iuſtitia ſis amicus. Nullum certius præſidium, uera uirtus fortunæ minas calcat ac deſpicit.

Pax mali initium.

*Eccleſiaſtici 12.*

In labijs ſuis indulcatur inimicus, & in corde ſuo inſidiatur, ut ſubuertat te in foueam.

*Ibidem.*

In oculis tuis lachrymatur inimicus, & quaſi adiuuans ſuffodiens plantas tuas, caput ſuum mouebit, & multa ſuſurrans commutabit uultum ſuum. In oculis tuis lachrymatur inimicus, & ſi inuenerit tempus, non ſatiabitur ſanguine. Non ſtatuas inimicum tuum penes te, ne ſedeat ad dextram.

*Eccleſiaſtici 28.*

Peccator turbabit amicum, & in medio pacem habentium, immittit inimicitiam.

*Iſidorus.*

Melius eſt inimicitias hominum ſubire perpetuas infidelium, quàm Dei offenſam amicitijs innoxijs prouocare. Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari: non læteris ſuper inimici interitum, ne ſuperueniant in te ſimilia. Qui enim gaudet inimici caſu, citò incidet in illum.

Dignum animaduerſione.

# AVARITIA.

ΦΙΛΑΡΓΥΡΙΑ.

*Parſimonia. Cupiditas habendi.*

Definitio. Boetius in lib. de conſolat.

AVARITIA, Græcis φιλαργυρία, eſt quarũlibet rerum inſatiabilis & inhoneſta cupiditas. Vel eſt opinio uehemens de pecunia ſic inhærens, & penitus inſita. Ab ære nomen ſortita eſt. Ludouicus Viues lib. 3. de Anima.

DE AVARITIA ET AVARIS.

Cic. lib. 4. Quæſtio. Tuſcul.

Auaritia dicta eſt de nimio habendi affectu.

Ipſum poſſidendi ſtudium in quo eſt uehementius, is tam capiendi cupiditate (atq; etiam amplius) teneatur oportet, q̃ ab erogandi atq; impartiendi uoluntate detorqueat. Quo fit, ut hic ſpem auarus habendi ac poſſidendi cupiditate plus nimio rapiatur, & quàm dici poteſt abhorreat à dandi benignitate, conferendiſq; è pecunia beneficijs, hanc poſſidendi auiditatem. Si auarus non magis à pecunia poſſidetur, quàm ipſe pecuniã poſſidet, maiorem atq; acriorem efficere morbi ſolent, & corporis imbecillitas, & in primis ſenectus. Ex quo efficitur, ut auaritia inſanabilis ſit morbus: ſenes enim pleriq; omnes tenaces cum ſint, uidetur cum ætate ſimul auaritia creſcere. Ad hæc etiam naturalis eſt habendi cupiditas, unde auaros longè plures, q̃ largos inuenias. Adhuc natura inſtinctum, animi continuè ipſi afferunt aliquid, efficiuntq;, ut ſæpenumero, quos adoleſcentes ac iuuenes uideris profuſiores, eos ingraueſcente ætate aſtrictiores factos intelligas. Sed quamuis auari omnes maximè cupidi ſint, teneanturq; ingenij auiditate, ſintq; ad rem intentiores, ac ſupra quàm oportet ac decet, pecuniæ inuigilent, cui etiam ſeruire uideantur: ſunt tamen aliquot eorum ſpecies: neq; enim uno modo per auaritiam peccatur.

Auarus à pecunia poſſidetur. Auaritia eſt inſanabilis morbus. Senes omnes ferè auari. Lõgè plures auari, q̃ largi. Iuuenes olim profuſi, ſenes auari facti ſunt.

Auari nec ſibi, nec alijs commodi.

DE AVARIS uerò rectè illud dictũ conſtat, eos nec ſibi commodos eſſe, nec alijs,

aliĳs, quibus tametſi comparandis conſeruandiſq; pecuniĳs nimium ineſt ſtudium, dandi aũt uoluntas minima, non æquè tamen habendam ad rem, idem conſilium eſt omnibus.

Sunt enim, qui rebus ſuis parcentes, ſummo etiam ſtudio rei familiaris conſeruandæ intenti, & quàm poteſt, minimum de ſuo impendentes, ab alienis cõtineant: bonitate quadam naturæ ita uicti, ut re ſua contenti, nihil turpe, nihil contra leges, contraq; humanitatem habendi gratia, faciant, hos nominare parcos conſueuimus. Eamq; animi inſtitutionem maiores noſtri dixère parſimoniam, quæ in priuatis quibuſdam, tenuique in re cõſtitutis ac laborantibus multitudine liberorum, humaniſq; neceſſitatibus circumuentis, laudare meritò poteſt.

*Parſimonia laudabilis in priuatis.*

In regibus uerò ac principibus, & ĳs ciuibus, quorum res eſt opulentior, atq; autoritas maior, quomodo laudari poſſit tam minuta diligentia, qua panis etiam miculas colligat, nequaquam uideo.

Sergium Galbam, qui Domitio ſucceſſit Auguſto, quanq; alieni non appetentem, iure tamen ætas illa plurimum carpſit, quod ſuæ quidem pecuniæ parcus cũ eſſet, publicè etiam auarus foret, neq; enim aut ſæcula illa, dignitaſq; ſenatoria, aut opulentum Galbæ patrimonium eam parcendi ac conſeruandi diligentiam, nec aurea ſella tutam è publico auaritiam patiebatur.

*Pontanus de liberalitate.*

Didĳ Iuliani maximi & potentiſſimi uiri ſordem quis ferat? qui porcellum leporemue dono ad ſe miſſum, in triduanas partiretur cœnas. Sæpe etiam, cum nulla religio, aut abſtinendi cauſa ſubeſſet, leguminibus oleribuſq; ſolis contentus, cœnaret. Quo ut non minus ſordidus, ſic fortaſſis magis accuſandus.

Pertinax Auguſtus, qui inter priuatum & Imperatorem nihil intereſſe putauerat, dimidiatas lactucas, carchios etiam dimidiatos apponere conuiuis ſolitus: ac ſi quando ad amicos de cœna mitteret, binas tantùm offulas aut paucula poma: atq; ubi opiparè magis egiſſe uideri uellet, gallinaceos lumbos mitteret. Quid enim principe indignius, quàm ut qui tam latè imperet, animum tam anguſtum etiam in uiliſſimis rebus habeat?

*Pertinax Auguſtus*

Nec uerò quis putet accuſari à nobis, tum alios quoſdam, tum Fabricium illum, qui magna parſimonia uſus dicatur, quem tantum abeſt ut accuſemus, ut ſummis etiam laudibus proſequendum ducamus, non ſolùm qui aurum ſingulari quadam animi magnitudine contempſerit, ſed qui cum uideret maiore ſe rerum inopia circumſeptum, licet è principibus ciuitatis, licet belli dux, maluerit tamen in paupertate illa ſua parcendo uiuere, remq; metiendo familiarem ab honeſto non recedere, quàm per facinus aliquod abundare.

*Fabricius nõ auarus*

Hocq; Fabricĳ factum, ſi rectè reputetur, ſi tempora conſiderentur ad probitatem, ad iuſtitiam, ad animi magnitudinem, ſingularemq; integritatem, non auaritiam, referendum iudicabitur. Quippe cum non tam parcus, quàm paruo contentus, & rerum cæterarum contemptor, præterquàm laudis recteq; factorum, mihi quidem fuiſſe Fabricius uideatur. Quo conſilio inſtitutoq; ſi quis uitam agat, non ſit qui non illum, mea ſententia, uel mirificè commendet, modo tamen ne, dum uindicare ſeſe ab auaritia & ſtudet, & etiam animum ſuſcipit, pulcherrimis liberalitatis laudibus detrahat. Et huiuſmodi quidem homines probari meritò plurimum ſolent, ac liberales hominum beneuolentiam nec ciuium ſolùm, uerumetiã peregrinorum, longè maximam ſibi uendicant, quòd rari, quod commodi, quod eorum benignitas latè pateat.

*Hoc factũ ad temperantiam referendũ eſt.*

*Variæ ſpecies auarorum.*

Ariſtides ille cognomento Iuſtus, cum eſſet à Callia locupletiſſimo ciue interrogatus, cur ab ſe nollet accipere, reſpondit, paupertate ſe, quàm Calliam diuitĳs multis laudari æquius eſſe, plures

*Egregiũ dictũ Ariſtidis.*

*Laudabilis paupertas.*

res enim inueniri, qui diuitias ſuas turpem ad uſum conferant, quàm qui paupertatem generoſè ferrent, deſineret igitur paupertatem obiectare ſibi, quæ niſi quibus inuitis acceſſiſſet, indecora non eſſet.

*Complura eſſe auarorum genera, ex Pontano.*

Eorum, de quibus dixi, ferè ſimiles ſunt, aſtricti, tenaces, aridi atque attenuati, quos tamen pro amplianda re familiari ne minimum quidem ab honeſto receſsiſſe cerneres, ubiq; probitatis ac iuſtitiæ memores. Sed in utendis pecunijs nimis effractos ac minutos, atq; etiam conciſos, & ut ita dixerim, exangues, quorum exoleta ſemper ueſtis, menſa tenuiſſima & ſordida, ſupellex exilis, eaq; carie exeſa, aut ſi quid fortè in domo ſplendidiuſculum fuerit, ab uſu ipſo ſepoſitum, demum domeſtici omnes ſumptus, per quàm tenues atq; emẽdicati & minutiſſimarum rerum importuna diligentia & cura, quos, ut dixi, nemo improbet, quod alienis contineant honeſti gratia. Cæterum è dandi atq; conferendi uſu laus exiſtit, probatumq; illud teſtimonio tum ciuium tum peregrinorum. Etſi hi quidem ab inferenda iniuria tum abſtinent, cum liberales etiam beneficia conferant. Quod quantò pulchrius ſit, quis non uidet? ad hæc nihil dare, nihil alteri de ſuo conferre, nihil publicè priuatimue impartiri, omnino abiecti ac degenerantis eſt animi.

Exoleta ueſtis.

Hos etiam ſeipſos accuſantes uideas apud Comicos, quod ſeq; geniumq; comparcendo defraudent. Eorum quàm ridicula uita ſit, quàm etiam miſera, Euclio ille Plautinus docet, qui aquam plorat cum lauat, effundere qui unguium præſegmina à tonſtrina domum referat.

Euclio Plautinus

*Polymeſtor.*

Rex Thraciæ Polydorum Priami filium, belli Troiani tempore, ſuæ fidei commiſſum, peremit, ut eius frueretur diuitijs.

Simon Magus (à quo Simonia deducta eſt) ſpiritus ſancti gratiam uolebat à D. Petro mercari. Quanq; multos etiã hodie tales habemus Simones, qui & emunt ipſi, & eam alijs indies uenalem exponunt.

AVSONIVS.

*Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum,*
*Theſauriq; loco, depoſuit laqueum.*
*At qui condiderat, poſtquàm non repperit aurum,*
*Aptauit collo, quem reperit laqueum.*

Sequitur deterrimum auaritiæ genus, quod partiri plures in ſpecies, atq; ut Cicero uocat, formas, poſſumus: neq; enim auari omnes pari atq; eodem modo, ſed alij magis, alij uerò minus eius ſqualore, illuuie ac fœditate contaminantur atque inquinati ſunt. Quo de genere ſunt lenones, aleatores. Item qui fœnerant, qui pyraticam exercent, qui latrocinia, ſicas, quiq; ſordidis ac turpibus quęſtibus dediti ſunt: qui etiam lucri gratia flagitioſa ſectantur, ſeq; probris obiectant. His addendi, qui pro quęſtu etiam tenui, maxima quæq; pericula adeunt, quiq; ſumma cum perfidia & infamia, in quos benefici eſſe deberent, in illos uim aut fraudem exercent. Quorum quidem omnium ea inſtitutio eſt, idq; conſilium, ut dum quærant, dũ in domum inferant, nihil ſordidum ac turpe defugiant, nec pro exiguo quidem lucello, ab infamia iter detorqueant: Sed cupiditate habendi, comparandarumq; diuitiarum, ac rei ampliandæ ardore nimio incenſi præcipiteſq;, cuncta undiq; corradunt, non parcunt illiberalibus, non abſtinent ſordidis: quippe quibus nullus amicitiæ, nullus religionis, nullus honeſti, nullus deniq; famæ cultus aut reſpectus eſt. Lucro, qualecunque ſit, illud cuncta poſt habentes. Itaque & unde, atq; à quibus minimè licet, & ſupra quàm opus eſt, & quàm decet, quacunq; ratione capiunt. Quid, capiunt? tolerabilius hoc eſſet: furantur, depeculantur, compilant, intercipiunt, auferunt, extorquent dolo, ui, fraude, malis artibus, omniq; impuritatis ac flagitij genere. Siquidem ipſorum ſunt compilationes, furta, latrocinia, uiolentiæ, rapinæ, falſæ obſignationes, iniqua iudicia, fraudes, fœnorationes, mercenaria, parrhicidia, uenena, quibus effectum eſt, ut auaritia & habeatur, & ſit uitiorum omnium caput & fomes, quippe cum ad omne flagitij genus uiam aperiat.

Quæſtus autem cum alij ſint turpes, ut qui è fœnore: alij ſordidi atq; illiberales, ut qui è macello Cauponaq;: alij

alij infames, ut qui è furtis atq; graſſationibus: quanq; ubi infamia, ibi quoq; turpitudo, horum nulli ab hoc hominum genere repudiantur, ac tametſi alij quęſtus libentius ſequuntur, tamen omnes omnia utilitate proprijsq; commodis ac lucro etiam quantulocunq; metiuntur, nec uerò tyrannos ac direptores urbium euerſoresq;, nec templorum, ſacrorumq; ſpoliatores inter auaros nominauerim: quippe cum inter impotentes, iniuſtos, impios, Deorumq; contemptores numerari potius debeant. Quanquam de euertendis aut diripiendis urbibus, aliud nonnunquam conſilium haberi ſolet, quæ bonorum diripiendorum, ut euertendæ Carthaginis Hannibal ob innatam crudelitatem, ſummamq; in iniuſtitiam magis, quàm per auaritiam quanquàm fuit auariſſimus multa fœdè immaniterq; commiſit. Dionyſius ob animi ſui impotentiam magisq; cupiditatem ne à Dijs quidem manus continuit. Brenni factum Dij Immortales maximè impium iudicauêre.

Hannibal & crudelis ac ſimul auariſsimus fuit.

Brenni factũ à dijs, Imperium iudicatur.

Angelus Raijs Iuriſconſultus Neapolitanus nudatis uertebris, lignea pala grauiter ſe ab ancilla uerberari iuſſit, graui pœna, ni obtemperaſſet, ancillæ propoſita: at quam ob cauſam? quia delatam ad ſe à cliente pecuniam, quod argentea non eſſet, repudiaſſet: pro qua mutanda cum à ſe clientem acerbius obiurgatum dimiſiſſet, ille indignè id ferens, ſtatim cum aduerſario pactus liti ceſsit, neque ad aduocatum redijt. Quid hoc homine dicas abiectius? quē cur auarum potius, quàm ſeruum nominē, cauſam nullam uideo.

Nota obſecro egregium factum Clientis.

*Auaritia, Vale. Maxi. lib. 9. Cap. 4.*

Protrahatur etiam in medium auaritia latentium indagatrix lucrorum, manifeſtæ prædę auidiſſima uorago, nec habendi fructus fœlix, & cupiditate quęrendi miſerrima.

Pulchra deſcriptio auaritiæ.

*De M. Craſſo & Q. Hortenſio.*

Cum admodum locupleti L. Minutio Baſilio falſum teſtamentum quidam in Græcia ſubieciſſet, eiuſdemq; confirmandi gratia, potentiſſimos ciuitatis noſtræ uiros M. Craſsum & Q. Hortenſium, quibus Minutius ignotus fuerat, tabulis hæredes inſeruiſset, quanquàm euidens fraus erat, tamen uterq; pecuniæ cupidus, facinoris alieni munus non repudiauit, quantam culpam quàm leuiter retuli? Lumina curię, ornamenta fori, quod ſcelus uindicare debebant. Inhoneſti lucri captura, inuitati autoritatibus ſuis texerunt.

L. Minutius Baſilius.

Falſi hęredes ſcripti, Craſſus ac Hortēſius

*De Q. Caſsio.*

Verum aliquantò maiores uires in Q. Caſsio exhibuit, qui in Hiſpania Silium & Calphurnium occidendi ſui gratia cum pugionibus deprehenſos quinquagies ſeſtertiûm ab illo, ab hoc ſexagies pactus dimiſit. At quis dubitet ſi alterum tantum daretur: Iugulum quoque ſuum æquo animo illis fuiſse præbiturum.

Q. Caſſius.

*De L. Septimuleio.*

Cæterum auaritia ante omnes L. Septimuleius præcordia poſsedit, qui cum C. Gracchi familiaris fuiſſet, caput eius abſcindere & per urbem pilo fixum ferre ſuſtinuit. Quia Opimius Conſul, auro id ſe repenſurum edixerat. Sunt qui tradunt liquato plumbo eũ cauati partem capitis, quo ponderoſius eſſet, expleſſe. Fuerit ille ſeditioſus, bono perierit exemplo: Clientis tamen ſceleſta fames in has uſque iacentis iniurias eſurire non debuit.

Crudele factum L. Septimuleij.

Epiphonema graue.

*De Ptolomeo Rege Cypriorum.*

Ideo merito Septimuleij auaritia fletu, Ptolomei autem Regis Cypriorum riſu proſequenda. Nam cum anxijs ſordibus magnas opes corripuiſset, propterq; eas periturum ſe uideret, & ideo omni pecunia impoſita nauibus in altum proceſsiſset, ut claſsa perforata ſuo arbitrio periret, & ut hoſtes præda carerent, non ſuſtinuit mergere aurum & argentum. Sed futurum ſuæ necis præmium, domum reuexit. Procul dubio hic non poſsedit diui-

Magna ſtultitia.

Diuitiæ poſſederūt Ptolomeū diuitias, ſed à diuitijs poſſeſſus eſt. Titulo rex inſulæ, animo autem pecuniæ miſerabile mancipium.

*De auaritia, Baptiſta Fulgoſus in ſuis exemplis, lib. 9. Cap. 4.*

Auaritiæ Comes, miſeria: omnes auari miſeri.

Auaritia calcar ad omne ſcelus. De auaritia iam tandem ſcribamus, quæ fomentum auiditatis eſt, atque urgens ad omne ſcelus calcar: ab animis enim, in quos ſemel ingreſſa eſt, amicitiam honoriſq; deſiderium pellit, ac nunquam inde egreditur. Quin potius cum annis creſcit, & quamuis ſenio ſubeunte corporibus uires decreſcāt, habendi cupiditas tempore ipſo augetur: & quò minus ad uiuendum ſpacij ſupereſt, tantò plus ſtruendis intenta opibus, timidius neceſſaria promit. Itaque Senes auariſſimi. Auarus nec amat, nec amatur. quicunque auaritia captus laborat, cum neminem amet, à nullo etiam amatur: & cum omnia auro poſtponat, quantò plus auri poſſidet, tantò plus quærendo inhiat: ueluti Hydropicus, qui bibendo ſemper magis ſitit, & ſi totum aqua perfuſum plenunq; corpus habeat. Horatius in Odis Auarū hydropico confert. Quæ res efficit, ut non ſine ratione omnium Italorum conſenſu in idem conuenientium nomen, auaritiæ enim comes ſemper eſt miſeria, auaros om̄es miſeros eſſe dicamus.

*De Perſa Macedonum Rege.*

Perſa à Paulo Aemilio captus per triumphum ductus eſt Romam. Miſeros eſſe auaros exemplo ſuo Perſa ultimus Macedonum Rex oſtendit, à Paulo Æmilio ſuperatus ac captus: nam à reliquis militibus deſertus, paulò antequàm caperetur magnarum promiſſionum ſpe paucos quoſdam Cretenſes ſecum retinuit. Promiſſorum pignus fuêre data aliquot aurea uaſa. Cum autem Cretenſium præſidio in tuta ſe loca recepiſſet, pollicitus ſe pecuniam daturum, uaſa à Cretenſibus recepit, & cum uaſis pecuniam quoque retinuit. Itaque ab ipſis etiam Cretenſibus deſtitutus, cum nullo alio quàm auro comite in Samothraciam profugiſſet, ab Æmilio captus, Romam in Triumphum, quemadmodum tanta auaritia digum erat, perductus fuit. Nam cum in bello pluris aurum quàm homines feciſſet, tandem experiundo cognouit, aurum ſe, quia homines, quibus aurum defenderet, non habebat: una cum libertate ac regno amiſiſſe.

*De filio Tigranis Armeniæ Regis.*

Cum Tigranem Armeniæ regem Pompeius deuiciſſet, & is ab eodē Pompeio in regnis, quæ ante poſſidebat reſtitutus in Romana caſtra ad ſalutandum Pompeium ueniſſet, maiore natu filio cum proſequente, à toto exercitu amanter exceptus, & à Pompeio cœnæ honore dignatus: poſt Epulas Pompeio, totiq; exercitui ingentia munera contulit. Cum poſtea filius quoque inuitatus eſſet, reſpondente eo, tanti ſe cœnam emere nolle: indignatus Pompeius cuſtodiri eum iuſſit, ac Romam in triumphum duxit: nam patre eius ob liberalitatem in regnis relicto, auarum filium, qui abiecto erat animo, unà cum regno, libertate quoq; priuauit.

*De Tiberio Romano Principe.*

De omni uitiorum genere ſcribendi, abundè Romani Principes, ut ante etiam dictum fuit, exempla ſumminiſtrant. Inter quos auaritia Tiberium Cæſarem notabimus: occidit enim Gneum Lētulum augurem Patritio genere, uitæq; modeſtia ac uirtute impenſe laudatum: poſteaquàm is eum hæredem ſcripſerat, ueneficij lepidam fœminam innocentiſſimam cōdemnauit, ut Quirino diti atque orbo morem gereret, fretus ob nauatā eā operam ſe eius futurum hæredem. Vononum quoq; Parthorum regem, qui per ſeditionem regno pulſus ad eum confugerat, poſteaquā opibus ſpoliauit, quas ingentes attulerat, interemit. Itaq; cum Lentulum ut hæreditate potiretur occidiſſet, & ſpe alterius hæreditatis innocentem fœminam damnaſſet, ac præterea regem ſpoliaſſet interemiſſetq;, qui ſub fide ad eum ſe receperat, cum ipſe maiore orbis terrarum parte potiretur, ſatis intelligi poteſt, quàm ingens eius eſſet habendi cupido. Etenim etiamſi in humili fortu-

fortuna natus priuatam egiſſet uitam, pudere tamen tantæ turpitudinis eum debuiſſet. Verùm ut hæc in eo horrenda fuerunt, ita quæ ſequuntur dedecoris plena.

*De C. Caligula imperatore.*

Caligula poſt immenſas profuſiones, delicijs etiã animum explere uoluit. Ad auaritiam atque rapinas conuerſus eſt: id quod agere ſolent, quibus expendendi nullus eſt modus: teſtatores, ut ipſum hæredem ſcriberent, cogebat, quos poſtea, ſi ſuperuixiſſent, ueneno tollebat, ridendos ducens, quod condito teſtamẽto ſuperuiuerent. Superante demum cupiditate atq; auaritia, fœminarum mariumq; lupanar in Palatio condidit, ac miſit qui per urbem curſitantes obuios, ut fructuoſum uectigal principi redderent, inuitarent. Coacta igitur ex eo uectigali ingenti pecunia, cum in ea ſe nudum prouolueret, auri auiditatem explere contendebat. O ingentem, inexplebilemq; auaritiam, quæ in tanto imperio, tãtum Principem exceçatum, in eam uilitatem abiectionemq; deduxiſti, ut neque dedecus ſuum, neque Imperij ignominiam agnoſceret, cum ſe ueneficum atque lenonem præſtaret, quod nemo, ne obſcuro quidam loco ortus, quãuis inopia preſſus, uix, quin erubeſceret, in occulto agere poſſet. Tu ſanguinem, tu honorem, tu uitam, tu Deum auro parem, quibus nulla uis auri par eſſe poteſt, duxiſti: à quo ſi neceſſarium expendendi uſum ademeris, nulla magis quàm è ſaxo utilitas ſentitur, quin ex eo habendi inſatiabilis auiditas prouenit, & eius amittẽdi perpetuus timor. Cui odium atq; inuidia comes nunquàm deſinit eſſe.

Nota obſcero.

*De Commodo Imperatore.*

Commodus Imperator omnium auariſsimus, alienæ mortis facultatem cupientibus facile pecunia permiſit, omniumq; aliorum criminum impunitatem auro condonauit, palàm litium capitaliumq; criminum iudicia uendidit, haud ſecus quàm ſi publicis nundinis uenundandæ merces eſſent.

*Pygmation.*

Rex Tyri Sichæum ſororis ſuæ, Didonis nempe, maritum, ut eius potiretur auro, interfecit.

*De Galba Hiſpaniarum proconſule.*

Galba antequàm imperaret, Hiſpaniarum proconſulatum ſub Nerone gerens, cum & Traconenſis ciuitas dono coronam auream daret, quam ponderis quindecim librarum dixerũt eſſe, ſtatim adhibita ſtatera pondus inſpicit, & cum inueniſſet tribus libris minus quàm dictum fuerat pondus eſse, munere, tanquàm deberetur, in obligationem conuerſo, poſtpoſito pudore à Taraconenſibus tres libras, quæ coronæ deerant, exegit.

*De Veſpaſiano Imperatore.*

Veſpaſianus Imperator, &ſi aliorum principum ſcelere effectum eſt, ut inter bonos annumeretur, tamen haud mediocriter auaritia liberauit: Nam cum ab amicis repræhenderetur, quod rapaces homines in prouincias, atq; obeunda publica munia mitteret, reſpondebat, eis ſe tanquàm ſpongia uti: quia rapinis locupletatos, ipſe poſtea ſpoliaret, eos enim pro crimine, quo ipſe laborabat, huiuſmodi pœna parum honeſtè mulctabat.

Nota: de ſpongia facere.

*De eodem.*

Idem filio Tito reprehendenti, quod è uiliſsimis rebus cogere pecuniam non omitteret, ut follem pecunia plenum, à procuratoribus allatum, tunc ante ſe habebat, olfaceret, experireturq;, quidnam oleret, & reſpondente Tito, grauem nullum inde odorem ſentiri, ridens dixit, atque hoc locutus eſt: nam ex urinæ uectigali hæc pecunia confecta eſt. Neq; enim animaduertere uoluit urinæ fœtorem, cui auaritia eſset coniũcta, etſi naſum non lęderet, famam tamen denigrare.

*Iuuenalis ſatyra 14.*

*Menſura tamen quæ*
*Sufficiat cenſus: ſi quis me conſulat. edam.*
*In quantum ſitis, atq; fames, & frigora poſcunt.*

*De exercitu Titi Veſpaſiani Romani principis.*

Aurum inexplebiliter ac ſceleratè nimis ſitire ſe oſtẽdit Romanus exercitus, cũ Hieroſolymas Titus obſideret: Iudęos enim qui ab urbe fame impulſi profugiebant, deuorata aurea moneta, ut ita

eam

eam ab hoſte incolumem ſeruarent, medios ferro diuidebant, ut in inteſtinis aurum, quod deuorauerant, inquirerent, cum puſillam horam, qua uentrem exonerantes inter ſtercora aurum effunderent, præ nimia cupiditate ferre non poſſent: biduo enim duo Iudæorum milia, per hunc modum milites intęremerunt, pluresq́ occidiſſent, niſi Titus graui propoſita pœna eam rem interdixiſſet.

Vide Ioſephum de bello Iudaico.

*De Argiraſpidis.*

Argiraſpidæ poſt magni Alexandri mortem, ab Eumene Cardiano conducti, qui unus Alexandri ſucceſſorum fuit, cum eo aduerſus Antigonum bellum gerebant, qui ut impedimenta recuperarent, pauloante ab Antigono adempta, nulla fidei atque honoris habita ratione, Eumenem captum Antigono prodiderunt. Sed ut pro perfidia atque auaritia parem gratiam, ut digni erant, acciperent: iterum ipſis impedimentis ſpoliati, omnium egeni, in ſuæ perfidiæ infamia remanſerunt, atque in tanto Antigoni, cui eam operam nauauerant, atque eius militum odio, poſt id factum fuerit, ut eorum nullus in patriam uiuus redierit.

*Recentiora, de Conſtantia Galli Cæſaris coniuge Conſtantini Imperatoris filia.*

Inter recentiora auaritiæ exempla, prima commemorabitur Conſtantia, Conſtantini maximi Auguſti filia, & Galli Cæſaris, qui Orientem regebat, coniunx. Quanquàm autem in eo ſexu plerunque, aut prodigalitas inſignis, aut tetra auaritia conſpici ſoleat: Id tamen, quod ipſa patrauit, tam longè ab officij meta diſceſſit, ut fidem uir non inueniat: Quis enim facilè adduci poſſet, ut credat tam ſublimis fortunæ fœminam iuſſiſſe Clematium Alexandrinum, uirum innocentem in dicta cauſa interfici? & nihilominus res ita fuit: gemmato enim monili corrupta á Clematij ſocru generi mortem ei uendidit, quem inuiſum ſocrus habebat: quia uir probus ſtupri ab ea interpellatus tanta turpitudine abſtinuerat. Cuius rei quoties mentionem fieri continget, haud facilè diudicabitur, quid potentius extimari debeat: effrena ne in Clematij ſocru libido, an Clematij honeſtas, aut rapacis Conſtantiæ auaritia.

Feminæ aut prodigę, aut auaræ.

Clemati⁹ Alexãdrinus miſerè & innocẽter interfectus eſt.

*Dantes inferni cap. 25.*

*Gente auara inuida è ſuperba.*
*Da lor coſtumi fa che tu ti ſorbi,* id eſt:
*Gens auara, inuida e ſuperba:*
*Ab eius moribus fac tu te abſtergas.*

*De Conſtante, tertio imperatore.*

Conſtans tertius Focæ imperatoris ex Conſtantio imperatore maiore natu filio nepos, ex Græcia ad urbem Romam profectus, omnibus ſacris profaniſq́ locis ſpoliatis, quinque diebus, quibus in ea Vrbe manſit, tantum ſtatuarum ac reliquorum ornamentorum inde abſtulit, quantum antea ex magno numero omnes Barbari, qui Vrbem Romam diripuerant, non abſtulerunt, adeoq́ acerbè populos Imperio parentes, atque non in poſtremis Siculos grauibus tributis preſſit, ut multi filios uendere cogerentur: adeo à primis principibus degenerauit, qui non ſolum ornare ſtudebant urbem Romam, uerùm etiam uictui neceſſaria populo atque inſuper pecuniam largè præbebant: id gloriæ ex donationibus quærentes, quod in rapiendo Conſtans ſibi propoſuerat. Cæterum cum in Sicilia à militibus ſuis interfectus eſſet, Sarraceni, qui per id tempus in Sicilia Panormum urbem occuparant, in Africam omnes Conſtantis rapinas deuexerunt. Cui id contigit, quod plerunque auàris ſolet, ut opum, quas rapinis congeſserunt, hi poſſeſſores fiant, quos minimè arbitrabantur, ac penes raptorem auarumq́ infamia ac crimen maneat, cum alij recto Dei iudicio rapinarum commodo ac uoluptate perfruantur.

Benedictũ hoc.

*De exercitu Balduini ſecundi Hieroſolymarum regis.*

Sæuitiam immenſæ iunctam auaritiæ, qua Romani milites (ut ante dictum eſt) uſi ſunt, dum exenteratis Iudeis captiuis deuoratum ab eis aurum inteſtinis perquirũt, exercuerunt etiã Balduini

duini ſecundi Hieroſolymorum regis mi lites in Turcas, quos deuicta Cæſarea in ea urbe cęperunt: in eis enim immenſa habendi cupiditas pudorem eum uicit, qui iure in eo bello ſeruandus erat, quod ſub religionis titulo, & non plura habendi cupiditate Balduinus gerebat.

Pudor, Chriſtianos docet.

*De Rodolpho imperatore.*

Rodolphus Imperator natione Germanus, adeo cupidus fuit, ut Italicas urbes parua pecunia ab Imperij iure ac nexu liberaret: paruum enim compendium cum dedecore maluit, quàm honeſtè ingenij regno potiri.

*De Petro primo Caſtulonenſi rege.*

Quo nomine pro rei indignitate appellare poterimus, id quod Petrus Caſtulonenſis rex aduerſus Maomadam Granatæ regem impiè geſſit, cum ad eum, opis petendæ gratia, aduerſus alios Mauros ueniſſet: omne enim aurum, quod ſecum attulerat, rapaciſſimus rex penitus ademit, & cum palàm iaculari cum ſuis iuſſiſſet, primus fuit qui eum manu ſua iaculo peteret: hunc ne auarum, an crudelem, aut ignauum nuncupabimus? aut eo ſolo contenti erimus, quod infœlix Maurus rex tunc coram ei obiecit? dixit enim Petrum turpè nimis triumphum ducere de rege, qui opis ſalutiſq; gratia, in fidem ſe recepiſſet uiolata fidei uiolato naturæ fœdere, atq; omi humano more neglecto, ſpoliato atq; occiſo.

horrendiſſimum facinus.

Auaritia belua deſcribit̃ à Petrarcha.

*Apophthegma ſiue ſcitè dictum, de auaritia.*

Diogenes dicere ſolebat, cupiditatem eſſe malorum omnium arcem: non procul abludens à ſententia Salomonis, qui dixit, cupiditatem radicem omnium malorum.

Eraſ. li. 3. Apophtegmatum,

Craſſo dicente Stoicorum eſſe dogma: Virum bonum eſſe diuitem. Vide (inquit Cicero) ne magis hoc ſentiant, ſapientis eſſe omnia. Tectè notãs Craſſi auaritiam, cui nihil eſſet ſatis.

Idem li 4.

*Auaritia deluſa.*

Semiramis Carũ regina, quæ Babylonẽ condidiſſe dcitur, monumẽto, quod ſibi pararat, inſcripſit: Quiſquis rex pecunijs eguerit, aperto monumento, quantum uoluerit capiat. Darius poſitus ea ciuitate, titulo credens, ſaxum ingens, quo claudebatur monumentum, uix amolitus, nihil quidem inuenit pecuniarum, ſed ex altero ſaxi latere hoc inſcriptum repperit: Ni uir malus eſſes, & pecunia inexplebilis, haudquaquàm mortuorum loculos moueres. Quanquàm hoc aptius inter ſtratagemata, ſiue inter γελοῖα commemorandum erat.

Darius Deluſus.

*Auaritia non pecuniæ tantum.*

Cum Ariſtippus à Dionyſio pecunia donatus eſſet, Plato libris: atque ob id à quodam carperetur, quaſi ad rem attentior eſſet, quàm Plato: Quid refert, inquit, mihi pecunijs opus erat, Platoni libris, ſentiens neutrum accuſandum.

Opus platoni libris

*Auaritia in principe.*

Saluius liberalis, cum in defenſione diuitis rei obliquè mordens dixiſſet, quid ad Cæſarem, ſi Hipparchus ſeſtertiûm milies poſſidet? notans Veſpaſianum, ut inhiantem rei facultatibus. Cæſar non modo non offenſus eſt, uerumetiam dictum approbauit, quaſi ſimpliciter prolatum.

Quoniã rapaciſſimũ quemq; promouere ſolebat, ut mox ditatos condemnaret, uulgo dictus eſt, officiarios ſuos habere pro ſpongijs, quod ueluti ſpongias & ſiccos madefaceret, & humentes exprimeret.

Officiarijs Veſpaſianus pro ſpongijs utebatur.

Ruſticus quidam, quoniam gratuitam libertatem ſuppliciter petens à Cæſare, repulſus eſt: non ueritus eſt clarè dicere, uulpes pilos mutat, mores non mutat: exprobrans illi naturæ rapacitatem, quaſi mercede data conceſſurus fuiſſet, quòd gratuitò negabat.

Vulpes pilos, non mores mutat.

Quidam è charis Veſpaſiani miniſtris, apud ipſum pro quodam, quem fratrem eſſe ſuum ſimulabat, intercedebat, ut illi procuratio committeretur. Id ſentiens Cæſar, candidatum ſolum ad ſe uocauit, exegitq; pecuniam, quam ille ſuffragatori ſuo pepigerat, ea accepta, mox ordinauit. Huius rei miniſter ignarus, rurſum interpellauit pro fratre: cui Veſpaſianus, alium, inquit, tibi fratrem quære, hic, quem tuum eſſe putas, meus eſt.

Eraſ. li. 6.

*Exempla auaritiæ inſignis, Veſpaſiani Imperatoris.*

In itinere quodam mulio deſilijt quaſi calceaturus mulas, ſed reuera, ut adeūdi litigatori ſpatium moramq́; præberet. At Cæſar dolum ſuſpicatus, interrogauit mulionem, quanti calceaſſet, pactusq́; eſt lucri partem. Hoc ſi fecit, ut ſuos corrigeret, ciuilitas fuit: ſin, ut eo emolumento fieret ditior, ſordidum erat.

Inſtituerat è lotio uectigal, ſuper hoc à filio monitus diſsimulauit, donec prima penſio eſſet ſoluta. Eam pecuniam admouit ad filij nares, ſciſcitans, num ex odore offenderetur, negāte illo: Atqui hæc, inquit, è lotio eſt. Ex lotio etiā lucrū.

Legatis illi nunciantibus decretam illi publicè non mediocris ſummæ ſtatuam, iuſſit ut eam continuò ponerent: & uacuam oſtendens manum: ecce, inquit, parata baſis: ſignificans ut eam pecuniam, quam in ſtatuam decreuiſſent impendere mortuo, uiuo darent in manum.

*Franciſcus Petrarcha de auaritia dialogo 105. de remedijs inproſperæ fortunæ.*

Do. Auaritiæ ſtimulis urgeor. Ratio. benè ais ſtimulis: Nam & quærendarum opum cupiditates ſtimuli quidam, & quæſitæ opes ſpinæ ſunt: ita enim illas uocat, qui metum neſcit. Præclaræ uerò diuitiæ, quæ & quærendæ torqueant, & quæſitæ. At ſi corpuſculum, ſi naturam, ſi uitæ reſpicias breuitatē, uidebis te fruſtra ſuperuacuis curis angi, & paucorum egētem multa deſiderare: inſuperq́; dum quærendis inhias, parta non cernere, atque ita quodammodo quærenda perdere, quo nihil eſt ſtultius. Dolor. Multa quærendi urgeor appetitu. Ratio. Nec aduertis quod inter quærendum, tempus & uita, cui illa quærebantur, elabitur: ſic mira perplexitas incidit, dum uita abundare uidemini, diuitijs indigetis: dumq́; indigentia illa præterijt, ſuperuenit altera, & diuitijs abundantes, indigetis uita. Non hoc ignorabat ille ſapiēs, ubi loquitur de eo parente, qui dicit: inueniā requiē mihi, & manducabo nunc de bonis meis: ſolus & neſcit, quòd tēpus prętereat & relinquet omnia alijs, & morietur. Et idem alibi: Qui aceruat iniuſtè, congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. O terribile dictum, ſed cōmune quotidieq́; ſe oculis ingerens, nec idcirco proficiens in animis auarorum. Idem rurſum: auaro, inquit, nihil eſt ſceleſtius: & nihil eſt iniquius, quàm amare pecunias. Et ut ſcias, quoniam uerò omnia conſonant, ut ait Ariſtoteles: ecce ut eccleſiaſtico ſapienti conſonat ſecularis. Pecuniæ (inquit Cicero) fugienda cupiditas. Nihil eſt enim tam anguſti animi tamq́; parui, quàm amare diuitias.

Auarus alijs quærit non ſibi.

Auaro nihil iniquius.

Parui animi amare diuitias.

*Auaritia beſtia.*

*Dantes inferni cap. 1.*

*Preche la beſtia per laqual tu cridi.*
*Non laſſa altrui paſſar per la ſua uia,*
*Ma tanto lo impediſſe che luccidi*
*Et ha natura ſi ſaluagia & ria*
*Chemai non empie La bramoſa uoglia*
*Es dopo il paſto hu piu fame che pria.* Id eſt:
*Belua etenim, propter quam clamas,*
*Non permittit quempiam tranſire ſuo itinere,*
*Sed tantum ipſum impedit, ut tandem perimat:*
*Cuius natura tam ſylueſtris & mala eſt,*
*Vt nunquàm repleant rabidam uoluntatem*
*Et poſt epulum plus fameſcit, quàm antea.*

*Tenacitas, auaritia, rapacitas.*

Auarus niſi cum moritur, nihil rectè facit. Omnes fermè Publianas ſententias uideo prouerbiorum uice fuiſſe celebratas, nec iniuria ſanè: nihil enim illis fingi poteſt, nec argutius, nec iucundius. Quāobrem non eſt animus eas omnes in hunc ordinem aſciſcere, præter unam aut alteram, quæ mihi præter cæteras arrident, quarum hæc una eſt. Auarus niſi cum moritur, nihil rectè facit. Etenī qui ſeſe pecuniæ ſtudio addixit, nulli cōmodus eſt, dum uiuit. Sola mors uoluptatem & emolumentum adfert hæredi.

Adagia. Eraſmus.

*Rapacitas ex Eraſmo.*

A mortuo tributum exigere Ἀπὸ νεκροῦ φορολογεῖν Ariſtoteles lib. 2. Rhetoricorum. Eſt per fas & nefas, diuitias undecunq́; congerere.

Exigit & à ſtatuis: id eſt, nullius miſertus undecūq́; quod poteſt, auellit, uel ab ipſis mortuorum ſtatuis.

Nec omnia, nec paſſim, nec ab om̄ibus. Inhumanū à nemine accipere, ſed paſſim, uiliſsimum eſt: & omnia, auariſſimum.

Lucri bonus eſt odor ex re qualibet. Peſtilens

ſtilens uox Veſpaſiani Cæſaris. Vide Petracham.

Mendici pera non impletur: id eſt, inexplebilem eſſe mendicitatem.

Mendicorum loculi ſemper inanes. πτωχῶν αὐλοὶ ἀεὶ κενοί, de petacibus et inſatiabilibus fertur.

Larus κέπφος λάρος, id eſt, garrulus ac uecors.

Charybdis, Barathrum. Cum ſignificamus rapacem, edacem, Bibacem, heluonem. Horat. Ingluuies & tempeſtas barathrumq́ macelli.

Megaricæ ſphinges μεγαρικαὶ σφίγγες.

Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere. Hodie uulgo celebratum durat, ubi eſt exactor durior atq; inſtantior.

Canis circum inteſtina. κύων περὶ ἔντερα. De ijs qui rerum cupientiſſimi, quas conſpiciunt, ſunt: & tamen frui non licet.

Rapina Cotytijs ἁρπαγὸς κοτύλιος de rebus direptis, profuſiſq́.

Ne à Chytropode cibum nondum ſacrificatum rapias. Cicer. lib. 2. de Finibus bonor. & malor.

Perſæpe ſacra haud ſacrificata deuorat. Senarius apud Athenæum lib. 4. ἄθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει.

Vulturis umbra γυπὸς σκιά. In rapaces & prædæ inhiantes, uel hæredipetas.

Voracior purpura τὰ λιχνότερα τῶν πορφυρῶν. In eos, qui omnia in ſuum cōpendium uertunt.

Nouit hæc pylæa, & Tyttigias. Opes malis artibus quæſitas denotat.

Edax currus. De cupiditatibus inexplebilibus.

Laudant ut pueri pauonem. Auari tantum admirantur, tamen laudant diſertos, ut pueri Iunonis auem.

Atticus moriens porrigit manum. Pro inſatiabili cupiditate in captandis muneribus, & aucupandis lucris.

Pamphili uindicatio παμφίλου νοσφισμός, hic expilauit ærarium.

Non curat numerum lupus. In hominem impudenter furacem. Vergil.

Argiui fures, ἀρχαῖοι φῶρες. De palàm improbis. Argiui furacitatis infamia laborabant. Latini lauerniones uocant.

Vorare hamū. Plautus in curculione.

Polypi. Rapaces uncis unguibus homines.

ἡμερόκοιτος. Vulgari ioco fures dicti, quod interdiu dormiant, noctu uigilēt.

Candidum linum lucri cauſa ducis. In eum, qui cupiditate pecuniæ uel dotis cauſa ducit uel deformem, uel anum.

Nutricum more malè. De illis, qui alienas facultates ſic adminiſtrant, ut maximam partem in ſuos conuertant uſus.

Pecuniarum cupiditas ſpartā capiet, præterea nihil. De ijs, qui ſola pecunia expugnari poſſunt, alioqui inuicti.

Inexplebile Dolium. In auaros, quorum cupiditatibus nihil eſt ſatis. Plautus græce ἄπληστος πίθος.

Larus hians λάρος κεχηνώς ubi quis auidius inhiat prædæ. Larꝰ auis auida & uorax.

Labrax Mileſius. In Auidum piſcem, qui eſcam totam una cum ære faucibus corripit.

Buthus obambulat βοῦθος περιφοιτᾷ. In edaces, βαφάγους.

Serpens ni edat ſerpentem, draco non fiet. Significat potentes aliorum damnis creſcere, & potentium fortunas non tantū augeri, niſi eſſent quos exugerēt.

Hoc nunc paſſim faciunt Principes, qui uiuum ſanguinem ſubditorum exugunt.

*Parſimonia, ſordes. Eraſmus in Chiliadibus*

Tribus minis inſumptis duodecim imputat. In eos, qui tantum compendij ſui gratia colunt amicos. Pileum donat, ut palliū recipiat uulgo.

Cumini ſector. Impendiò parcus ac ſordidus.

Ficos diuidere. Sordidus. σῦκον μερίζειν

Nullus emptor difficilis bonum edit obſonium

E patroclis domo uenit. In diuitem ac ſordidum: fuit talis patrocles Athenienſis, qualem Plautus Euclionē fingit.

Cochleæ uita. De parcè & paruo uiuentibus.

Immunem uenire. In eum, qui nihil confert ad Symbolum. ἀσύμβολον græci uocant.

Lapſana uiuere. Eſt perparcè uiuere, & nimis tenuiter.

Nihil de uitello. De ijs, qui ſibi meliora ſeruantes, alijs impartiunt deteriora.

Lingere ſalē : eſt agere uitā pauperrimam.

Rore paſcitur quemadmodmu cicada.

Victitant ſucco ſuo. In paraſitos.

Philippide tenuius. De oratione ieiuna, aut diſputatione ocioſæ ſubtilitatis.

Pediculi Platonis.

Monophagi. Sordidi, inhoſpitales, qui neminem inuitant.

Patroclo ſordidior, qui nunquā uſus balneo parſimoniç cauſa. In oppido ſordidum.

Nephalium ſacrum. De conuiuio uehemeter frugali & ſobrio.

Caninum prandium. Abſtemium ſine uino, nam canes uino abhorrent.

Cereri ſacrificant. Item: Lari ſacrificāt: ubi deeſt uinum, nefas enim erat in feſtis Cereris habere uinum.

Cyprio boui merendam. In Brutum ac ſtolidum

Bos Cyprius. Qui ſprucè ad ſui ſimiles loquuntur.

Tolle, tolle mazam quàm ocyſſimè ſcarabeo. In immundum conuiuam.

Pſyrice facta. In ea, quæ ſordidè, paruoq; magnificè fiunt.

Paruo emptas carnes canes edunt τὸ ἐώνυον κρέας οἱ κύνες ἐσθίουσι.

Pſyra Bacchum. De ſordido apparatu.

Tenuiter diducis. λεπτὰ ἐξάγεις Suidas, de ijs, qui pauperum more tenuiter uictitant.

Sacrum ſine fumo. ἄκαπνος θυσία Lucianus.

Nephalia Ligna. In abſtemios, & ab omni uoluptate procul alienos.

Carica uictima. Ad cibum appoſitum inſipidum, quem nemo uelit adtingere.

Phaſelitarum ſacrificium. De ſumptu ſordido ac uili, tenuiq;.

In ſinu manum habere. In tenaces, & ad largiendum pigros. Theocritus.

Lari ſacrificant. In tenaces, qui de ſuis nemini impartiunt. ῥυποκόνδυλος. In ſordidos & impendio parcos: ῥύπος ſordes ſignificat, quæ in ſummis unguium manuum ac digitorum inſident.

Canens uitæ Palmum ad anethum. De parco, qui tenui re leuiculaq; tranſigit uitam, atq; interim exiſtimat ſe lautè uiuere.

Tantali pœnę. Quibus adſunt bona, uerum his frui negatum eſt.

Conuiuia non conuinia. In eum qui accumbit quidem in conuiuio, uerùm ſpectator tantum eorum, quę apponuntur.

Sacra nihil ſunt præter malas & cornua de uictimis macilentis. In cibos omnium eſculentos.

*Auaritiæ improbatio ex Cælio de antiquis lectio. lib. 11. cap. 23.*

Plutonem eſſe diuitiarum deum, & quidem cæcum, neminem puto qui neſciat: Plutarchus uerò autor eſt, emanaſſe celebratum illud, in una omnium, quæ ſub ſole ſunt, urbium Sparta ſeruari diuitiarum Deum, & cæcum, & iacentem, ut picturam inanimatam ac immobilem. Quod ibi uictus felicitate, & communi conandi ſtudio efficeretur, ne furto conciliarentur diuitiæ: uel potius, ut ait Theophraſtus, honori haberentur. Nam ut taceam, quod prudenter Seneca inquit, multum eſſe, diuiciarum contubernio non corrumpi, & affluentibus hinc inde diuitijs, uitiorum fomitibus animū ſeruare inconcuſſum. Certe, ut Philoſtratus inquit, non ſunt tractabiles diuitiæ, debentq; inter ardua & difficillima quæuis connumerari: Qui enim diuitijs, ut ſic dicam, inebriantur, non deſinunt ſubinde iniurios ſe præbere. Et in magna amplaq; fortunæ laxitate cæcutiunt. Quod ſi opulentiæ adhiberetur utendi ratio, reciperet iam uidendi uſum Plutos: quod Herodi ſophiſtæ factitatum ſcimus, apud quem minime luminibus captus diuertiſſe uidetur is Deus, quando bonorum affluentiam, ad liberalitatis uſum contulit: quod ſciret τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν εἶναι πάσης κακίας, id eſt, Auariciam eſſe totius uitioſitatis Metropolim: quæ res illi, ut taceam, quod eum Rufus Perinthus Græcorum nuncupabat linguam, & orationis regem immortalem, apud poſteros gloriam comparauit: amicos ſiquidem ampliter confouebant,

Herodes liberalis.

Notabilis ſententia.

uebant, ciuitates genteſq; inopia adobrutas ſubleuabat. Erat enim illi hic theſaurus acuratiſſimus, multis bona ſua impertiri, addebatq; imprimis cōgruere non abutenti diuitijs, indigentibus item, ne forte quandoq; indigeant: incōſultum uerò diuitem ac ſordidum, cumulandiſq; pecunijs immorientem, eſſe mortuum prædicabat Plutonē. Theſauros porto, in quos nullo fine congerātur opes, Pluti carceres uocabat. Eos, qui ſepoſitam pecuniam uice numinis colerent, Aloadas eſſe dicebat: qui cum in uincula Martem coniecissent, eidem mox rem diuinam obire perrexerunt. Poſtremo elegans eſt apud Grçcos uerbum χαλκιδίζειν chalcidiſſare, quod ſignat auidius pecuniæ inuigilare, quoniam eiuſmodi fuiſſe Chalcidēſes ferūtur.

Pluti opes carceres.

Aloades.

*Manum in Aetolis habere, ac mentem in clopidis. Ex cælio li. 11. c ap. 21.*

Eſt Ariſtophanis poëtarum facetiſſimi Comædia, cui titulus ἱππεῖς, id eſt, Equites, in ea Cleon remis ueliſq; proſcinditur. Inter probra alia, quibus eius infamatur uita, illud itē eſt: ubi Cleonis manus eſſe Aetolis ſcribit, mentem uero in Clopidis: ſed rectius commodiuſq; fuerit, Grçca ſubtexuiſſe uerba, quę ſolicitius forſan ſtudioſorum requirent aliqui.

Comædia Ariſto- phanis Equites.

Solcitius.

τὴν χεῖρ᾽ ἐν αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ᾽ ἐν κλωπιδῶν.

Quid uero ſit in Aetolis manum habere, poëtæ interpretes appoſitiſſimè explicant, & meminit Euſtachius cum in ſordis extremæ hominem, ſemperq; in petendo paratum, ac nil niſi rapinas meditantem, ut qui nihil ſuauius opinaretur, quàm accipere, dici interpretantur. loci autem gracia, ex uerbi græci notione conſurgit. Nam αἰτεῖν petere ſignat. Quod uero infertur in Clopidis fuiſſe mentem, urbaniſſimè item in depeculatorem pronunciatur, quando κλωπὴ furtum ſignificat. Vrbanitas uerò elicitur inde, quia Clopidę in leontide recenſebantur tribu. Dum ergo ſignari loca uidentur, mores impoſtoris ac nepharij hominis citius, occultiuſq; reteguntur, comicoq; inſperguntur felle. Faciunt ad hæc, quę apud Acheneum legimus obſeruata, Aetolicum fuiſſe, rapere. τὰ τῶν πέλας, id eſt, res earum quæ prope ſunt νῦν καὶ δὲ τὰ πόῤῥω, id eſt, nūc & quæ remotiora ſunt. Clopia uerò, id eſt, κλωπεία ſaltationis fuit ſpecies: meminit Theatricorum quarto, Iubas dignum ſcitu κλωπᾶσθαι græcis dici clam taciteq; id eſt, ἀφοφητὶ, facere quid, uel loqui uel furari.

*Auaritiæ ſugillatio. Cælius lib. 11. cap. 37.*

Semiramidem Orientis Reginam, & mulierum omnium, quarum ex hiſtoria ad nos perlata eſt notitia, longè celeberrimam (quanquam cum Cyro prçcipuè admiratus Alexāder fertur, quod in illis & magnitudo animi, & rerum claritas plurima emicuiſſet) legimus cum ſibi iam magnum monumentum, in quo perfuncta humanis reconderetur, ſtrueret, inſcriptionem eiuſmodi exculpendam curaſſet: Quicunq; ex Regibus pecuniæ inopiam ſenſerit, conditorio recluſo, ſumat inde, quicquid uiſum fuerit: Id cum pellegiſſet Darius, ut qui auri foret auidior, ſepulchrum iuſſit recludi: Sed in eo pecuniam quidem inuenit nullam. In eas autem incidit literas,

Darius deluſus recluſo ſepulchro.

εἰ μὴ κακὸς ἦσθ᾽ ἀνὴρ καὶ χρημάτων ἄπληστος οὐκ ἂν νεκρῶν θήκας ἐκίνεις; quod eſt ni malus uir fores, et pecunia prorſus inexplebilis, non utiq; mortuorum loculos moueres: exprobratione lepida in ſacram auri famem: ut eminentiſſimi autores dixère. Quę dum uetita ſcrutatur, per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes: dum ipſa ſibi uidetur inops, dum recondere geſtit, quo non perfruatur, ſed cuſtodiat: ſæpe conatu excidens, ridiculam ſe præbet, rediens inanis, renudata modo auiditate, in inmenſum uela pandente, etiam ſi nunquam non Auſtrum percellat & operam ludat. Si naturæ pomeria anguſti ſunt ambitus, quibus facile paria neceſſitatibus facere ualemus: ſed efferatam hanc habendi cupiditatem amarius repercuſſit. Philippus quoq; auarum nactus Medicum, & indeſinenter efflagitantem, pars eſt in corpore, qua collo adnectitur pectus, eadem græca uoce κλεὶς id eſt, clauis, forte à quo

Semiramidis.

Auſtrum percellere

dam conuulneratus eò loci fuerat Philippus curabaturq́;,ut aſſolet: Qui eo fũgebatur munere, cum expleri muneribus non uideretur, inſuſurrauit imperator.

Λάμβανε ὅσα βούλει. τὴν γὰρ κλεῖν ἔχεις.

Elegans hoc. Cape, inquit, quantum libet, quando clauem habes.

*Auaritia nihil ieiunius: ex Petrarcha, lib. 1. Dial. 36. de remedijs fortunæ.*

Gau. inuidioſa & præfulgida eſt ſuppellex. Ra. Pro captu oculorum, ſeu forſitan animorum. Verè autem oneroſa rerum colluuies, ac turbida, ſed auaritia nihil unquam ieiunius, nihilq́; miſerius, cuius famem & quærenda excitant, & quæſita non ſapiunt: dumq́; ſperata fulgebant, poſſeſſa ſordeſcunt. Itaq; ſæpe diuitias dum quæſiſſe putaueris, ſolicitudinem & nauſeam quęſiuiſti, hæ nunc tibi charæ: Si uel chariores ſe alia oſtenderint, uel ſtuporem aſſiduitas dempſerit, uiles erunt. Eſto autem, chara ſint, & maneat ſtupor, nonne etiam error manet? Iſq; difficilis atq; perpetuus: ſiquidem quærendi ſtudium unum fuit, ſeruandi labor eſt multiplex. Nunquam deerit quod reuiſas, quod numeres, quod complices, quod excutias, quod abſtergas, quod oculos ſimul & mulceat, & iuxta offendat. Gau. ſuppellex immenſa eſt. Ratio. ô hominem, qui impedimentorum ſuorum magnitudine delectatur.

Supellex impedimẽta ſunt.

*Auaritia lites parit, & partas alit. De remed: fortunæ, li. 2. Dia 90.*

Dolor. Mœſto & turbido adteror litigio. Rat. Pro te aptis epithetis uſus es. Vbi enim lis, ibi nec gaudium, nec trãquillitas eſſe poteſt: Tu ſi litibus uis carere, litium contemnere uelis materiã. Auaritia lites parit: & partas alit.

*De reb. fa. epiſt. 44.*

Morbi etiã eſt genus, libris ſatiari nõ poſſe.

Expectas audire morbi genus. Libris ſatiari nequeo, & habeo plures fortè quàm oportet. Sed ſicut in cæteris rebus, ſic in libris accidit, quærendi ſucceſſus auaritiæ calcar eſt, & cætera de delectatione librorum.

*Lib. 6. Epiſt. famil. Petrarcha, auaritiam cæteris uitijs potiorem.*

Inuidia mœſta ſæpe, ſed ocioſa eſt. Auaritia triſtis eſt & occupata: ſuperbia dum ſe aliquid magnum putat, falſa licet opinione delectatur. Auaritia ſemper ſe famelicam & egenam ſentit, neq; fallitur; ueriſſimum enim eſt poëticum illud: ſemper auarus eget. Nam ſi auarus eſt, cupit: quod ipſum uitij nomen indicat. Sanè, quod ait Seneca, non qui parum habet, ſed qui plus cupit, pauper eſt: Et hoc inde concluditur, quod non paucitas rerum inopem facit, cum paucis natura contenta ſit, cui qui ritè ſatisfecerit, diues eſt, & nihil ei deeſt, ſed cupiditas expleta, quæ indicat ſibi tantum deeſſe, quantum cupit, cupit autem omnia, & optanda ſuperuacua fecit neceſſaria. Ita egeſtatem minimam cuiq; perfacile ſuccurri poterat: irremediabilem atq; immenſam fecit. Rurſus enim illud eſt uerum, quod Philoſophis placet: Auaro tam quod habet deeſſe, quam quod non habet. Niſi quod mihi quidem magis uidetur, auaro deeſſe quod habet, quam quod non habet. Ex illo enim nihil pręter ſolicitudinem perpetuam, & ueros metus, ex hoc nonnunq; breue falſum gaudium capit, dum ſibi arridet, & optatum bonum ſpe fallente præoccupat. Ita nunquam ſatiatur uera quadam (ut aiunt) inhumana dulcedine, auaritia uerò nunquam. Nam & ſucceſſibus inardeſcit, & ſatyricum illud uerum eſt: Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit, & minus hunc optat, qui minus habet, cuius rei cauſam unam (nam plures excogitari queunt) in epiſtola quadam ponit Anneus Senaca: Neminem, inquit, Pecunia diuitem facit, Immò contra, nulli non maiorem ſui cupiditatem incuſſit. Et ſequitur: quæris quæ ſit huius rei cauſa? plus incipit habere poſſe, qui plus habet. Venio ad reliquas peſtes, & eius quidem, quam accidiam noſtri uocant, eadem ratio eſt, quæ inuidiæ fuit. Gula autem ac libido ſæpe ſuis fruuntur delitijs, quibus exultant, & gaudia ſugitura percipiunt. Auaritia nulla re fruitur, niſi curis auariſſimis: dum enim quærendis inhiat, & illa non habet, & quæſita non uidet niſi ad ſupplicium, hinc trepida, inde ſollicita. Quæ cum

Inuidia. Auaritia. Superbia. Auarus ſemper eget. Pauper qui plus cupit. Paucis natura contenta. Auaro tã deeſt quod habet, quã quod non habet. Inſatiabilis auaritia. Horatius. Seneca. Pecunia neminem diuitem facit. Accidia. Gula. Libido.

ita

Auaritia ſororum omnium peſtilentiſſima

ita ſint, inde auaritia ſororum omnium peſtilentiſſima dici poteſt, quam radicem omnium malorum uocat Apoſtolus.

*Epiſtola. 99.*

Auaritia quærendi labor eſt.

Quid eſt auaritia, quod delectet? Nempe nil aliud, quàm quærendi labor, quàm ſeruandi pauor, nil inquam aliud, quàm timere ruinas, incendia, rapinas, domeſticos & externos fures, ad extremum, mures & tineas. Verè ergo miſera eſt magni cuſtodia cenſus. Sed hæc nobis accidunt neſcientibus (ut ait flaccus) quid ualeat numus, quem præbeat uſum: & reliqua: ubi & paupertatis laudem habet.

*Epiſtola 117.*

Auaritia inſatiabilis eſt.

Nolite cupiditati aurem dare, nunquam dictura eſt, ſufficit: ſemper neſcio quid deerit, habet hoc auaritia proprium ac peſſimum. Inſatiabilis eſt, & dum promittit abſentia, præſentibus uti uetat: Hæc habendi ſitis nunquam plura quærendo, ſed pauciora concupiſcendo, ſedabitur. Crede, non mihi, ſed Philoſophis, quorum hæc ad ueras diuitias uia eſt.

*Auaritia, peſtis, ex Liuio lib. 4. de bello Macedonico.*

Auaritia. Luxuria.

Sæpe me quærentem de fæminarum, ſæpe de uirorum, nec de priuatorum modo, ſed etiam magiſtratuũ ſumptibus audiſtis, diuerſiſque duobus uitijs, Auaritia & Luxuria ciuitatem laborare, quæ peſtes omnia magna imperia euerterũt. Hæc ergo quò melior, latiorque indies fortuna reipublicæ eſt, imperiumque creſcit, & iam in Græciam Aſiamque tranſcendimus, omnibus libidinum illecebris repletas, & regias etiam adtrectamus Gazas, eò plus hæreo, ne illæ magis nos cœperint, quàm nos illas. *Lib. 5.*

Diuitiæ illecebræ ſunt animarum. Leges fœnebres. Nomina proſcribere.

Inſtabat cura alia, quod ciuitas fœnore laborabat, & cum multis fœnebribus legibus conſtricta auaritia eſſet, uia fraudis inita erat, ut in ſocios qui non tenerentur legibus, nomina tranſcriberent, &c. Exemplum militaris auaritiæ habes apud Liuium lib. 8. de bello Macedonico

*De Auaritia humana Plin. lib. 33. in prologo.*

Metalla nunc, ipſæque opes, & rerum precia dicentur, tellurem intus exquirente cura multiplici modo: Quippe alibi diuitijs foditur, quærente uita aurum, argentum, æs, electrum: alibi delitijs gemmas, & parietum digitorumque pigmenta: alibi temeritate ferrum, auro etiam gratius inter bella, cædeſque. Proſequimur omnes eius fibras, uidemusque ſuper excauatos montes mirantes dehiſcere, aliquando autem intremiſcere illam: ceu uerò non hoc etiam exemplum indignationis ſacræ parentis exprimi poſſit. Imus in uiſcera eius, et in ſede manium opes quærimus, tanquam parum benigna fertilique qua ſecetur. Inter hæc minimum remediorum gratia ſcrutamur (cui enim fodiendi cauſa medicina eſt?) Quanquam & hæc ſumma ſui parte tribuit, ut minimè parca, faciliſque in omnibus quæ proſunt. Illa nos premunt, illa nos ad inferos agunt, quæ occultauit atque demerſit. Illa quæ non naſcuntur, ut repente mens ad inane euolans reputet, quis deinde futurus finis eſt, ſeculis omnibus exhauriendi eam quouſque penetret auaritia. Quàm innocens, quàm beata, imò uerò & delicata eſſet uita, ſi nihil aliud de ea, niſi quod ſupra terras concupiſceret; haberetque non niſi quod ſecum eſt? Eruitur quidem aurum & chryſocolla iuxtà, ut precioſior uideatur nomen ex auro cuſtodiens, parum enim erat naturæ, unam inueniſſe uitæ peſtem, niſi in precio etiam eſſet ſanies auri. Quærebat argentum auaritia boni conſuluit interim inueniſſe minium, rubentiſque terræ excogitauit uſum, &c.

Tellus ſacra parens noſtra.

Auri ſanies.

*Ex lib. 14. prologo.*

Quippe cum requirenda ſint non ſolum poſtea inuẽta, uerumetiam ea, quæ inuenerant priſci, deſidia rerum internitione memoriæ inducta, cuius uitij

 cauſas

cauſas, quis alias quàm publicas mundi inuenerit? Nimirum alij ſubiêre ritus, circa quæ alia mentes hominum detinentur, & auaritiæ tantum artes coluntur, antea incluſis gentium imperijs intra ipſas, &c.

Auaritiæ artes tantum coluntur.

*Auaritia nullum tetrius uitium. Cic. li. 2 de Officijs.*

Caput eſt in omni negocij procuratione & muneris publici, ut auaritiæ minima etiam pellatur ſuſpicio. Nullum enim eſt uitium tetrius, quàm auaritia, præſertim in principibus, & rēpublicā gubernantibus: habere enim quæſtui rempublicam, nō modo turpe ſed ſceleratum etiam & nefarium. Itaq; quod Apollo Pythius oraculum ædidit, Spartam nulla re alia niſi auaritia eſſe perituram, id uidetur nō ſolū Lacedęmonijs, ſed etiam omnibus opulentis populis prædixiſſe.

Nullum uitium tetrius auaritia.

*Auaritia in ſene turpiſſima: ex ſenectute Ciceronis*

Auaritia uerò ſenilis quid uelit, non intelligit. Poteſt enim quicquā eſſe abſurdius, quàm quo uiæ reſtat minus, eò plus uiatici quærere?

Auari ſenes.

*Auaritiæ definitio, ex lib. 4. Tuſc. Queſtion.*

Ægrotationi autem talia quędā ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulieroſitas, peruicatio, liguritio, temulētia, cupedia: & ſi qua ſūt ſimilia. Eſt aūt auaritia opinatio uehemens de pecunia, quaſi ualde expetenda ſit, inhærens & penitus inſita &c.

Definitio Auaritiæ.

*Sanctiſſima queuis uiolari Auaritia: Cic. in oratione pro P. Quintio.*

Qua ex re intelligi facile potuit, nullum eſſe officium tam ſanctum atq; ſolenne, quod non auaritia comminuere atq; uiolare ſoleat. Etenī ſi ueritate amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur, neceſſe eſt, iſte, qui amicum, ſocium, affinem, fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt, uanum ſe & perfidioſum, & impium eſſe fateatur, lib. 2.

Auaritia omnia uiolare ſolet.

*Auaritia ſecundum Ariſtotelem.*

Eſt animæ auiditas, ob quam omnifariam congerendarū opum creſcit appetitus.

Tres ſpecies auaritiæ. } Lucri turpitudo. Parcitas. Animi anguſtia.

Lucri turpitudo eſt, qua ad omne lucellum aucupandum addicuntur animi, lucrum cuiq; pudori præponentes.

Parcitas eſt, qua retinentur animi pecuniarum auiditate, ut quàm parciſſimos, etiam ubi decor ſecus poſtulat, ſumptus faciant. 2

Animi anguſtia eſt, qua impendunt quidem animi, ſed pauxillatim, & frigidè, & malè miniſtrantes, atq; adeò plus aſſumentes, quod non, ubi occaſio tulerat, adhibiti ſunt, & nullum putare opprobrium, utcunq; facientibus lucrum: ut ſit huius uitij uictus ſeruilis, mancipio potius decens, & ſordidus, & ab eo qui honorem uelit, & prorſus à libero homine alienus. Comitatur auaritiam, habere ſermonem de rebus exiguis, anxietas, puſillanimitas, abiectio, immodeſtia, uilitas, humanum odium.

AVARITIA ET LVXVRIes homines ad omne maleficium impellunt.

*Cicer: in 3. Queſt. Tuſc. lib. & ibidem Philip. Beroaldus.*

Commune id uitium eſt, ut auarus dicat in auarum, glorioſus gloriæ cupidum reprehendat, gratus culpet ingratos. Qui ſuos caſus aliter ferūt, atq; ut alijs autores ipſi ferūt, nō ſūt uitioſiores, quàm ferè pleriq;, qui auari auaros, gloriæ cupidos glorioſi reprehendunt.

Auarus culpat auarum.

*Auaritiæ deteſtatio ex 2. Lactantij libro.*

Tanta homines imaginum cupiditas tenet, ut iam uiliora ducantur, quæ uera ſunt, auro ſcilicet & Gemis & Ebore delectantur, horum pulchritudo ac nitor perſtringit oculos, nec ullam religionem putant, ubicunq; illa non fulſerint. Itaq; ſub obtentu deorum auaritia & cupiditas colitur.

Grauiter dictum.

*Autor ad Herennium lib. 2. Rhetoricorum.*

Duæ ſunt res, quæ omnes homines ad maleficium impellunt: Luxuries & auaritia. Item magno malo eſt hominibus auaritia. Idcirco quod homines magnis & multis incommodis affligantur, ſit ꝓpter immēſam pecunię cupiditatē.

Luxuria & Auaritia omnium malorum cauſſæ ſunt.

Ex

*Ex quarto lib.*

**Inopia Auaritia.** Duæ ſunt res, quæ poſſunt omnes homines ad turpe compendium cõmouere, Inopia atq; auaritia.

*Ex 9. lib. Q. Curtij.*

Auaritia gloriæ, & inſatiabilis cupido famæ, nihil inuium, nihil remotum uideri ſinit. Auidi milites ſunt & pecuniæ & gloriæ ſimul.

**Omnia deſũt auaro.** Laertius in uita Quintiliani refert hoc dictum de auaritia: Auaro tam deeſt q̃d habet, quàm quod non habet.

*Εἰς πλεονεξίαν. id eſt, quæ ád Auaritiam.*

**Trimetri Iambi.** *Ἰσότητα δ᾽ αἱροῦ, πλεονεξίαν φύγε,*
*Κακὸν μέγιστον ἐν βροτοῖς, ἀπληστία.*

**Elegans ſententia.** *Aequum eligas habere, nimium non aue,*
*Cupidine inexaturata nil peius eſt.*

**Definitio Auaritiæ** Auaritia eſt gloriæ, ſeu quarumlibet rerum inſatiabilis & inhoneſta cupido.

*Boëtius lib. 2. De conſolatione.*

*Si quantas rapidis flatibus incitus*
*Pontus uerſet harenas,*
*Aut quæ ſtelliferis edita noctibus*
*Cœlo ſydera fulgent;*
*Tantas fundat opes, nec retrahat manum*
*Pleno copia cornu;*
*Humanum miſeras haud ideo genus*
*Eſſet flere querelas.*

*Proſa. 6.*

Atqui nec opes inexpletam reſtinguere auariciam queunt.

*Lib: 2. De conſol:*

*Senior ignibus Aethnæ*
**Auaritiæ nihil eſt ſatis.** *Feruens amor ardet habendi.*
*Item: Auaritiæ nihil eſt ſatis.*

*Diphilus.*

*ἆρ᾽ ἐστιν αἰσχρότατον, αἰσχροκέρδεια;*
*Πρὸς τὸ λαβεῖν γὰρ ὢν ὁ νοῦς, τἄλλα οὐχ ὁρᾷ.*

An non turpiſsima res eſt turpilucrit:? Nam quærit animus occaſiones arripiendi quippiam, hallucinatur ad alia.

*Boëtius lib. 2. de conſolatione.*

*Quamuis fluente diues auri gurgite*
*Non expleturas cogat auarus opes,*
*Oneretq; baccis colla rubri littoris;*
*Ruraq; centeno ſcindat opima boue,*
*Non cura mordax deſerit ſuperſtitem.*

*Seneca lib. de beneficijs.*

Demoſthenes Athenis eum, qui neceſſaria funeribus uenditabat, damnauit: cum probaſſet eum magnũ lucrũ optaſſe, quod cõtingere ei ſine multorũ morte non poſſet.

*Ad Lucilium Epiſtola 74.*

Vidiſti aliquando canem, miſſa à domino fruſta panis, aut carnes aperto ore captantem? Quidquid excipit, protinus integrum demittit, & properat ad ſpẽ futuri: Idẽ euenit nobis. **Pulchrum admodũ ſimile.** Quicquid fortuna expetentibus projcit, id ſine ulla uoluptate demittimus, & ſtatim ad rapinam alterius erecti, & adtenti ſtamus: Hoc ſapienti non euenit.

*Epiſtola 97.*

Auarus animus nullo ſatiatur lucro.

*Ibidem.*

Nulli nos uitio natura conciliat: Illa integros ac liberos genuit: Nihil, quod auaritiam noſtram irritaret, poſuit in aperto: **Auaritia non eſt à natura nobis data.** Pedibus aurum & argentum ſubiecit, calcandumq; ac premendum dedit, illa uultus noſtros erexit in cœlum.

*Epiſt. 180.*

**Auarus in omnes malus, in ſe peſsimus.** Deſunt inopiæ multa, auaritiæ oĩa: In nullũ auarus bon⁹ ẽ, in ſe peſsimus.

*Epiſt. 121.*

Qui multum habet, plus cupit: quod eſt argumentum non ſatis habere.

*Seneca De naturalibus Quæſt.*

**Auaritia inſatiabilis.** Auaritia quicquid omnibus diſtulit, ſibi ipſi negat.

*Seneca ad Heluam matrem.*

**Auaritia humani generis peſtis.** Auaritia eſt uehementiſsima humani generis peſtis. Cupiditati nihil ſatis eſt, naturæ ſatis eſt & parum. Quicquid deſyderas, quod nõ ex inopia, ſed uitio naſcitur, non finis erit cupiditatis, ſed gradus.

*Seneca in prouerbijs.*

*Auarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ.*
**Auarus nihil rectè facit.** *Auarus niſi cum moritur nihil rectè facit.*
*Auaro quid mali optes? niſi ut uiuat diu.*
*Auaro negandi cauſa nunquam deficit.*
**Pecunia Ancilla uel domina.** *Pecuniæ imperare oportet non ſeruire.*
*Pecunia ſi uti ſcias*
*Ancilla eſt, ſi neſcias, domina.*

*De Moribus.*

**Diues & fœlix nemo eſt. Ibidem.** Pecunia non ſanat auaritiam, ſed irritat. Homo ſemper indiget pecunia. Mihi crede, nõ potes eſſe diues & fęlix.

Quæ eſt maxima egeſtas? Auaritia.

 Pecuniæ

Pecuniæ uſum habere oportet, ſed ei ſeruire nō oportet. Quietiſsimam uitam agerent homines, ſi hæc pronomina tollerentur, meum ſcilicet, & tuum.

Auaritia eſt maxima egeſtas.

*Seneca in Tragœdia 4.*

*Rupere fœdus impius lucri furor,*
*Et ira præceps, quamq́ ſuccenſas agit libido mentes.*

Lucri furor Autor

*Tragedia 7.*

*Audax nimium qui freta primus*
*Rate tam fragili perfida rupit,*
*Terraſq́ ſuas poſt terga uidens,*
*Animam leuibus credidit auris,*
*Dubioq́ ſecans æquora curſu*
*Potuit tenui fidere ligno,*
*Inter uitæ mortiſq́ uias,*
*Nimium gracili limite ducto.*

*Ariſto. lib. 1. Politicorum.*

Deſyderium diuitiarum uadit in infinitum.

*Cicero in Paradoxis.*

Neq; enim unquam expletur, neq; ſatiatur cupiditatis ſitis, neq; ſolū ea, qua habent, libidine augendi cruciantur, ſed amittendi metu.

Nō eſt expletio ulla cupiditatis.

*Ibidem.*

Tu dies nocteſq; cruciaris, cui non ſatis eſt, quod eſt, & ipſum quod habes, ne diuturnum ſit futurum, times.

CVPIDITATIS SITIS NVNQVAM *expletur.*

*In Rhetoricis lib. 4. Author ad Herennium.*

Auaritia eſt iniurioſa appetitio alienorum. Ibidem: Egens æquè is eſt, qui non ſatis habet, & is cui nihil ſatis eſſe poteſt.

Definitio auaritiæ. Auarus eget ſemp.

*Cicero, de finibus bonorum & malorum lib. 1.*

Cupiditates ſunt inſatiabiles, quæ non modo ſingulos homines, ſed uniuerſas familias euertunt, totam etiam labefactant ſæpe rempublicam. Ex cupiditatibus odia, diſsidia, diſcordiæ, ſeditiones, bella naſcuntur. Nec hæc ſeſe foris ſolum iactant, nec tamen in alios cæco impetu incurrunt, ſed intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſsident atq; diſcordant. Ex quo uitam amariſsimam neceſſe eſt effici, ut amputata circumciſaq; inanitate omni, & errore, naturæ finibus cōtentus ſine ęgritudine poſsit, & ſine metu uiuere.

Auaritia omnium uitiorum mater.

*Ibidem.*

Quod ſi corporis grauioribus morbis uitæ iucunditas impeditur, quanto magis animi morbis impediri neceſſe eſt. Animi autem morbi ſunt cupiditates immenſæ, & inanes diuitiarum glorię, dominationes libidinoſarum etiam uoluptatum: accidunt ęgritudines, moleſtiæ, mœrores, qui animos exedunt, conficiuntq; curis.

argumentum à minori ad maius.

*Lib. 4. Quæſtionum Tuſculanarum.*

Nam cum eſt concupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, quaſi quædam Socratica medicina, quę ſanaret eam cupiditatem, permanat in uenas, & inhæret uiſceribus illud malum, exiſtitq; morbus: Nomen eſt Auaritia.

Ratio ſocraticæ medicinæ.

*Saluſt: in Catilina.*

Pecuniæ, imperijq; libido ſunt quaſi materies omniū malorū: namq; auaritia fidem, probitatem, cæteraſq; bonas artes euertit. Ibidem. Auaritia quaſi uenenis malis imbuta, corpus animumq; effœminat: ſemper infinita, inſatiabilis eſt, nec copia, neq; inopia minuitur.

Imperij libido, ac auaritia, materies omnium malorum

*In Iugurtha.*

Natura mortalium auida eſt imperij, & præceps ad explendam animi cupiditatem.

*Ibidem.*

Animus æger auaritia facilè conuertitur. Magnitudo pecuniæ à bono & honeſto in prauum abſtrahit.

*Contra auaritiam, dicta Græcorum.*

Ariſtonymus in hiſtoria, auari uitā pollincturæ .i. cænæ mortui comparat, ubi cum adſint cætera, lætitia deeſt.

Pollinctū i cænam mortuorum

Appollonius Thyaneus apud Philoſtratum dicit, magis eſſe fugiendā auaritiam ſapienti & philoſopho, q̄ luxuriā, aut aliud crimen: quòd ex auaritia & quæſtu cętera dependeant. Idem Platonem accuſabat, q ad Dionyſiū in Siciliam auaritiæ cauſa profectus ſit, Similiter & Eudoxum in Aegiptum, ſpecie philoſophiæ: Speuſippum quoq; Athenienſem, qui in Macedoniam uſq; profect⁹, in Caſſandri nuptijs Poëmata frigida recitauit.

Auaritia luxuria.

Libro 4. Quæſt: Tuſc: Auaritia. Ambitio.

Timon, qui μισάνθρωπος cognominatur, duo dicebat malorum principia, Auariciam & ambitionem: Bion ſophiſta, eã tantum omnis uicij originem ac matrem.

Socrates. Neq; à mortuo ſermonem expectes, neq; ab auaro gratiam. Idem. Nullo unquã tẽpore tibi uel decepto fas alium decipere.

Pitacus, Ἄπληστον τὸ διαπαντὸς, κέρδος. Inſatiabile ſemper lucrum.

Periander, Κέρδος αἰσχρὸν, κακιστόν. Turpe lucrum res peſsima.

Xenophon. Non enim tam durum, non accipere, quàm priuari, ſolitum accipere.

*Sopholes.*

φιλάργυρος. Barbaries

φιλάργυρον μὲν τῶν τὸ βαρβάρων γένος. Auarum omne genus Barbarorum.

*Heſiodus.*

Χρήματα δ᾽ οὐ ἁρπακτὰ θεόσδοται πολλῷ ἀμείνω. Nõ raptæ, ſed diuinitus conceſſæ pecuniæ præſtant.

*Idem.*

Μὴ κακὰ κερδαίνειν κακὰ κέρδεα ἶσ᾽ ἄτησι. Turpe lucrum fugias, damni namq; inſtar habetur.

*Appolonius Philoſophus.*

Excuſatio auaritiæ, & proprij moris eſt cumulare pro filijs.

*Diphilus.*

Solum lucrum improbos facit.

Εἰ μὴ τὸ λαβεῖν ἦν οὐδὲ εἷς πονηρὸς ἦν. Niſi lucrum faceret, nemo quidem improb⁹ foret.

Μεγαλόπτωχοι. Groſſe betler.

Diogenes, eos qui immenſas opes cumularent, Μεγαλοπτώχους, id eſt, Magnificos pauperes appellabat.

*Theopompus.*

Qui multas poſsidet diuitias, ac cum triſtitia degit, is omnium mihi, & pſentiũ & futurorũ infœlicisſimus ẽ. Hanc mutuatus, Martialis ait:

*Triſtis es & felix, ſciat hoc fortuna, caueto:*
*Ingratum puto te, te puto ſi ſcierit.*

*Euripidis quatuor ſenarij aurei.*

Εἰ εὐτυχῶν τις βίον κεκτημένος, μηδὲν δόμοις τῶν
Καλῶν πειράσεται, ἐγὼ μὲν οὔποτ᾽, αὐτὸν ὄλβιον
Καλῶ, φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα

*Si quis uitam in fortunis uixerit,*
*Neq; pulchrum aliquid domi tentauerit,*
*Ego hunc diuitem aut beatum nullo modo*
*Sed cuſtodem pecuniæ dixero.*

EXEMPLA AVARITIAE.

Simonides Poëta.

Notatur Simonides Poëta, ut autor Aelianus de uarijs hiſtorijs: is enim rogatus à quodam, ut encomium ei ſcriberet, gratiamq; ſe loco muneris habiturum, Reſpondit: duas ſe habere arcas, unam gratiarum, alteram argenti, hanc cum aperiret communem plenamq;, illam uerò uacuã ſolamq; repeririere. Idẽ in ultima ſenectute, cur auar⁹ eſſet interrogatus: quoniã, inquit, malo diuitias relinquere moriens, quàm amicos uiuens fruſtra rogare: deteſtans plurimorum infidas amicitias.

Duæ arculæ una gratiarũ, altera argenti.

Dæmonica Epheſũ prodit.

Dum Brennus dux Gallorum Senonũ obſideret Epheſum, uirgo quædam nomine Dæmonica ſollicitata ſpe Barbari cum eo pepigit, ſe Epheſum prodituram mercede monilium, quæ Galli ferebant. Cuius facti fidem Brennus pręſtitit, iubens omne aurum inſe congeri, ita ut uiua uſq; ſupprimeretur.

AVRVM.

## *Diuitiæ. Opes. Diuites.*

HYppocrates aurum ab autore uel inuentore dictum affirmat, qui ἄυρι@ uacatus ſit. Plinius lib.7. naturalis hiſtoriæ ſcribit, aurum dictum ab ὄρειν, id eſt, accumulare uel cuſtodire, quod ſcilicet præcipuè cuſtodiatur. Græcis χρυσός.

Pecuniam à Cadmo Phænice apud Pangęum montem iuuentam eſſe Polydorus & Vergilius lib.2. cap.19. aſſerũt.

### AVRVM EX INTIMS TERRAE *uiſceribus eruitur, magno cum malo hominum.*

*Contra aurum inuebitur Plinius lib: 33. cap. 1.*

Imus in uiſcera terræ, & in ſede maniũ opes quærimus: illa nos premunt, illa nos ad inferos agunt, quæ occultauit atq; demerſit, illa quæ non naſcuntur, ut repentè mens ad inane euolans reputet, quis deinde futurus finis eſt? ſæculis omnibus exhauriendi, ea quouſq; penitret auaritia? Quàm innocẽs, quàm beata, immò uerò & delicata eſſet uita, ſi nihil aliud de ea, niſi quod ſupra terras cõcupiſceret, haberetq; nõ niſi quod ſecum eſt. Vtinam autem, ut è uita in totum abdicari aurum ſacra fames: ut celeberrimi autores dixère: proſciſſum conuitijs ab optimis quibuſq; & ad uitæ perniciem repertum, quantum fœliciore æuo, cum res ipſæ permutabantur inter ſe: ſicut & Troianis tẽporibus factitatum Homero credimus &c.

Auri ſacra fames.

*D. Hieronymus.*

Auaritia modum ignarat, & cum omnia deuoret, neſcit penitus ſaturari.

*Balbus Poëta.*

*Aurum cuncta mouet, ſuperi flectuntur ab Auro,*
*Gaudet & aurato Iuppiter ipſe tholo.*
*Templa micant auro, radiatq; altaribus aurum:*
*Auro certa fides, perpetuumq; decus.*
*Aurum pace iuuat, nec bello ſpernitur aurum.*
*Aurum pugnaces mittit in arma uiros.*
*Auro Romulei redimunt Capitolia patres.*
*Parent uicta auro, ſydera, terra, fretum,*

Auro oia obediunt.

*Numina quid colimus? procul ô cum Pallade Iuno,*
*Mars procul, & nitida caſta Diana coma.*
*Sola habites omni diuina pecunia templo,*
*Et cadat ante tuos uictima larga focos.*
*Aurum quiſquis habet, ſuperos mercatur & aſtra,*
*Captiuoſq; tenet ſub ditione Deos.*

*Balbus Poëta, qui uixit tempore Maximiliani imperatoris.*

*Aurum bella gerit, mucronibus imperat aurum,*
*Aurum uentoſis uela dat æquoribus,*
*Euertitq; urbes, & mœnia diruit aurum,*
*Delet & extructis oppida celſa rogis.*
*Tolle aurum, nullæ uitiantur in orbe puellæ:*
*Tolle aurum, nullus peccat in orbe puer.*
*Aurum igitur ſi quis nobis Simo maxime donet,*
*Carminibus noſtris aurea uena foret.*

Aurũ deſtruit urbes.

*Eccleſiaſtici cap. 10.*

*Perdidit innumeras uis atq; iniuria gentes,*
*Atq; auri nimij non moderata ſitis.*
*Deteſtabilius nil terra creauit auaro,*
*Et nimio lucri peius amore nihil.*
*Munera diuendit precio dulciſsima uitæ,*
*Exiguo in quæſtu iura bonumq; putat.*

*Horatius lib. 3. Odarum.*

*Aurum irrepertum & ſic melius ſitum*
*Quum terra cælat ſpernere fortior*
*Quam cogere humanos in uſus.*
*Omne ſacrum rapiente dextra.*

Aurũ oia ſacra peruertit.

*Vergilius lib. 3. Aeneidos.*

*Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro*
*Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis?*
*Auri ſacra fames?*

Fronia.

*Ouidius in Metamorpho.*

*Effodiuntur opes irritamenta malorum.*
*Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum*
*Prodierat: prodit bellum quod pugnat utroq;.*

Ex opibus ferrū ex ferro bellum.

*Idem Faſtorum 1.*

*Melius nunc omen in auro eſt.*

*Eccleſiaſt. 5. & 10.*

Auaro nihil eſt ſceleſtius, nihil iniquius quàm amare pecuniam. Habet enim animam ſuam uenalem auarus.

*Ibidem cap. 8.*

Multos perdit aurum atq; argentum.

*Diuitijs fili caueas confidere multis,*
*Atq; ſit in fluxis ſpes tibi nulla bonis.*
*Neue facultates per uim conuerrere tentes,*
*Nam melius nunquam uis male parta perit.*

Malè partum malè diſperit.

*Horatius in Epiſtolis.*

Vilius

Vilius argentum eſt auro, uirtutibus aurum.
O ciues, ciues, quærenda pecunia primum,
Virtus poſt numos. Hæc Ianus ab imo
Summus perdocet.

Virtus res precioſiſſima.

Ex 1. ſermonum, Satyra 3.

Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris
Diuitijs parent: quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam & rex,
Et quicquid uolet.

Omnia diuitijs parent.

Ex Epiſtolis.

Non domus & fundus, non æris aceruus & auri
Aegroto domini deducunt corpore febres,
Non animo curas.

Opes non abigunt morbos nec curas.

Ex Albio Tullio.

Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala.

Ex Propertio.

Aurum omnes uicta iam pietate colunt:
Auro pulſa fides, auro uenalia Iura,
Aurum rex loquitur: Mox ſine lege pudor.

Auro omnia uenalia.

Aurum Ex Ia: Philomuſo Poëta.

Aurum deſtructor uitæ, princepsq; malorum.
O quam difficiles nectis ubiq; dolos.
O utinam natum nunquam mortalibus eſſes,
Dulcia ſuppeditas, quæ nocumenta uiris.
Te propter pugnæ fiunt, & bella mouentur,
Ad prædam & cædes corpora noſtra trahis.
Tu facis, ingratus patrem quod filius odit.
Inter & agnatos iurgia ſæpe moues:
Proſternis gentes, & totum deſtruis orbem.
Nulla fides hominis te duce ſtare poteſt.
Foedera tu regum, tu falſos iungis amicos:
Imperio ſeruit & genus omne tuo.
Scrutamur montes, atq; ima uiſcera terræ,
Nec tutum poteris ſubtus habere locum.
Fœlix ille tamen, modico qui uiuit in agro,
Vincula nam mortis hunc leuiora manent
Et linquit poſt ſe nullas in funere lites,
Dat mentem ſuperis, oſſaq; condit humo.

Aurum uitæ deſtructor.

Omnia pecuniæ obediunt. Plinius li: 33. cap. 1.

Ambroſius libro 2. officiorum capitulo 21.

Hoc malum iamdudum humanis influxit mentibus, ut pecunia honori ſit, & animi hominum diuitiarum admiratione digni, ut nemo, niſi diues, honore dignus putetur.

Iſidorus libro 1. cap. primo. Soliloquiorum.

Vbiq; pecunia uincit, Omnes mendicitatem ſpernunt.

Rectè ab Heſiodo τὴν ἀφροδίτην χρυσῆν eſſe appellatam auream.

Heſiodus pulchrè quod ſit Venus aurea luſit:
Et peream, ſi quid rectius eſſe poteſt.
Nunc auro ſolo quia conciliantur amores.
Vtq; puto, à turpi eſt fœnore dicta Venus.
Senſerat hic magnus ſiquidem Saturnius olim,
Quum deus humano captus amore fuit.
Atq; per impluuium tecti delapſus, auaros
Impleuit Danaës uirginis imbre ſinus.
Huius ad exemplum, quoq;, nunc dum muner amittet,
Tantiſper Dominæ gratus amator erit.
At nihil adtulerit cum pauper, ſæpe recluſas
Eſt opus infœlix excubet ante fores.

Venus dicta à fœnore.

De hac Fabula Terẽtius in Eunucho meminit.

Pleriq; auro accumulando, & alijs inaniſſimis rebus conquirendis operam nauant.

Forte equidem Myſi quendam celebrant hymenæum,
Atq; agitant conuiuia læti, & pocula certant
More peregrino Thracum ſiccare uiciſsim.
Me miſerum ipſa ſua Germana modeſtia ſede
Exulat, & luxus uirtutum eiecit auitam.
Hic ubi conuiuas inter, doctiſsime Iuli,
Agnoui iuuenem, ueſtro cognomine clarum,
Inclyta fama tuæ uirtutis cogit, ut illum
Compellem, contra me ignotum tractat habetq;
Comiter, & mecum ſermones miſcuit, eſtq;
De ſtudijs Iulij longiſsima mentio facta.
O te fœlicem, talem cui fata tulerunt
Mentem, quæ ulgi damnoſis libera curis
Vera ſequi certet bona, non obnoxia morti.
Cætera turba hominum non uno errore tenentur.
Nam pleriq; gulæ ſectantur commoda, & ipſam
Vincere contendunt Sybarim: pars pallet amore
Accumulandi auri, ſtudioq; ſeneſcit habendi,
Ambitioq; capit multos, faſceſq; ſuperbi,
Et leue fallacis uulgi ſtudiumq; fauorq;.
Hæc quoq; me, niſi Iuli probas, inſania cæpit
Flacci more boni, tenues deducere uerſus.
Sic etiam cygnos imitabere corue canoros.
Tu uitæ melius cœpiſti iter ingredi Iuli,
Palladijs natas artes dum ſolus Athenis
Atq; auctus ueteri Latio in patrium inuehis orbem,
Virtutisq; uiam, legeſq; oſtendere pergis.
Macte animo iuuenis, cœptoſq; urgere labores:
Ne deſiſte, dabit curarum præmia digna
Poſteritas melior, iuſtoſq; rependet honores &c.

Hic mos Germanorũ eſt.

Bonæ literæ ꝑpetuo manent.

Auari, Amatores. Ambitioſi Varia ſtudia iuuenum.

Coruus inter olores.

BELLVM.

## *Diſcordia. Seditio. Inimicitiæ. Odium.*

### BELLI CAVSAE QVAE SINT.

*Virgilius lib. 2. Georgicorum.*

*Quippe ubi fas uerſum atq; nephas tot bella per orbem,*
*Tam multæ ſcelerum facies:nõ ullus aratro*
*Dignus honos,ſqualent abductis arua colonis,*
*Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.*
*Hinc mouet Euphrates,illinc Germania bellum,*
*Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes*
*Arma ferunt,ſæuit toto Mars impius orbe,*
*Vt cum carceribus ſeſe effudêre quadrigæ,*
*Addunt ſe in ſpacia,& fruſtra retinacula tendens*
*Fertur equis auriga,neq; audit currus habenas.*

*Lucanus lib. 1. De bello Pharſalico.*

*Tu cauſſa malorum*
*Facta tribus dominis communis Roma,nec unquam*
*In turbam miſſi feralia fœdera regni.*

*Idem libro 3.*

*Vſq; adeò ſolus ferrum,mortemq; timere*
*Auri neſcit amor,pereunt diſcrimine nullo*
*Amiſſæ leges,ſed pars uiliſsima rerum*
*Certamen mouiſtis opes.*

*Ciuilis belli deteſtatio,ex Horatio in libro Epodon.*

*Quo quò ſceleſti ruitis,aut cur dextris*
*Aptantur enſes conditi.*
*Parumnè campis atq; Neptuno ſuper*
*Fuſum eſt latini ſanguinis?*
*Neq; hic lupis mos,neq; fuit leonibus*
*Vnquam, niſi in diſpar feris.*
*Furor ne cæcus,an rapit uis acrior,*
*An culpa?Reſponſum date.*
*Tacent,& ora pallor albus inficit,*
*Menteſq; repulſæ ſtupent.*

*Ex.10.Elegia lib. 1. Tibulli.*

*Quis fuit horendos primus qui protulit enſes,*
*Quàm ferus & uerè ferreus ille fuit.*
*Tunc cædes hominum generi,tunc prælia nata,*
*Tunc breuiter diræ mortis aperta uia eſt.*
*At nihil ille miſer meruit,nos ad mala noſtra*
*Vertimus in ſæuas,quod dedit ille,feras.*
*Diuitis hoc uicium eſt auri,nec bella fuerunt,*
*Faginus aſtabat cum cyphus ante dapes.*
*Non arces,non uallus erat,ſomnumq; petebat*
*Securus uarias dux gregis inter oues.*
*Quis furor eſt, atram bellis accerſere mortem,*
*Imminet,& tacito clam uenit illa pede.*

### DVBIVS BELLI EVENTVS.

*Virgilius lib. 10. Aeneidos.*

*Hic magnus ſedet Aeneas,ſecumq; uolutat*
*Euentus belli uarios.*

*Ex Fab. 1. lib. 8. Metamorph. De Scylla.*

*Sexta reſurgebant orientis cornua lunæ,*
*Et pendebat adhuc belli fortuna,diuq;*
*Inter utrunq; uolat dubijs uictoria pennis.*

*Seneca in Tragedia,quæ Thebais dicitur.*

*Nunc belli mala,*
*Propone dubias Martis incerti uices,* Dubius euentus belli.
*Licet omne tecum regia robur trahas,*
*Licet arma longè miles,ac latè explicet,*
*Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt.*

*Sillius lib. 3. de bello Italico.*

*Et pace & bello cunctis ſtat terminus æui,* Pax, & Bellum.
*Extremumq; diem,primus tulit ire per ora.*
*Nomen in æternum paucis mens ignea donat,*
*Quos pater æthereis cæleſtûm deſtinat oris.*

*Ex 11. Aeneid libro.*

*Nulla ſalus bello,pacem te poſcimus omnes.*

*Fauſtus Andrelinus in Diſtichis.*

*Perfurit,& totum miſcet Mars impius orbem.*
*Heu diro inuenta eſt ab Ioue tanta lues.*

### INCLEMENTIA BELLICA.

*Idem.*

*Nulla eſt ardenti miſerans clementia bello,*
*Impetuoſa pium dextera neſcit opus.*

*Eraſmus lib. 2. Apophthegmatum Laconicorum.*

Quidam in acie cum ſtrictum iam enſem in hoſtem eſſet infixurus,quem, dũ interim ſignum datum eſt, receptui canens,nõ infixit.Roganti uerò cuidam: cur hoſtem,quem in poteſtate habebat, non occidiſſet. Quoniam, inquit, meliꝰ eſt parere imperatori , quàm occidere. Exemplum diſciplinæ militaris,à qua, immane, quantum receſſerunt, qui ſub belli titulo mera exercent latrocinia. Olim non licebat ferire hoſtem, niſi tuba de-

Exemplũ militaris diſciplinæ ueteris.

tuba dediſſet ſignum, eadem ſimul atque cecinerat receptui, homicidij crimẽ erat, hoſtem intermiſſe.

*Cicero in officijs.*

Domeſticum conſiliũ utile.

Bellum autem ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud, quàm pax quæſita uideatur. Et parua ſunt foris arma, niſi domi ſit conſilium.

*Euripides ἐν τημενίδων,*

φιλεῖ τοι πόλεμος, οὐ πάντι εὐτυχεῖν,
ἐσθλῶν δὲ χαίρει πτώμασιν νεανίσκων.
κακοὺς δὲ μισεῖ, τῇ πόλει μὲν ἡ νόσος
τόδ᾽ ἐστί, τοῖς δὲ κατθανοῦσιν εὐκλεές.

Id eſt:

Solet ferè bellum non per omnia feliciter ſuccedere.
Sed fortium gaudet caſu iuuenum.
Odit autem timidos, quod ciuitati quidem calamitoſum exiſtit, at ipſis defunctis glorioſum.

*Aratus in Phænomenis.*

χαλκείη γενεὴ πρότερον ὀλοώτεροι ἄνδρες
οἳ πρῶτοι χαλκοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν.

Id eſt:

*Aeneum olim ſeculum uiros habuit pernicioſos,*
*Aeneum qui primi fabricauère gladium.*

*Pindarus in Hyporchematis.*

γλυκὺ δὲ πόλεμος ἀπείροισιν: ἐμπείρων δέ τις ταρβεῖ προσιόντα νιν καρδίᾳ περισσῶς. Id eſt:

Dulce bellum inexpertis: expertus uerò accedens, et animo uehementer horret.

*Homerus in Iliade:*

ἀφρήτωρ ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος
ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος,
ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει
τέκνα δέ τ᾽ ἄλλοι ἄγουσι βαθυζώνους τε γυναῖκας. Id eſt:

*Qui bellum cupit in populo deteſtabile,*
*Inhumanus, impius, & ferus eſt ille:*
*Occiduntur uiri, conſumitur igne ciuitas:*
*Alij liberos abducunt, & profundè cinctas mulieres.*

*Bellum ab inferis immittitur.*

Veteres Poetæ, qui rerum uim ac naturam ſagaciſſimè perſpexerunt, & aptiſſimis figmentis adaptarunt adumbraruntque, tradidêre bellum ab inferis immitti, idque furiarũ miniſterio, neque quãlibet furiam, ad hoc negocij conficiendum, eſſe idoneam. Deligitur omnium peſtilentiſſima, cui nomina mille, mille nocendi artes. Hæc innumeris armata colubris. Tartarea buccina præcinit. Pan inſano tumultu complet uniuerſa. Bellona furioſum quatit flagellum. Furor impius ruptis omnium uinculorum nodis euolat horridus, ore cruento. Grammatici bellum κατ᾽ ἀντίφρασιν dictum uolunt, quod nihil habeat neque bonum, neque bellum: nec alia ratione bellum eſſe bellum, quàm furiæ ſunt Eumenides. Alij à belua deductum, quod beluarum ſit, non hominum, in mutuum exitium congredi.

Eraſmus Roterodamus in prouerbio: Dulce bellum inexpertis. Chiliad. quartæ, Centur. 1.

*Thucydides lib. 1. in concione Athenienſium.*

τοῦ πολέμου τὸ παράλογον ὅσον ἐστὶ πρὶν ἐν ἀναγενέσθαι διάγνωτε: μηκυνόμενος γὰρ φιλεῖ ἐς τύχας τὰ πολλὰ περιίστασθαι. Id eſt:

Quàm temerarij & repentini ſint belli caſus, priuſque ingrediamini, conſiderate. Solet enim eius mora diuturnior in diuerſam plerunque fortunam abire.

*Idem in lib. 1. in Concione Corinthiorum tertia.*

ἄλλα τέ ὅσα οὐκ ἄν τις νῦν προΐδοι: ἥκιστα γὰρ πόλεμος ἐπὶ ῥητοῖς χωρεῖ, αὐτὸς δ᾽ ἐφ᾽ αὑτοῦ τὰ πολλὰ τεχνᾶται πρὸς τὸ παρατυγχάνον: ἐν ᾧ ὁ μὲν εὐοργήτως αὐτῷ προσομιλήσας βεβαιότερος, ὁ δὲ ὀργισθεὶς περὶ αὐτὴν οὐκ ἐλάσσω πταίει. Id eſt: Et alia, quæ nunc proſpicere non licet: bellum enim minimè certum, aut præſcriptum aliquid habet, ſed ipſum per ſe multum machinatur pro re nata: ubi qui id leuiter & facilè fert, tutior eſt, iracundus autem nihilominus peccat.

*Antiſthenes.*

εἰπόντος τινὸς, ὁ πόλεμος ἀπολεῖ τοὺς πένητας: πολλοὺς μὲν οὖν ποιήσει, ἔφη. Id eſt:

Cum quidam dixiſſet, pauperes interire in bello: immò plures tum fiunt, dixit.

*Demoſthenes.*

πόλεμος ἔνδοξος εἰρήνης αἰσχρᾶς αἱρετώτερος. Id eſt:

Bellum honeſtum turpi paci præferendum eſt.

ἀρχίδαμος ὁ ἀγησιλάου, ἰδὼν βέλτοτιος πρῶτον ἐκ σικελίας κομισθὲν ἀνεβόησεν, ὦ ἡράκλεις ἀπόλωλε ἀνδρὸς ἀρετή. Id eſt:

Archidamus Ageſilai filius, cum uidiſſet genus teli tum primùm ex Sicilia allatum, exclamauit: O Hercules, interijt uiri uirtus.

*Xenophon in lib. 3. De Cyri Pedia.*

ἐπίστασθε γὰρ δή τὸ οὔτε πλῆθός ἐστιν οὔτε ἰσχὺς ἡ ἐν τῷ πολέμῳ τὰς νίκας ποιοῦσα, ἀλλ᾽ ὁπό-

τεροι ἂν σὺν τοῖς θεοῖς ταῖς ψυχαῖς ἐῤῥωμενέστεροι ἴωσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, τούτους ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ ἐναντίοι οὐ δέχονται. Id eſt:

Scitis uictoriam in bello, neq; multitudine neq; fortitudine parari, ſed utri deorum auxilio freti, fortioribus animis hoſtes inuaſerint, ut plurimum ab aduerſarijs non ſuſtinentur.

*Eraſ. Roterod. in Chiliadibus.*

Bellum nihil aliud eſt, ꝙ multorum commune homicidium & latrocinium: hoc ſceleratius, quò latius patet. Sed ridentur hæc ceu deliramenta ſcholaſticorum à craſſis proceribus noſtri temporis, qui cum præter figuram nihil habeant hominis, tamen ipſi ſibi planè Dij uidentur, & tamen ab ijs initijs, huc uidemus eſſe peruentum inſaniæ, ut tota uita nihil aliud agatur.

*Thucydides lib. 1. in concione Corinthiorum tertia.*

Ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μὲν ἐστὶν εἰ μὴ ἀδικοῖντο ἡσυχάζειν, ἀγαθῶν δὲ ἀδικουμένους. &c.

Id eſt:

Virorum enim prudentium eſt, ſi non laceſſantur iniuria, quieſcere: bonorum autem, ſi iniuria afficiuntur, pacem bello mutare: ac ſi benè ceſſerit, iterum pro bello pacem inire, & neq; belli ſucceſſu efferri, neq; pacis tranquillitate captos iniuriam pati eos decet. Nam tum ille qui uoluptatis cauſa cunctatur, illicò priuari poteſt oblectatione tranquillitatis, cuius gratia ſegnis eſt, ſi quieuerit: tum qui in bello proſperitate abundat, non cogitat ſe incerta temeritate efferri. Multa enim malè conſultata, eò quod hoſtes inconſultiores fuerint, feliciter euenerunt: & plura, quæ rectè inſtituta uidebantur, turpiter in contrarium euentum relapſa ſunt. Nullus enim eadem factis præſtat, quæ inter deliberandum ſibi ꝓmittit: Nam conſultamus ſecuri, in opere autem cum timore deficimus.

*Eraſmus in Chil. 4. Centuria 1.*

*Dulce bellum inexpertis.*

Belli geramur aſſiduè, gens cum gente colliditur, regnum cum regno, ciuitas cũ ciuitate, princeps cum principe, populus cum populo, &, quod Ethnici quoq; fatentur impium, affinis cum affine, cognatus cum cognato, frater cum fratre, filius cum patre: deniq;, quod ego ſanè puto his omnibus atrocius, Chriſtianus cum Chriſtiano. Et ô cæcitatem mentis humanæ, hæc nemo miratur, nemo deteſtatur: ſũt qui applaudant, qui uehant laudibus, qui rem pluſquàm tartaream, ſanctam appellant, ac principes ultrò inſtigent, oleum (quod aiunt) camino addentes.

*Ludouicus Viues in epiſtola ad Henricum octauum Angliæ regem.*

Iocus & ludus ſunt, in militia domos diripere, fama ſpoliare, uirgines rapere, ſolidas urbes atq; oppida incendere: Magna propterea dementia, corrumpere, quod retinere non ualeas.

Hæc ſunt belli decora: profuiſſe nemini, nocuiſſe quàmplurimis, nullo reſpectu aut recordatione præſidentis mundo Dei, ita gerunt in pollutis corporibus cæcos animos, ut Dei iuſtitiam non uideant, & admonere indignè ferant. Qui dicunt Deo, recedere à nobis ſcientiam uiarum tuarum nolumus, at qua inſolentia, & ore quàm importuno diuinas leges negligunt, humanas aſpernantur? Vt hoc demum uideatur eſſe, uerè ac germanè militari: nihil arbitrari æqui ac boni, propter ſe eſſe ſancitum, nullo ſe iuri eſſe ſubditum, ſe in uagina leges omnes cũ ferro geſtare, quicquid conſcelerato animo collibuerit, id ſolum eſſe ius atq; æquum.

Principes, etſi alia omnia in bellum inuitarent, illud unicum deberet retrahere, ne ipſa res eſſet cum militibus, hominum genere iniquiſſimo. Neq; uerò tales ſunt ſolum in alienum principem, ſed etiam in ſuum: cuius dignitatem, opes, præſidia, in ſe ſolis collocata eſſe putant, & poſſe quocunq; uelint ſecum transferre. Quæ porrò in pace, ne cogitant quidem, quum populus adeſt, proceres quieſcũt, propinquæ nationes & reges pacati ſũt, ipſi milites ad togam & paganum cultum redacti, neceſſarijs ad uitam operibus deſtinantur, magiſq; illis ad meliorem mentem uacat.

Quod ſi peſtis hæc celſitudinem quoque principatus pertingit & infeſtat, reputare conuenit, multo acerbius humiliora premi ac diuexari. Quippe populus non tantùm premitur ab ijs, qui militię ſacramento ſunt rogati, ſed ab ijs etiam omnibus, qui ſe illis adiungunt, uel adiunctos ſumant, ut per militarẽ licentiã im-

impunè poſſint malefacere, intentis ijs, penes quos ſũma eſt poteſtas, in cogitationem bellorum, nec in eos audent animaduertere, qui ſe quoquo modo milites profitentur, ne ſeditionem incõmodiſſimo tempore moueant. Poſtremò multitudo grauata indictionibus & tributis, excluſis per bellum, terra, & mari commercijs, in ſumma egeſtate ac miſeria uitam trahit, tam exhauſta & perdita, ut quiete ac pace deinceps reddita, uires tamen longo etiam tempore recipere non ualeat.

Permulti ceſſante artis quæſtu, aut inualidi mendicant, aut latrocinantur ualidi: præſertim ingenti licentia atq; impunitate ſcelerum, quam belli tempore, neceſſe eſt contingere, quum quiſq; ita ſanctiſſimus ac honeſtiſſimus habetur, ut animus eſt ei promptiſſimus facinoribus ac flagitijs patrandis, tanquam in eiuſmodi dextris poſita ſit regni ſalus, quæ maximè malam perniciem regni adferunt. Ergo boni præſentem rerum ſtatum mœſti oderunt: mali ſceleribus adſueſcunt, ac perinde impunitatem diligunt, iura illis, leges, iudices, inuiſa ſunt, & his ipſi infeſti.

Quam regni faciem neceſſe eſt tum eſſe? Terrentur indubiè principes, ſi eam uelut in tabella depictam cernerent. At uerò quantum principis cauſa bello turbata ſunt omnia, tantum in pace ea, quæ nobis chariſſima eſſe par eſt, illi ſunt accepta referenda. Animus diſciplinis excolitur, religione in Deum ſe attollit, actibus ac negociatione corpori miniſtratur uirtus, iuſtitia, publica quies per ciuitatem paratur, in quæ certè cuiq; fortunæ grati liberi, coniunx, domus, res familiares, quæ in bello & incerta, & plerunq; etiam grauia ſunt. Plura uide loco commemorato apud Viuem. Item in epiſt. ad Henricum 6. ſummũ Pont.

*Plato lib. 1. de Legibus.*

Quam enim hominum pleriq; pacem uocant, nihil aliud præter nomen exiſtere, reipſa uerò omnibus ciuitatib' aduerſus omnes bellũ irreconciliabile perpetuò natura inſitũ eſſe. Et ferè ſi animaduerteris, ita affectũ fuiſſe Cretenſiũ legiſlatorem deprehendes: ut bellũ reſpiciens, leges omnes tum publicas tum priuatas cõdiderit, & hoc modo inſtitutas tradiderit obſeruandas, quaſi aliarũ rerũ nulla planè foret utilitas, neq; opũ, neq; ſtudiorum, niſi quis bello ſuperior euaderet. Omnia enim bona illorũ, qui uicti ſunt, uictoribus accedere.

*Franciſcus Petrarcha de aduerſa fortuna, Dialogo 48*

*De titulis bellorum, militiæ, & ducatus.*

Militantiũ multa ſunt genera: militia una eſt, uita hominis ſuper terram, quam qui militiã definit, ille mihi demum uerò & acri iudicio rem liberauit, modò militiæ prælium addidiſſet.

Gaudeo, armatę militiæ ſum adſcript'. Ratio. Quid armaris exterius? intus in anima bellũ eſt, illam uitia obſident atq; oppugnant. Quis hic ferro locus, niſi illud ad ornatum corporis, nõ ad animæ tutelam induitur? Sunt enim qui dicãt, nihil pulchrius uiro armato.

Ego, quid pectus, & quid caput ferreum, pulchrius habeat, q̃ pacificum & inerme, nõ uideo. Qñ aũt hæc uoluptas tibi eſt, age ferro membra cõſtringito, imbrem ſolemq; galea excipiens, ferreo indutus clypeo operire, humi dormiens claſſico excitabere, adeptus tibi magnũ aliquid uidebare, ſed errabas. Anceps & cruentũ officiũ elegiſti. Multæ ſunt autẽ fraudes ſpei, multę ſunt, fateor, cathenę, quæ animos boni illius, quòd omnia appetũt inconſultè, auidos in exitiũ trahũt. Neq; inficior, quoſdã militia ad ampliſſimas opes, ſiue etiã ad ſummũ imperiũ peruẽniſſe. Crede aũt mihi, plures ad inopiã, ad carcerẽ, ad ſeruitutẽ, ad uiolentiam, ſubitãmq; mortẽ, eodẽ tramite peruenerunt. Ex quo militiã profiteri animus fuit, niſi dehoneſtare artificiũ tuum uis, ſemper animã in numerato habeas oportet, ſemperq; ad res tuas Cæſarea uox illa circum tonet: diſce ferire, diſce mori: ſyllaba una breuis, aut longior tua facta uariabit, uel occides: ad utrũlibet horis, lociſq; omnibus te paratũ exhibe. Hæ artes deliciæ tuę erunt. Sine uerò Satyricũ loqui, præmia militiæ numerantem. Innumerabilia equidẽ præfatus, uix paucíſſima colligit. In quibus prima & ſũma licẽtia eſt, peccandi præmiũ: hercle non tam iuſtis uiris optabile, q̃ armatis legibus (ut aiunt) inter arma ſilentibus.

Gaudeo: belli dux uictorijs clarus ſum. R. Quãto melius pacis dux uirtutibus clarus eſſes. G. Multa bella cõfeci.

R. Quietẽ tibi, atq; alijs abſtuliſti clarũ opus. G. Victorijs atq; triumphis notus ſum. R. Sæpe malũ bono notius, & atra tempeſtas ſerenitate famoſior. Deniq; pa raſti buſto titulos, uulgo fabulam, tibi nihil.

*Idem, Dialogo 97. de exercitu armato.*

G. Exercitũ armatum habeo. R. Mirabar, niſi regnũ atq; imperiũ exercitus hoc eſt miſeria, miſeriam ſequeretur. Atque Seneca Scipionem Affricanum cœlotenus attollit: non quia magnos duxit exercitus, quos & furioſi nocenteſq; duxerunt, ſed ob egregiam moderationẽ, quam nunquam certè dat exercitus, ſæpe eripit, ſæpe minuit. Quæ enim tam ſolida uirt⁹ eſt, quàm tot ſceleratorũ, totq; carnificũ cruentorũ conuerſatio, exemplumq; non deterreat? G. Fortiſſimũ habeo exercitum. R. Habes belli materiam, pacis excidium. Si huic gaudes, ad cœleſtem certè non pertines ciuitatẽ. G. Habeo exercitum ingentem. R. Habes utrũq; ad lat⁹, hoſtes armatos, quos nec murus à te ſeparat, nec uallum, anceps profectò negocium & graue. G. Mihi multæ ſunt, & ualidę legiones. R. Harum tædia nemo facilè atq; moleſtias inſolentiaſq; dinumeret: ſed tu omnia experiundo condiſces, & quantò ſit ſatius ſolum uiuere, q̃ cum multis legionibus. Profectò nullæ iniuriæ, nulla perfidia, nulla crudelitas, caſtrenſium moribus conferendæ uel comparandæ ſunt: intelliges per teipſum, q̃ ſit uerus uerſiculus ille, pueris quoq; paſſim notiſſim⁹:

*Nulla fides, pietaſq; uiris, qui caſtra ſequuntur.*

Gaudeo. Magni dominus ac rector exercitus ſum. R. Tutius paſtor Tygridũ forſitan, ac urſorum eſſes. Poſſunt manſuefieri corda ferarũ, at quorundã hominum non poſſunt, & minantur antequã feriant: ferè odia hominum improuiſo erumpunt. Hi quos tuos reris, qui te dominum uocant, heu quàm paruo precio uenale genus, & inſtabile, quàm leuibus ex cauſis mutabuntur, & ex militibus hoſtes fiunt. Blandi uultus in horrorem, dataeq; tibi dextræ, tuam forſitan in perniciem conuertentur, neq; ſi fiat, nouum erit, aut inſolitum. Ad Placentiam aduerſus Iulium Cæſarem ſuus exercitus inſurrexit. Alexander Romanus à ſuis militibus interfectus eſt, poſtmodũ Maximi pater, et filius: ſic Galbinus & Maximus: ſic Probus dux clariſſimus: ſic Gratianus & Valentinianus iunior, optimi fratres: ille à ſuis legionibus, hic à ſuo comite proditus. Sic innumerabiles à ſuis hoſtibus inuicti, ſuis exercitib⁹ periêre, & quos milites appellabant, inuenêre carnifices. Vide ergo quo gaudeas: tuus hic exercitus, trux, immitis, utq; ait ille, belua multorum eſt capitum, nihil non auſura, ira illam uel inopia, uel auaritia irritante. G. Mihi exercitus ingens eſt. R. Pompeio quidem Theſſalico prælio, ut ait Florus, nihil magis exitio fuit, quàm ipſa exercitus magnitudo: & ferme in omnibus bellis, maior ſemper exercitus ſuccubuit: minor uicit.

*Idem 99. de machinis bellicis.*

Gaudeo; Baliſtis affluo. R. Melius belli odio, & ſtudio pacis afflueres: cum cætera quidem arma inquieti, et degeneris animi ſigna ſunt: nec pacificis quidem grata, & bellatorib⁹ inuiſa magnanimis: Deniq; ſic habeto, qui baliſtam primus inuenit, ille aut pauidus fuit, aut proditor, & nocendi auidus, & metuens hoſtes. Itaq; cogitauit, quod Lucanus ait, longè tenere neruos, & quò ferre uelint committere uulnera uentis. Idq; de omni genere miſſilium puta. Fortis bellator congreſſum hoſtis exoptat, quem ſagittarius uitat.

*Idem, Dialogo centeſimo.*

Gaudeo. Theſaurum in bella repoſui. R, Rem malam in uſus peſſimos. Quantò tibi & alijs erat utilius, hunc & amicorum, & patriæ uſibus aceruaſſe, maximeq; neceſſitate indigentium, ille demũ theſaurus uerus eſſet. Et theſauri preciũ cœleſtis, nunc precium eſt inferni: deinde theſaurus animi uires extenuat, bellũ uiros: utrunq; peſtiferũ. Poſtremò ſolet iſte theſaurus poſſeſſori ſuo perdendi metum adferre, hoſtibus lucri ſpem, & bellandi ſimul audaciam. Quis non alacer ad id bellum eat, qui quærere multũ poſſit, amittere nihil? Pugnaſſe quidem feruidè inopẽ, ac uiciſſe, eundemq; mox diuitem refrixiſſe, apud Flaccum legis. Virtutum nutrix optima eſt paupertas, opulentia uitiorum: ergo theſaurus reconditori parit curas, & inuidiam hoſtibus, ſtimulos furibus.

*Ibidem, Petrarcha.*

Si ad clariſſima rerum exempla oculos uertamus, uidebimus Romanos, dũ fuere pauperes, omnium gentium fuiſſe uictores: tũ uerò uinci cœpiſſe, dum diuites facti ſunt: ita ad aduentum diuitiarũ diſceſſère uictoriæ ac uirtutes: ſimulq́; opum comites, delitiæ ac libidines ſubiêre: ut non immeritò ſcriptores quidem temporum illorum Romanæ paupertatis interitum queſti ſint.

*Viues ad Adrianum Papam.*

Sunt nonnulli docti homines, qui ꝓximi & probati principibus, magnaq́; apud illos autoritate cum de bello conſuluntur, ita de iuſto & iniuſto bello diſſerunt, ut facile ex eorum oratione anſam principes, alioqui in ſuos affectus proni & præcipites, arripiant, exiſtimãdi quodlibet bellum, modo placeat, iuſtum eſſe. Prætextus & colores nunquã deſunt, dum nõ deſit facultas & occaſio. Qui ſi aliter cenſerent ac diſputarent, iniecta in principum animos religione, cohiberent ac reuocarent homines ad arma procliues, & affectionibus impulſos.

*Ibidem.*

Optabant ueteres illi bellum, ut uirtutem in eo uigoremq́; animi oſtentarent. Optari poterat tibi, ſed longè diuerſa ratione: Illi enim uaſtando, ſternendo, occidendo, cladem ſtragemq́; longè faciendo ac latè, magnam laudem, clarum nomen, immortalem parari gloriam arbitrabantur, ut eorum memoria ſacroſancta eſſet mortalibus, qui magnã mortalium partẽ deleuiſſent: & ij eſſent humano generi chari, qui adeò homines oderant, ut plurimos de poſſeſſionibus, de fortunis, plurimos de uita deieciſſent, & grati bonis hominibus eſſent, quibus ſolis bellum faciebant, latronibus & cõſceleratis comitati ac adiuti.

*Cicero in Officijs.*

In omnibus negocijs, priuſq́; aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. Parua enim ſunt foris arma, niſi ſit conſilium domi. Bellũ autem ita ſuſcipitur, ut nihil aliud niſi pax quæſita uideatur. Item, temerè in acie uerſari, & manu cum hoſte confligere, immane quiddam & beluarum ſimile eſt: ſed cum tempus neceſſitaſq́; poſtulat, decertandũ manu eſt, & mors ſeruituti turpitudiniq́; anteponenda.

*Oroſius lib. 5. de Ormeſta.*

Maiores noſtri bella geſſerunt, bellis fatigati, pacem petentes, tributa obtulerunt. Tributum precium pacis eſt: nos tributa dependimus, ne bella patiamur.

*Idem lib. 4.*

Diſcordia infeliciter exagitante, nulla unquam tempora, uel foris proſpera, uel domi quieta dicuntur.

*Cicero de Amicitia.*

Nihil eſt turpius, quàm cum eo bellũ gerere, quo cum familiariter uixeris. Quamobrem primum danda eſt opera, ne qua amicorum diſſidia fiant.

*Viues in epiſtola ad Henricum. 8. Angliæ regẽ.*

Bellum non eſt facile ſuſcipiendum, nec certa pax ſpreta uictoria permutanda: de nulla re magis aut crebrius deliberandum eſt, quàm de bello, in quo non licet bis peccare, & ad quod Princeps deſcendere uix debet, etiam ineuitabili neceſſitate preſſus, omnib' primò remedijs tentatis, & fruſtra conſumptis, nullum eſt tam felix bellum, quo nõ potior ſit iniqua pax, ſiue curas, ſiue ſumptus, ſiue diſcrimina conſideres, & contempleris. Itaq; de iure ſuo citius decedat princeps, quàm de ſumma periclitetur, & tantam fortunæ plagam leui lateris inflexione declinet. Varij ſunt belli caſus, & exiguo momẽto maximas res uoluit. Vnde Mauortẽ ueteres nominauerunt bellum, in cuius manu eſt ſuſcipere, non deponere. Initia belli penes principes ſunt, exitus penes fortunam, ſeu uerius Deum, cuius uoluntatem erga nos non ſine cauſa ignoramus: uidelicet neſcij ꝗ; apud eũ gratioſi ſimus. Itaq; non ſecus ꝗ; pecunia noſtro arbitrio aleæ expoſita, ilicò alieni fit iuris, incertum cui ceſſura ſit: Ita princeps & tota ditio in ſortem euentus conijcitur, moto bello. Quàm multos pœnituit belli uel ꝓſperè cępti? Nec ulla reſpublica inſtabilior eſt, quàm quæ ſæpè mouet arma. Quoties in extremum diſcrimen Athenæ uenerunt, à Perſis exuſtæ, à Lacedæmonijs oppreſſæ, ac ſpoliatæ mœnibus, à Philippo fractæ, ab altero Philippo afflictæ, à Mithridate occiſæ, à Silla ꝓpemodũ deletæ. Bellatrix illa Roma à Tatio capta eſt, à Porſena obſeſſa, à Gallis incenſa, à Pirrho territa, ab Annibale cõcuſſa, ſuis deniq; armis dilacerata. Dicet aliquis:

Iniqua pax etiam felici bello melior.

Varij belli caſus.

Armis & bello creſcunt regna: ſed & eiſdem quoq; pereunt. Minus forſan eſt in pace ſplendoris & gloriæ, falſæ illius q̃dem, ſed plus quietis, minus controuerſiæ ac periculi, & proinde firmitatis plurimum. Non laboro, inquit Theopompus rex ſapientiſſimus, quàm amplum filijs regnum tradam, ſed quàm manſurũ ac ſtabile. Nihil ab alijs repetis, ſed nec abs te alij, in quorũ utroq; eſt periculũ, ſiue cum fortiore congrediaris, ſiue cum debiliore, quippe nihil eſt tam infirmũ, cui ſuæ ad nocendum uires deſint: deſtitutaq; facultate omni iuuandi ac benefaciendi, multum adhuc ad lædendum ſupereſt, tanto uidelicet promptius eſt, malefacere, ſeu robore ſui, ſeu imbellitate noſtra.

# BENEFICENTIA.

*Beneficia. Maleuolentia.*

Definitio beneficentiæ.

BENEFICENTIA eſt, qua mitis anim⁹ ad cuiuis benefaciendum, nulli malefaciendum commouetur: Contrarium eius eſt Maleuolentia. Vel: eſt exterior amicitiæ uel charitatis actus, ſecundum rationem communem. Græcis Ἐυεργεσία dicta.

Ἐυεργεσία.

*Cicero lib. 1: Officiorum.*

Beneficẽtia.

Nihil eſt hominis naturæ accommodatius beneficentia: ſed habet illa multas cautiones. Primo enim uidendum, ne obſit benignitas, & ijs, quibus benignè uidebitur fieri, & cæteris: Deinde ne maior ſit benignitas, quàm facultas: tum uerò ut pro dignitate cuiq; tribuatur. Sunt multi cupidi ſplendoris & gloriæ, qui eripiunt ab alijs, quod alijs largiantur, hiq; arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos uiſum iri, ſi locupletent eos quacunq; ratione. Id autem tantum abeſt ab officio, ut nihil magis officio eſſe poſſit contrarium. Videndum eſt igitur, ut ea liberalitate utamur, quę proſit amicis, nemini noceat.

Alter locus cautionis, ne benignitas maior ſit, quàm facultates, quod qui benigniores eſſe uolunt, quàm res patitur, primum in eo peccant: Quod ſunt iniurioſi in proximos. Quas enim copias his ſuppeditari æquius eſt & relinqui, transferunt eas ad alienos: Ineſt enim in tali liberalitate cupiditas plerunq; rapiendi, & auferendi per iniuriam, ut ad largiendum ſuppetant copiæ. Videre etiam licet pleroſq; non tam natura liberales, quàm quadam gloria ductos, ut benefici uideantur facere multa, quæ uidentur proficiſci ab oſtentatione magis, quam à uoluntate. Talis autem ſimulatio uanitati eſt coniunctior, quàm aut liberalitati, aut honeſtati.

Tertium eſt propoſitum, ut in beneficentia ſit delectus dignitatis, in quo & mores eius erunt ſpectandi, in quem beneficium conferetur, & animus erga nos & comitas & ſocietas uitæ, & ad noſtras utilitates officia ante collata. Quæ ut concurrant omnia, optabile eſt: ſin minus, plures cauſæ maioreſq; ponderis plus habebunt.

*Seneca de beneficijs, cap. 1.*

Qui beneficium non reddit, non magis peccat, quàm qui non dat citius.

*Idem, cap. 2.*

Beneficia in uulgus cum largiri inſtitueris, perdenda ſunt multa, ut ſemel ponas benè.

Nemo beneficia in Calendario ſcribit: Nec auarus exactor ad horam & diem creditorem apellat. Nunquam illa uir bonus cogitat, niſi admonitus à reddente, alioqui in formam crediti tranſeunt. Turpis fœneratio eſt, beneficium cap. 2.
expenſum ferre. Qualiſcũq; beneficiorũ euentus eſt, perſeuera in alios conferre. Melius apud ingratos iacebunt, quos aut pudor, aut occaſio, aut timiditas aliquã aliquando gratos efficere poterit. Ne ceſſaueris dare, opus tuum perage, & partes boni uiri exequere: alium re, alium fide, alium gratia, alium conſilio, alium præceptis ſalutaribus adiuua.

*Cleobulus.*

τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθὰ ποίει. Id eſt: Bonos beneficio affice.

Lu-

*Lucianus.*

ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι, ἢν δὲ βραδύνῃ πᾶσα χάρις κενὴ, μηδὲ λέγοιτο χάρις. Id eſt, Celeres gratiæ dulciores, ſi autem tardauerit, omnis gratia uana, neque diceretur gratia. Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt. Gratia namq́ꝫ, cum fieri properat gratia, grata magis. Aliter. Si boni quid facias, citò facias: Nam citò factum gratũ erit, ingratum gratia tarda facit.

*Seneca de beneficijs.*

Tacitè danda ſunt beneficia, ut nota ſint ſolis, quibus proſunt: interdum etiã ipſe qui iuuat fallẽdus eſt, ut habeat, nec à quo acceperit, ſciat.

*Ibidem.*

Multum intereſt inter miſericordiam beneficij, & beneficium. Itaq; nec aurum, nec argẽtum, nec quicquam eorum, quę à proximis recipiuntur, beneficiũ eſt, ſed ipſa tribuentis uoluntas.

*Ibidem.*

Plerique ſunt, qui beneficia aſperitate uerborum & ſupercilio in odium adducũt, eo ſermone uſi, ea ſuperbia, ut impetraſſe pœniteat.

*Ibidem.*

Tempore beneficia magna ſunt: Beneficium unum eſt in fame, panis: Beneficium eſt, arentibus ſiti monſtrare fontem, eo animo quicquid debetur, quo dare, nec quantum ſit, ſed à quali uoluntate perpenditur. Maius enim aut minus fit, quamuis idem ſit tempore, loco, cauſa.

*Ibidem.*

Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit, quod quis egrè dimittere uiſus eſt, & ſic dare, tanquam eriperetur. Gratiſſima enim ſunt beneficia parata, facilia, occurrentia, ubi nulla mora fuit, niſi in accipientis uerecundia.

Egregium hoc.

*Ibidem.*

Non tulit gratis, qui cum rogaſſet, accepit: nulla res carius conſtat, quàm quæ precibus empta. Multum enim uerbum, & oneroſum eſt, demiſſo uultu dicere, rogo.

Rogare oneroſũ eſt.

*Idem.*

Quamuis omni petenti dare debeas, tamen in beneficio ſpectandi ſunt mores eius cui datur, & animus erga nos, & cohabitatio, uitæq́ꝫ ſocietas, & ad noſtras utilitates officia ante collata.

*Ibidem.*

Nihil carius æſtimamus quàm beneficium, quàm diu petimus, nihil uilius quàm cum accepimus. Vnum benè poſitum beneficium multorũ animi hominum damna reſtaurat.

Nihil uilius æſtimatur quam acceptũ beneficium.

*Ibidem.*

Pulchrum ſanè prædicandum beneficium nulla dilatione ſuſpenſum, nullis precibus redemptum, nullis meritis cõparatum: gratius eſt enim donum, quod uenit ante preces.

*Ibidem.*

Nullum beneficium eſt dandum negligenti.

*Ibidem.*

Videndum eſt, & conſiderandũ quid, cur, qualiter, quando, ubi, & cur dãdum ſit, atq; turpiſſimum beneficij genus eſt, inconſulta donatio.

Cato. Cui des uideto

*Ibidem.*

Primò neceſſaria ſunt danda, deinde utilia, tertio iucunda.

*Ibidem.*

Dabo egenti, ſed non ut ipſe egeam. Succurram perituro, ſed non ut ipſe peream. Multo grauius eſt malè dediſſe beneficia, quàm non dediſſe.

Ita eſt dãdum ne nos egeamus.

*Ibidem.*

Ordo beneficij per manus tranſeuntis, nihilominus ad diuitem reuertitur. Dare debemus quomodo uellemus accipere, ante om̃ia libenter & citò. Tarde uelle nolentis eſt. Caueamus ne aliquid moræ interueniat in dando, ut deliberaſſe uideamur.

Beneficium ab homine duro aſperè datum, panis lapidoſus uocatur, quem eſurienti accipere neceſſarium ſit eſſe acerbum.

*Idem, libro 2. de moribus.*

Succurrere paupertati amicorum ſtude, immò potius occurrere.

*Idem Seneca, libro de Formula uitæ.*

Clementiæ eſto cultor, ſæuitiæ deteſtator.

*Ibidem.*

Cunctis eſto benignus, nemini blandus: paucis familiaris, omnibus æquus: ad iram tardus, ad miſericordiã pronus: in aduerſis firmus, in proſperis cautus & humilis.

Aureum dictum.

*Ibidem.*

Nota. Deum amabis,ſi illum in hoc imitaberis, ut uelis omnibus prodeſſe, nocere nulli.

*Macrobius 2 Saturnalium.*

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

*Cicero de Amicitia.*

Fructus ingenij & uirtutis, omniſq́ præſtantiæ, tum maximè capitur, cum in proximum quemq́ confertur beneficium.

*Idem 4. Tuſculanarum Quæſti.*

Quod miſereare potius, quàm feras opem,ſi id facere poſſis.

*Idem libro 2. Rheto. uete.*

Beneficij magnitudo ex utilitate atq́ honeſtate, aut neceſſitudine demonſtratur,

*Ouidius lib. 2. de Ponto, elegia. 3.*

*Mitius eſt lapſo digitum ſupponere mento,*
*Mergere quàm liquidis ora natantis aquis.*

*Idem libro 2. elegia 9.*

*Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis:*
*Conuenit & tanto, quantus es ipſe, uiro*

*Iſocrates ad Demonicum.*

Bonis benefacito:Pręclarus enim theſaurus eſt beneficium in uirum collatum. Si malis benefeceris, idem tibi uſu ueniet, quod his, qui alienos canes paſcũt, qui ut æquè allatrant eos, qui dant, atque ignotos: ſic improbi bene meritos non aliter quàm malè meritos iniurijs afficiunt.

*Idem eodem loco.*

Sic rectiſſimè tractabis amicos, ſi non expectabis, donec te rogent, ſed ultrò cum tempus poſtulat,opem eis tuleris:nõ minus flagitioſum eſſe puta, uinci ab amicis, beneficijs:quàm maleficijs ab hoſtibus.

*In oratione ad Philippum.*

Præſentium temporum opportuna beneficia ſuperiora delicta mutua obliuione obliterabuntur. Iam etiam illud naturæ eſt,omnium beneficiorum, quæ in calamitatibus acceperũt,potiſſimum meminiſſe.

Ne quod beneficium collocaris in ſenem: Eraſmus in Chiliadibus γέροντι μηδέ ποτε μηδὲν χρηστὸν ποιεῖν. Refertur nominatim prouerbij uice ab Ariſtotele in libro ſecundo Rhetoricorum.

ὅς τις συμβουλεύει, μὴ φίλον γέροντα, τούτῳ μαρτυρεῖ ἡ παροιμία, μή ποτ᾽ εὖ ἔρδειν γέροντα. Id eſt: Qui conſulit, ne quis cum ſene ineat amicitiam; huic teſtimonij loco eſt prouerbium: Ne quando benè merearis de ſene: Dicitur hodieq́ uulgo:neq́ in ſenem,neq́ in puerum collocandum eſſe beneficium,propterea quod alter non refert, alter non meminit. Extat & huiuſmodi quoddam apud Diogenianum adagium, μή ποτ᾽ εὖ ἔρδειν γέροντας, μηδὲ γυναῖκα μηδὲ παῖδα, μηδὲ κύνα τινός, μηδὲ λάλον κωπηλάτην. Id eſt: Ne quid beneficij colloces,neque in ſenes, neque in mulierem,neq́ in puerum, neque in canem cuiuſpiam, neque in garrulum remigem: propterea quod perire uideatur,quicquid in eiuſmodi genus hominum inſumitur.

BENEFACIENDVM AMICIS.

*Ex Trinumo Plauti.*

Benè ſi amicis feceris,ne pigeat feciſſe: at potius pudeat,ſi non feceris. Amicum deſerere, & non iuuare in rebus infauſtis ac aduerſis,pudor.Pol pudere, quàm pigere præſtat. Amicũ deſerere turpiſſimum.

SAEPE BENEFICIIS TVIS inimicos facis.

*Ex Trinumo Plauti.*

Si quis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum: Cum iam repetas,inimicum amicum beneficio inuenis tuo. Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur optio, uel illud,quod credideris,perdas,uel illum amicum amiſeris. Nam ego talentum mutuum, quod dederam,talento inimicum mihi emi, amicum uendidi.

*Benefacere ne pigeat:* Ex eadem *Comœdia.*

*Benè ſi amico feceris, ne pigeat feciſſe:*
*Vt potius pudeat, ſi non feceris*

*Muliercula benefaciendo citius defatigantur, quàm malefaciendo.*

*Male quod mulier inceperit, niſi efficere perpetrat,*
*Id illi morbo, id illi ſenio eſt. Ea illi miſeræ miſeria eſt,*
*Si benefacere inceperit, eius enim odiũ citò percipit.*
*Nimiſq́; paucæ ſũt defeſſæ, quæ malefacere occeperint:*
*Nimiſq́; paucæ efficiũt, ſi quid occeperunt benefacere.*
*Mulieri nimiò malefacere, melius eſt onus, quàm benè.*

Ex Truculento Plauti.

Ex eadem.

*Nequicq̃ illud uerbum eſt, bene uult, niſi qui benefacit.*

Ex

*Ex Rudente Plauti.*

*Bonis quod benefit, haud perit.*

*Benficia non exprobranda.*

Quid exprobras, benè quod feciſti? tibi feciſti, non mihi. Is probus eſt, quem non pœnitet, ꝙ probus ſit, & frugis bonæ. Benefacta benefactis alijs pertegito: Ex trinumo.

# BONITAS.

## *Probitas. Innocentia. Puritas.*

BONITAS bonum eſt, quo mentes nulla quatiuntur perturbatione, ita à natura inſtructę, ut mali nihil cogitent, aut etiam norint: confingere neſciunt: Cuiꝰ cõtrariũ malitia, uel, ut gręco utar ṽbo, δόλος.

Puritas eſt mentis innocentia, qua nullo inſontes animi uitio illigantur, & ne cogitatione quidem mala exęſtuāt: Cuius contrarium eſt, Aſtutia.

Probitas eſt prudens bonitas, qua mẽtes à ſe omnem extraneum prohibent rationis metum: Cuius cõtrarium facinus uel improbitas, &, ut quidam opinantur, flagitium, quod ſolum tangat mentem.

Innocentia eſt puritas animi, omnem iniuriæ illationem abhorrens. Hinc innocentes dicuntur, qui ab omni iniuria & maleficio abſtinent: Græcis uirtus innocentia ἀκακία uocatur. Cicero libr. Officio. & in quæſti. Tuſcu, uocat ἀβλάβειαν talem animi affectionem, quæ nemini noceat.

Non poteſt eſſe bonitas, ubi nõ ſit cognitio eius quod faciendum eſt, uidelicet quod tenendum, & à quo fugiendũ. Viues lib. 1. De anima.

Amoris parens eſt bonitas: ut pulchritudo & amor ex eodem uideantur parente progenita. Ex quo fit, ut non una ſit decoris ratio: Primus enim in rebus condendis radius in mentem incidit, ornans eam intelligentia & contemplatione, quæ eſt ſuprema ſpecioſitas, ſecundus fertur in animam, illuſtrãs eam cognitione. Viues. lib. 3. cap. de amore.

*D. Auguſti. De uera innocentia.*

Eam Deus innocentiam probat, qua homo non metu penæ fit innocens, ſed amore iuſtitiæ: nam qui timore non peccat, quamuis non noceat, cui uult nocere, & abſtineat ab iniquo opere: reus tamen fit ſola uoluntate.

*Idem etiam habet 24. diſtin. 5. Ca.*

Non eſt innocentię, parcendo ſinere, ut in malum grauius incidatur. Pertinet ẽrgo ad innocẽtis officiũ, non ſolum nemini malum inferre: uerum etiam cohibere à peccato, uel punire peccatũ, ut aut ipſe, qui prius odio habetur, corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo.

*D. Hieronymus ſuper illud Matthæi,*

*Quicunq; humiliauerit ſe ſicut paruulus &c.*

Sicut paruulus non perſeuerat in iracundia, nõ lęſus meminit, nõ uidens pulchrã mulierẽ delectatur: non aliud cogitat, & aliud loquitur: Sic & nos niſi talẽ habuerimus innocentiã, & animi puritatem, regna cœlorum non poterimus intrare.

*D. Ambroſius lib. offici. 14. Quæſt. 5.*

*C. deniq;.*

Innocens credit omni uerbo: non uituperanda facilitas, ſed laudãda bonitas: Hoc eſt innocentem eſſe: ignorare quid noceat, & ſi circumſcribitur ab aliquo, de omnibus tamen bene iudicat, qui fidem eſſe in omnibus arbitratur.

*Idem lib. 2. Offic.*

Vitam beatam efficiunt tranquillitas conſcientię, & ſecuritas innocentię.

*D. Bernhardus ſuper cantica.*

Non mediocris eſt titulus uirtutis, inter prauos uiuere bene, & inter malignãtes innocentiæ retinere cãdorem, & morum lenitatem.

*Lactan. lib. 6. diuina: inſtitut.*

Nihil enĩ ſancta & ſingularis illa maieſtas aliud ab homine deſiderat, quã ſolam innocentiam, quam ſi quis obtulerit Deo, ſatis piè religioſeq; litauit.

*Dantes Paradyſi Cant. 28.*

*Fide & innocentia ſon repente*
*Fides & innocentia reperte ſunt*
*Se lo ne pargoleti: poi Ciaſcuna:*
*Solum in paruulis: poſt harum utraq;,*
*Pria fuge che le goantieſteu Coperte.*
*Antea fugit: quam male contegantur.*

*περὶ χρηστότητος, id eſt, de bonitate.*

*Menander.*

ὀυδεὶς πονηρὸν πρᾶγμα χρηστὸς ὢν, ποιεῖ, id eſt:

Nullus

Nullus bonus exiſtens, malum facinus committit. Idem

ὡς ἡδὺ συνέσει χρηστότης κεκραμένη, id eſt:

Quam iucunda res eſt, bonitas prudētię coniuncta.

*Theognes.*

κύρν᾽ ἀγαθὸς μὲν ἀνὴρ γνώμην ἔχει ἔμπεδον ἀεί,
τολμᾷ δ᾽ ἔν τ᾽ ἀγαθοῖς κείμενος, ἔν τε κακοῖς. i.

O Cyrne, uir quidem bonus animū ſemper habet conſtantem: & animoſus eſt, tum in malis tum in bonis conſtitutus.

*Sophocles in Electra.*

οὐδεὶς τῶν ἀγαθῶν, ζῶν κακῶς εὔκλειαν αἰσχύναι θέλει, id eſt:

Nullus bonorum malè uiuendo bonam de ſe famam dehoneſtare uult.

*Menander.*

ὁ χρηστὸς ἐστι πολλαχοῦ σωτήριος, id eſt:

Vir bonus multis in locis ſalutaris.

*Idem in Pallace.*

κ᾽ ἐν ταῖς ἀπορίαις ἐσθ᾽ ὁ χρηστὸς χρήσιμος, id eſt:

Et in reb᾽ perplexis, uir bonus utilis eſt.

*Idem in Homopatrijs.*

εἰς πάντα καιρὸν καὶ τύχης ῥοπὴν πᾶσαν
τῶν χρηστῶν ἔχει τὴν ἐπιμέλειαν καὶ θεός, i.

In omni tēpore & quauis inclinatione fortunæ, bonorum curam ſuſcipit etiam Deus.

νὴ τὴν ἀθηνᾶν, μακάριον ἡ χρηστότης,
πρὸς παντός, καὶ θαυμαστὸν ἐφόδιον. id eſt:

Beata res eſt bonitas, per Mineruam,
Vbiq; & mirum uitæ uiaticum.

*Demoſthenes.*

Probum eſſe, res eſt multis pecunijs nobilior.

πολλῶν χρημάτων τὸ χρηστὸν εἶναι τιμιώτερόν ἐστιν.

*Reliqua uide in Loco Com. de innocentia in litera: I. & Probitas. P.*

*Pſal. 25.*

Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo: Hic accipiet benedictionem à domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

DE SIMPLICITATE VEL IN*nocentia, & iniuriarum recordatione.*

*Matheus 18. cap. Luc. 9.*

Amen dico uobis, niſi conuertamini, & fiatis tanquam pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum.

*Paulus 1. ad Theſſal. 5. cap.*

Videte, ne cuiquam quis malū pro malo reddat, ſed ſemper, quod bonum eſt, perſequimini.

*Prouerb: 14.*

Simplex credit omni dicto: quamdiu ſimplices iuſtitiæ adhærebunt, non adficientur pudore.

*Eccleſiaſtici 28.*

Condona iniuriam proximo tuo, & tū peccata tua te precante diſſoluentur.

*Auguſtinus ſuper pſalmos.*

Illa eſt uera innocentia, quæ nec inimico nocet.

*Idem ſuper 35. Pſal.*

Vera innocentia eſt, ubi integritas eſt ſine peccato, uēditio eſt ſine debito, flagellum ſine merito.

*Idem.*

Quis eſt innocens? qui cum alijs non nocet, nec ſibi nocet. Qui em̄ & ſibi nocet, non eſt innocens.

*Ambroſius in Hexam.*

Innocētia, & integritas leui ſorde uiolatur aſperſa, & gratię ſuę munus amittit.

*Hieronymus ad Demetriadem.*

Innocens inter ipſa tormenta fruitur conſcientię bono, & inter malignantes, cum de pœna metuit, de innocentia gloriatur.

*Chryſoſtomus in Homilijs.*

Gaude de innocētia & exulta, gaude, inquā, quia ubiq; illæſa eſt, ubiq; ſecura. Si tentaris, proficis: ſi humiliaris, erigeris: ſi pugnas, uincis: ſi occideris, coronaris. Tu in ſeruitute libera es, in periculo tuta, in cuſtodia læta, tibi omnis reatus abijcitur, tibi uniuerſa militia ſubiugatur, te potentes honorant, ſuſcipiunt principes, magnates exquirunt, & illi nonnunquam te deſiderant qui impugnant, tibi boni parent, mali inuident, zelant æmuli, inimici ſuccumbunt, nec unquam poteris uictrix non eſſe, etiamſi inter homines iudex iuſtus defuerit.

*Baſilius.*

Simplicitas minimè omnium ſuſpicax eſt malorum.

*Ex Vitis Patrum.*

Malus quam citiſſimè condemnat bonum: Bonus autem ne malum quidem facile: nam qui ad mala non eſt promptus, ne ad ſuſpicionem quidem facilis eſt.

*Chry-*

*Chryſoſtomus.*

Ingeniũ expers maliciæ, tardius quoq; ſuſpicatur mala

*Idem*

Si uideris inimicum in manus tuas incidiſſe, noli putare tempus eſſe uindicationis, ſed ſalutis, itaque tum maximè parcendum eſt inimicis, cũ in noſtra fuerint poteſtate.

*Idem Chryſoſtomus.*

Si tibi quis moleſtus fuerit, tu uiciſſim ne ſis moleſtus, alioqui illi ſimilis fueris. Nemo enim malum malo ſanat, ſed bono malum.

*Hugo.*

Puritas innocentię cõſeruata, fons eſt & origo omnis ſcientiæ & uirtutis.

*Nilus.*

Qui mala pro bonis rependit, ex eius domo non eijcientur mala.

*Philo.*

Quum ueniam peccatorum petis, fac etiam ipſe ijs ignoſcas, qui in te peccarint, quia remiſſione compenſatur remiſſio, & conſeruorum noſtrorum conciliatio, diuinæ iræ eſt liberatio.

*Epicurus.*

Inimicum petentem ne auerſator, ſed interim temetipſum munito, quod à cane nihil differat.

*Theopompus.*

Inimicitias breues, amicitias autẽ diuturnas parare ſtudeto.

*Seneca in prouer.*

Triumphus innocentiæ eſt, non peccare ubi liceat: in quem potes plus peccare, deſinè. *Ibidem.*

In malis ſperare bonum, niſi innocens, nemo ſolet.

Æſchines orator ab Athenienſibus condemnatus, cum Demoſthenes ei decem millia drachmarum Atticarum miſiſſet, & ut fortiter exilium ferret, hortaretur: qui poſſum, inquit, non mœrere, ex ea eiectus patria, in qua etiam qui iniuriam acceperunt, iniuriarum autoribus benefaciunt.

INNOCENTIA VBIQVE *tuta eſt, & nihil ſibi timet.*

*Horatius oda 22. lib. 1.*

*Integer uitæ, ſceleriſq; purus,*
*Non eget Mauri iaculis, nec arcu,*
*Nec uenenatis grauida ſagittis,*
*Fuſce pharetra.*
*Siue per Syrtes iter æſtuoſas,*
*Siue facturus per inhoſpitalem*
*Caucaſum, uel quæ loca fabuloſus*
*Lambit Hydaſpes.*

*Ouidius lib. 5. triſtium.*

*Innocens non ueretur iram Dei.*
*Nec fore perpetuam ſperat ſibi numinis iram*
*Conſcius in culpa non ſcelus eſſe ſua.*

*Ouid. libro 4. faſtorum.*

*Conſcia mens recti famæ mendacia ridet,*
*Sed nos in uitium credula turba ſumus.*

# CALVMNIA

ΔΙΑΒΟΛΗ.

CALVMNIA eſt ſecundum Lucianũ, delatio mentita odio, clanculum reo calumniatori credita, delato ad reſpõdendum ac refellẽdum nõ admiſſo: Conſtat autem à tribus perſonis, perinde atq; comicum argumentum: ſcilicet, delatore, delato, & auditore calumniæ. *Lucianus in oratiõe de calũnia a Philippo uerſa.*

*Menander.*

οὐ δεῖ διαβολῆς καταφρονεῖν, οὐδ' ἂν σφόδρ' ᾖ
ψευδής, ἐπίσανται αὐξάνειν αὐτήν τινες
δι' οὓς φυλάττεσθαι τὰ τοιαῦτ' ὀρθῶς ἔχει, id eſt:
Non eſt contemnẽda calumnia, etiam ſi
prorſus fuerit
Falſa, aliqui enim ipſam extollere norũt,
Propter q́s huiuſmodi cauere cõuenit.

*Cleãnthes.*

κακουργότερον οὐδὲν διαβολῆς ἐστί πω,
λάθρα γὰρ ἀπατήσασα τὸν πεπεισμένον
μῖσος ἀναπλάττει πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον
Nihil ferè tã eſt malignum, q̃ calũnia:
Hæc enim ubi clam aliquem à ſe perſuaſum decepit,
Odium excitat aduerſus eum, qui nihil
eſt commeritus.

*Euripides in Alexandra.*

ἄναξ διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακόν,
εὐγλωσσίᾳ δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ
δίκαια λέξας, ἧσσον εὐγλώσσου φέρει, id eſt:
Domine, uehemens eſt malum, inter homines calumnia,
Sæpe aũt alius eloquẽtia ſuperatus, licet
iuſta dixerit, poſthabetῦ nõ eloquenti.

*Menander*

*Nihil eſt grauius quam calumnia,*
*Nam quod alteri ineſt peccatum*

*Illumminet, qui calumniam patitur, ut pote*
*Proprium crimen ſuſcipere neceſſarium eſt.*

*Græci uerſus.*

οὐδὲν διαβολῆς ἐστιν ἐπιπονώτερον,
τὴν ἐν ἑτέρῳ γὰρ κειμένην ἁμαρτίαν
ἀεὶ μέμφιν ἰδίαν αὐτὸν ἐπάναγκες λαβεῖν

*Idem.*

τὸ δοκεῖν διαβολὴν ἔχει μείζω τοῦ ποιεῖν

Suſpiciones maiorẽ pariunt calumniam, quam ipſa facta.

*Thucydides.*

Διαβολὰς οὐ σώφρον' οὔτε λέγειν πρὸς ἀλλήλους οὔτε ἀκούοντας ἀποδέχεσθαι, *Id eſt:*

Non decet calumnias, neque alijs narrare, neq; audiendo ſuſcipere.

*Demoſthenes.*

Διαβολὴ καιρῷ μὲν ἰσχυρὰν ἐργάζεται τοῖς ἀκούουσι τὴν ὑπόληψιν, χρόνῳ δὲ πάντως ἀσθενεστέρα γίνεται, id eſt:

Calumnia aliquantiſper quidem audientium opinionem confirmat, progreſſu uerò temporis nihil ipſa imbecillius eſt.

*Plutarchus in libro de calumnia.*

Ἱππίας φησὶ, δεινὸν ἐστιν ἡ διαβολία, οὕτως ὀνομάζων, ὅτι οὐδὲ τιμωρία τις κατ' αὐτῶν γέγραπται ἐν τοῖς νόμοις. ὥσπερ τῶν κλεπτῶν, καίτοι ἄριστον ὂν κτῆμα τὴν φιλίαν κλέπτουσιν. ὥστε ἡ ὕβρις κακοῦργος οὖσα, δικαιοτέρα ἐστὶ τῆς διαβολῆς, διὰ τὸ μὴ ἀφανὴς εἶναι, id eſt:

Hippias grauiſſimam rem calumniam eſſe dicit, quia nulla pœna lege ſancita ſit calumniatoribus, ut furibus, quamuis amicitiam, quæ optima eſt poſſeſſio, furentur. Quamobrem contumelia, licet malefica ſit, iuſtior tamen eſt, quàm calumnia, quæ quia latet, nocentior eſt.

*Leuitici 19.*

Non facies calumniam proximo, nec ui opprimes eum.

*Iſocrates ad Demonicum.*

Εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν: οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσι, id eſt:

Caue tibi à calumnijs, & ſi falſæ ſint: plerique enim ueritatem ignorant, reſpiciunt autem opinionem.

*Menander.*

ὅστις δὲ διαβολαῖσι πείθεται ταχὺ
ἤτοι πονηρὸς αὐτός ἐστι τοὺς τρόπους
ἢ παντάπασι παιδαρίου γνώμην ἔχει

*Quiſquis eſt qui calumnijs ſtatim fidem adhibet,*
*Aut moribus improbis præditus eſt,*
*Aut ingenium prorſus habet puerile.*

*Eraſ. lib. 1. Apophteg.*

Thearidas cum gladio cote acueret, rogatus à quopiã, num eſſet acutus: acutior, inquit, calumnia: grauiter innuens, omnium rerum nocentiſſimam eſſe calumniam.

*Rheginus de amicitia.*

Πολλοὶ γοῦν ἤδη μείζω κακὰ πεπόνθασιν ὑπὸ τῶν διαβολῶν, ἢ τῶν πολεμίων: καὶ πολλοὶ ἤδη μείζω ἠδίκηνται ὑπὸ τῆς τῶν ὤτων ἀσθενείας ἢ ὑπὸ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς, id eſt:

Multi hactenus plus mali per calumnias, quàm per hoſtes acceperũt. Et multis iam iniuria maior facta eſt, propter aurium infirmitatem, quàm inimicorum inſidias.

*Dion in Oeconomico.*

Ἀρξόμεθα δὲ ἀπὸ τοῦ μάλιστα ὠφελοῦντος οἰκίαν: εἴη δ' ἂν τοῦτο ἐπιτίμησις διαβολῆς. διαβολὴ γὰρ κακὸν καὶ ἐπιβουλότατον, id eſt:

Faciemus autem initium ab eo, quod in primis utile eſt familiæ: id autem eſt increpatio calumniæ: Eſt enim calumnia malum, idq; inſidioſiſſimum.

*Idem*

Πελοπίδας ἀνδρείου στρατιώτου διαβληθέντος αὐτῷ, ὡς βλασφημήσαντος αὐτόν. ἐγὼ τὰ μὲν ἔργα (ἔφη) αὐτοῦ βλέπω, τῶν δὲ λόγων οὐκ ἤκουσα, Id eſt:

Pelopidas, cum fortis quidam miles per calumniam apud ipſum deferretur, ut qui ei conuitiatus eſſet: Equidem, dixit, facta eius reſpicio, uerba autem non audiui.

*Herodotus libro 7.*

Διαβολὴ γάρ ἐστι δεινότατον, ἐν ᾗ δύο μέν εἰσιν οἱ ἀδικέοντες, εἷς δὲ ἀδικεόμενος: ὁ μὲν γὰρ διαβάλλων ἀδικέει, οὐ παρεόντι κατηγορέων, ὁ δὲ ἀδικέει ἀναπειθόμενος πρὶν ἢ ἀτρεκέως ἐκμάθῃ: ὁ δὲ ἀπεὼν τοῦ λόγου τάδε ἐν αὐτοῖς ἀδικέεται διαβληθείς τε ὑπὸ τοῦ ἑτέρου καὶ νομισθεὶς πρὸς τοῦ ἑτέρου κακὸς εἶναι, id eſt:

Calumnia res eſt grauiſſima, in qua duo ſunt, qui iniuriam faciunt, unus qui afficit: Calumniator enim iniuriam facit, non præſentem accuſans: & ſimiliter, qui

qui accuſanti fidem habet antequam uerè rē cognoſcat. Qui autem abeſt, iniuriam patitur, tum ab illo calumniatore, tum ab eo, qui ipſum, aures calumnianti præbens, pro malo reputat.

Lege Lapia certa delatoribus prēmia conſtituta ſunt. Nam cum facinoroſi & perditi homines clandeſtina facinora admitterent, quę ad alienam perniciem & commune tendebant exitium, utileq́ uideretur, plures delatores eſſe qui offēſas ſpecularentur, in principē ne quid impunè perditiſſimi homines moliri poſſent, delatoribus certa prēmia cōſtituit, eaq́ cū dimidiū illatæ mulctæ fuiſſent, Nero princeps delatorum licentiā uolēs cōprimere, eadē præmia ad quartas reuocauit: quare quadruplatores dicti, quod quartā partē de proſcriptorū bonis, quos detulerant cōſequerentur. Tiberius uerò Cæſar cauſa præcipui quęſtus, tantū delatoribus tribuit, ut nemini fidē abrogaret, ſiue quid ueri, ſiue uani referrent: Nam ebriorum ſermo excipiebatur, ſimplicitas iocantiū, et quod cunq́ dictū capite & fortunis luebatur, adeò ut capitale eſſet, circa Auguſti ſimulachrū ſeruū cæcidiſſe, ueſtē mutaſſe, effigiemq́ impreſſam numo uel annulo latrinæ aut lupanari intuliſſe, dictum factumq́ eius aliqua æſtimatione læſiſſe: ita ut primores ſenatus & magna hominū uis, infimas delationes exercerent: cumq́ ſenatus de præmijs accuſatorum abrogandis aliquando agendū putaret, Tiberius dictitās, iura ſubuerti, ſi cuſtodes legū amouerētur, Tantū licētiæ delatoribus dedit, ut pleriq́ criminis poſtulati aā iudiciū ſuppliciū prēuenerit.

Quadruplatores undedicti.

*Vitellius imperator.*

Mathematicos delatos inauditos capite puniuit. Domitianus dū rapinis intendit animum, ita aures delatoribus patefecit, ut nihil cuiq́ tutū eſſet, delatorq́ delatorē timeret, & cauſidici, cauſarū actionibus poſthabitis, ad delationes ſe conferrēt. Quod de Conſtantino traditur, ut delatores omni tempore admitteret, eoſq́ ingenti ſtudio foueret: non ſic Veſpaſianus & Titus, qui adeo illos inſectati fuerunt & odio perſecuti, ueluti publico exitio deſtinatos, ut flagellis cæſos per Amphitheatri harenam ſpectandos traducerent, ut pænis coherciti à noxijs deferendis abſtinerent.

Pius uerò Antonius delatores, ſi nō probarent, capitali pœna affecit: ſi probarent, oblato præmio dimiſit infames.

Idem factum memoratur de Opilio Macrino imperatore, ut delatores minimè admitteret, ſed undiq́ conquiſitos pœnis & damno mulctaret: fuitq́ ueteri ſanctione conſtitutum, ut neq́ mulieri, neq́ dānato criminis, neq́ militi, aut ueteranis, neq́ uiris clariſſimis, ob dignitatem criminoſam deferendi licitū eſſet.

Fertur Dionyſius Tyrannus, cum in ciues nullo placatiore animo eſſet, ſagogidas diſpoſitas habuiſſe, qui ſingulorū dicta factaq́ referrent. Alexander Neopolitanus lib.4, cap. 22. Genialium dierū. Flauius lib.4. Triumpbantis Romę.

Qualiter accuſatores internoſcantur, docet Martianus Iureconſultus ad S.C. Turpilianū, inquiēs, Accuſatorū temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis ſubijcitur: aut enim calumniant, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur.

*Calumniari eſt falſa crimina intendere.*

*Prævaricari eſt uera crimina abſcondere.*

Tergiuerſari in uniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Flauius li.4. Triumphātis Romæ de accuſationibus.

Domitianus fiſcales calumnias magna calumniantium pęna repreſſit, ferebaturq́ uox eius: Princeps, qui delatores non caſtigat, irritat. Grauis uox.

*Pictura calumniæ, autore Apelle ex Luciano Sophiſta.*

Ad dextram conſidet quiſpiam auribus prælongis inſignis, quales ferè illæ Midæ feruntur, manum porrigit procul accedenti calumniæ, circumſtant eū muliereulæ duæ, Ignorantia, ni fallor, ac ſuſpicio; adit aliunde propera calumnia eximiè compta uultu, ipſo & geſtu corporis efferam rabiem, & iram æſtuanti conceptam pectore præ ſe ferens, ſiniſtra facem tenēs flammiuomam, dextra ſecum adoleſcentem capillis prehēſum, manus ad ſuperos tendentem, obteſtantemq́ immortalium Deorum fidem, rapit: anteit uir pallidus in ſpeciem impurus, acie oculorum minimè hebeti: cæterum planè ijs ſimilis, qui ſontico aliquo morbo contabuerūt: hinc facile cōijcias liuorem eſſe: quin & mulierculæ aliquot calumniam ſequuntur comites

quarum eſt munus dominam hortari, inſtruere, comere: interpres aiebat, inſidias ac fallaciã eſſe, à tergo lugubri habitu pallere laceraq́; pœnitẽtia ſubſequi, quę capite in tergum deflexo cũ lachrimis ac pudore procul uenientẽ ueritatem excipit. Hac Apelles fabula ſuos luſit caſus.

*Sycophanta συκοφάντα.*

Sycophantæ calumniatores. Sycophantæ cognomen uulgo probri loco tribuebatur: conuitium prouerbiale in calumniatores, & quauis puſilla de cauſa litem mouentes. Inde natum arbitrantur, quod olim apud Atticos fici eſſent in prçcio, mulctarenturq́; ij, qui eas furto tollerent: hij, qui obſeruabant aut eos deferebant, Sycophantæ uocare cœpti, ludibrij cauſa.

*Tragicus Theocrines.*

Τραγικὸς θεοκρίνης. Is primũ Tragœdiarũ actor fuit, deinde calumniator & ſycophanta. Vſus eſt hoc prouerbio D. Hieron. in epiſtola ad Furiam de uiduitate.

Albo reti aliena captant mala. Rete Plautus accipit pro calumnia quadruplatorum & paraſitorum. Album dixit, alludens ad codicillos & dicas ſingraphaſq́;, quib' lis intẽditur, peragiturq́;.

*Non eſt remedium aduerſus ſycophantæ morſum.*

Ideſt. Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος. dictum eſt in calumniam, cuius morſus non ſolum pernicioſiſſimus, uerum etiã ineuitabilis, quod clancularius plerũq́;.

*Argiua calumnia.*

Ἀργεία φωρά. Id eſt, inſectatio, de calũnioſis & delatoribus dici ſolitum. Nam Argiuos olim notauit antiquitas, tanq́; ſycophãtas, & litium auidos. Teſtis eſt Diogenianus.

*Patacione calumnioſior.*

Ab euentu natum. Nam Patacion quiſpiam infamis calumniator, cui cum mos eſſet, bonis uiris calumnias ſtruere, atq́; hoc tam fœdo quæſtu parare rẽ, tãdem depræhenſus, conuictuſq́;, pœnas dedit capite.

*Fruſtra Herculi calumniam ſtruxeris.*

De ijs dici conſueuit, qui ſic omnia ſua negocia gerunt, ut nemo queat aut audeat calumniari. Nam Herculi mos erat, res alienas ui abducere, non dolo.

*Abydus, Abydenus.*

Abydeni dicti ſunt ſycophantæ, ſeu molles & effœminati. Eraſmus in chyliadibus iſthæc omnia recenſet.

Aliũ ſubinde alius alia uia aggreditur, ut ferè fieri ſolet, ſicubi de magnis agitur cõmodis, ſed per calũnias iter eſt ut cõpendiariũ, ita minimè ſecurũ. Principia inuidiæ debent inter ſpẽq́; metũq́; fluctuãti: exitus nihil non miſerabile, Tragicũ, calamitoſum habet. Cęterũ q̃druplatoris ipſum quoq́; ſtudiũ neutiq́; facile eſt ſimplex'ue, quanq́; ita uideatur, ſed arte multiplici, ſolertia peculiari, indefeſſa deniq́; & accurata diligẽtia opus habet: neq́; enim noxia fuerit calũnia, niſi ĩ ſpeciẽ ſimilia uero narret, neq́; temerè cunctarũ alioqui rerũ dominam ueritatẽ ſuperauerit, niſi auditorẽ argumẽtoſa & probabili actione, in ſumma, multis fallat modis. Porrò defertur is plerũq́;, qui honore quodã alios pręſtat, nẽpe ijs inuidioſus, qui ſpe illius fruſtrati ſunt: quo fit ut oĩm telis affectetur ceu obex, qui uiã aſſequẽdæ dignitatis alijs intercluſerit, ſeq́; primos tũ ſinguli fore cõfidunt, ſibi ſublimẽ iſtũ loco demoliti ſint, & ab amicis abalienantur.

Quondam apud Ptolomæum, cui Dionyſio cognomen fuit, quiſpiam Demetrium Platonicum accuſauerat, quod in Bachanalibus aquam biberet, ſoluſq́; oĩm muliebribus nõ ueſtiret, de quo, niſi accerſitus ad regẽ manè palã uino libaſſet, & ueſtitu muliebri amictus ad numeros Dithyrãbicos, cymbalorumq́; modos ſaliſſet, planè actũ erat, quod & regiũ exemplar nõ eſſet imitatus, & aſpernaretur Dionyſiorum mollitiem. *Lucanus.*

Quoſdã cõperi ſtudio calũniæ adeo ſtrauiter titillari, auriculas ut ſi pẽnis cõfrices: proinde talibus adiuti ſocijs calũniatores cũ irruerint, cũcta pro uiribus euertũt: nec magno emitur uictoria, ubi nemo repugnat, nemo uim tormentorũ ſuſtinet, aut iaculis iacula mutet, ſed qui auſcultat, ipſe ſeſe ſpõte ſua in man' hoſtiũ dedit, interim inſidiarũ ignarus, et q accuſatur. Nã haud aliter qui deferũtur, atq́; q captis urbibus pereũt, dormiẽtes trucidãtur: & quod eſt in primis miſerabile, neſcius ſe reũ haberi, neq́; cuiuſq́; ſibi ſceleris cõſcius, amico cãdidè cõgreditur, familiariter compellat, facitq́; pro more, iã ante undiq́; circũuetus inſidijs miſer, tũ ille ſi hõ ingenu' eſt & liber cõfidẽſq́;, frãgit irã, effũdit aĩm, defenſionẽ recipit, agnoſcitq́; ſe fruſtr aduerſ' amicũ exacerbatũ fuiſſe.

# CIVITAS.

## *Societas Ciuilis. Ciues.*

CIVITAS eſt ſocietas, ex multis uicinijs conſtãs atq; perfecta: cui præpoſita eſt, tãquam extrema ac finis rerum omniũ, ſatis magna abundantia: cuius & origo ad uiuendũ, & inſtitutio ad benè uiuendũ refertur. Ariſtoteles, 1. Politicorum.

Ciuitas eſt ueluti quædam natura animata, & ſicut animal bene diſpoſitum ſecundum naturam, componitur ex quibuſdam proportionatis partibus inuicẽ ordinatis, ſuaq; opera ſibi mutuò cõmunicantibus & ad totũ: ſic ciuitas ex quibuſdam talibus conſtituitur, cum bene diſpoſita & inſtituta fuerit ſecundum rationem. Ariſtoteles, 1. & 5. Politicorũ cap. 2. & 3. Marſilius Patauinus in defenſore pacis pro Lodouico Bauaro imperatore.

Congregati ſunt homines propter acquirenda neceſſaria quædam, uiciſſitudinaria cõmunicatione inter ſe. Nam bene uiuere uolentibus plura exiguntur, quæ tamen per homines unius ordinis procurari omnia non poſſunt. Atq; hi ordines diuerſi ſeu, officiorum communicationes multiplices, pro cõſeruatione uitæ factæ, nihil aliud ſunt, quàm pluralitas, & diſtinctio partiũ ciuitatis.

Viuere bene, hominibus eſt admodũ conueniens. Ariſtoteles 1. Politicorum cap. 2. Cicero. 1. officiorum. Ob hoc omnes homines feruntur ad ciuitatem quaſi impetu quodam naturæ.

Ciuitas uocatur quædam congregatio perfecta, & terminum habens per ſe ſufficientiæ. Marſilius Pata: ca. 4. de defenſore pacis. Eſt autem hæc cõmunitas inſtituta propter uiuere, & bene uiuere hominum in ea.

*Ciuitatis partes ſeu officia.*

Sex partes ciuitatis. 1. Agricultura, qua ea, quæ ad uitam neceſſaria ſunt, parentur. 2. Artificiũ. 3. Ars militaris. 4. Mercatura 5. Sacerdotium. 6. Ars iudicandi.

*Ciuitas non eſt, ubi mali mores increbreſcunt.*

*Ego mihi alios penates deos proſequar, alium larem,*
*Aliam urbem, aliam ciuitatem. ab Atticis abborreo:*
*Nam ubi mores deteriores increbreſcunt indies:*
*Vbiq; amici qui infideles ſient, nequeas pernoſcere,*
*Vbi quid eripiatur, animo tuo quod placet maximè:*
*Ibi quidem ſi regnum detur, non eſt cupita ciuitas.*

*Plautus.*

Boni ciuis officium. Ciuis officiũ eſt conſiderare ciuitatẽ, tanquã animal unum ex ciuibus tanquã partibus ac partem toti, non totum parti ſeruire debere: quando enim partis tantum commodum quæritur utriuſq;, ſcilicet tam partis quàm totius cõmodum prorſus omittitur: quando uerò totius quæritur bonum, bonum utriuſq; ſeruatur. Igitur meminiſſe debet ciuis, nihil ſiue boni ſiue mali, alicui ciuitatis mẽbro poſſe contingere, quin propter connexionem quandam ad cætera membra pertineat: atq; totũ nihil rurſus toti ciuitatis corpori euenire poſſe, quin mox ad ſingula animalis huius mẽbra pertineat. Nemo igitur in hac urbana familia dicat meum hoc, & illud tuũ: omnia enim in hoc ingẽti animali quodammodo communia ſunt, ſed dicat meum hoc & illud, non poſſeſſione quidem propria, ſed affectu potius atq; cura. Patriam quiſq; tanquam parentum parentem amet & colat. Priuatus antiquis probatiſq; legibus obediat tanquã deo: Non enim abſq; Deo huiuſmodi leges conſtituuntur. Magiſtratus meminerit non aliter ſe legibus, quàm priuatũ magiſtratibus eſſe ſubiectum, intelligat ſe cum iudicat, iudicari: Platonis præceptum ſemper ante oculos habeat, ut non ſe ipſum, ſed ciuitatem, non partem ciuitatis aliquam, ſed uniuerſum reſpiciat: ſciat deniq; optimum in cœleſti patria huic ſeruari locum, qui terrenam patriam ad cœleſtis exemplar pro uiribus diſpoſuerit: communi enim mundi regi nihil gratius, quã comune bonum. Marſilius Ficinus lib. 1. Epiſtola ad Petrum.

*Cicero de ſomnio Scipionis.*

Sic habeto, omnibus qui patriam cõſeruauerint, adiuuerint, auexrint, certũ

eſſe in cælo ac definitum locum, ubi beati æuo ſempiterno fruantur. Nihil eſt enim illi principi Deo, qui omnem hũc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm concilia, cętuſq; hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur.

*Ciues boni.*

Bonos ciues primum natura efficit, adiuuat deinde fortuna: omnibus enim bonis expedit ſaluam eſſe Remp. Cicer. Philippi 13.

Bonorum ciuium eſt, intercludere omnes ſeditionum uias, munire præſidia Reipub. ſummum in conſulibus imperium, ſummum in ſenatu conſilium putare: ea qui ſecutus ſit, laude potius quã pœna, & ſupplicio dignũ iudicari. Pro C. Fabricio.

Plato eum dignum fore Repub. ciuẽ iudicat, cui uita per omneis ætatis gradus innocenter honeſtèq; exacta ſit.

Ciuitatis fœlicitas non magnificis murorum ſtructuris, neq; ciuium numeroſa multitudine uel quæri: uel, contineri poteſt, ſed ſapiẽtibus ac moderatis Reipub. gubernantibus. Iſocrates in oratione Areopagitica.

*Officium ciuium erga magiſtratus.*

Cõmunis eſt etiã ſocietas quædam, eorum, quorum par eſt cauſa optimæ uitæ degendę, quo ad eius fieri poterit, gratia cõſtituta. Ariſtoteles lib. 7. Politicorum cap. 8.

*Ciuitas fœlix quæ ſit.*

*Iſocrates de Pace.*

Enimuerò ea demum ciuitas fœlix nominanda eſt, non quæ ex promiſcua hominum colluuie multos ciues temere colligit, ſed quæ antiquiſſimas & primas familias maxime cõſeruare ſtudet. Hi etiam uiri in præclaris habendi ſunt, non qui potiti imperijs ſæuitiam in ciues exercent, aut maiores opes ac potentiam, quàm par & æquum eſt, habẽt: ſed qui maximis honoribus digni ſunt, & illis tamen contenti uiuunt, qui populi uoluntate ipſis contigerunt: Nam tali autoritate nemo ſiue priuatus, ſiue magiſtratus, neq; honeſtiorem neq; tutiorem, neq; precij maioris, aut magis expetendam ſuſcipere queat.

*Regum eſt promulgare, quid fieri uelint: ciuium obtemperare, Iſocrates in Nicode.*

Ego uerò cum omnes orationes probo, quarum quantulacunq; tandem utilitas eſſe poteſt, tum uero pulcherrimas & legibus digniſſimas, & mihi maxime conuenientes eas iudcio, quæ de honeſtis actionibus, & gerendæ Reipublicæ ratione præcipiunt: atq; inter illas ipſas excellere cenſeo, quæ & principes docent, quomodo ſit tractanda multitudo & homines priuati, quomodo erga principes affecti eſſe debeant: Hæc enim quædam uelut inſtrumenta eſſe uideo, ut urbes & fœliciſſimæ et ampliſſimæ fiant.

*Officium ciuium erga Reges. Ibidem.*

Verba mea pro legibus habete, operamq; date ut illis obtemperetis, ſciẽtes quod his qui maxime uolũtati meæ ſatisfacere ſtuduerint, uiuere licebit, ut ipſi uolunt. Caput uero eſt omnium, quæ diximus, quales exiſtimatis ueſtros ſubditos erga uos eſſe oportere, tales uos erga meum imperium eſſe debetis. Quæ ſi feceritis, quorſum attinet multa dicere, quid inde ſit euenturum? Nam ſi & ego me deinceps ita geſſero, ut ſuperiori tẽpore, & mihi uos eodẽ modo inſeruieritis: quãprimum uidebitis & noſtras opes priuatim creuiſſe, & meum imperium auctum, & ciuitatem fœlicẽ eſſe factã. Operę pręciũ igitur eſt, tãtis bonis propoſitis omnia facere, ac labores & pericula quæuis perferre: eſt aũt in poteſtate ueſtra ſitum, ut ſi ne ullo negocio & malo, ſi fidi & ſaltem iuſti fueritis, hæc omnia perficiatis.

*Ciues ueri qui. Viues in 3. Declamati: Syllana.*

At dicet aliquis: ciues illi erant: Ego uero id nego, Quirites. At hic erãt nati: quaſi uero referat, ubi ſit quiſq; natus, magis, quàm quo animo ſe ac mente gerat. Ego potius ciues credã, quirites, eos, qui in extrema Scythia nati, bene de hac cõmuni patria noſtra cogitãt, quàm qui ad carinas aut ad pila Horatia, aut in hoc iſto foro, uel ipſo Capitolio genitus & educatus, locum, libertatem, gloriã, in qua natus eſt, per ſummum ſcelus perdere & uelit & conetur: ciues tu mihi putas eos, qui hanc ſuam eſſe ciuitatem ipſi non putant?

*Iſocrates in Areopagitica oratione, ſeu de uetere Athenienſium Republica.*

Καίτοι τὰς εὐπραγίας ἁπάσας ἴσμεν πα-
ραγι-

ῥαγινομένας, καὶ παραμενούσας, οὐ τοῖς τάχει μέγιστα καὶ κάλλιστα περιβεβλημένοις, οὐδὲ τοῖς μετὰ πλείστων ἀνθρώπων εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἠθροισμένοις, ἀλλὰ τοῖς ἄριστα καὶ σωφρονέστατα τὴν αὑτῶν διοικοῦσιν. ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν ἕτερον ἢ πολιτεία, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν ὅσηνπερ ἐν σώματι φρόνησις: αὕτη γάρ ἐστιν ἡ βουλευομένη περὶ ἁπάντων καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττουσα, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγουσα. ταύτῃ καὶ τοὺς νόμους καὶ τοὺς ῥήτορας, καὶ τοὺς ἰδιώτας ἀναγκαῖόν ἐστιν ὁμοιοῦσθαι, καὶ πράττειν οὕτως ἑκάστους, οἵαν περ ἂν αὐτὴν ἔχωσιν. ἧς ἡμεῖς διεφθαρμένης, οὐδὲν φροντίζομεν, οὐδὲ σκοποῦμεν. id eſt:

Ecquis omnium ignorat fœlicitatem neq; magnificis murorū ſtructuris, neq; ciuium numeroſa multitudine uel quæri, uel contineri, ſed ſapientibus ac moderatis Reipub. gubernatoribus? Eſt enim anima ciuitatis, nihil aliud quàm adminiſtratio illius, quæ non minores in ea habet uires, quā in corpore anima: uidelicet hæc eſt, quæ de omnibus conſulit, ſimul cōſeruans profectum, ſimul nociuum deuitās: Huic oportet & leges & oratores, & priuatos homines eſſe ſimiles: et ſic ununquēq; agere, pro ut illā ſit nactus: hac deprauata, nos nihil habemus penſi, nec ſollicit ſumus, quemadmodum redintegretur.

*Anima ciuitatis.*

*Idem in 3. Declamatione Syllana.*

Petebat Aſella eques Romanus conſulatum ante præturā, admonui non ſemel hominem, atq; hortatus ſum, ne ipſe primus populi legibus & decretis cōtra iret, ne nō tā ille, quā ego contēnere leges, quas ipſe tuliſſem, uiderer: ea enim quę faceret ipſe, fretus poteſtate mea omnia facere creditur, ille inſolētior mea familiaritate factus, & me, & uos, & ueſtres leges ꝑ nihilo duxit. Hominē qui id crimen cōmiſiſſet, habita priuatura inter comunes amicos puniui, nolens quenq; eſſe in hac ciuitate potentiorem, quā leges, q; ueſtra ſcita, et iuſſa, maluiq; orbari & carere amico, ac periculorū ſocio, quàm quiete ciuitatis, quæ cuſtodiendis legibus continetur.

*Ciuibus legibus continetur.*

*Euripides.*

*Aurea ſententia.*

Εἰ γὰρ λαβὼν ἕκαστος ὅσα δύναιτό τις
Χρηστὸν διέλθοι, τοῦτο κἀς κοινὸν φέροι
Πατρίδι, κακῶς ἂν αἱ πόλεις ἐλασσόνων
Πειρώμεναι, τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖεν ἄν. id eſt:
*S i unuſquiſq; accepto, quantum poſſet,*
*Bono, accederet: idq; in comune conferret*
*Patriæ, pauciora mala ciuitates*
*Experientes, in poſterum fortunatæ forent.*

*Idem in Phaëtonte.*

Ἐν τοῖς μωροῖς τοῦτον ἐγὼ κρίνω βροτῶν
ὅστις τέκνων πατὴρ ὢν παισὶ μὴ φρονοῦσιν εὖ
Ἢ καὶ πολίταις παραδίδωσ' ἐξουσίαν.
Ναῦν τοι μί' ἄγκυρ' οὐδαμῶς σώζειν φιλεῖ
ὡς τρεῖς ἀφέντι, προστάτης θ' ἁπλοῦς πόλει
Σφαλερός, ὑπὼν δὲ καὶ ἄλλος οὐ κακὸν πόλει.
*Stultum equidem illum eſſe iudico,*
*Cum uel Pater filijs, uel non ſapientibus aliquis*
*Ciuibus tradit poteſtatem.*
*Anchora unica nequaquam ita ſeruat nauem,*
*Vt tres demiſſæ: & unus princeps urbi*
*Periculoſus non eſt, adiungi uerò & alium, nec malum eſt ciuitati.*

*Idem in Phryxo.*

αἱ γὰρ πόλεις εἰσ' ἄνδρες οὐκ ἐρημίαι.
*Ciuitates uiri ſunt, non ſolicitudines.*

*Sophocles in Phedra.*

Οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις,
Ἐν ᾗ τὰ μὲν δίκαια καὶ τὰ σώφρονα
Λάγδην πατεῖται, κωτίλος δ' ἀνὴρ λαβὼν
Πανοῦργα χερσὶν κέντρα κηδεύει πόλιν.
*Nunquam ſanè tuta & ſecura poteſt eſſe ciuitas,*
*In qua ius & modeſtia omnis*
*Pedibus calcantur, & loquax aliquis accipiens*
*Malignos manibus ſtimulos, regit ciuitatem, uel urbē.*

*Idem in Aleadis.*

Κοὐκ οἶδ' ὅσα χρὴ πρὸς ταῦτα λέγειν
ὅταν οἱ τ' ἀγαθοὶ πρὸς τῶν ἀγεννῶν κατανικῶνται,
Ποία πόλις ἂν τάδ' ἐνέγκοι; id eſt:
*Haud ſcio, quid ad hæc dicendum ſit:*
*Nam cum boni ab ignobilibus ſuperantur,*
*Quæ nam ciuitas id ferre poſſet?*

*Eupolis comicus Athenien:*

Καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω,
οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ἡμῖν.
ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν ὦ γέροντες,
Ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι
οἷς ὥσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα· καὶ γὰρ ἦσαν.
ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν, νυνὶ δ' ὅποι τύχοιμεν
στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς. i.
*Ego equidē de plurimis nō habeo, quod potiſſimū dicā,*
*Tanto cum dolore rempublicam noſtram aſpicio:*
*Hactenus enim ô ſenes nequaquam ſic habitamus,*
*Sed erāt in urbe noſtra, primum quidem imperatores*
*Ex præcipuis familijs, opibus, & genere præſtantes,*
*Quibus tanquā dijs uota faciebamus, erāt enim digni.*
*Itaq; ſecuri degebamus, nunc uerò quoslibet*
*Duces improbos eligentes militamus.*

*Euripides in ſupplicibus.*

Τρεῖς γὰρ πολιτῶν μερίδες, οἱ μὲν ὄλβιοι

Ἀνωφελεῖς τε, πλειόνων τ᾽ ἐρῶσ᾽ ἀεί·
οἱ δ᾽ οὐκ ἔχοντες καὶ σπανίζοντες βίου
Δεινοί, νέμοντες τῷ φθόνῳ πλεῖον μέρος
Εἰς τοὺς ἔχοντας κέντρ᾽ ἀφιᾶσι κακὰ
Γλώσσῃ, πονηρῶν προστατῶν φιλούμενοι.
Τριῶν δὲ μοιρῶν, ἡ 'ν μέσῳ σώζει πόλιν,
Κόσμον φυλάσσουσ᾽ ὅν τιν᾽ ἂν δόξῃ πόλις,
ὅπου γὰρ οἱ φυλάσσοντες ἥσσωντα τέκνων,
οὐκ ἔστιν αὕτη σωφρόνων ἀνδρῶν, πόλις. id eſt:
*Tria ſunt genera ciuium, quidam diuites ſunt*
*Inutileſq;, & plura ſemper appetunt,*
*Alij uero nihil poßidentes, inopeſq; uictus,*
*Miſeri, nimium tribuentes inuidiæ,*
*Malos aculeos in ditiores emittunt,*
*Lingua, improbis chari ducibus.*
*Cæterum è tribus, quod mediũ genus eſt, urbẽ ſeruat:*
*Modum illum cuſtodiens, quem ciuitas approbauerit:*
*Nam ubi cuſtodes à pueris uincuntur,*
*Non eſt ſapientium uirorum ciuitas.*

Euripides in Hecuba.

Ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις
ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ,
Μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον. id eſt:
*In hoc multæ ciuitates laborant,*
*Cum qui bonus & ſtrenuus uir eſt,*
*Nihilo plus quam deteriores, accipit.*

Sophocles in Aiace.

ὅπου δ᾽ ὑβρίζειν δρᾶν θ᾽ ἃ βούλεται παρῇ,
Ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ
Ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν,
Ἀλλ᾽ ἑστάτω μοι καὶ δέος τι καίριον
Καὶ μὴ δοκῶμεν δρῶντες ἂν ἡδώμεθα
Οὐκ ἀντιτίσειν αὖθις ἂν λυπώμεθα
Ἕρπει παραλλὰξ ταῦτα. id eſt:
*Vbi iniuriari, & quæuis pro libidine facere licet,*
*Illam ciuitatem exiſtimandum eſt tandem*
*Ex bono ſtatu recedentem, in profundum ruituram,*
*At mihi tempeſtiuus aliquis metus conſtituatur,*
*Et ne putemus ſi quid libentes fecerimus,*
*Non luituros nos pœnam olim dolentes*
*Eſt in his rebus uiciſsitudo:*

Idem eodem loco.

Πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ᾽ ὁ φθόνος ἕρπει,
Καί τοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς
Σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται:
Μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ᾽ ἂν
Πράσσοι, καὶ μέγας ὄρθοιτ᾽ ὑπὸ σμικροτέρων
Ἀλλ᾽ οὐ δυνατὸν τοὺς ἀνοήτους
Τούτων γνώμας προδιδάσκειν. id eſt:
*Ad habentem enim repit inuidia,*
*Atqui parui ſine magnis*
*Imbecillæ turris munimentum ſunt:*
*Paruus enim cum magnis optimè*
*Agit, & magnus à minoribus prouehi poterit:*
*Sed non fieri poteſt, ut ſtolidi illorum animi hæc edoceantur.*

Euripides in Aeolo.

Δοκεῖτ᾽ ἂν οἰκεῖν γαῖαν εἰ πένης ἅπας
Λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ;
οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά,
ἀλλ᾽ ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ᾽ ἔχειν καλῶς,
ἃ μὴ γὰρ ἔστι τῷ πένητι ὁ πλούσιος,
δίδωσιν, ἃ δ᾽ οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα,
Τοῖσιν πένησι χρώμενοι τιμώμεθα. Hoc eſt:
*Putatis ne uos terram habitare poſſe, ſi totus*
*Pauper populus Rempub. abſq; diuitibus inſtitueret?*
*Haud quaquam, ſeorſim bona & mala ſubſiſtere poßet,*
*Sed eſt aliquod temperamentũ, quo rectè coniũgũtur:*
*Nam ea quibus pauper caret, diues*
*Largitur: quæ uerò nos diuites non poßidemus,*
*Illorum gratia pauperibus utentes colimur.*

Sophocles in Aiace.

οὐ γὰρ ποτ᾽ οὔτ᾽ ἂν ἐν πόλει νόμοι καλῶς
φέροιντ᾽ ἄν, ἔνθα μὴ καθεστήκοι δέος,
οὔτ᾽ ἂν στρατός τι σωφρόνως ἔχοιτ᾽ ἔχοιτ᾽ ἔτι
Μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ᾽ αἰδοῦς ἔχων. i.
*Nunquam enim aut leges in ciuitate bene*
*Se habebunt ubi metus abeſt:*
*Aut exercitus cum moderatione perſiſtet,*
*Qui nullum timoris aut reuerentiæ obſtaculũ habet.*

Euripides in Antigone.

Οἰκεῖος ἀνθρώποισι γίγνεσθαι φιλεῖ
Πόλεμος ἐν ἀστοῖς, ἢν διχοστατῇ πόλις. id eſt:
*Inteſtinum oboriri ſolet hominibus*
*bellum inter ciues, ſi ciuitas diſſenſerit.*

Idem in Alcmene.

Ἀτρεκὴς δ᾽ ἄριστ᾽ ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίου πέλει. i.
*Optimum eſt ueritas in iuſti uiri ciuitate.*

Idem.

Παῦσαι, τὸ μὲν γὰρ συνέχον ἀνθρώπων πόλεις
Τοῦτ᾽ ἔσθ᾽, ὅταν τις τοὺς νόμους σώζῃ καλῶς. i.
*Deſine, tum enim ſaluæ ſunt ciuitates,*
*Quum leges, ut decet, obſeruantur.*

Menander comicus.

Εἴπερ τὸν ἀδικοῦντα μὲν ὡς ἠμύνετο
Ἕκαστος ἡμῶν, καὶ συνηγωνίσατο
Ἴσως νομίζων ἴδιον εἶν᾽ τὸ γεγονὸς
Ἀδίκημα καὶ συνέπραττον ἀλλήλοις πικρῶς,
Οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖον τὰ κακὰ ἡμῖν ἤρξατο
Τὸ τῶν πονηρῶν, ἀλλὰ παρατηρούμενοι
Καὶ τυγχάνοντες ὧν ἔδει τιμωρίας
Ἤτοι σπάνιοι σφόδρ᾽ ἂν ἦσαν ἢ πεπαυμένοι. i.
*Si iniuriarum autorem ulciſceretur*
*Vnuſquiſq; noſtrum, & unà propugnaret,*
*Aeque ac ſi propria ſibi eſſet facta,*
*Non amplius nobis calamitas inciperet*
*Improborum hominum, ſed obſeruati*
*Et meritam pœnam luentes:*
*Vel admodum eſſent rari, uel prorſus deſinerent.*

## *Manſuetudo. Humanitas.*

### CICERO LIB. 2. DE INVENTIOne Rhetorica.

CLEMENTIA eſt, per quam animus temere in odium alicuius concitati, comitate retinetur: Et eſt pars Tēperantiæ.

Secundum Senecam: De Clementia. Eſt lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem, in conſtituendis pœnis. Vel: eſt animi temperātia, in conſtituendis pœnis, et ita eſt uirtus moderatiua pœnarū ſecundū legē: Contraria eſt crudelitas.

*Ariſtoteles 2. Ethicorum libro.*

In ira exuperantia eſt, defectio & mediocritas: cumq́ eorum non ferè extent nomina, eum qui modum tenet clemētē, & mediocritatem, clementiam manſuetudinemq́ nominamus. Extremorum is: qui ultra modum progreditur, iracundus, & uitium iracundia appellatur. Qui autem parum iraſcitur, lentus: uicium lentitudo dicitur.

Iracūdus. Iracūdia

*Idem libro 4. Ethicorum.*

Manſuetudo ſeu Clementia, mediocritas quædam iræ, ſed quoniam mediū uacat nomine, ac ferè etiam extrema, ad medium clementiam retulimus, quæ ad id quod parū eſt, deflectit, quod nomine uacet.

Exuperantia autem iracundia appellatur, ira enim ipſa perturbatio eſt, quæ ex multis rebus, uarijsq́ gignitur. Atq́ is quidē, qui quibus de rebus, quibuſq́ hominibus docet, iraſcitur: quiq́ id facit, quemadmodum, quando & quamdiu decet, is laudibus afficitur, quē eundem & clementem, & manſuetū appellari licet. Siquidem in laude clementia eſt, uult enim clemens omni animi uacare perturbatione, non à perturbatione rapi, & diſtrahi: quin etiam ut ratio prēſcripſerit, ſic & his de cauſis, & tamdiu uult ſuccenſere. Peccare autem in eā partem uidetur, qui modū deſerit: neq́ enim ulciſci cupit clemēs, ſed ignoſcere, at uerò defectio ſiue lētitudo, ſiue alio q̄uis noīe appellare licet, eſt in uitio. Qui enim minus ſuccēſent, ob eas cauſas, ob quas decet ſuccēſere, ij ſtulti uidētur, & qui nō q̄modo, quando, q̄bus iraſcendū eſt: ſunt enim omni ſenſu doloris expertes, qui iraſci nequeunt, nec propulſant iniuriam. Atqui contumeliā, & conuicia æquo animo ferre, ac in ſuis negligere, ſeruorum ſimile eſt.

Ira.

Clemens. manſuetus.

Lentitudo

Stulti.

Manſuetudo eſt depreſsio atq́ ſedatio irę. Cic. 1. & 2. Rheto. Conueniunt clementia & Manſuetudo cum temperantia, in modo, non autē in materia. Græcis dicta clementia ἀνεξικακία. Manſuetudo πραότης.

Humanitas græcis φιλανθρωπία eſt, qua animi, humana id natura poſtulante, erga omnes iuuandos, aliqua in re cōmouentur, præſertim, ſi quos uideant calamitoſos: Cōtraria autem inhumanitas, ſeu inſolentia.

Manſuetudo eſt uerborum ſuauitas erga aliquos, mentis lenitatē oſtendēs, morumq́ facilitas, obuiâq́ uoluntatis ſuæ in aliquem oſtenſio. Extrema, irritatio & incōmobilitas. Georgius Valla expetendis bonis, & fugiendis malis.

*Ludouicus Viues lib. 3. de anima, in C. de enumeratione affectuum.*

Illud annotandum, quoniam affectus ſunt animorum motus, uel actu, uel poteſtate ac ui, non haberi pro affectibus æquanimitatem & tranquillitatē cordis, ut manſuetudinem, ſecuritatē: quippe quæ non ſint motus, nec opera affectus nuncupari, nec naſci ex iudicio, cōtra quā Stoicis placuit: ſed eſſe naturalia, pro ut quiſq́ eſt animo habitus: ut fletū in mœrore, exanimationē in metu, exultationem & geſticulationem in lætícia imodica.

*Petrarcha de rebus memorabilibus lib. 3. cap. 19. de repræhenſione illorum, qui nimias amicitias fugiendas aſſerunt, gratia uitandi honoris & laboris.*

Nimiæ amicitiæ fugiendæ.

Fuerunt in Græcia ſapientes habiti, qui dicerent: Nimias amicitias fugiendas, rationem afferentes: quod innumeris, & ineuitabilibus nos laboribus ac curis oneratos, ſtultum ſit alienis iuuolui, & unius humeris multorum faſce ꝑgrauari, ſatis ſub proprio fatigatos: fundamentum beatæ uitæ ac ſecurritatem hoc uelut ariete conuelli, ſi externa pro amicis ſolicitudo animum impellat: &, ut ait Cicero, tanquàm parturiat unus ꝓ pluribꝰ. ſed hoc à Cicerone in Lælio reprobatur, nec immeritò: tollit enim omnem bene inſtitutæ mentis affectũ, quo ſublato (ut idem ait) quid intereſt, non dico inter hominem & pecudem, ſed inter hominem & truncum, aut ſaxum, aut quiduis generis eiuſdem. Aufert igitur humanitatem, cuius eſt propriũ, & gaudere bonis rebus, & dolere contrarijs.

Proprium humanitatis.

*Seneca de clementia.*

Clementia eſt, quæ alieno ſanguini tanꝗ ſuo parcit, & ſcit hoc non prodigè utendum.

*Idem.*

Nihil magis decet Principem, quàm Clementia.

*Iſocrates de Regno.*

Exime ciuibus formidinem, neq; horribilis eſſe uelis nihil delinquentibus. Nam qualis tu in alios fueris, tales ipſi uiciſsim erga te erunt: Multosq́; timeat neceſſe eſt, quem multi metuunt.

*Idem in oratione ad Philippum.*

Difficiles mores moleſtos eſſe uideo, tum ijs, qui eos habẽt, tum ijs, qui eorũ conſuetudine utuntur: manſuetudinem uerò non in animantibus ſolum, & hominibus, & cæteris rebus omnibus, ſed in dijs quoq; celebrari. Nam qui nobis benefaciunt, olympij cœliteſq; dicuntur: Qui uerò calamitatibus & pœnis præſunt, atrociora etiã nomina habent, quorum alteri & priuatim et publicè tẽplis ariſq; honorantur: Alteros neq; ꝑcibus neq; ſacrificijs coli, ſed abominabiles eſſe conſtat.

*Cicero in Officijs.*

Nihil eſt laudabilius, nihil magno & præclaro uiro dignius, placabilitate atq; clementia.

*Ibidem.*

Videndum enim eſt primum, ne obſit benignitas, & his ipſis, quibus uidebibitur benignè fieri, & cęteris: deinde, ne maior ſit benignitas, quàm facultates.

Cyrus Perſarum Rex dicere ſolitus eſt, nullum tam purũ Principis munus eſſe, quàm humanitatem hominibus præſtare. laudatur & Auguſtus, quòd adepto imperio gloriaretur, illum gradum adſcendiſſe, unde uniuerſis benefaciendi facultas præſtaretur.

*Valerius Maximus lib. 5. cap. 1. De Clementia.*

Liberalitati, quas aptiores comites, ꝗ humanitatem & clementiam dederim? quoniam idem genus laudis expetunt: quarum prima inopia, & proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præſtatur. Humanitatis enim dulcedo etiã efferata barbarorum ingenia penetrat, orbeſq; & truces hoſtiũ mollit oculos, ac uictori inſolentiſsimos ſpiritꝰ flectit. Nec illi arduum atq; difficile eſt, inter arma contraria, inter diſtrictos comminus mucrones, placidũ iter reperire: uincit iram, proſternit odium, hoſtilemq́; ſanguinem hoſtilibus lachrymis miſcet.

NIHIL MELIVS HOMINI FElicitate ac Clementia.

*Solinus, de mirabilibus mundi, lib. 4. cap. 8.*

Clementiæ multa ſunt indicia in leonibus, proſtratis parcunt, in uiros potiꝰ quàm in fœminas ſæuiunt: Infantes nõ niſi in magna fame perimunt, nec à miſericordia ſeparantur.

*Terentius in Adelphis.*

Re ipſa reperi, nihil eſſe homini melius facilitate atq; clementia.

*Ouidius lib. 3. Triſtium, elegia quarta.*

*Quo quiſq; eſt maior, magis eſt placabilis iræ,*
*Et faciles motus mens generoſa capit.*
*Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe Leoni,*
*Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis, habet.*
*At lupus, & turpes inſtant morientibus urſi,*
*Et quæcunq; minor nobilitate fera eſt.*

*Idem*

Idem de Ponto Elegia 9.
libro. 2.

*Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis,*
*Conuenit & tanto, quantus es ipſe, uiro.*

Ibidem.

*Hoc tecum commune Deis, quod utrinq; rogati*
*Supplicibus ueſtris ferre ſoletus opem.*

Ibidem.

*Nam quid erit, quare ſolito dignemur honore?*
*Numina ſi demus uelle iuuare Deos.*
*Iuppiter oranti ſurdas ſi prebeat aureis,*
*Victima pro templo cur cadet iſta Iouis?*
*Si pacem nullam pontus mihi præſtet eunti,*
*Irrita Neptuno cur ego thura feram?*
*Vana laborantis ſi fiant uota coloni,*
*Accipiet grauidæ cur ſuis exta Ceres?*
*Nec dabit intonſo iugulum caper hoſtia Baccho,*
*Muſta ſubinducto ſi pede nulla fluant.*
*Vtilitas igitur magnos homineſq; Deoſq;*
*Afficit auxilijs quoq; fauente ſuis.*

Medea ad Iaſonem, in Heroidibus
Ouidij.

*Pendere poſſe ſat eſt, ſi quem iuuat iſta poteſtas.*

Iuuenalis ſatyra penultima.

*Molliſsima corda*
*Humano generi dare ſe natura fatetur,*
*Quæ lachrymas dedit, hæc noſtri pars optima ſenſus:*
*Plorare ergo iubet cauſſam lugentis amici,*
*Squaloremq; rei, pupillum ad iura uocantem*
*Circumſcriptorem, cuius manantia fletu*
*Ora puellares faciunt incerta capilli.*

Sola humanitas ſegregat nos à
Brutis.

*Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ*
*Virginis occurrit, uel terra clauditur infans.*

Ibidem.

*Separat hoc nos*
*À grege brutorum, atq; ideo uenerabile ſoli*
*Sortiti ingenium, diuinorumq; capaces,*
*Atq; exercendis capiendiſq; artibus apti,*
*Senſum à cœleſti demiſsum traximus arce,*
*Cuius egent prona & terram ſpectantia mundi.*
*Principio indulſit communis conditor illis*
*Tantum animas, nobis animum, quoq; mutuus ut nos*
*Affectus petere auxilium, & præſtare iuberet.*

Claudianus, de quarto Auguſti Honorarij
conſulatu.

*Sis pius inprimis, nam cum uincamur ab omni*
*Munere, ſola Deos æquat Clementia nobis.*
*Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit*
*Occurrat, mentemq; domet reſpectus honeſti.* Clemétia ſuperis nos æquat.

CLEMENTIA MELIORES SVCCES-
ſus habet, quàm feritas, ac Crude-
litas.

Claudianus in conſulatu Manlij Theodori.

*Sed iactent alij, ſtudeant feritate timeri,*
*Addictoq; hominum cumulent æraria cenſu.*
*Lene fluit Nilus, ſed cunctis amnibus extat*
*Vtilior, nullas confeſſus murmure uires.*
*Acrior at rapidus tacitas prætermeat ingens*
*Danubius ripas, eadem Clementia ſæui*
*Gurgitis immenſum deducit in hoſtia Gangen.*
*Torrentes immane fremunt, lapſiſq; minantur*
*Pontibus, inuoluant ſpumoſo uertice ſyluas,*
*Pax maiora decet, peragit tranquilla poteſtas,*
*Quod uiolenta nequit, mandataq; fortius urget*
*Imperioſa quies.*

Idem in laudes Stiliconis.

*Principio magni cuſtos Clementia mundi,*
*Quæ Iouis incoluit zonam, quæ temperat æthram*
*Frigoris & flammæ mediam, quæ maxima natu*
*Cœlicolum: nam prima chaos Clementia ſoluit*
*Congeriem miſerata rudem, uultuq; ſereno*
*Diſcuſsis tenebris in lucem ſecula fudit.*
*Hæc Dea pro templis, & thure calentibus aris*
*Te fruitur, poſuitq; ſuas hoc pectore ſedes.*
*Hæc docet, ut pœnis hominum uel ſanguine paſci*
*Turpe ferumq; putes, ut ferrum Marte cruentum*
*Sic cum pace premas ut non infenſus alendis*
*Materiam præſtes odijs, ut ſontibus ultrò*
*Ignouiſſe uelis, deponas ocius iram,*
*Quam moueas, precibus nunquam implacabilis adſtes.*
*Obuia proſternas, proſtrataq; more leonum*
*Deſpicias: alacres ardent qui ſternere tauros,*
*Tranſiliunt prædas humiles, hac iſte magiſtra*
*Dat ueniam uictis, hac exhortante calores*
*Horrificos, & quæ nunquam nocitura timentur*
*Iurgia, contentus ſolo terrore cohercet:*
*Aetherei Patris exemplo, qui cuncta ſonoro*
*Concutiens tonitru, Cyclopum ſpicula defert*
*In ſcopulos, & monſtra maris noſtriq; cruoris*
*Parcus in æthereis exercet fulmina ſyluis.*

Ouidius 2. De Ponto, ad Cotim.

*Conueniens hominum eſt, hominem ſeruare uoluptas:*
*Et melior nulla quæritur arte fauor.*

Idem lib. 3. de Ponto, Ad Amicum
innominatum.

Crede mihi, miſeris cœleſtia numina parcunt,
Nec ſemper læſos, & ſine fine premunt.
Principe nec noſtro Deus eſt moderatior ullus,
Iuſticia uires temperat ille ſuas.

Seneca in Octauia.

Magnum timoris remedium eſt, Clementia.

Ibidem Seneca loquitur.

Pulchrum eſt eminere inter illuſtres uiros,
Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abſtinere, tempus iræ dare, atq;
Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.
Hæc ſumma uirtus: petitur hac cœlum uia.
Sic ille patriæ primus Auguſtus parens
Complexus aſtra eſt, colitur & templis Deus.

Ouidius lib. 2. De arte amandi.

Dextera præcipuè capit indulgentia mentes,
Aſperitas odium, ſæuaq; bella mouet.
Odimus accipitrem, quia uiuit ſemper in armis,
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.
At caret inſidijs hominum, quia mitis hirundo eſt,
Quæq; colat turres, Chaonis ales habet
Eſte procul lites, & amaræ prælia linguæ,
Dulcibus eſt uerbis, mollis alendus amor.

Baptiſta Mantuanus, de fortuna Gonzagæ Marchionis Mantuæ.

Non tamen Alphonſi fortunam, & fata ſilebo:
Ipſe Pyrenēis Tyrrhenum nauibus æquor
Dum premeret, Campana petens regumq; ducumq;
Agmine ſtipatus, magno ſibi debita regno
Vi ſubita in prædam datus eſt, Genuenſibus armis
Ductus ad Inſubres (nam tunc Inſubria habebat
Imperium Ligurum) magnis cum Heroibus illam
Fortunam tulit æquo animo, ſed cruda Philippus
Inſubrium ductor regum infortunia fleuit:
Continuoq; ut rex ſolo contentus honore,
Non ut Pelides qui uendidit Hectora patri
Corruptus lucro: Reges & murice & auro
Donatus ſua collachrymans in regna remiſit.
O diuinum hominem: quis te laudauerit unquam,
Vt tua laudari debet Clementia? certè
Illud opus cœleſte fuit, tu gloria ſecli
Non moritura tui: facinus narrabitur iſtud,
Dum uaga perpetuo lucebunt ſydera cœlo.
Per genus omne hominum tu uera exempla dediſti
Regibus, ut memores uiuant pietatis & æqui:
Sic quoq; Pompeius quondam Tigrane ſubacto
Mente agitans, quid ſit ſubito deſcendere regem,
Qui ſolitus dominari alijs mortalibus, ima
Vſq; ad uictoris uultu ueſtigia prono
Condoluit, mentem pietas citò mitigat altam,
Vili animo nulla eſt pietas: crudeſcit in horas.
Amplius & cilio uictis inſultat atroci:
At Deus ad ueniam pronus, placabilis ira eſt.
Regi igitur ſua regna dedit, regalia uerba
Adijciens regali operi: nam talia fatus:
Res præclara quidem reges depellere regno,
Non præclara minus regnum dare, dignius iſta
Voce nihil, facto nil magnificentius iſto.

Clementia dos prima regum.

Vopiſcus ait: Laudat̃ Scipio, qui malle ſe unum ciuem ſeruare, quàm mille occidere, dixit.

Laudatur Cæſar Iulius à Cicerone de eo ſic loquẽte: Nulla de uirtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior, miſericordia eſt. Et alicubi inquit, Qui nihil obliuiſci ſoles, niſi iniurias. Iulius clemens.

Reges ſine aculeo eſſe debent, id ẽ, nõ crudeles, non ſæui, ſed mites: uel ſi habuerint, recõdere decet, imitantes iouẽ, q miſſurus fulmina ſemper prius Deos in conſilium aduocat: quod uerò placabile eſſe ſolet, ſolus eiaculatur.

Seneca in Hercule furente.

Quiſquis eſt placidæ potens
Dominuſq; uitæ, ſeruat innocuas manus,
Et incruentum mitis imperium regit,
Animoq; parcit: longa permenſus diu
Fœlicis æui ſpacia: uel cœlum petit,
Vel læta fœlix nemoris Elyſij loca.

Iſidorus Soliloquiorum lib. 2.

Magna eſt uirtus, ſi non lædas, à quo læſus es.

Ibidem.

Magna fortitudo, ſi læſus remittas.

Ibidem.

Magna eſt gloria, ſi, cui potuiſti, nocere parcas.

Sophocles in Tyro.

ὀυ τῶν κακούργων οἶκτος ἀλλὰ τῆς δίκης, id ẽ.
Miſereri oportet iuſtorum, non improborum.

Euripides in Ange.

iſt

ἐστὶ τοὶ καλὸν, τοὺς κακοὺς κολάζειν. id eſt, Miſericordia digni ſunt non malefici, ſed probi homines. Malos homines caſtigare bonum eſt.

*Idem in Scirone.*

ἡ νῦν ὑπό τινος χρηστότης καλουμένη,
μεθῆκε τὸν ὅλον εἰς ἀπορίαν βίον:
οὐδεὶς γὰρ ἀδικῶν τυγχάνει τιμωρίας. id eſt,
*Quæ nunc à quibuſdam benignitas nominatur,*
*Vitam omnem remiſit ad improbitatem:*
*Nullus enim iniuriam faciens, pœnam luit.*

*Plato in Lachete.*

Aureum dictum. Iudicandum eſt ſecundum ſcientiam, non multitudinem, quicquid rectè iudicari debet.

*Idem in Protagora.*

Clemētia ſeueritate miſcenda. Equidem puto, & me ac te, cæteroſq; omnes exiſtimare, iniuriam facere, quā pati, deterius eſſe, & pœnam non dare, quam dare: nullus enim punit eos, qui deliquerunt, hoc reſpiciens, huiuſq; rei gratia, quia deliquerunt: niſi inſtar beſtiæ citra rationem pœnam exigat: Qui uero cū ratione caſtigare uult, ille non præteriti cauſa criminis pœnam ſumit: Factū infectum fieri non poteſt. Nec enim quod factum eſt infectum reddiderit, ſed futuri gratia, ne denuo delinquat, uel hic ipſe, uel alius, qui caſtigari ipſum uiderit.

*Idem Legum 2. libro.*

τὸν γὰρ κακὸν ἀεὶ δεῖ κολάζειν ἵν᾽ ᾖ ἀμείνων οὐ τὸν δυστυχῆ. Id eſt, Non infœlix, ſed mal⁹ ſemper caſtigandus eſt, ut fiat melior.

*Rufus in dictis Epicteti de amicitia.*

Lycurgi autem Lacedæmonij factū quis ueſtrum non admiretur? Nam à ciue quopiā iuuene altero oculorum orbatus, illū à populo accepit, ut quo liberet modo, puniret: Quod minimè fecit, ſed optimè inſtitutum, boniq; uiri moribus præditum, in Theatrū produxit: Lacedemonijs autem admirantibus, dixit, iſtum antehac iniuriū & uiolentū, qualem à uobis accepi, iam frugi, ac popularem reſtituo. Hæc ex collectaneis Stobæi deſumpta ſunt, de patientia & uirtute.

Pittacus poteſtatem habens puniendi, quempiam, q contumelioſus in eum extiterat, dimiſit, inquiens: uenia ultione melior eſt: Illa namq; mitis eſt ingenij, hæc autem ferini.

*Ariſtoteles de uirtutibus.*

πρᾳότης δ᾽ ἐστὶν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς καθ᾽, ἣν ὑπὸ ὀργῆς γίνονται δυσκίνητοι.

Manſuetudo uirtus eſt, animoſæ partis, qua præditi ægrè mouentur ad iram. Definitio Manſuetudinis.

*Ibidem.*

πρᾳότητος δέ, ἐστὶ τὸ φέρειν μετρίως ἐγκλήματα, καὶ ὀλιγωρίας μετρίας, καὶ τὸ μὴ ταχέως ὁρμᾶν ἐπὶ τὰς τιμωρίας, καὶ δυσκίνητον εἶναι, πρὸς τὰς ὀργὰς ἄπικρον, δὲ τῷ ἤθει, καὶ ἀφιλόνεικον ἔχοντα τὸ ἠρεμαῖον ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὸ στάσιμον. id eſt.

Manſuetudinis autem eſt poſſe ferre moderatè obiecta crimina, & contemptus: Nec celeriter rapi in ultiones, nec acile moueri ad iras, moribus comem eſſe mitemq;, ingenio quieto & ſtabili. Effectus Manſuetudinis.

*Incertus Autor.*

Deos colam, domi habitē mente pia, ſemper in me ira commotum placatum reddam: Aſſuefaciam me ipſum, ut ſim mitis, neuè res moleſto & iniquo animo feram. Qui malus ſit, & quid ab horum quouis patratum ſit, ne curem: Norim autem bonos, eoſq; ſecter: laudē bonos candidè: Obtrectatricē autem linguam cuiuſuis exoſam habeam, norim tacere, quæ tacita eſſe præſtat. Aurea præcepta. Obtrectatrix lingua.

HVMANITAS SECVNDVM OBTInet gradum, *poſt cultum Diuinum.*

*Lactantius lib. 6. Diuinarum inſtitutionum.*

Sapiētiæ gradus prim⁹, ut ſciam⁹, quis ſit nobis uerus pater, eūq; ſolū pietate debita, pſequamur, huic pareamus, huic deuotiſsimè ſeruiamus, in eo pmerendo act⁹ omnis, et cura, et opera collocetur. Dixi, quid debeatur Deo, dicā nūc quid homini tribuendum ſit. Nam primum iuſticiæ officium eſt coniungi cū Deo, ſecundum, cū homine: ſed illud primū, religio dicitur, hoc ſecūdū, miſericordia uel humanitas nominat, quę uirt⁹ ppriè ē iuſtorum & cultorum Dei: q ea ſola uitæ cōmunis in ſe continet rationem.

Deus

Deus enim, qui cæteris animalibus ſapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incurſibus & periculis tutiora generauit: hominem uerò nudum, fragilemq́ formauit, ut eũ ſapientia potius inſtrueret: dedit ei præter cætera hunc pietatis affectũ, ut homo hominem tueatur, diligat, foueat, contraq́ omnia pericula & accipiat & pſtet auxilium. Summum igitur inter ſe hominum uinculum eſt humanitas, quod qui diruperit nepharius & parricida exiſtimandus eſt: nam ſi ab uno homine, quẽ Deus finxit, omnes ſumus oriundi, certè conſanguinei ſumus, et ideo maximè ſcelus putandum eſt, odiſſe hominẽ, uel nocentem. Propterea Deus præcepit inimicitias per nos nunq̃ faciendas, ſed ſemper eſſe tollendas, ut ſcilicet eos, qui ſunt nobis inimici, neceſsitudinis admonitos mitigemus. Itẽ, ſi ab uno Deo inſpirati omnes & animati ſumus, quid aliud quam fratres ſumus? & quidem coniunctiores ſumus animis, quàm corporibus. Itaq́ non errat Lucretius Poëta uetuſtiſsimus, cum dicit.

Lucretius Poëta uetuſtiſſimꝰ.

*Deniq́; cœleſti ſumus omnes ſemine oriundi:*
*Omnibus ille idem pater eſt.*

Ergo pro beluis immanibus ſunt habendi, qui homini nocent, qui cõtra ius humanitatis, & fas omne ſpoliant, cruciant, occidunt, exterminant: ob hanc neceſsitudinem germanitatis, docet nos Deus mala nũq̃ facere: bonũ autẽ ſemper. Id autem ipſum benefacere quid ſit, idem ipſe præſcribit: præſtare auxilium depreſsis, & laborantibus: impartiri uictum non habentibus. Deus enim, quoniam pius eſt, animal nos uoluit eſſe ſociale: itaq́ in alijs hominibus nosipſos cogitare debemus, non meremur in periculo liberari, ſi non ſuccurimus: non meremur auxilium, ſi negamus: Nam qui ſe à præſtando auxilio remouet, etiã ab accipiendo ſe remoueat neceſſe eſt. Quia nullius ope indigere ſe putat, qui alteri ſuam denegat. Retinendum igitur eſt omnino uinculum ſocietatis humanæ: quia homo ſine homine, nullo modo poterit uiuere. Retentio autẽ ſocietatis ẽ comunitas, id ẽ, auxiliũ præſtare, ut poſsimus accipere. Si uerò, ut aliqui diſputant, humanitatis ipſius cauſa facta eſt hominum congregatio, homo certè hominem debet agnoſcere. Quod ſi fecerunt illi rudes in primæua ætate, nondum conſtituta loquendi ratione: quid putemus, hominibus expolitis ſermone, omniumq́ rerum cõmercio inter ſe copulatis eſſe faciendũ, qui aſſueti hominibus ſolitudinem ferre nõ poſſunt? conſeruanda eſt igitur humanitas, ſi homines rectè dici uelimus, id autem ipſum conſeruare, quid aliud eſt, quam diligere hominem? quia homo ſit, & idem quod nos ſumus. Diſcordia igitur & diſcenſio non ſecundum hominis rationem eſt, uerũq́ eſt illud Ciceronis, quod ait, hominẽ naturæ obedientem homini nocere non poſſe: ergo ſi nocere homini contra naturã eſt, prodeſſe igitur homini ſecundum naturam ſit neceſſe eſt: Quod qui non facit, hominis ſe appellatione diſpoliat: Quia humanitatis officium eſt neceſsitati hominis ac periculo ſubuenire, atq́ huius operis & officij merces à Deo expetenda ſolo. Nam ſi ab homine expetes, iam nõ humanitas erit illa, ſed beneficij fœneratio, nec poteſt uideri benè meruiſſe, qui quod fecit, non alteri, ſed ſibi pſtet. Nam & ipſe Deus præcepit hec, ut ſi quando cœnam parauerimus, in conuictum eos ad hibeamus, qui nos uocare non poſſunt & uicem reddere: ut omnis actus uitę noſtræ non careat miſericordiæ munere, rectè inquit Cicero, à Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas: Eſt enim, ut mihi quidem uidetur, ualdè decorum: patere domos hominum illuſtrium hoſpitibus illuſtribus.

Hoſpitalitas.

APOPHTEGMATA HVMANITAtis *illuſtrium uirorum.*

*Humanitas cicurat optimè hominem.*

Fabius Maximus dicebat, abſurdum uideri, ſi, cum equos & canes uenaticos familiaritate ciboq́ cicuremus potius, q̃ cathenis ac uerberibus, homines feroces animo, non humanitate ac beneficijs nobis conciliemus, ſed aſperiores in illos ſimꝰ, quàm agricolę ſũt in caprificos, ac malos ſylueſtres, & oleaſtros, q has nõ protinus excidunt, ſed inſitione docent

docēt miteſcere. Eraſmus lib. 5. Apophthegmatum.

Scipio maior Affricanus dicere ſolebat: hoſti non ſolùm eſſe dandam uiam fugiendi, uerumetiam muniendi: Docēs moderandam eſſe uictoriam, nec ſeuiendum in eos, qui contra ferre arma deſtitiſſent.

*Humanitas plus ualet, quàm uis.*

Inter Xerxem Darij filium & Arimenem fratrem de regno erat contentio: itaq; cum Xerxes intellexiſſet fratrē ex Bactrianorum regione deſcendere, miſit illi munera, & ijs, quibus ea mandarat præferenda, iuſſit ut ipſius uerbis illi dicerent: His in præſentia te honorat frater tuus Xerxes, quod ſi rex fuerit declaratus, eris apud ipſum omniū primus. Hac humanitate delinitus Arimenes, contentionem remiſit, ac fratri, regno adepto, protinus adorationis honorem exhibuit, atq; diadema impoſuit, Xerxes autem illi proximum ab ſe locum dedit.

*Eraſmus lib. 1. Apophthegmatum.*

Ageſilaus cum cæteris in rebus eſſet rigidior, & exactè iuſti legumq; tenax, tamen in amicorum negocijs exiſtimabat inhumanitatis ac ſæuitiæ prætextum eſſe, nimium aduerſus illos eſſe iuſtum. Huius rei teſtis eſt epiſtola quędam perbreuis, quæ fertur ad Hidrieum Carem ſcripta, qua cuidam amico ueniam deprecatur in hunc modum Nicias, ſi nihil peccat, dimitte hominem, ſi peccat, mihi dimitte, ſed omnino dimitte. Innocentem punire ſcelus eſt. Quum enim iuſtitiam ſemper oporteat eſſe clementia temperatam, quoties nacta eſt grauem interpellatorem, & minus habet inuidię, & plus impetrat gratiæ.

*Eodem lib. Eraſmus.*

Idem crebro ſolebat in concione admonere milites ſuos, ne captiuos ut facinoroſos cruciarēt, ſed ut homines ſeruarent: infantibus etiam bello captis præuidit, ut in unum locum comportarentur, ne mutatis caſtris relicti perirēt. Eandem curam impendit ſenibus captiuis, ne quoniam ſequi non poſſent, à canibus lupiſq; dilacerentur diſcerperenturq;. Hæc autem humanitas illi non ſolùm aliorum, uerumetiam captiuorum miram beneuolentiam conciliauit, & nunc homines ſibi uidentur, qui trucidatis infantibus ac ſenibus, eam ætatem abducunt, quæ libidini apta eſt, uel labori, uel utriq;: quò progreſſa eſt immnis illa feritas.

*Idem, lib. 1. Apophtegmatum.*

Ariſto cuidam laudibus uehenti dictū Cleomenis, qui rogatus, quid oporteret bonum regem facere, reſpondit: Amicis benefacere, inimicis malè. At quantò præſtantius eſt, inquit, uir optime, amicis benefacere, et ex inimicis reddere amicos? Hanc ſententiam citra controuerſiam primus omnium Socrates prodidit, & ad illum autorem refertur.

*Idem, lib. 4. de dictis Alexandri magni.*

Alexander quodam tempore Darij mulieres inuiſit unà cum Hepheſtione. Hunc, cum eſſet eodem ornatu quo rex, corpore etiam maior, Syngambris Darij mater pro rege adorauit. Eadem cum ex nutibus adſtantium intellexiſſet errorem ſuum, perturbata denuo ſalutauit Alexandrum. Tum Alexander: Nihil eſt, ô mater, quod perturberis: Nam & hic Alexander eſt, ſentiens, amicum eſſe alterum Alexandrum. Hunc uerſum ſequentem unicè probauit prædicatum ab Homero de Agamemnone. Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Id eſt: Notatu digniſſimum.

*Dux bonus, atq; idem ualidus pugnator in armis.*

DICTA *& facta clementer illuſtrium uirorum.*

De Ageſilao fœliciter pugnatum erat apud Corinthum: in eo prælio, quanquā accepiſſet Spartanorum admodum paucos deſideratos, cæterum è Corinthijs & Athenienſibus alijſq; ſocijs ingentem numerum interijſſe: adeò non gauiſus eſt, nec elatus ea uictoria, ut grauiter ingemiſcens deploraret Græciæ uicem: Heu, inquiens, Græciam, quæ tot uiros inteſtino bello perdidit, quot uniuerſis barbaris debellandis ſatis eſſe poterant. Viro magnanimo uictoria erat optabilis, ſed clarior erat ſociorum incolumitas. Quo animo tuliſſet ille, ſi plurimorum ciuium interitu fuiſſet empta uictoria? Non parum laudis meretur hic affectus in duce Lacedæmonio, tum natura bellaci, tum ethnico: At Chriſtiano principi nulla non debet eſſe lugubris uictoria, quæ plurimorum etiam Nota bene.

hoſtium exitio contigit. Eraſmus, lib. 3. Apophthegmatum.

*Idem lib. 1.*

Ageſipolis Cleombrati filius, cum quiſpiam apud ipſum ceu rem magnam prædicaret, quod Philippus Macedonum rex intra pauculos dies ſubuertiſſet Olynthum, atque per Deos, inquit, talem ciuitatem longè maiore temporis ſpacio non extructurus eſt: ſignificans multò regalius eſſe, condere urbes, quàm conditas demoliri.

*Ibidem.*

De Demarato duce Lacedæmoniorum quidam à rege defecerat, is ſuaſu Demarati mutatus cum reuertiſſet ad ſuos, tentaretque rex eum occidere: Turpe, inquit, fuerit ô rex, ſi cum hoſtis fuerit, non potueris ab eo defectionis pœnas ſumere, nunc amicum factum uelis interficere. Hoc prudentiſſimo dicto, & regis indignationem temperauit, & eius cui reditum perſuaſerat, incolumitati cōſuluit. Vtrique conſultor utilis, alteri ne quid indignum regia manſuetudine committeret, alteri ne pœniteret ab errore reuocanti paruiſſe.

De humanitatis atque clementiæ exemplis uarijs, uide Valerium Maximum, & Fulgoſum, lib. 3. cap. 1.

*De Philippo Macedonum rege.*

Quibuſdam ipſi conſulentibus, ut cū Athenienſibus aſperius ageret, reſpondit: illos abſurdè facere, qui homini cuncta ad gloriam, tum agenti, tum patienti ſuaderent, ut gloriæ ſuæ Theatrum abijceret: ſignificās ſeſe hoc agere, nō ut Athenas euerteret, ſed ut ciuitati celeberrimæ doctiſſimorum uirorum copia florenti ſuas uirtutes probaret. Eraſmus lib. 4. Apophthegmatum.

*Ibidem.*

Antigonus amicis ſuadentibus, ut ſi Athenas caperet, ualidis illam præſidijs communiret, ne quando deficeret, ſummaque cura ut totius græciæ baſim cuſtodiret: reſpondit, ſe ſemper in hac fuiſſe ſententia, ut crederet nullum eſſe regni præſidium firmius, quàm ciuium beneuolentiam.

*Idem lib. 4. De Octauio Cæſare Auguſto.*

Quum Alexandrini poſt urbem ui captam extrema ſe paſſuros exiſtimarent: Auguſtus ſuggeſtum conſcendit, adiuncto ſibi Ario Alexandrino, dixit, ſe ciuitate parcere, primùm, propter ipſius magnitudinem ac pulchritudinem, deinde, propter Alexandrum Magnum eius urbis conditorem, poſtremò, in gratiam Arij amici. Raræ cuiuſdam clementiæ fuit, non diripere ciuitatem, quæ pertinaciſſimè rebellaret: ſed non minus laudis merebatur illa ciuilitas, quod huius beneficij gratiam non ſibi uindicauit, ſed unam præcipuam partem ipſi conceſſit urbi, alteram tribuit Alexandro, cuius memoriam ſciebat apud Alexandrinos eſſe gratioſiſſimam: tertiam tranſtulit in Arium eius ciuitatis ciuem, amicum tanto titulo ſuis commendans.

*De eodem.*

Quum populus Athenienſis uideretur deliquiſſe quiddam, ſcripſit ex urbe Ægina: Non arbitror uos latere, quod uobis iraſcor: neque enim Æginę hybernaturus ſum, nec aliud illis neque dixit, neque fecit, ſatis habens illis comminatum eſſe, ſi deſiſterent.

Item cum quiſpiam ex Euclidis accuſatoribus affatim & ad ſatietatem uſque dicendi libertate utens, eò tandem prouectus eſſet, ut tale quiddam diceret: Hæc ſi tibi non uidentur magna, iube ut mihi reddat ſeptimum Thucididis librum: His offenſus Cæſar, iuſſit illum duci. Cæterum ut audiuit illum ex Braſſide poſteris reliquum eſſe, ad ſe uenire iuſſit, ac moderatè correptum dimiſit.

## Conſolatoria in luctu mortis, uel dolorum, uel aduerſitatibus alicuius.

Simonides.

Ex Stobæo hæc deſumpta ſunt.

Τοῦ μὲν θανόντος, οὐκ ἂν ἐνθυμοίμεθα
εἴ τι φρονοῖμεν, πλέον ἡμέρας μιᾶς. Id eſt:
*De homine defuncto non cogitabimus,*
*Si quid ſapiamus, amplius uno die.*

Menander.

Ἐπὶ τοῦτ' ἐγένοντο πάντες ἔνθα λήξομεν,
Ἀνθρωπίνως χρὴ τὰς τύχας φέρειν ξένε,
τὰ κοινὰ κοινῶς δεῖ φέρειν συμπτώματα, Id eſt:
*Omnes illuc peruenerunt, ubi nos deſinemus.*
*Ferenda eſt fortuna humaniter, ô hoſpes,*
*Communes euentus ferre communiter oportet.*

Communes euentus ferẽdi humaniter.

Euripides in Inone.

Γίγνωσκε τ' ἀνθρώπεια, μηδ' ὑπερμέτρως
ἄλγει. κακοῖς γὰρ οὐ σὺ προσκείσομενος. Id eſt:
*Agnoſce res humanas, neq; ſupra modum*
*Dole: non ſolus enim malè affligeris.*

Idem in Proteſilao.

Πέπονθεν οἷα καὶ σὺ, καὶ πάντας μένει. Id eſt:
*Hoc ei accidit, quod etiam tibi, & omnibus euenturum eſt.*

Theognides poëta.

Τόλμα θυμὲ κακοῖσιν ὅμως ἄτλητα πεπονθώς,
Δειλῶν τοι κραδίη γίνεται ὀξυτέρη
Μηδὲ σύ γ' ἀπρήκτοισιν ἐπ' ἔργμασιν ἄλγος ἀέξων
Ἄχθει, μηδ' αἴσχεα μηδὲ φίλους ἀνία
Μηδ' ἐχθροὺς εὔφραινε, θεῶν δ' εἱμαρμένα δῶρα
Ἀ οὐ ῥηιδίως θνητὸς ἀνὴρ προφύγοι. Id eſt:
*Suſtineas anime in malis, quãuis intolerabilia paſſus,*
*Timidorum ſane cor magis eſt præceps ac impatiens,*
*Neq; uanis negocijs dolorem tibi augeas,*
*odio, aut moleſtia afficiaris: neq; amicos triſtitia,*
*neq; inimicos gaudio perfundas: Deorum enim fatalia dona ſunt,*
*Quæ mortalis homo non facile effugerit.*

Egregia ſententia:

Philetas in Pegnijs, id eſt, Iocis.

Ἐκ θυμοῦ κλαῦσαι μέγα μέτρια, καί τι προσηνὲς
εἰπεῖν, μεμνῆσθαι τ' οὐκ ἔτ' ἐόντος ὅμως. Id eſt:
*Ex animo lugeas omnino mediocriter, & aliquid iucundi dicas, nihilo ſecius memor defuncti.*

Euripides in Alexand.

Παλαιὰ, καινοῖς δακρύοις οὐ χρὴ στένειν. Id eſt:
*Caſus ueteres, non deplorandi ſunt nouis lachrymis.*

Homerus Iliados ω.

Οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο,
ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένους, αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί. Id eſt:
*Non enim aliquis affectus eſt frugi luctus:*
*Sic ſanè decreuerunt Dij, miſeros mortales*
*Viuere triſtitia affectos, ipſi uerò ſunt ſine triſtitia.*

Idem, in eodem libro.

Καὶ γάρ τ' ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου
τῇπερ δώδεκα ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο. Id eſt:
*Etenim pulchricoma Niobe non oblita eſt cibi,*
*Quamuis ipſi duodecim filij in domibus perierint.*

Homerus 1. Odiſſeæ lib.

Ἀλλ' οὔ γάρ τις πρῆξις ἐγίνετο μυρομένοισιν. Id ẽ
*Sed nullus effectus fit lugentibus.*

Phocylides.

Μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς ξύχου τεὸν ἦτορ,
οὐκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον. Id eſt:
*Neq; preteritis malis adfligas tuum cor:*
*Non amplius enim poteſt factum eſſe non factum.*

Pallades.

Προσδοκίη θανάτου πολυώδυνός ἐστιν ἀνίη
Τοῦτο δὲ κερδαίνει θνητὸς ἀποκτενόμενος.
τοίνυν μὴ κλαύσῃς ἀποιχόμενον βιότοιο:
οὐδὲν γὰρ θανάτου δεύτερόν ἐστι πάθος. Id eſt:
*Expectatio mortis, multi doloris eſt triſtitia,*
*Hoc autem lucratur mortalis mortuus.*
*Ne igitur fleas defunctum uita:*
*Nulla enim mortis ſecunda eſt paſſio.*

Idem.

Ῥῖψον γόους, μὴ κάμε· πόσον χρόνον ἐνθάδε μίμνεις,
ὡς πρὸς ἐκεῖνον τὸν μετὰ ταῦτα βίον,
πρὶν ζώνην σκωληκὶ βάλλειν τύμβοις περιφέρεσθαι
Μὴ δαμάσῃς ψυχὴν, ἐὰν ἔτι κρινομένην. Id eſt:
*Abijce luctus, ne labora. quantum temporis hic manes,*
*Si reſpicias ad illam totam poſt hæc uitam? anteaquàm igitur*
*Ad uermes proijciaris, ſepulchriſq; inijciaris,*
*Ne domes animam uiuere etiam addictam.*

Phileas in Epigrammatibus.

Οὐ κλαίω ξείνων σε φιλαίτατε· πολλὰ γὰρ ἔγνως
καλὰ, κακῶν δ' αὖ σοὶ μοῖραν ἔνειμε θεός. Id eſt

*Non lugeo te chariſsime hoſpes: multa enim percepiſti bona, nunc uerò malorum tibi ſortem Deus dedit.*

*Sophocles in Scyriis.*

Ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἦν κλαίουσιν ἰᾶσθαι κακὰ,
καὶ τὸν θανόντα δακρύοις ἀνιστάναι,
ὁ χρυσὸς ἧττον κτῆμα τοῦ κλαίειν ἂν εἴη·
νῦν δ᾽ ὦ γεραιὲ, ταῦτ᾽ ἀδυνάτως ἔχει
τὸν μὲν τάφῳ κεκρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν,
καὶ μοι γὰρ ἂν πατὴρ τε δακρύων χάριν ἀνῆκ-
τ᾽ ἂν εἰς φῶς, Id eſt:

*Quodſi poſſes lugendo mederi malis,*
*Et mortuum lacbrymis reuocare,*
*Aurum ſanè uilius foret fletu.*
*Nunc autem ô ſenex fieri nequaquam poteſt,*
*Vt qui ſepulchro conditus, in lucem reducatur:*
*Nam & mihi pater, ſi quid lacbrymæ proficerent,*
*In lucem rediiſſet.*

*Philemon in Sardio.*

Εἰ τὰ δάκρυ᾽ ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον
ἀεὶ θ᾽ ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο
ἠλλαττόμεθ᾽ ἂν δάκρυα δόντες χρυσίον. Id eſt:

*Si lacbrymæ nobis remedium eſſent malorum,*
*Et qui lugeret, dolore ſemper leuaretur,*
*Aurum ſanè pro lacbrymis permutaremus.*

*Dion in Charidemo.*

Τὰ μὲν καθ᾽ ἡμᾶς οὕτω γέγονεν, ὡς ἔδοξε τῷ θεῷ. χρὴ δὲ μὴ γιγνομένων χαλεπὸν ἡγεῖσθαι μηδὲ δυσχερῶς φέρειν, ὥσπερ ἐν δεινοῖς οὖσι. παραινοῦσι δ᾽ ἄλλοι τε σοφοὶ, καὶ οὐκ ἥκιστα Ὅμηρος λέγων, μηδαμῆ ἀπόβλητα εἶναι ἀνθρώποις τὰ θεῶν δῶρα: οὐ κακῶς ὀνομάζων τὰ δῶρα, τὰ ἔργα τῶν θεῶν, ὡς ἅπαντα τὰ ἀγαθὰ ὄντα, καὶ ἐπὶ ἀγαθῷ γινόμενα. Id eſt:

Res noſtræ ita euenerunt, ut Deo uiſum eſt: Nihil aũt eorum, quæ fiunt, graue exiſtimandũ, aut ægrè ferendum eſt, tanquam indignum: Siquidem cum alij ſapientes, tum Homerus in primis nos monet, hominibus non eſſe ſpernenda Deorum dona: Rectè ſanè dona uocans ipſa Deorum opera, ut quæ omnia bona ſint, & boni alicuius gratia fiant.

*Timocles comicus Athenienſis.*

Ὦ τᾶν ἄκουσον ἤν τί σοι δοκῶ λέγειν,
ἄνθρωπός ἐστι ζῷον ἐπίπονον φύσει
καὶ πολλὰ λυπηρ᾽ ὁ βίος ἐν ἑαυτῷ φέρει·
παραψυχὰς οὖν φροντίδων ἀνεύρατο
ταύτας. ὁ γὰρ νοῦς τῶν ἰδίων λήθην λαβὼν
πρὸς ἀλλοτρίῳ τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει
μεθ᾽ ἡδονῆς ἀπῆλθε παιδευθεὶς ἅμα,
τοὺς γὰρ τραγῳδοὺς πρῶτον (εἰ βούλει) σκόπει
ὡς ὠφελοῦσι πάντας. ὁ μὲν γὰρ πένης
πτωχότερον αὑτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον
γενόμενον, οὕτω τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει,
ὁ νοσῶν τι μανικὸν, Ἀλκμαίων᾽ ἐσκέψατο
ὀφθαλμιᾷ τις, εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοί.
τέθνηκέ τῳ παῖς, ἡ Νιόβη κεκούφικε
χωλός τίς ἐστι: τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ
γέρων τις ἀτυχεῖ, κατέμαθεν τὸν Οἰνέα.
ἅπαντα γὰρ τὰ μείζον᾽ ἢ πέπονθέ τις
ἀτυχήματ᾽ ἄλλοις γεγονότ᾽ ἐννοούμενος
τὰς αὐτοὺς αὐτοῦ συμφορὰς ἧττον στένει. Id eſt:

*Audi amice, ſi quid tibi dicere uidear:*
*Homo natura laborioſum eſt animal,*
*Et multum uitæ moleſtiæ adfert ſecum:*
*Inuenit igitur curarum ſolatia*
*Iſta. Mens enim oblita ſuorum,*
*Et alienis demulſa malis,*
*Cum uoluptate prudentior etiam euadit:*
*Nam Tragœdos, ſi libet, primum conſydera,*
*Quàm ſint utiles omnibus: pauper enim aliquis*
*Pauperiorem ſe cognoſcens Thelephum*
*Fuiſſe, facilius ita paupertatem fert.*
*Qui morbum aliquem furioſum patitur, Alcmeonem*
*contemplatur.*
*Lippiens alius Iſiphum cæcum uidet.*
*Si cui filia obijt Niobe, leuat dolorem.*
*Qui claudicat, Philoctetem inſpicit.*
*Infortunatus quiſpiam ſenex Oeneum cognoſcit;*
*Siquidem omnes ſuis maiores*
*Calamitates accidiſſe conſiderans,*
*Sua ipſius infortunia minus luget.*

*Homerus Iliad. 24.*

Τέκνον ἐμὸν τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων σὴν ἔδεαι κραδίην. Id eſt.

Fili mi, quàmdiu luctu triſtitiaq; cor tuum exedes?

*Pythagoras.*

Φείδεο τῆς ζωῆς μὴ μὴν κατὰ θυμοβορήσῃς. Id ē

Parce tuæ uitæ, ne ipſam animi affectibus edas.

*Theocritus.*

Ἐν περιδείπνῳ τοῦ πενθοῦντος λαιμάργως ἐσθίοντος, θάρρει βέλτιστε, εἶπεν, οὐ σοὶ μόνῳ ταῦτα γέγονε. Id eſt:

In funebri conuiuio cum is, cuius erat lugere, auidius cibũ ingereret: Bono ſis animo, dixit, non ad te ſolùm hæc pertinent. Iocus eſt in ambiguitate, nã uerba iſta, non ad te ſolùm hæc pertinẽt: tum

ad

ad conuiuium commune, tum ad communem mortis conditionem referri poſſunt.

*Apollonius ad Numentum.*

ὧν θρηνητέον οἵων φίλων ἐστερήθημεν, ἀλλὰ μνημονευτέον ὅτι μετὰ τῶν φίλων τὴν καλλίστην βιοτὴν ἐβιώσαμεν. Id eſt:

Non oportet ea deflere, quibus priuati ſumus: ſed meminiſſe, quod optimam uitam cum amicis egerimus.

*Polyænus Sardianus.*

οὐδὲ τοῖς ἀποθνήσκουσι μὴ λυποῦ: ἀναγκαῖον γάρ. ἀλλ' οὐδὲ τοῖς αἰσχρῶς τελευτῶσιν. Id eſt:
Propter morientes ne triſteris: eſt enim neceſſarium: ſed propter turpiter è uita diſcedentes.

*Idem Polyænus.*

Amaſis Ægyptiorum rex, cum epiſtolam ſcriberet ad quendam filio priuatum, dixit: Si non triſtatus es, cum nondum eſſet, nec nunc quidem dolere debes, cum non amplius eſt.

*Euripides in Andromacha.*

παῦσαι δὲ λύπης τῶν τεθνηκότων ὕπερ:
πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν
ψῆφος κέκρανται, κατθανεῖν τ' ὀφείλεται. Id eſt
*Deſine triſtari pro defunctis:*
*Nam cunctis hoc hominibus à Dijs*
*Suffragij datum eſt, ut mortis impoſita neceſſitas.*

*Apollonius ad Theætetum.*

τὸ λυποῦμεν ἀλλοτρίοις κακοῖς, παραμυθοῦ. Id ē.
Quæ moleſta ſunt, alienis malis conſolari oportet.

*Euſebius.*

ἀνιηροῦ τινὸς προσπεσόντος, ἔπειτα χαλεπαίνων τοῖς θεοῖς μεῖζον ἔχεις ἀπαίζειο. Id eſt:
Qui cum moleſtum aliquid incidit, Dijs iraſcitur, is maius ſibi malum quærit.

*Idem Euſebius.*

Quum moleſtum aliquid ingruit, quære, núm quid aliud præſenti moleſtia grauius uſquam appareat: Quod ſi apparuerit, gaudeto pręſente, tanquàm minori malo.

*Dionyſius Halicarnaſſeus.*

τοῖς δὲ ἀνθισταμένοις καὶ μὴ καταπίπτουσι, κουφότερα γίνεται τὰ κακά. Id eſt:
Illis qui reſiſtunt, & non collabuntur, leuiora ſunt mala.

*Hyperides Orator Athenienſis æmulus Demoſthenis.*

Volaterranus lib. 18. Antropologiæ. Plutarchus in uita Demoſthenis.

χαλεπὸν μὲν ἴσως τοῦ ἐν τοῖς τοιούτοις ὄντας πάθεσι παραμυθεῖσθαι: τὰ γὰρ πένθη οὔτε λόγῳ οὔτε νόμῳ κοιμίζεται, ἀλλ' ἡ φύσις ἑκάστου καὶ φιλία πρὸς τὸν τελευτήσαντα ὁρισμὸν ἔχει τοῦ λυπεῖσθαι: ὅμως δὲ χρὴ θαρρεῖν καὶ τῆς λύπης παραινεῖν, εἰς τὸν ἐνδεχόμενον μεμνῆσθαι μὴ μόνον τοῦ θανάτου τῶν τετελευτηκότων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἧς καταλελοίπασιν: οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαίνων μεγάλων, πεποιήκασιν. εἰ δὲ γήρως θνητοῦ μὴ μετέσχον, ἀλλ' εὐδοξίαν ἀκήρατον εἰλήφασιν, εὐδαίμονές τε γεγόνασι κατὰ πάντα. ὅσοι μὲν γὰρ αὐτῶν ἄπαιδες τετελευτήκασιν, οἱ παρὰ τῶν ἑλλήνων ἔπαινοι παῖδες αὐτῶν ἀθάνατοι ἔσονται: ὅσοι δὲ παῖδας καταλελοίπασιν, ἡ τῆς πατρίδος εὔνοια, ἐπίτροπος αὐτοῖς τῶν παίδων καταστήσεται. πρὸς δὲ τούτοις εἰ μὲν ἐστὶ τὸ ἀποθανεῖν ὅμοιον τῷ μὴ γενέσθαι, ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ νόσων καὶ λύπης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν προσπιπτόντων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον: εἰ δ' ἐστὶν αἴσθησις ἐς ᾅδου καὶ ἐπιμέλεια παρὰ τοῦ δαιμονίου ὥσπερ ὑπολαμβάνομεν, εἰκὸς τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσαντας, πλείστης εὐδαιμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν. Id eſt:
Res eſt forſan difficilis, illos conſolari, qui huiuſmodi affectibus laborant: Luctus enim neq; ratione, neq; lege ſepiuntur, uerùm natura cuiuſq;, & amicitia erga defunctum lugendi terminum continent: animo tamen erigi oportet, ac triſtitiam, quoad fieri poteſt, minuere, atq; meminiſſe nō ſolùm funeris defunctorum, ſed etiam uirtutis, quam reliquerunt. Non enim lachrymis digna paſſi ſunt, ſed magnis laudibus celebranda facta ædiderunt. Quod ſi mortalem ſenectam non attigerunt, immortalem tamen gloriam conſequuti ſunt, & per omnia felices euaſerūt: Nam quotquot ipſorū ſine liberis deceſſerunt, Græciæ laudes ueluti liberos immortales habebunt. Illis uerò, qui prolem reliquerunt, patriæ beneuolentia inſtar tutoris erit erga liberos. Ad hæc, ſi mori, & natum non eſſe, ſimilia ſunt, immunes poſthac erunt à morbis, dolore, alijſq; humanæ uitæ caſibus: Sin etiam à morte ſenſus

aliquis eſt,&numinis prouidentia,ut arbitramur,nimirum illi,qui deorum honores,ope ſua promouerunt, maximam diuinitus beatitudinem aſſequentur.

*Xenophon ex epiſtola ad Sotyram.*

ἀλλὰ οὔτε δεῖ θανάτῳ προσήκει τοσοῦτον πένθος ἐυρέσθαι, ἐπιστάμενος ὅτι ὁδοῦ ἀνθρωπίνης χρὴ νομίζειν ἀρχὴν μὲν γένεσιν, τέλος δὲ θάνατος. ἀπέθανε δὲ, ὅπερ ἂν καὶ ὁ μὴ θέλων ἔπαθε, τὸ δὲ καλῶς ἑκόντος τε ἔργον καὶ ἃ χρὴ παιδευθέντος. μακάριος οὖν δὴ γρύλλος καὶ ὅσις οὐ τὸ μήκιστον ἑλόμενος τοῦ βίου τὸ δὲ μετὰ ἀρετῆς. καὶ εἰ βραχὺν οἱ ἔδωκεν αἰῶνα ὁ θεός. Id eſt:

Non decet tanto luctu proſequi mortem,cum ſcias,quod humanæ uitæ principium generatio,finis autem mors exiſtimanda ſit. Mortuus enim eſt, quod cuiuis etiam inuito contingit.Benè autem mori,hominis uoluntarij,&,ut conuenit, inſtituti opus eſt. Beatus igitur Gryllus eſt, & quicunq; non longiſſimam,ſed uirtuti coniunctam uitam eligit,etſi breue tempus ætatis deus ei cōceſſerit.

*Euphorio Poëta.*

καὶ τότε μέτρια μὲν τις ἐπιφθιμένῳ ἀνάχοιτο,
μέτρια καὶ κλαύσειεν· ἐπεὶ καὶ πάμπαν ἄδακρυν μοῖραν ἐπημήναντο. Id eſt:

Et tum quiſpiam moderatè defuncti nomine triſtetur,
Et moderatè lugeat:Nam omnino à lachrymis alienum Parcæ læſerunt.

CALLIDA TYBERII PRINCIPIS
*reſponſio Legatis Llienſibus data.*
*Petrarcha lib. 4. epiſt. 60. de rebus familiaribus.*

Scio irriſos à Tiberio principe Llienſium legatos, quibus cum ad eum conſolandum in morte filij aliquantò ſerius ueniſſent,mandatis expoſitis,reſpondit: Et ſe illorum uicem dolere, quod egregium ciuem Hectorem amiſiſſent.

*Ibidem.*

Ingratus eſt, qui ablati memor,obliuiſcitur accepti.Proinde ubi animum pupugit acerba illa cogitatio: Heu qualem fratrem amiſi, leniat illa iocundior: O quantum fratrem habeo, & in æternum habebo: Licet ille,donec ſibi ſimul & mihi, & patriæ, & mundo neceſſarium fuit,breuem hic moram traxerit: Dum uerò ſibi uni expedientius eſſe cæpit ab ijs malis ſeparari: eripuerít illum Deus, ei ſcilicet conſulens,& non nobis:immò forſan & nobis. Quis enim ſufficit abditas,& inperſcrutabiles diuinæ præſcientiæ cauſas, aut exitus contemplari? dicente Apoſtolo: Senſum domini quis nouit, aut quis conſiliarius eius fuit? Quiſnam hominum iudicare audeat: an cuicunq; mortem alterius deploranti, non ſatis propriè dici poſſit, quod in tabellis reddito reſponſo? patri olim in morte filij dictū eſt tribus his uerſiculis:

*Ignaris homines in uita mentibus errant,* Aurei
*Eurynome potitur fatorum numine leto:* uerſus.
*Sic fuit utilius extingui ipſiq; tibiq;.*

Calcitrat aduerſus ſtimulum humana temeritas,et implenti Fato ſuperbiæ ſine cornibus obluctatur nequaq;, niſi ut grauius uicta ſuccumbat. Quid enim ego nunc de uotis inanibus, de gaudio, aut querelas hominum loquar? Latet altè ueritas abſcondita, caliginoſa nube circumcludimur, caſu regimur, cæci cæcis ducibus innitimur,nec quid optandum, metuendumq; nobis ſit per umbram carnis agnoſcimus: Bonis noſtris ingemiſcimus,miſerijs exultamus, ſine delectu flemus ac ridemus:ſuam quiſq; ſententiam ſequitur. Mihi errorum maximus uidetur,quod non liberè nos, & noſtra Deo committimus: quod aliquam in conſilijs ſpem habemus toties decepti: Quod tāto huius caduci corporis amore detinemur, ut uix aut æquanimiter exire hinc ualeamus,aut noſtros exeuntes aſpicere: quaſi ad nihil aliud nati ſimus,quàm ut inter mundi fluctus, & ludibria,fortunę perpetuo turbine iactandę carnis noſtrę tenaciſſimo limo ac ſordibus hæreamus &c.

CON-

ΣΥΝΕΊΔΗΣΙΣ.
HOMINIBVS DEVS EST.

CONSCIENTIA eſt regula in ratione: Synteresis uerò eſt in uoluntate, inſtigãdo eam ad bonum & honeſtum: & dicitur modo de pluribꝰ, modo de uno: de pluribus, Saluſtius loquitur: tum ſcelerũ ſuorum, in primiſq; conſpirationis conſcientia ſoliciti, quo ſe uerterẽt, non uidebãt: de uno, Cicero in Catone maiore: Cõſcientia bene actæ uitæ, multorumq́; benefactorum recordatio iucundiſſima eſt.

*Conſcientia, ex Pictorij Epigrammatibus.*
*Iſtud habet damni uitium inter cætera, quod mens*
*Palpitat aſſiduo flagitioſa metu.*
*Semper enim, uel ſi non deprendatur, in ipſo*
*Seſe deprendi poſſe putat ſcelere:*
*Deq́; ſuo, alterius quoties de crimine ſermo eſt,*
*Cogitat, & credit ſe magis eſſe reum.*
*Inq́; dies timor hinc creſcit, de moribus ergo*
*Cura ſit, intrepidos nos bona cura facit.*

Conſcientia benefactorum magnũ, & in uita monimentum eſt, & in morte ſolatium: nec illa, quæ bene actę uitæ teſtis eſt, hominem miſerũ eſſe unquàm ſinit: ſicut nec ſcelerum arbitra felicem. Viues in tertia declamatione.

Conſcientiæ ſignũ eſt, refugere cœtus, & libera iudicia: nec exiſtimare ſe tutum fore, ſi de meliore rerum ſtatu conſulatur. Idcirco multi ſignum malę conſcientiæ interpretantur, etiam ubi culpa nulla ſubeſt, ſi qui in diſquiſitionem prodire non audeãt. Viues, epiſtola ad Adrianũ 6. Pontificem Max. de indicendo concilio libero.

*Menander Comicus.*
Βρότοις ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός.
*Mortalibus omnibus conſcientia Deus.*
*Conſcientia mille teſtes* Grauis ſententia.
*Vide Eraſ. in Chiliadibus.*
*Ouidius 4. Faſtorum.*
*Conſcia mens recti, famæ mendacia ridet.*
*Horatius.*
*Vir bonus & ſapiens audebit dicere Pentheu*
*Rector Thebarum, quid me perferre patiq́;*
*Indignum coges? adimam bona, nempe pecus, rem.*

D. Paulus ad Romanos cap. 9.

Veritatem dico in Chriſto Ieſu, non mentior, teſtimoniũ mihi perhibente cõſcientia mea in ſpiritu ſancto.

*Idem 1. Corinth. 4.*

Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum.

*Idem 2. Corint. 1.*

Gloria noſtra hęc eſt, teſtimoniũ conſcientiæ noſtrę, quod in ſimplicitate cordis & ſynceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo.

*Idem 4. capite 2. Epiſtolæ.*

Abdicamus occulta dedecoris, nõ ambulantes in aſtutia, neq; adulterãtes uerbum Dei: ſed in manifeſtatione ueritatis cõmendantes noſmetipſos ad omnem cõſcientiam hominum coram Deo, nemini dantes ullam offenſionem, ut non uituperetur miniſterium noſtrum.

*1. Timoth. 1.*

Hoc pręceptũ tibi cõmendo, fili Timothee: ſecundũ præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiã, habens fidem & bonam conſcientiã, quã quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.

*2. Timo. 1.*

Gratiam habeo Deo, cui ſeruio à maioribus cum pura conſcientia.

*Actorum 23. cap.*

Ego omni cõſcientia bona cõuerſatus ſum coràm Deo, uſq; in hodiernum diẽ.

*Eodem 24. cap.*

In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper.

*1. Petri 3. cap.*

Loquamini de ea quę in uobis eſt ſpe, cum manſuetudine & reuerentia, conſcientiam habentes bonam, ut in hoc quod uobis detrahũt tãquàm ſcleroſis, pudefiant hi, qui inceſſunt ueſtram bonã conſeruationem in Chriſto.

Conſcientia res omniũ efficaciſſima eſt, adeò ut nulla tormenta melius prodant maleficiũ, quàm illa, nulluſq; carnifex ſe uerius puniat: unde illud. Eraſmus in Chilia. Conſcientia mille teſtes Ouid. li. 3. Meta.

*Heu quàm difficile eſt crimen non prodere uultu.*

Extat ex Græca ſententia συνείδησις πλήττει τὴν ψυχὴν, id eſt. Conſcientia uerberat animam. Et ſurdo uerbere cedit. Hinc poëtarum fabulæ

I 4 exce-

excogitate de diris & ultricibus Furijs.

*D. Bernhardus in meditationibus.*

Præſtat te ipſum cognoſcere, quàm ſi te neglecto, ſyderum curſus, uim herbarum hominumq́ ac omnium terreſtrium pariter & cœleſtiũ naturas tenueris: redde igitur te tibi, corrige greſſus, ſtatue te ante te, tanquàm alium.

*Idem in libro de conſcientia.*

Quid dulcius aut quietius bona cõſcientia, quæ nec damna, nec uerborũ contumelias, nec quicquàm aliud formidat.

*Idem in eodem libro.*

Bona conſciẽtia cotidiè uireſcit, laboribus non affligitur, deniq́ afficit gaudio uiuentem, conſolatur morientem, æternumq́ durat

*D. Auguſtinus ſuper Geneſin*

In ipſo autẽ homine nunc lætitia, quędam bonæ conſcientiæ Paradyſus eſt.

*Idem de Catechumenis.*

Obſeruatu dignũ eſt.

Tu qui ueram requiem, quæ poſt hãc uitam chriſtianis promittitur, quæris: eã inter amariſſimas huius uitæ moleſtias deguſtabis, iucundiusq́ ex bona cõſcientia inter ęrumnas lætaberis, quã ex mala inter delitias.

*Ludouicus Viues lib. 2. de Anima.*

Ex ignorantia multi errores naſcũtur, cũ ex illis uniuerſalibus ad ſpecies, & rerum ſingula iudicium deducimus: ſed reſtãt nihilominus in nobis reliquiæ illius tanti boni, quæ ſatis teſtantur, quantum id fuerit, quod amiſimus.

Synteresis conſciẽtia Naturale Iudicatorium, lux mẽtis noſtræ ſeu cenſura.

Synteresis nominatur, quaſi cõſeruatio: D. Hieronymo eſt conſcientia: Baſilio naturale iudicatorium: Damaſcenus lucem mentis noſtræ uocat: philoſophi quiddam tale ſunt procul intuiti, qui anticipationes tradunt, & naturales informationes, quas non didicimus à magiſtris, uel uſu, ſed hauſimus, & accepimus à natura: tametſi alij alijs pro magnitudine ingenij plures certioresq́ ſunt has regulas ſortiti, tum excoluntur, elimãturq́ uſu, experimentis, diſciplina, meditatione. Hæc mentis noſtræ ſiue lux, ſiue cẽſura, quæ rectè, quæ obliquè ſemper tum ad bonum & uerum deuergit, & fertur prona, unde exiſtit approbatio uirtutũ, & improbatio uitiorum: atq́ hinc leges & præcepta morũ, & intus in unoquoq́ conſcientia, quæ delicta ipſa ſua arguat, reprehendat, damnet, niſi penitus ſenſu humano careat, & degeneret in brutum.

*Diphilus Comicus.*

ὅστις γὰρ αὑτὸν οὐκ αἰσχύνεται
συνειδόθ' αὑτῷ φαῦλα διαπεπραγμένῳ
πῶς τόν γε μηδὲν εἰδότ' αἰσχυνθήσεται;

*Quiſquis enim ipſe non ſeipſum ueretur,*
*Conſcius ſibi quod mala comiſerit,*
*Quomodo apud neſcientem pudefieret?*

*Pythagoras*

πάντων δὲ μάλιστα αἰσχύνεο σαυτόν.

*In primis autem reuerere te ipſum.*

*Menander.*

ὁ συνιστορῶν αὑτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος,
ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ, Id eſt:

*Qui aliquid ſibi cõſcius eſt, etiã ſi fuerit audaciſſimus,*
*Conſcientia tamen facit ipſum timidiſſimum.*

*Sophocles Tragicus:*

κλέπτων δ' ὅταν τις ἐμφανῶς ἐφευρεθῇ,
σιγᾶν ἀνάγκη, κἂν καλὸν φέρῃ στόμα, id eſt:

*Si quis in furto palàm deprehendatur,*
*Illum tacere neceſſum eſt, licet eloquentiſſimum.*

*Euripides in Oreſte.*

Ὀρέστα τλῆμον, τίς σ' ἀπόλλυσι νόσος;
ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος, Id eſt:

*O miſer Oreſta, quid morbi te perdit? Oreſtes.*
*Cõſciẽtia: ſum enim mihi cõſcius de malis perpetratis.*

*Sophocles.*

Μὴ δεινὸν ἆρ' ἦν, ἡνίκ' ἄν τις ἐσθλὸς ὢν αὑτῷ
συνειδῇ, Id eſt:

*Magna profecto res eſt, ſi quis de innocentia ſua ſibi*
*conſcius ſit.*

*Antiphon Comicus.*

τὸ μὴ συνειδέναι ἐν αὑτοῦ τῷ βίῳ
ἀδίκημα μηδὲν, ἡδονὴν πολλὴν ἔχει, Id eſt:

*Conſcium eſſe ſibi in uita ſua*
*Nullius criminis, multum uoluptatis parit.* Volaterranus lib. 18. Anthropologiæ.

*Pythagoras Samius.*

κακὰ μείζω πάσχει δὲ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν
βασανιζόμενος, ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος, id eſt:

Vir iniquus & adflictus conſcientia, plus mali patitur, q̃ ille, qui in corpore caſtigatur, & flagris cæditur.

*Iſocrates ad Demonicum.*

μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἔλπιζε λήσειν: καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λήσῃς, σαυτῷ συνειδήσεις, Id eſt:

Nunquam ſperare debes, ſi quid turpe feceris, te latiturum: quamuis enim lateat alios, tute tamen tibi conſcius eris.

Idem

*Idem in Nicocle ſeu cyprijs.*

*Μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι μήθ' ὧν κέκτηται μήθ' ὧν ποιεῖ, μήθ' ὧν μέλλει, πράττειν, εἰδότες ὅτι περὶ τὰ κεκρυμμένα τῶν πραγμάτων, ἀναγκαῖον ἐστὶ πολλοὺς φόβους γίγνεσθαι,* id eſt:

Nihil cęlandum eſt prorſus illorum quę qs poſſidet, aut facit, aut factur⁹ eſt: Siquidem circa res latentes, neceſſariò multum timoris & metus contigit.

*Βίας ἐρωτηθεὶς τί ἂν εἴη τῶν κατὰ τὸν βίον ἄφοβον, εἶπεν, ὀρθὴ συνείδησις,* Id eſt:

Bias interrogatus, quæ nam res in uita metu careret: bona conſcientia, reſpondit.

*Περίανδρος ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν ἐλευθερία: εἶπεν, ἀγαθὴ συνείδησις,* Id eſt:

Periāder interrogatus, quid eſſet libertas, recta conſcientia, inquit,

*Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τίνες ἀταράχως ζῶσιν, εἶπεν, οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς ἄτοπον συνειδότες.* i.

Socrates rogatus, quinam tranquillè uiuerent, illi, inquit, qui nullius abſurditatis ſibi conſcij ſunt.

Diogenes.

*τίς γὰρ ἂν ἧττον φοβοῖτό τι, ἢ θαρροίη μάλιστα ἢ ὅστις αὐτῷ μηδὲν συνειδείη κακόν,* Id eſt:

Quis enim minimè timidus, animoſus autem maxime fuerit, quàm ille, qui nullius mali ſibi conſcius eſt?

*Plutarchus de animi tranquillitate.*

*Τὸ γὰρ συνειδὸς οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ τῆς ψυχῆς τὴν μεταμέλειαν αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύσσουσαν ἐναπολείπει: τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀναιρεῖ λύπας ὁ λόγος, τὴν δὲ μετάνοιαν αὐτὸς ἐργάζεται ὑφ' αὐτῆς. ὡς γὰρ οἱ ῥιγοῦντες καὶ πυρέτοις δακνόμενοι τῶν ταῦτα πασχόντων ἔξωθεν ὑπὸ καύματος, ἢ κρύους μᾶλλον ἐνοχλοῦνται καὶ πόνον ἔχουσιν, οὕτως ἐλαφροτέρας ἔχει τὰ τυχηρὰ τὰς λύπας ὥσπερ ἔξωθεν ἐπιφερομένας.*

Facinoroſa conſcientia inſtar ulceris in corpore pœnitentiam relinquit in anima ſauciantem iugiter ac peruellentem: Nā cum alias omnes triſtitias tollere ratio ſolita ſit, pœnitentiā hæc eadem cum pudore, quaſi mordicus impetentē ſeſe, atq; excarnificantem promouet. Quēadmodum porrò qui uigēte febre perfrigeſcunt, aut æſtuante exurūtur, acrius infeſtiuſq; afficiūtur, quàm qui æſtu rigoréue exterius hæc eadem patiuntur: ſic obtuſiores triſtitias habent fortuita & temeraria, utpote aduentitias.

Elegans ſimile.

*Atqui illud,*

Nemo mihi alius inculpandus eſt, ſed ego ipſe cum ſceleribus perpetratis, ſuccłamari flebiliter ſolet, graue ſuapte uulnus, grauius etiam facit atq; altius adigit.

Grauiſſima ſententia.

*Iſocrates in Nicocle ſeu Cyprijs:*

*Ζηλοῦτε μὴ τοὺς πλεῖστα κεκτημένους ἀλλὰ τοὺς μηδὲν κακὸν σφίσιν αὐτοῖς συνειδότας: μετὰ γὰρ τῆς τοιαύτης τύχης ἥδιστα ἄν τις δύναιτο τὸν βίον διαγαγεῖν,* Hoc eſt:

Æmulemini non opulētiſſimos, ſed de nullo crimine ſibi conſcios: cum hac enī fortuna ſuauiſſimè quis uitam agere poterit.

Non æmulandi potētes ſed bene conſcij.

*Apophthegma Chilonis Sapientis unius græcorum.*

Iam grandęuus dicebat, ſe ſibi nullius facti conſcium eſſe, cuius pœniteret, uno excepto, quod cum eſſet aſcitus arbiter, ut inter duos amicos finiret controuerſiam, nec quicquàm uellet aduerſus leges facere, perſuaſit alteri amico, ut ad alios deferret arbitrium: hoc pacto & legē ſeruauit, & amicum. Hic Scrupulus nonnihil mouebat ſenis animum, quod perfectę uirtutis fuiſſet nullo metu à regula legū deflectere, nec illius amicitiā magnifacere, quod ob ſententiam ſecundum leges, non ſecundum ipſum datā, deſineret amicus eſſe: Quid illa ſancti⁹ anima, qui per omnem uitam, quæ illi longa contigit, hoc tantum criminis admiſit?

Puritas cōſciētię Chilonis ſapientis græcorum.

*Horatius in Epiſtolis in prima, ad Mæcenatem, Doctorum omnium ſummum fautorem.*

*Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,*
*Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua, fideſq;,*
*Plebs eris, at pueri ludentes, rex eris, aiunt,*
*Si rectè facies: hinc murus aheneus eſto,*
*Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.*
*Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum*
*Næniaq; quæ rectè regum facientibus offert,*
*Et Maribus Curijs, & decantata Camillis?*

Notatu digniſſimū.

*Conſcientiæ ſtimulus nocentem aſſiduè rodit. Ouidius libro. 5. De Ponto ad Brutum.*

*Pœnitet ô ſiquid miſerorum creditur ulli,*
*Pœnitet, & facto torqueor ipſe meo.*
*Cumq; ſit exilium, magis eſt mihi culpa doloris*
*Eſtq; pati pœnam quàm meruiſſe minus.*
*Vt mihi dij faueant, quibus eſt manifeſtior ipſe,*
*Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.*

Mors

*Mors faciet certe, ne ſim, cum uenerit exul:*
*Ne non peccarim, mors quoq; non facit.*
*Non igitur mirum, ſi mens mea tabida facta eſt*
*De niue natantis more liqueſcit aquæ.*

*Horatius li. 1. Epiſtola 11. ad Bullatium.*

*Nam ſi ratio & prudentia curas,*
*Non locus effuſi latè maris arbiter aufert.*
*Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.*
*Strenua nos exercet inertia: nauibus, atq;*
*Quadrigis petimus benè uiuere. quod petis, hic eſt.*
*Eſt ulubris, animus ſi te non deficit æquus.*

*Iuuenalis in Satyris 13. Ad Caluinum.*

*Exemplo quodcunq; malo committitur ipſi*
*Diſplicet autori, prima eſt hæc ultio, quod ſe*
*Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quamuis*
*Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.*
*Quid ſentire putas, omnes Caluine recenti*
*De ſcelere & fidei uiolatæ crimine?*

*Idem, Satyra eadem.*

*Qur tamen hos tu*
*Euaſiſſe putas, quos diri conſcia facti*
*Mens habet attonitos? & ſurdo uerbere cedit?*
*Occultum quatiente animo tortore flagellum,*
*Pœna autem uehemens, ac multo ſæuior illis,*
*Quas & Seditius grauis inuenit & Rhadamantus,*
*Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.*

*Idem Satyricus, eadem Satyra.*

*Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum*
*Facti crimen habet:*
*Nocte breuem ſi forte indulſit cura ſoporem,*
*Et toto uerſata thoro iam membra requieſcunt,*
*Continuo templum & uiolati numinis aras,*
*Et quod præcipuis meritem ſudoribus urget,*
*Te uidet in ſomnis, tua ſacra & maior imago*
*Humana, turbat pauidum, cogitq; fateri:*
*Hi ſunt qui trepidant & ad omnia fulgura pallent,*
*Cum tonat exanimes, primo quoq; murmure cœli:*
*Non quaſi fortuitu, nec uentorum rabie, ſed*
*Iratus cadat in terras & uindicet ignis,*
*Illa nihil nocuit, cura grauiore timetur*
*Proxima tempeſtas uelut hoc dilata ſereno.*

*Perſius, in Satyra quinta.*

*Stat contra ratio, & ſecretam gannit in aurem,*
*Ne liceat facere, id quod quis uitiabit agendo.*
*Publica lex hominum, naturaq; continet hoc fas,*
*Vt teneat uetitos inſcitia debilis actus.*
*Diluis Helleborum certo compeſcere puncto*
*Neſcius examen, uetat hoc natura medendi.*

*Plautus in duobus Captiuis.*

*Quod malefeci crucior, modo ſi infectum fieri poſſet.*

*In Muſtellaria.*

*Nihil eſt miſerius, quàm hominis animus conſcius*

*Iulius Celſus, in commentarijs de rebus geſtis Cæſaris, lib. 1.*

Qui alicuius ſibi iniuriæ conſcius eſt, non ei cauere difficile.

*Plautus in Sarſinatis.*

Pleuſides. At hoc me facinus miſerum macerat, meum cor corpuſq; cruciat.

*Statius lib. 3. Thebaidos*

*Inuigilant animo, ſceleriſq; parati*
*Supplicium exercent curæ, tunc plurima uerſat*
*Peſſimus in dubijs augur timor.*

*Pœnitentia peccati ueniam obtinet.*

*Vaticinor, moneoq; locum date ſacra ferenti:* Ouidi9 ad Brutū de ponto li. 1.
*Non mihi, ſed magno poſcitur ille Deo.*
*Talia cœleſtes fieri præconia gaudent,*
*Vt ſua quid ualeant numina teſte probent,*
*Sæpe leuant pœnas, ereptaq; lumina reddunt,*
*Quum bene peccati pœnituiſſe uident.*

*Volateranus lib. 28. Philologiæ.*

Neq; ad ſui notitiam, neq; ad animi ueram uoluptatem quis niſi per conſciētiæ puritatem peruenire poterit, quam græci *συνείδησιν*, & itē aliam, quàm *συντήρησιν*, id eſt, iudicij cōſeruationē & integritatē in reb⁹ benefactis uocāt, quæ eſt naturalis intellectus: altera uerò uolūtatis. Hinc eſt illud Pythagoricū *πάντων δὲ μάλιστα αἰσχύνευ σαυτόν*. Id eſt, Præter omīa tui te pudeat.

*M. Cicero in oratione pro Milone.*

Magnam uim habet conſcientia in utramq; partē, ut ſemper pœnā ante oculos uerſari putēt, qui peccauerint: & nihil timeant, qui nihil admiſerint.

*Idem in Quæſtio. Tuſcula. lib. 2.*

Quin etiam mihi quidem laudabiliora uidentur omnia, quæ ſine uendicatione, & ſine populo teſte fiunt, non quo fugiendum ſit, omnia enim benefacta in luce ſe collocari uolunt, ſed tamē nullū theatrum uirtuti conſcientia maius eſt.

*Philippus Beroaldus, in Comen: in eundem Ciceronem.*

Conſciētia mille teſtes. Magna uis eſt conſciētiæ in utramq; partem: illa eſt uirtutum noſtrarum trutinatrix & remuneratrix: illa uitiorum inſectatrix & carnifex, qua iudice nemo nocens abſoluitur: & qui probus eſt, teſte cōſciētia, uitā degit ſecuram & beatam, ſontis uerò & ſcelerati mens habet, neſcio quos, carnifices internos. Prouerbium.

CICERO LIB. 8. EPISTOLARVM *ad Volumnium, quem Q. Voluſcum nominat Vatinius lib. 5. Fuit Ciceronis diſcipulus.*

Nihil dāni facere.

QVOD declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. Quod Hirtio inuides, niſi eum amares, non erat cauſſa inuidendi, niſi forte ipſius eloquentiæ magis, quā quod me audiret, inuideres: Caſſius tuus & Dolabella noſter, uel potius uterque noſter, ſtudijs ijſdē tenentur, & meis ęquiſſimis utuntur auribus. Mihi iudicatū eſt, ſi modo hoc Cęſar aut patiēt, aut uolet deponere illam perſonam, in qua me ſæpe illi ipſi probaui, ac me totum in literas abdere, tecumq; & cum cæteris earum ſtudioſis honeſtiſſimo ocio perfrui. Tu uellem ad nos uenires: omnia enim hilariora forent.

Abdere in literis.

*De claris oratoribus ad Brutum, Cicero de ſeipſo hæc prædicat.*

At uerò ego hoc tēpore omni, noctes & dies in omniū doctrinarum meditatione uerſabar: erā cū ſtoico Diodoro, qui cū habitauiſſet apud me, cūq; uixiſſet, nuper eſt domi meæ mortuꝰ: A quo cùm in alijs rebus, tū ſtudioſiſſimè in dialectica exercebar: quę quaſi contracta & adſtricta eloquentia putanda eſt, ſine qua etiā tu Brute, iudicaſti te illā iuſtam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam eſſe putant, conſequi poſſe. Huic ego doctori, & eius artibus uarijs atq; multis, ita eram tum deditus, ut ab exercitatiōibus oratorijs nullus dies uacuus eſſet. Commentabar declamitans (ſic enim nunc loquuntur) ſæpe cum M. Piſone, & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie, idq; faciebam multum etiam latinè, ſed Græcè ſæpius, uel quod Græca oratio, plura ornamenta ſuppeditans, conſuetudinem ſimiliter latinè dicendi afferebat: uel quod à Græcis ſummis doctoribus, niſi græcè dicerem, neq; corrigi poſſim, neq; doceri.

*In M. Antonium Philippica 5.*

Ipſe interea decē & ſeptem dies, ut digeſtio potiꝰ q̄ declamatio uideretur, de me in Tyburtinio Scipionis declamitauit: Hęc enim ei cauſa eſſe ſolet declamandi.

*Seneca, in Prologo declamationum.*

Declamabat autē Cicero, non quales nūc controuerſias dicimus, nec tales quidē, quales ante Ciceronē dicebātur, quas Theſes uocabant. Hoc autē genus materiæ, quo nos exercemur, adeo nouū eſt, ut nomen quoq; eius nouum ſit, controuerſias nos dicimus, Cicero cauſſas uocabat. Hoc uerò alterum nomen græcum quidem eſt, ſed in latinum ita trāſlatum, ut pro latino ſit. Scholaſtica cōtrouerſia multò recētius eſt, ſicut ipſa declamatio, quia apud nullum autorem antiquum, antè ipſum Ciceronem & Caluum inueniri poteſt, qui declamationem diſtinguit: Ait em̄, declamare eſt iā nō mediocriter benè dicere: Alterum putat domeſticæ exercitationis: alterum eſſe ueræ actionis.

Declamare quid. Declamatio pertinet ad exercitatiōem domeſticā

*Rudolphus Agricola, in prologum Senecæ.*

Quia aūt libri iſti declamationū inſcribunt, optimū fuerit in initio dicere paulò apertiꝰ, quid ſit declamatio: Igitur tēporibus eis, quo primū res Athenienſiū, deinde populi Romani magnę & potentes fuère, fuit & in græcia, & Romę eloquētia in ſummo precio & ueneratione. Itaq; pueri protinus in ſcholis inſtituebātur ad benedicendū, ut cum adoleuiſſent, poſſent in iudicijs & cōſilijs publicis, & priuatis proferre facundiā ſuam. Ergo cū apud grāmaticos ea ꝑcepiſſēt, quę p̄exercitamēta uocabant, quę apud gręcos Hermogenes, apud nos Priſcianus ſcripta reliquit: tū ad Rhetoris ſcholā adducebantur, proponebāturq; eis themata, qualia his libris deſcripta ſunt: quorum alia ficta erāt, alia ex hiſtorijs, aut poetis ſumebant: qualia hodie apud gręcos ſophiſtas pleraq; extant. Ad quæ themata in ſcholis pueri exercebant ſe ſtylo, ſcribendo in utrāq; partē, pro modo ingenij & eruditiōis ſuę, quiſq; quā optimè poterat. Deindeq; profectū proceſſerāt, & cōmodius iā poterant ſcribere, hi ea ipſa quæ ſcripſerāt, ediſcebāt, & tū dicebant: qui ſummus profectꝰ erat, ſtatim propoſito themate ſine ſcriptura dicebat. Hoc ergo erat declamare: in ſcholis exercitationis cauſſa dicere: Itaq; declamatio nihil aliud eſt, quam oratio ſcholaſtica, ad ſimilitudinem forenſis orationis dicta.

Eloquētia in ſummo precio fuit apud Romanos & gręcos.

Præexercitamenta Progymnaſmata:

Summus uſus declamandi. Declamatio quid.

*Petrus Moſellanus, Præceptor meus piæ Memoriæ, in progymnaſmata Anthonij ſophiſtæ,*

Olim

Pueri. Adoleſcẽtes. Iuuenes

Olim puerorum benè natorũ ætas dabatur grãmaticę, Adoleſcentiũ Rhetoricę, Dialecticę, Muſicę, & Palęſtrę, Iuuenũ diſciplinę militari. Reliqua uitę pars, prout cuiq; uel natura, uel conditio obtigerat, in republica conſumebatur.

Veteres magiſtri adoleſcentes fidei ſuę cõmiſſos, antè in leuioribus quibuſdam Rhetorici operis partibus, uelut Tirocinio, prçludere uolebãt: quàm ad iuſtũ declamationum munus perducerẽt: Nã ex ijs qui eloquentiæ deſtinati erant, alius meditabatur narrationem, nunc fictam, nũc ueram: alius ſententiã laudati alicuius uiri, ad certã rationẽ recẽſebat: Alius tractabat locum communẽ: Alius claros homines laudabat, & improbos uituperabat: alius ſuadebat, aut diſſuadebat legẽ aliquam. Breuiter, alius alio exercitationis genere, pro ætatis ingenijq; ſui captu pręparabatur. Nos omnem exercitationem ſtyli, (qui ſolus optimus dicendi magiſter eſt) ſic negligimus, ut uix lõgis interuallis epiſtolã aliquã meditari ſuſtineamus. Atq; utinã redeat aliquando antiqua illa diſcẽdi ratio, rediret & unà literis, literatiſq; precium.

Stylꝰ optimus dicendi magiſter.

Inter omnes Senecę lucubrationes nullum opus extare integrum, & inuiolatum uidetur, quod magis referebat publicæ ſtudiorũ utilitatis, quàm hos declamationem libros. Huius igitur operis, ſi quod exemplar integrum, & emẽdatum inueniatur, neſcio quid ampliꝰ deſiderari poſſet ſapientis eloquentię candidatis. Hic enim uelut in ſpeculo licet intueri, quomodo doctiſſimi uiri defenſiõis colorem inuenerint, quomodo cauſę ſummã in propoſitiões diuiſerint: deinde ſingulas in alias ſubiectas partiri ſoleãt: quibus argumentis unãquamq; confirment, tũ quas ſentẽtias adhibuerint, quæ ſchemata, quos affectus mouerint, quã uariè idem themata à diuerſis ingenijs tractari potuerit. Et in ijs quæ perperam inuenta, aut ineptis ſchematibus ſiue uerbis explicata, quæ ſtulta & cauſſæ ſufficiẽtia, quæ ἀσύστατα, ſecumq; pugnantia, quæ ἀπροσδιόνυσα & extra cauſſam dicta. Hę cenſuræ hominum in omni doctrinæ genere precellentium, incredibile dictu, quantũ utilitatis attuliſſent, non ſolum ad benedicendum, uerum etiam ad iudicandum, ſiue in forenſibus cauſſis, ſiue in concionibus popularibus militaribuſue, ſiue in cõſeſſis, ſiue in omni uitę functione, quę maxima ex parte linguæ prudentis officio tẽperatur. Ea inueniendi, iudicandiq; facultas, ſi ſtatĩ pueris tradat̃, mihi uidetur multo plus fructus allatura, quã quæ nunc in ſcholis traditur dialectica: quam tamen nec improbo, nec ſubmouendam cenſeo, modo reſectis nugalibus argutijs, ad uſum potius quàm ad puerilem oſtentationem tradatur.

Eraſmus in Prologo declamationũ Senecæ. Vtilitas declamãdi

Magna utilitas cenſuræ

Prudẽs lingua moderatrix uitę noſtræ.

*Plinius lib. 1. Epiſtolarum, Ad ſeptitium clarum.*

Magnum prouentum poëtarum annus hic attulit, toto menſe Aprili nullus fere dies, quò non recitaret aliquis, præterijt. Iuuat me, quod uigent ſtudia, proferunt ſe ingenia hominum & oſtentant: tametſi ad audiendum pigrè coitur. At herculè memoria parentum Claudium Cæſarem ferunt, cum in palatio ſpaciaretur, audiſſetq; clamorẽ, & cauſam requiſiſſet, cũq; dictũ eſſet, recitare Nouianum: ſubitùm recitãti, inopinatumq; ueniſſe. Lege Suetonium in Auguſto.

Claudius Cæſar declamantes audiuit.

*Fabius Quintilianus lib. 4. cap. 2.*

Declamatio eſt forenſium actionum meditatio.

Declamationes, quibus ad pugnam forenſem, uelut pręp̃ilatis, exercere ſolebamus, olim iam ab illa uera imagine orandi receſſerunt, atq; ad ſolam compoſitæ uoluptatem neruis carent, non alio mediuſfidius uicio. dicentium, quàm quo mancipiorum negociatores formę puerorum uirilitate exciſa lenocinantur. Li. 5. ca. 12.

Quale diſcrimen declamãdi & ueri agẽdi, comperies apud Fabiũ lib. 1. ca. 13. Ibidem de Reſponſo Actij elegantiſſimo.

*Fabius lib. 2. cap. 11.*

*Vtilitas maxima declamandi.*

Declamãdi ratio, ut nouiſſimè inuẽta, ita multo eſt utiliſſima: Nã & cũcta illa, de quibus diximus, in ſe ferè continet, & ueritati proximã imaginẽ reddit: Ideoq; ita eſt celebrata, ut pleriſq; uideretur ad formandam eloquentiam uel ſola ſufficere. Mox ſubdit.

Totum aũt declamãdi opus, quod diuerſum omnino à forẽſibus cauſis exiſtimant, ij profectò nec rationẽ quidẽ, qua iſta exercitatio inuẽta ſit, peruidẽt: Nam ſi foro non pręparat: aut ſcenicæ oſtentationi, aut furioſę uociferationi ſimillimũ eſt.

eſt. Quid enim attinet iudicem præparare, qui nullus eſt: Narrare, quod omnes ſciant falſum: probationes adhibere cauſæ, de qua nemo ſit pronunciaturus? Et hęc quidem ocioſa tantum. Affici uerò, et ira & luctu permouere, cuius eſt ludibrij, niſi quibuſdam pugnæ ſimulachris ad uerum diſcrimen, aciemq́; iuſtam cõſueſcimus? Nihil ergo inter forenſe genus dicendi, atq; hoc declamatorium intererit, ſi profectus gratia dicimus nihil.

Declamationes ueritatis imaginem referunt.

Declamatio, eò quod eſt iudiciorum conſiliorumq́; imago, ſimilis eſſe debet ueritati, &c.

*Beatus Rhenanus in maximum Philoſophum Platonicum.*

Solennis enim mos declamandi fuit.

Vetus ille declamãdi recitãdiq́; mos quàm fuerit olim ſolennis, cum ex alijs autoribus, tum ex Plinianis epiſtolis abundè liquet: cuius utilitas maxima fuit: Nempe quod per hũc ceu Lydiũ lapidem (ut eſt in prouerbio) ſcripta ſua probarent. Quoties enim apud multitudinem dicimus, facile experimur num felix ſit inuentio, num diſpoſitio concinna, modò appoſita elocutio: & quãquam taceant auditores, ex illorum tamen uultibus intelligere licet, album an atrum (quod aiunt) calculum recitantibus, aut dicentibus nobis adijciant.

Floridorũ Apulei declamationes:

# DIALECTICA.

DIALECTICA, quæ latine ars diſſerendi nominatur, artium ferè maxima, docet unde erui poſſint argumenta, explicando definit, obſcura explanat interpretando, ambiguum primum uidet, deinde diſtinguit, poſtremo regulam adhibet, qua uera & falſa iudicẽtur, & quæ quibus propoſitis ſint, quæq́; non ſint conſequentia, quaſi lucem adferens ad ea quæ confuſe aut aguntur, aut reſpondentur: Quam primus fertur excogitaſſe zeno Talẽtagori filius Pythagorę, & Democriti tempore octuageſima octaua olympiade, diſcipulus Zenophanis, & Parmenidis, qui tradidit, quæ de Philoſophia poſtea ſcripſit Empedocles, aliquantò autem pòſt, ipſam locupletauit Dialecticam.

*Diſtributio Dialecticæ.*

Dialectica in tres diuidi poteſt partes, inueniẽdi unam, & alterã iudicãdi, tertiam, quam poſſimus dicere elementariam, quæ argumentorum atq; argumentationũ nobis ſuggerit elementa: unde ſenſuum & uerborum primordia comparantur, ſine qua quid ſit, de quo diſputandum, & quo pacto ad id penetrandum uideatur, certum non eſt.

Elementariam appellamus, prædicabiliũ ſeu quinq; uocum, prædicamẽtorumq́;, quæ cathegorię nuncupantur, peritiam: nec non orationis partium cognitionem, unde uis argumentorum, atq; argumentationum emanat.

Inueniendi altera pars eſt, quam topicen, id eſt, localem dixerunt. Illa certos quoſdam locos oſtendit, è quibus uelut theſauris quibuſdam, in rem quãuis confirmandam refellendamue argumenta ducantur. Porrò inuentionem continent loci quidam: ut enim piſcator, uenator, auceps, certos quoſdam definitos locos habere ſolent, in quibus etſi non ſemper, tamẽ plerumq; id quod quærunt, inueniant: Ita & Dialecticus, certos quoſdam habeat locos oportet, è quibus ceu latebris quibuſdam, argumenta in rem omnem ducantur.

Iudicandi Analiticen, id eſt, reſolutoriam nominauerunt: quæ formulas, & præcepta quædam argumentandi tradit, quibus ceu perpendiculis, atq; normis quibuſdam explores, idoneane ſint argumenta, quæ inueneris inſtituto tuo an non idonea: proſint an officiant magis: apta ſint an inepta. Neq; enim ut quærenti quicquam primum occurrit, ita & commodiſſimum erit cauſſæ ei, de qua erit dicendum: nõ magis quã ut lapis quiuis temere oblatus, ad unamquãuis ædificij partẽ fulciendam eſt aptus: aut uniuerſis morborum generibus, una aliqua ſalubris eſt medicina. Ergo quemadmodum fabri nihil niſi examinatum exploratumq́; prius, operi ſuo ſolent inſerere: ita ne nos quidem temerè unumquodq; operi noſtro, hoc eſt, orationi, qua fidem facere uolumus, in-

fulcire debemus: ſed uelut delectu quodam inſpicienda omnia, optima eligenda. Nam uelut militi parum profutura ſunt quantumlibet bona arma: qui, quẽadmodum utẽdum ijs ſit armis, ignoret: Ita ne loci quidem utilitatem aliquam adferrent nobis, niſi qua uia, quoquo modo ex ijs copia dicendi parata ſit, ſciamus.

*Vnde dicta Dialectica.*

Principio omnem diſſerendi rationem græci, ut bonarum diſciplinarum aliarum omnium, ita & huius inuentores, ſua lingua διαλεκτικὴν appellauere: quod nomen nonnulli latinè tentantes dicere, diſſerturam uel diſputaturam dixerunt: quem errorem F. Quintilianus lib. 2. facile coarguit, etiamſi non me clam eſt, ab ipſo Fabio nonnunquàm obiter atq; aliud interim agente diſputatricem eam uocatam eſſe. &c.

Dialectica diſputatrix dicta.

Dicta autẽ eſt, à διαλέγομαι, quod diſſerere noſtri uerterunt, id eſt, diſtinctè aliqua de re dicere. Significat autem colloqui & conferre cum aliquo aliqua de re. Ideoq; Plato ſcientiam hanc ſcripſit eſſe δοῦναι καὶ ἀποδέξασθαι λόγους. Id eſt, Reddere & demonſtrare rationes.

*Officia Dialecticæ.*

Definire, Diuidere, Ratiocinari.

Differt à Rhetorica: quod hæc ſplendidam magis, & ad captum popularem orationẽ inſtruit: Dialectica res nudas proponit: Rhetorica uero addit elocutionem, quaſi ueſtitum. Veteres aliter diſcernebant: Rhetoricę tribuebant forenſes & ſuaſorias materias: Dialecticæ uerò omnes quæſtiones alias, de quibus certa quadam methodo & ratione docendi ſunt homines: iuxtaq; hoc diſcrimen, proprius dialecticæ finis eſt, docere: Rhetoricæ autem, permouere atq; impellere animos, & ad affectum aliquẽ traducere: ut cum de natura uirtutis diſputamus, Dialectica conſulenda erit, quę quid ſit uirtus, & quas habeat cauſas, partes, effectus oſtẽdat. Cum autem ad uirtutem colendam homines adhortamur, loci rhetorici ſequẽdi erunt, &c. Itaq; quæ orator magnifico orationis ſplendore molitur, eadem Dialecticus breuiter & argutè, uelut punctis quibuſdam colligit: alioqui materia eadem & Dialect. & Rhet. nimirũ oĩs res, quæ in diſputationem adducitur, quã cauſam Ariſtoteles adfert in Rhetoricis ſuis ad Theodecten: cur Dialecticen Rhetorices ἀντίστροφον dixerit. Zeno quidẽ ille, à quo diſciplina Stoicorũ promanauit, manu demonſtrare ſolebat, quid inter has artes intereſſet. Nam cum compreſſerat digitos, pugnumq; fecerat, Dialecticàm aiebat eiuſmodi eſſe: cum autem diduxerat manum, & dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe, dicebat.

Differẽtia Rhetoricę & Dialecticæ.

Dialecticæ finis docere: Rhetoricę ſuadere uel permouere.

Eadem materia & Dialec. & Rheto.

*Alia ratio.*

Struitur omnis oratio, aut ſic, ut continens ſit: aut, ut ſit conciſa. Continens eſt, quales ſunt oratorũ actiones, laudationes, hortationes. Conciſa, ut diſputationes, & alternantia ſcholaſticorum certamina. Rhetoricæ ergo ratio in dicendo latior: illa in loquendo contractior. Ob id Cicero Dialecticã alicubi eleganter contractam uocat eloquentiam.

Omnis oratio aut eſt continens, aut conciſa.

*Quibus comparetur Dialectica.*

Comparanda eſt hæc facultas, tribus potiſſimùm rebus: naturã, ratione, & uſu. Nam naturæ debetur, teſte Ariſtotele, ſi qui nulla arte, ſed tantum ingenij benificio utentes, bene ratiocinentur: & quid in quaq; re probabile ſit, ſtatim uideant. Dialectica autem nihil aliud eſt, quàm rationis humanæ ceu filum quoddam, quo cuiuſq; rei cognoſcendæ naturam parteſq; ordine quodam inueſtigamus: quo in quauis re, quid ueri, quid falſi ſit, inquirimus: Quare neq; labor ullus fuerit aſſequi dialecticam, ſi ad animi iudicium reuoces. Quẽ enim natura nobis ordinem cognoſcendarum rerum inſeuit, hunc exprimũt idiotæ, & literarum expertes quandam rerum cõſequentiam communi naturæ captu cernunt, uidentq; progreſſus anteceſſiones, & ex alijs alia colligunt. Hic ipſe naturæ ſenſus: hæc rationis ſemita, Dialectica. Sæpe quæſitum eſt: natura'ne plus ad artes bonas conferat, an præceptiones?

Natura Ratio uſus.

Dialectica eſt quaſi filum: quoddam humanæ rationis.

Fab. lib. 3. cap. 20. Cicero hæc in Orat. pro Archia.

Nulla eſt doctrina ſine natura.

ceptiones: Verum ſi parti utrilibet omnino alteram detrahas: Natura etiam ſine doctrina multum ualebit: Doctrina nulla eſſe ſine natura poterit. Si ex pari coeāt, in mediocribus quidē utriſq; maius adhuc naturæ credā eſſe momentū: conſumatos autem plus doctrinæ debere, quam naturæ putabo: Sicuti terræ nullam fertilitatem habenti, nihil optimus Agricola profuerit: è terra uberi ti le aliquid etiam nullo colente naſcetur: At in ſolo fœcundo, plus cultor quàm ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet. Etſi Praxiteles ſignū aliquod ex molari lapide conatus eſſet exculpere, Parium marmor, metallū rude: At ſi illud idem artifex expolijſſet, plus in manibus fuiſſet, quàm in marmore. Deniq; natura ipſa, materiæ, ars doctrinæ eſt: Hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars ſine materia, materiæ etiam ſine arte preciū eſt: Ars ſumma, materia optima. Naturam autē præceptor dare non poteſt: Neq; enim ea humani ſtudij, ſed ſolius Dei munus eſt, et cœleſte bonum.

Notatu dignum.

Natura ſolius Dei munus eſt

*Ratio nes.*

Rationem uoco, certam artis habitionem, à præceptore petendam. Nullam autem artem literis, ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione præcipi poſſe, teſtatur Cicero lib. 7. Epiſtol. Famil. ad Aulum Trebatium. Ad naturam ergo docilem ſuſcipienda eſt diſciplina: ſicut enim cæca eſt ſine diſciplina natura, ſic ſine natura incerta eſt diſciplina. Errant igitͤ quàm maximè, qui artes præceptis nullis conſtare contendunt, ſed natura tantum, & uulgari quadam exercitatione contineri: quorum in ſententia & ille fuit, qui interrogatus, quid eſſet ſchema & Noēma, neſcire ſe quidem, ſed ſi ad rem pertineret, eſſe in ſua declamatione, reſpōdit. Horum opinionem damnat Fabius lib. 2. cap. 12.

Ad artes diſcendas magiſtris opus eſt maximè.

Bellum reſpōſum.

Vſus hic inprimis adhibendus: omnium enim magiſtrorū præcepta ſuperat: ſtudioſus itaq; quiſq; conabitur præceptis adiungere. Nam & naturæ et doctrinæ parum admodum fuerit momenti, ſi exercitium ſubtraxeris. Plinius iunior lib. 1. ad Tacitum & 6. mirè uſum commendat. Cicero pro Cornelio Balbo: Aſſiduus, inquit, uſus, uni rei deditus, & ingenium & artem ſępe uincit: Eſt enim ratio loquendi, et regula ſermonis. Cæſar etiam in commentarijs, quod diffuſius Columella explicuit, quid nimirum inter uſum & artem interſit: ſcriptorum eſt, dicit: magis inſtruere monumenta, quàm facere artificem: Vſum & experientiam dominari in artibus, neq; eſſe ullam diſciplinam, in quam nō peccando, diſcatur: Nam ubi quid perperam adminiſtratum ceſſit inproſpere, uitatur quod fefellerat, illuminatq; rectam uiam, docentis magiſterium.

Experientia dominatur in artubus.

Exercitatio eſt aſſiduus uſus conſuetudoq; rei alicuius tractandæ. Cicero li. 1. de Oratore: Exercitatio quædam ſuſcipienda: Eſt autem magni laboris, quem pleriq; fugimus, caput, quàm plurimum ſcribere: Stylus optimus & præſtantiſſimus dicendi, effector ac magiſter. &c. Neq; iniuria: nam ſi ſubitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile uincit, hanc ipſam profecto aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit.

Aſſiduitas.

Stylus.

*Phocylides.*

ὀυδ᾽ἐν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν ἐυπετὲς ἔργον, ὀυδὲ ἀυτοῖς μακάρεσσι πόνος ἀρετῆς μέγα ὀφέλλει. Id eſt: Nullum ſine labore eſt uiris facile opus, neq; ipſis beatis: Labor autem uirtutem ualde auget. Nihil tā arduū quod non diligentia uincat & ſedulitas: ut pulcherrimè cecinit Vergilius in Georgicis: labor omnia uincit improbus, & duris uigens in rebus egeſtas: labor & paupertas ſcientiā inuenerūt. Extat in hāc ſententiā apud Græcos prouerbiū, θεοὶ τ᾽ ἀγαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦνται. Dij bona laboribus uendunt. Huc Horatius alluſit: perrupit Acheronta Herculeus labor: & Sophocles ī electro πόνου τοι χωρὶς ὀυδὲν ἐυτυχεῖ. Id eſt: citra laborem nihil fœlix.

Labor.

*Non iacet in molli ueneranda ſcientia lecto*
*Illa ſed aßiduo parta labore uenit.*

Celtes poëta.

*Iſocrates.*

Sicuti produnt Græci, cū quidā ei parēs filiū exhiberet, ſciſcitareturq; quidnā ei neceſſum arbitraretur: δεῖ (ἔφη) γραφείδιου καὶ νοῦ,

*Penna ſeu ſtylo eſſe opus, inquit, ac mente.*
*Da ueniam ſaſſo ſtudijs quoq; frena remißis,*
*Ducitur & digitis litera rara meis.*
*Impetus ille ſacer, qui uatum pectora nutrit,*
*Qui prius in nobis eſſe ſolebat, abeſt.*

Stylo & penna opus pueris ſtudentibus.

Cœlius lib. 6. ca. 20. Ouidius de Deſuetudine lib. 4. De Ponto.

*Diuitijs uirtus præferenda.*

SINE diuitias diuitum eſſe, tu uerò uirtutem præfer diuitijs. Nam ſi uoles diuitias cum uirtute comparare: uix ſatis idoneæ tibi uidebuntur diuitiæ, quæ uirtutis pediſſequæ ſint. Ex 4. lib. nouæ Rhetoricæ Ciceronis.

*Diues auarus pauper eſt ſibi.*

*Diuitias animi ſolas ego iudico ueras,*
*Qui rebus pluris ſe facit ipſe ſuis.*
*Hunc adeo ditem, hunc opulentum ritè uocamus,*
*Magnarum quis ſit, qui uidet, uſus opum.*
*Calculus ac ſi quem miſerè numerandus adurit,*
*Qui miſerè ſemper diuitias cumulat.*
*Hic ut apes paruo crebroq; foramine foſſo*
*Sudat in alueolo, mel alij comedunt.*

*Idem Thomas Morus.*

*Te ditem appellant omnes, ego planè inopem te,*
Vſus facit opes. *Nam facit uſus opes, teſtis Apollophanes.*
*Si tu utare tuis, tua fiunt, ſin tua ſerues*
*Heredi, tua iam nunc aliena facis.*

Τοῦ Παλλαδᾶ.

*Diues auarus.*

Πλοῦτον μὲν πλουτοῦντος ἔχεις ψυχὴν δὲ πένητος,
ὦ τοῖς κληρονόμοις πλούσιε σοὶ δὲ πένης.

*Latinè ſic ſonant, autore Lilio.*

Diues alij ſed ſibi pauper. *Diuitias locupletis habes, animam ſed egeni,*
*Hæredi ô diues, ſed tibi ſolus egens.*

*Thomas Morus ita tranſtulit.*

*Diuitias locupletis habes, inopis tibi mens eſt:*
*O miſer, hæredi diues, inopſq; tibi.*

*Diues auarus idem quod canis in præſepi.*

*In præſepe canis fœno nec ueſcitur ipſe,*
Canis in præſepi. *Nec ſinit, ut fœnum, qui cupit, edat equus.*
*Seruat auarus opes, opibus non utitur ipſe,*
*Atq; alios, uti qui cupiunt, prohibet.*

*Alluſio ad Græcum.*

Τοῦ Παλλαδᾶ.

*Diuitias ut Crœſus habes, ſed uiuis ut urus:*
*Ergo alijs diues, pauper es ipſe tibi.*

*Diues tantum nobilis.*

Diues nobilis noſtris miſeris temporibus ac perdidiſſimis moribus. *Non habeo quoniam nummos, uaſa aurea, menſas,*
*Quas ornant gemmæ, ſub quibus albet ebur:*
*Nec mea centenis inſurgunt tecta columnis,*
*Nec domus antiquis fulget imaginibus:*
*Prædia nec grauidas Cereris mihi munus ariſtas*
*Producunt uites nec mihi Bacche tuum:*
*Nec meus eſt oſtro ſonipes, nec ſplendidus auro,*
*Nec nitet in digitis plurima gemma meis:*
*Inſanum me cerdo uocat, ſutorq; faberq;:*
*Inſanum diues, qui caret ingenio.*
*Accuſat, mordet, lacerat, damnatq;, fugatq;*
*Nec me Parnaſus, nec ſua templa iuuant.*
*Nobilis eſt tantum diues, magnuſq; potenſq;,*
*Solus habet ſocios, ſolus in orbe ualet:*
*Laudatur, petitur, colitur, celebratur, amatur,*
*Eſt Prætor ſolus, eſt quoq; ſolus eques.*
*Sed meritis hominum ſi diuiderentur honores,*
*Inſanum qui me, qui ſine mente uocant,*
*Inſanos ſeſe, ſe ſe ſine mente uiderent:*
*Solus honor merito qui datur, ille datur.*

*Diuitijs moderatè utendum.*

Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
ὡς δὲ βιωσόμενος φείδεο σῶν κτεάνων,
ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας
φειδοῖ, καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

*Latinè Lilius uertit*

*Diuitijs utare tuis, tanquam moriturus.*
*Tanquam uicturus parcito diuitijs:*
*Vir ſapiens eſt ille quidem, qui hæc ambo uolutans*
*Parcit, quiq; modum ſumptibus applicuit.*

*Thomas Morus.*

*Tanquam iam moriturus partis utere rebus:*
*Tanquam uicturus denuò parce tuis.*
*Ille ſapit, qui perpenſis his ritè duobus,*
*Parcus erit certo munificuſq; modo.*

*Diues mortuus, & pauper, pares: ex Auſonij Epigrammatibus.*

*Effigiem rex Crœſe tuam ditiſſimè regum*
*Vidit apud Manes Diogenes cynicus:*
*Conſtitit, utq; procul ſolito maiore Cachinno*
*Concuſſus dixit, quid tibi diuitiæ*
*Nunc proſunt, regum Rex ô ditiſſime, cum ſis*
*Sicut ego ſolus, me quoq; pauperior?*
*Nam quæcunq; habui mecum fero, cum nihil ipſe*
*Ex tantis tecum Crœſo feras opibus.*

*Ex dictis ſapientum.*

*Quis diues.*

Quis diues? qui nihil cupit: At quis pauper? Auarus. Diues eſt, nihil cupiens.

*Diuitijs omnia parent: Ex ſatyra 3. lib. 2. ſermonum Horatij.*

*Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem.*
*Hæredes Staberi ſummam incidêre ſepulchro.*
*Ni ſic feciſſent, gladiatorum dare centum*
*Damnati populo patria.*
*Quid ergo*
*Senſit, cum ſummam patrimonij inſculpere ſaxo*
*Hæredes uoluit? quo ad uixit, credidit ingens*
*Pauperiem uitium, & cauit nil acrius, ut ſi*
*Fortè minus locuples uno quadrante periret,*

*Ipſe*

*Ipſe uideretur ſibi nequior. Omnis enim res,*
*Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris*
*Diuitijs parent: quas qui conſtruxerit, ille*
*Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam Rex,*
Diuens ſolus ſapiens & fortis. *Et quicquid uolet: Hoc ueluti uirtute paratum*
*Sperauit magnæ laudi fore, Quid ſimili iſti*
*Græcus Ariſtippus? qui ſeruos proijcere aurum*
*In media iuſsit Lybia, quia tardius irent*
*Propter onus ſegnes. Vter eſt inſanior horum?*

DIVES QVI VALET.
Ex epiſt. 12. Horatij ad Iccium.

Valetudo magnum bonum. *Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci*
*Si rectè frueris, non eſt ut copia maior*
*Ab Ioue donari poſsit tibi, tolle querelas:*
*Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.*
*Si uentri bene, ſi lateri eſt, pedibuſq; tuis, nil*
*Diuitiæ poterunt regales addere maius.*

*Idem, epiſtola 19. lib. 1. ad Lollium.*

*Quid credis Amice precarie*
Aequus animus optimus. *Sit mihi, quod non eſt, etiam minus, ut mihi uiuam,*
*Quod ſupereſt æui, ſi quid ſupereſſe uolunt dij.*
*Sed ſatis eſt orare Iouem, qui donat & aufert,*
*Det uitam, det opeis, æquum mi animum ipſe parabo.*

*Diues qui nihil cupit. ex 14. ſatyra Iuuenalis.*

*Tantis parta malis, cura maiore metuq;*
*Seruantur, miſera eſt magni cuſtodia cenſus.*
*Senſit Alexander teſta cum uidit in illa*
*Magnum habitatorem, quantò felicior, hic qui*
*Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orbem.*
*Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.*

*Plutus diuitiarum Deus cur cæcus effingatur. Auaritiæ improbatio. Aloadæ qui dicantur.*

Pluton eſſe diuitiarum Deum, & quidem cæcum, neminem puto qui neſciat, cui ſaltē eius nominis opus apud Ariſtophanem nō ſit incognitū. Plutarchus uerò autor eſt, emanaſſe celebratum illud, in una omnium, quæ ſub ſole ſunt urbium Sparta ſeruari diuitiarum Deū & cæcum, & iacentem, ut picturam inanimatam, ac immobilem: Quod ibi uictus facilitate, & communi cœnandi inſtituto efficeretur, ne furto diuitię conciliarentur, uel potius (ut ait Theophraſtus) honore haberentur: Nam, ut taceam, quod prudēter Seneca inquit, Multum eſſe diuitiarum contubernio non corrumpi, & affluentibus hinc inde diuitijs, uitiorum uomitibus animum ſeruare inconcuſſum. Certè, ut Philoſtratus inquit, non ſunt tractabiles diuitię, debentq́ inter ardua & difficillima connumerari. Qui enim diuitijs (ut ſic dicam) inebriantur, non deſinunt ſubinde iniurios ſe præbere: & in magna amplaq́ fortunę laxitate, cæcutiūt. Quod ſi opulentiæ adhiberetur utendi ratio, reciperet iā uidendi uſum plutos: Quod ſophiſtę Herodi factitatum ſcimus: apud quem minimè luminibus captus diuertiſſe uidetur is Deus, quando bonorum affluentiam ad liberalitatis uſum contulit: Quod ſciret τὴν φιλαργυρίαν μη‑τρόπολιν εἶναι πάσης κακίας. Id eſt: Auaritiā eſſe totius uitioſitatis Metropolin. Quę res illi, ut taceam, quod Rufus Perinthius Græcorum linguam nuncupabat, & orationis linguam: immortalem apud poſteros gloriā comparauit: amicos ſiquidem ampliter confouebat, ciuitates genteſq́ inopia adobrutas ſubleuabat. Erat enim hic theſaurus illi acuratiſſimus, multis bona ſua impertiri: Addebatq́, congruere in primis non abutenti diuitijs, indigentibus opem ferre, ut deſinant indigere: nō indigentibus itē, ne forte quandoq́ indigeant. Inconſultum uerò diuitem, ac ſordidum, cumulandiſq́ pecunijs immorientē, eſſe mortuum prędicabat Plutō. Theſauros porrò, in quos nullo fine congerātur opes, Pluti carceres uocabat: Eos, qui ſepoſitam pecuniam uice numinis colerent, Aloadas eſſe dicebat: Qui cum in uincula Martem conieciſſent, eidem mox rē diuinam obire perrexerunt, Poſtremo elegans eſt, apud Græcos uerbum χαλκιδίζειν, id eſt, Chalcidiſſare, quod ſignat, auidius pecuniæ inuigilare: Quoniam eiuſmodi fuiſſe Chalcidienſes feruntur.

In Sparta urbe diuitiarum Deus aſſeruatur.

Auaritia totius uitioſitatis Metropolis.

Pluti carceres.

Chalcidizare incumbere pecuniæ.

*Socrates ad Demonicum.*

Diuitiæ uitiorum magis quàm uirtutis miniſtræ ſunt: cùm quod ad ignauiam feneſtram aperiunt, tum quod adoleſcentes ad uoluptates aduocent.

DIVITIARVM VSVM QVEM *eſſe deceat.*

*De M. Antonio Ptolemæo Bione: Diuitiarum genera duo ex lib. 11. Cœlij.*

Et Græcus quidem hic rectè admonet, & ſynceriter exq́ mortalium uſu inprimis: ſed & apud Rhabirium Poëtā M. Antonius perſanctè: cū fortu-

 nam

nã ſuam ad alios emigrantem ingemiſceret: Hoc habeo, quodcũq; dedi. Illud, inquit Seneca, quod ſuſpicis, quo te diuitem quoq; ac potentem putas, quàmdiu poſſides, ſub nomine ſordido iacet: cum donaſti, beneficium eſt. Propterea notiſſimus poëta Martialis libro quinto ait.

Egregia uox M. Antonij.

*Extra fortunam eſt, quicquid donatur amicis,*
*Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.*

*Vere diuitiæ quæ ſint. Ariſtoteles.*

Diuitias ueras docet Ariſtoteles dici eas, quę neceſſaria uitæ ſuggerunt, & utilia ad ciuitatis & domus ſocietatem: ijs ſiquidem ſufficimus ad bene uiuendũ: itẽ, eſſe diuitias ueras, quarũ acquiſitionem χρηματιστικὴν nuncupant: id eſt, pecuniariam: Hæ uerò dicuntur infinitæ, nec ueræ, quoniam appetitum non explent. De quibus itẽ intellexiſſe Solon uidetur, ſicut commeminit etiã in libro περὶ φιλοπλουτίας Plut. πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται. Hoc eſt: Diuitiarum nullus eſt conſtitutus finis hominibus: Nam diuitiæ quę neceſſarijs rebus conſtant, finitæ ſunt. Extant autem organa œconomici & politici, ijs enim utuntur ad domus & Ciuitatis adminiſtrationem: Diuitias ueras ex naturæ fontibus principia ducere palàm eſt, alteras uerò minimè. Ad hæc autẽ Epicuri illud ſpectare, nõ latere arbitror: Si ad naturã uiues, nunquam eris pauper, ſi ad opinionem, nunquam diues. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum. Etenim ſicut prudentiſſimè Seneca ſcribit, congeratur in te, quicquid multi locupletes poſſederunt, ultra priuatum pecuniæ modum fortuna te prouehat, auro tegat, purpura ueſtiat, & eò delitiarum opumq; perducat, ut terram marmoribus abſcondas, & non tantum habere liceat, ſed & calcare diuitias: Accedant ſtatuæ & picturæ, & quicquid ars luxuriæ ulla elaborauit, maiora cupere ab his diſces. Naturalia deſyderia finita ſunt, ex falſa opinione naſcentia, ubi deſinant, non habent: Nullus enim terminus falſo eſt.

Ad naturam uiuẽs nunquam erit pauper.

Natura exiguum deſiderat.

Naturalia deſyderia finita ſunt.

Elegans ſimile.

*Iſocrates ad Demonicum.*

Omnem diuitiarum fructum non in magnitudine opum, ſed in moderato rei uſu familiaris, eſſe poſitum exiſtima. Contẽne illos, qui cumulandis opibus inuigilant, ſed partis uti neſciunt: Idem enim uſu uenit iſtis, quod his, qui equitandi neſcij bonos equos habent.

*Impoßibile eſt diuites ſimul & probos eſſe.*

Plato autem de legibus quinto: Diuites ualde ſimulq; probos eſſe, arbitratur impoſſibile, propterea q; nec fœlices, ut mox pecuniarum, inquit, cura ultimũ honoris teneat locum. Hinc illud Ptolemæi laudatur egregiè, qui apud amicos cœnitare aſſuetus, ſæpe etiam dormire, ſi quandoq; illis reponeret uaſa commodo, ab eiſdem ſumere nõ uerebatur: Stragula item, atq; id genus alia plura: quòd ipſe in domeſtica ſupellectile nil admodum præter neceſſaria haberet. ἀλλὰ τὸ πλουτεῖν ἔλεγε τοῦ πλουτίζειν εἶναι βασιλικώτερον. Id eſt: Ditare quã ditari magis regni aſſeuerabat. Quid quod immo dicæ diuitiæ, ſicut docuit Apuleius, ueluti ingentia & enormia gubernacula facilius mergunt quam regunt: quòd habeant irritam copiam, et noxiã nimietatem: Deniq; is plurimum habet, qui minimum deſyderat. Quippe animus eſt, qui diuites facit: Pecunia ad animum nihil pertinet, aurum, argentum, magni leuatiq; menſarum orbes, terrena ſunt pondera, quæ amari nequit ſyncerus, ac ſui memor animus. Rem familiarem largam & uberem populo elargitus eſt Crates. Diogeni ac Anthiſteni pera fuit & baculus, quod regibus diadema: proinde iucundum illud Bionis, qui apud Theognin legiſſet.

Grauiſſimum dictum Ptolomæi regis.

Maximè diues qui minimum petit.

Animus diuites facit.

πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος οὔτε τι εἰπεῖν
οὔθ' ἔρξαι δύναται, γλῶσσα δέ οἱ δέδεται.

*Paupertate quiſquis premitur, nec dicere*
*Nec facere quoq; ualet: obligata ſiquidẽ lingua illi eſt.*

Quo, inquit, pacto ipſe inops tantum nugaris, deblateraſq; aduerſum nos? Diogenes diuitem indoctum eſſe ouem, aſſeuerabat uellere aurato. Cæterum in hunc uſum eſt illud Horatij, ex epiſtola ultima.

Diues indoctus ouis uellere aurato obtecta.

*Quid uici proſunt, aut horrea, quidue Calabris*
*Saltibus adiecti Lucani? ſi metit Orcus*
*Grandia cum paruis, non exorabilis auro.*

*Diues pauper: Ex Hercule furente Senecæ.*

*Turbine magno ſpes ſollicitæ*
*Vrbibus errant, trepidiq́; metus.*
*Ille ſuperbos aditus regum,*
*Duraſq́; fores expers ſomni*
*Colit, ac nullo fine beatas*
Diues. Pauper.
*Componit opes, gazis inhians,*
*Et congeſto pauper in auro,*
*Illum populi fauor attonitum,*
*Fluctuq́; magis mobile uulgus*
*Aura tumida uoluit inani.*
Aduocati & procuratores Iurgiorū uenditores.
*Hic clamoſi rabioſa fori*
*Iurgia, uendens improbus Iras*
*Nec ſua retrò fila reuoluat.*
*At genus hominum fertur rapidis*
*Obuia Fatis, incerta ſui*
*Stygias ultrò quærimus undas*
*Et uerba locat, nouit paucos*
*Secura quies, qui uelocis*
*Memoras æui tempora nunquàm*
*Reditura tenent: dum fata ſinunt,*
*Viuite læti, propera curſu*
*Vita citato, uolucriq́; die,*
*Rota præcipiti uertitur anni:*
*Duræ peragunt, penſa ſorores.*

*Carthaginenſium & Homeri ſententia de Diuitijs: Ex Cœlio.*

Carthaginenſes uerò, ut docuit Ariſtoteles, nō optimos ſolū ſed & ditiſſimos cenſebant magiſtratibus admouēdos, ueluti arbitrarentur impoſsibile, cum qui egeſtate premeretur, rectè ſynceriterq́; magiſtratum gerere, aut quietē optare. Diuitias porro eſſe Deorum donum Homerus canit, θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων, ζεὺς δ᾽ αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισι. Sed & Solon diuitias, inquit, habere quidem cupio, per iuriam uerò conſequi nolim: ſubſequitur enī mox ſuppliciū. Inter L. Metelli fœlicitatis argumēta, id recenſetur, Pecuniā magnā bono modo inueniſſe, inſulas colluſtrans. Themiſtocles pecuniā hinc inde corrogabat: adijt & Andrios, urgenſq́; infeſtius: Duos, inquit, ad uos adfero Deos, uim, & ſuaſionem. At illi nec minus feſtiuè: duos quoq́ apud ſe & magnos qdē reſidere Deos, intulere paupertatem & impoſsibilitatem, qui numos illi erogari prohiberent. Succurrit & in mentione illa lepida equidē nec minus inutilis hiſtoria, ſuper Cytharædo Timotheo. Agebat is apud Athelaum, ſed cum ſpe aliquanto parcius ab eo donaretur, non deſinebat illum laceſſere: Quin ſuccinēs quādoq́ Commation illud σὺ δὲ τὸν γηγενέταν ἄργυρον αἰνεῖς id eſt. Tu autem terræ filium argentum laudas? Intendebat in Archelaum: At is feſtiuiter, σὺ δὲ αἰτεῖς, id eſt. Tu autem petis. Nec minus ſcitu id iucundum eſt, Eulogias dici munera, quæ Prælatis offerant ſubditi, & quæ ſacra petentes conſilia deferant Preſbyteri. Dicūtur uerò Eulogiæ, uelut planè benedictiones ſint, εὐοῖ autē obiter uox bachantium eſt. Vnde Eua mons Meſſeniorum dictus eſt.

Egenis magiſtratuū ius nō conferendum eſſe.
Diuitiæ donum Deorum.
Graue dictum Solonis ſapientis.
Themiſtocles.
Duo Dij Vis & ſuaſio.
Feſtiuum dictum Archelai.
Eulogię munera præſtita Ducibus.

*Pelopidæ dictum.*

Pelopidam uerò ſcribunt eruditi, cū ab amicis incuſaretur, quod pecuniæ cogendæ, rei in primis neceſſarię, parū curioſus foret: Per Iouem neceſſarię, ſed Nicomedi huic erat Nicomedes claud⁹, ac mutilus. Illud poſtmodum adijciamus, quod non ingratum in Sympoſiacis refert Plutarchus. Vbi diuites inceſſit domicilia comparantis triancontaclina, & eo etiamnum ampliora: Horū, inquit, conuiuia Panegyriarcho uerius, quam Sympoſiarcho indigere uidētur. Plutum enim arbitrantur aplutum ac cæcum uerè καὶ ἀδιέξοδον id eſt, citra decurſum, in teſtes ſortiatur plures, ſicuti Tragædiæ ſpectatores: Nam & nobile ſcortum Phryne, atq́; eo nomine prædiues, mœnia Thebarū ſubſtructuram ſe pollicita eſt, modo aſcribi paterentur ciues, ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ φρύνη. id eſt, Euertit Alexander quidem, ſed reſtituit Phryne: Illud uerò nō inſuper habendum, in Tegeatum agro eſſe montē, Creſium nomine, id eſt, κρήσιον, in quo fuerit Aphinij ſacellum: Nā ubi cum Aerope congreſſus eſt Mars, ueluti memorant Tegeatæ, natus inde Aphinus matri nihilominus inhæſit, Partim quāuis immortuæ, ac ex uberibus ui numinis, partim, multū copioſumq́ lac ſuxit. Qua ratione in Deos tranſlat⁹ Aphinus, id eſt, diues fertur nuncupatus.

Nicomedes claudus.
Panegyriarchus. Sympoſiachus.
Phryne ſcortum nobile.
Aphinij ſacellum in monte Cræſio
Aphinus Diues.

*Minyas primus Theſauros recondidit.*

Theſaurum recondendis pecunijs, hominum primus ſtruxiſſe Minyas traditur. Fuit hic Chryſę filius, ex Chryſogenia natus, & Neptuno, à quo nuncupatos ferunt Minyas, qbus imperitarit.

Hic prætereà Minijas & diuitijs creditur cunctos anteiſſe mortales.

Orchomenus Minijæ filius fuit, unde Orchomenij dicti: Ad eum uir Aegiu' uenit Hyettus, poſt Moluri cædem in uxoris adulterio depræhenſi: is ab Orchomeno regionis parte accepta, omniũ primus in adulteros legem ſanxit: Quẽ poſtea imitatus eſt Draco Athænis.

Hyettus primus legem in adulteros ſaxit, hunc imitatus Draco.

*Diuitiæ miris modis excrutiant poſſeſſorem ſuum. Satyra 10. Iuuenalis.*

*Sed plures nimia congeſta pecunia cura*
*Strangulat, & cũcta exuperans patrimonia cenſus.*

*Idem.*

*Prima ferè nota, & cunctis notiſsima templis:*
*Diuitiæ, creſcant ut opes, ut maxima toto*
*Noſtra ſit arca foro, ſed nulla aconita bibuntur*
*Fictilibus, tunc illa time, cum pocula ſumes*
*Gemmata, & lato ſetinum ardebit in auro.*

Omnes diuites eſſe preciant.

*Diuitiæ, quantumuis immenſæ, animo auari non ſufficiunt.*

*Nec Crœſi fortuna unquàm, nec Perſica regna*
*Sufficient animo: nec diuitiæ Narciſsi,*
*Indulſit Cæſar cui claudius omnia.*

*Diuitiæ nullum à morte liberant.*

*Aequam memento rebus in arduis*
*Seruare mentem, non ſecus in bonis*
*Ab inſolenti temperatam*
*Lætitiam, moriture Deli.*

*Cedes coëmptis ſaltibus & domo,*
*Villaq́; flauis quam Tyberis lauit,*
*Cedes & extructis in altum,*
*Diuitijs potietur hæres.*

*Diues ne priſco natus ab Inacho,*
*Nil intereſt an pauper, & infima*
*De gente ſub diuo moreris,*
*Victima nil miſerantis Orci.*

*Omnes eòdem cogimur, omnium*
*Verſatur urna, ſerius, ocius,*
*Sors exitura, & nos beſternum*
*Exilium impoſitura Cymbæ.* Ex oda tertia libri ſecundi Horatij ad Delium.

*Ouidius in Metamorphoſi.*

*Serius aut citius ſedem properamus ad unam.*

*Horatius lib. 1. Ode. 2. 28.*

*Sed omnes manet una nox,*
*Et calcanda ſemel uia leti.*

# DOLOR.

*Eius neceſsitas, & remedium.*

DOLOR eſt mot' aſper in corpore & ſenſibus alienus. Cicero libro 2. Tuſculanar. Quæſtio: Vel eſt ægritudo crucians. Libro 4. ibidem. Vel eſt offenſio animę ex carne, & quædam ab eius paſsione diſſenſio: Auguſtinus lib. 14. de ciuitate Dei. Secundum Thomam 1. ſecundæ. Eſt paſsio animæ in appetitu ſenſitiuo, uel intellectiuo.

*Secundum Ariſtotelem lib. 10. Ethicorum.*

Eſt dolor indigentię eius, quod naturæ accommodatum eſt: Voluptas uerò, expletio, atq; ſacietas.

*Sententia Ariſtotelis.*

Cor non comedendum. Id eſt, mœrorem ex ànimo deponendum eſſe. Refert alicubi Diuus Hieronymus.

*Seneca in Epiſtola 63. Ad Lucilium.*

Turpiſsimum eſt in homine prudente remediũ mœroris, laſſitudo mœrendi: malo relinquas dolorem, quàm ab illo relinquaris. Annum fœminis conſtituêre maiores ad lugendum: non ut tamdiu lugerent, ſed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus eſt, uix retractis à rogo, uix à cadauere reuulſis, cui lachrymæ in totum menſem durauerint: Nulla res citius in odium uenit quàm dolor, qui recens conſolatòrem inuenit, et aliquos ad ſe adducit: inueteratus uerò deridetur, nec immeritò: aut enim ſimulatus, aut ſtultus eſt.

*Idem 64. Epiſtolorum.*

Finem dolendi qui conſilio non fecerit, tempore inuenit.

*Idem Epiſtola 79.*

Vinceris à dolore ſi ceſſeris: uinces ſi te contra dolorem intenderis.

*Ibidem.*

Magnos cruciatus habet morbus, ſed hos tolerabiles interualla faciunt, ſumma doloris intenſio citò inuenit finẽ: Nemo poteſt ualde dolere, & diu: ſic nos amantiſsima nr̃i natura diſpoſuit, ut dolorem, aut tolerabilem, aut breuem faceret. Hoc itaq; ſolatiũ uaſti doloris ẽ.

*Idem.*

*Idem in Prouerbijs.*

Animo dolenti nihil credere oportet. Etiã innocentes cogit mentiri dolor. Homo ne ſit ſine dolore, fortunam inuenit. Læſi doloris remedium eſt inimici dolor. Dolor decidit, ubi quo creſcat, non habet.

*Senarius Græcus.*

γλοίου λιμὴν μὲν, ἀλυπία δ' ὅρμος βίου. id ē.
*Cupio in mari portum, in uita indolentiam.*

*Animi moderatio, & paupertas, optimæ medicinæ ſunt depellendorum dolorum.*

Iam hinc ad Podagræ remedia ueniēdum eſt, ô ſi quis eo morbo tentus, in hanc epiſtolæ partem fortè oculos coniecerit, quam putas ſpem concipiet fomenti cuiuſpiam, aut pulueris, aut lenitiuum cuiuſcunque conſilij? deſinat ex me talia ſperare: uolo labori ſuo parcere, ſi ex his literis hoc ſperat, ulterius non legat. Huius enim generis remedia medicorum eruditiores magna ex parte deſperant: Reliquos ſi conſulas, nihil homini diuiti deſperandum, nihil inopi ſperandū dicent: cum tamen ſæpius diuitum domos hæc peſtis inhabitet. Si hos igitur audire uolueris, præſtabunt tibi, ut inter anguſtias præſentium dolorum, & futuræ ſanitatis ſpem ſemper ligatus ulules, ſemper oleo, triſticia unctus, atque unguentis madidus ingemiſcas: Ego uerò te ſiccum ſolutumque, ac liberum dolore maluerim, dieta, exercitio, laboribus, aduerſus nouum hoſtem ſolidare corpuſculum: hac in re nihil à medicis ſperate, præter uerba. Si qd aduerſus Podagram auxilij eſt, totum à paupertate, uel ſi fruſtra ſit, ab animi moderatione poſcendum. Podagræ medicina optima eſt paupertas, ſeu illam neceſsitas, ſeu uoluntas adtulerit, ultimam hanc, fragilitatem uocant: quam definiunt uoluntariam paupertatē. Petrarcha hæc in lib. 6. Epiſtol. 89. De rebus familiaribus ad Iohannē Columnã.

*Idem de remedio fortunæ: Dialogo. 49.*

Dolor. Infans meus ex alto præceps perijt. Ratio. Languidè pereuntibus mors durior ſæpe, & anguſtiæ longiores: Dolor omnis eò tolerabilior, quò breuior.

*Græci Senarij.*

Ἀεὶ τὸ λοιπὸν ἐκδίωκε τοῦ βίου.
*Semper procul mærorem è uita pellito.*
ἄρ' ἐστι συγγενής τε λύπη καὶ βίου
*Triſtitia uitæ cognata eſt mortalium.*
Βιοῦν ἀλύπως θνητὸν ὄντ', οὐ ῥάδιον.
*Expers doloris nulla uita uiuitur*
Λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσι νόσους. id ē.
*Aerumna morbos adijcit mortalibus.*

*Cicero lib. 1. De finibus bonorum & malorum.*

Neque uerò porro quiſque eſt, qui dolorem ipſum, quia dolor ſit, amet, conſectetur, ſi adipiſci uelit. Sed quia nōnunquàm eiuſmodi tempora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quęrat uoluptatem: Ibidē. Dolores ſuſcipiã tur, maiorum effugiendorum gratia.

*Cicero lib. 2. Tuſ. quæſtio.*

Triſtis enim res eſt dolor, ſine dubio aſpera, amara, inimica naturæ, ad patiēdum tolerandumque difficilis. Aſpice Philoctetam, cui credendum eſt gementi: Ipſum enim Herculem uiderat in Oeta, magnitudine dolorum eiulantem.

*Ibidem.*

Satis mihi dediſti, cum reſpondiſti, maius tibi uideri malum dedecus, quàm dolorem.

*Ibidem.*

Conſuetudo enim laborum perpeſſionem dolorum efficit faciliorem.

*Ibidem.*

Ipſe labor quaſi collum quodam obducit dolori.

*Ibidem.*

Appellata eſt enim à uiro uirtus: uiri autem propria maximè eſt fortitudo: Cuius munera duo maxima ſunt, mortis, dolorisque contemptio.

*Ibidem.*

Contemno magnitudinem doloris, à qua me breuitas temporis uindicabit ante, penè quam inuenerit.

*Ibidem.*

Si ſummus dolor eſt, breuem eſſe neceſſe eſt.

*Ibidem.*

Sed hoc idem in dolore maximè eſt prouidendum, ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignauè, ne quid ſeruiliter muliebriterue faciamus.

*Ibidem.*

*Ibidem.*

Ingemiſcere nonunquam uiro conceſſum eſt, idque raro, eiulatus ne mulieri quidem.

*Ibidem.*

Si gemitus in dolore ad confirmandum animum ualebit, utamur: Sin erit ille gemitus lamentabilis, ſi imbecillis, ſi abiectus, ſi flebilis ei qui ſe dederit, uix cum uirum dixerim: Qui quidem gemitus ſi leuationis aliquid adferret, tamē uideremus, quid eſſet fortis & animoſi uiri: cum uerò nihil imminuatur doloris, cur fruſtra turpes eſſe uolumus?

*Senarius Græcus.*

τὸ ζῆν ἀλύπως, ἀνδρός ἐςιν εὐτυχοῦς. id eſt.
*Caruiſſe triſticia, fœlicis eſt uiri.*

*Seruius Sulpitius, in Epiſtola Ad Ciceronem Conſolatoria.*

Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat.

*Iuuenalis 13. Satyra.*

*Flagrantior æquo*
*Non dolor eſſe uiri debet, nec uulnere maior.*

*Ouidius lib. 2. de Remedio amoris.*

*Filius hunc miles, hunc filia nubilis angit,*
*Et quis non cauſſas mille doloris habet?*

*Euripides in Oreſte.*

οὐκ ἔςιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
οὐδὲ πάθος οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,
ἧς οὐ κρατεῖ τ' ἔυτακτος ἀνθρώπου φύσις. id ē.

*Hoc modo uertit Cicero.*

*Nulla eſt tam difficilis fando ratio,*
*Nec ſors, nec ira, nec tam inuictum malum,*
*Quod non natura hominis patiendo ferat.*

*Idem.*

Is eſt diues, qui mala, quæ contingunt, tantum æquo animo ferre poteſt. Malis, quæ eueniūt, ſuccenſere minimè debemus: tantum rectè agamus, benè rem gerimus.

Cicero hanc ſententiam in Epiſtolis ſequutus: nullum malum, nihilque dolēdum præter culpam, dixit.

*Euripides in Hecuba.*

φέρω τὸ δ' ἄλγος, ἐν κακοῖσι δὲ οὐ ῥάδιον βροτοῖσιν εὐφημεῖν ςόμα. id eſt. Fero dolorem: namque in malis benè loqui haud facile fuerit.

*Idem.*

ἀνὴρ ἄριςος ἐν ταῖς συμφοραῖς ἐλπίσι πέποιθεν ἀεὶ, τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ. id eſt,
Vir optimus in calamitatibus ſemper ſperat, nam dubitare, uerè eſt improbi.

*Eadem ferè Sententia Appollodori.*

οὐκ ἀθυμεῖν τὸν καλῶς πράττοντα δεῖ, τὰ βελτίω δὲ προσδοκᾶν ἀεὶ. id eſt.
Non oportet eū dolere, qui benè agit, ſed ſemper potius expectare meliora.

*Sotacus.*

Dolor & triſticia procul à te erit, ſi recta ſectatus fueris.

*Prouerbium Græcum.*

ὅπου τις ἀλγεῖ κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει. id eſt,
*Vbi quis dolet, ibi & mentem habet.*

*Antiphon.*

λύπη μανίᾳ ὅμοιός ἐςι. id eſt, Triſticia eſt uicina inſaniæ.

*Thucidides Hiſtoricus.*

ὅσοι πρὸς τὰς ξυμφορὰς γνώμῃ ἥκιςα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιςα ἀντέχουσι, οὗτοι ἄριςοι. i.
Qui in calmitatibus animo minimè dolent, opera nihilominus ac diligentia obſiſtunt, hi optimi putandi.

*Democrates.*

Optima eſt uita plurimùm lætari, minimum dolere: Hoc tantum aſſequi poteris, uoluptates in rebus mortalibus ſpernendo.

Pittacus Mitylenæus prudentis eſſe ait, curare ne ueniant mala: fortis uero ſi ueniant, tolerare.

*Metrodorus.*

χαλεπὸν ἐςὶν ἐπὶ πόνων προσδοκᾶν. id eſt,
*Difficile in laboribus expectare.*

Thraces, teſte Plinio, dies infauſtos, nigro calculo, fauſtos, albo notabat,

*Horatius.*

*Threſſa ne careat pulchra dies, nota.*

Socrates interrogatus, quonā modo minimò doleremus, hoc fieri, dixit, nullatenus poſſe: Non eſſe enim quempiā, qui ciuitates aut domos inhabitet, aut cum hominibus conuerſetur, qui non triſticia quandoque afficiatur.

*Philomenes.*

Nullus eſt uſquàm mortalium cui nō aliquid accidat, aut acciderit: Qui autē minimi facit illud, hic ſapit & fœlix eſt.

*Menander*

*Menander Comicus.*

Μηδὲν πράττων κακῶς, λίαν ἀθυμήσῃς ποτέ. id eſt,

Nihil unq; infœliciter gerens, etiam quandoq; ualde dolebis.

*Idem.*

Malorum faciem tantum ne aſpice, ſed quæ intus latent, bona. Eteni nulla bona, niſi admixta malis ſunt.

*Cratis Cynici epigramma Græcum, quod Volaterranus ſic uertit.*

Quæuis uita hominum miſera eſt.

*Quod uitæ genus expoſces? fora turbida ſectans,*
*Iurgia, difficileſq; ipſe ſequeris opes.*
*Multa domi anxietas, ruri dolor, horror in alto:*
*Inq; bonis dubium, ſiquid habebis, erit.*
*Si pendes animo, durum, ſi uxorem duxeris, ibis*
*Sollicitus, triſtis, ſi ſine coniugio.*
*Pæna patri dolor eſt orbo, ueſana iuuentus*
*Deſipit, & membris fracta ſenecta uenit.*
*Ergo exoptandum eſt, aut nunquàm in luce fuiſſe,*
*Ocyus aut tolli de medio genitum.*

*Plutarchus de conſolatione ad Appollonium ſcribit*

Philippum Macedonum, cum tres eodem tempore fœlices nuncios accepiſſet, duos de uictorijs, tertium de filio nato, ſcientem, quod aliquis dolor ſemper læta ſequeretur, deos rogaſſe, ut alicuius moderati caſus temperamẽto fortunæ iuuidiam minuerent.

*Homerus Iliados. ω. id eſt. 24. lib.*

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
Δώρων οἷα δίδωσι κακῶν ἕτερος δὲ ἑάων
ᾧ μὲν κομμίσας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος
Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ,
ᾧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ λωβητὸν ἔθηκε
καὶ ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει,
φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσιν. id eſt.

*Bina Iouis ſummi dicunt in limine dudum*
*Vaſa, quibus ſortem Deus ipſe emittit utramq;:*
*Ille miſer cui ſors fati contingit amara,*
*Heu quantos etiam gemitus quàm dura uidebit*
*Exitia, atq; omnem mixtam mœroribus atris*
*Vitam aget, hunc homines odio ſuperiq; ſequentur.*

Remedium ſapienti contra dolorem fuerit, non expectare tempus obliuionis partem cuncta mitigantem, ſed omni ſtudio preueniẽdo cuncta prius mala præmeditari. Ex quo Theſeus in Euripidis tragædia, inquit: Futuras mecum comentabar miſerias, aut mortem acerbam, aut exilium, ſeu magnum aliquod malum, ne me imparatum cura laceraret recens.

Poſt alterum erit alienas calamitates reſpicere: Nã Cicero, itemq; Plutarchus in lib. de conſolatione teſtantur Socratem dicere ſolitũ: quod ſi malorũ aceruus omnium foret, & quiſq; ex eo partem auferret, nemo non exiſtimaret minora ſua portione ea eſſe, quæ ferret.

*Plautina ſententia.*

Animus in re mala æquus, dimidiũ mali eſt.

*Plutarchus eodem Tractatu.*

Longè faciliorem corporis dolorem exiſtimat, quod cruciati ſenſus, cũ abſq; ratione ſint, mentem, rationẽq; præcipitem agunt, ac de ſtatu per uim dimouent. Animus autem ſapientis ab omni exteriore impulſu liber, cum ſui ſit tantum arbiter, ſibi melius imperabit. Vide reliqua apud Volaterranum, libro trigeſimo primo Philologiæ.

EBRIETAS.

*Temulentia. Bibacitas.*

EBRIETAS eſt appetitus bibendi ultra menſuram: ex quo prouenit rationis priuatio.

Vel eſt, per quã menti quædam ſui obliuio generatur, ex ſuperfluæ potationis indulgentia. Iſidorus lib. Etymologiarũ.

Vel eſt priuatio uſus intellectus, facta ad aliquod tempus, ex immoderato potu uini. Græcis μέθη dicta.

*Ebrius differt ab Ebrioſo:*

Ebrius dicitur, qui nimio potu alienatus eſt mente: græcis μέθυσος: Contrarium eſt ſobrius, quaſi ſine ebrietate, qui in cibo et potu temperans eſt, et qui nõ eſt actu ebrius: Ebrioſus ſæpe & ſeper ferè ebrius dicitur. Sic ebrietas fit ex cauſa, ſobrietas ex more & aſſuetudine.

*Heraclitus.*

Vir inebriatus uacillat, & ab impubere puero ducitur, animam habens humidam, ignauus quorſum uis.

Chryſippus ebrietatem ferebat eſſe paruam inſaniam.

Pythagoras uocabat ebrietatem inſaniæ meditationem, πυθαγόρας ἔλεγε, τὴν μέθην μανίας εἶναι μελέτην.

*Cicero, libro quarto Tuſculanarum Queſtionum, & libro 12. Epiſtolarum.*

Temulentia ebrietas eſt, opinatio uehemens de uinolentia, quaſi ualde ſit expetenda. Inter ebrium & ebrioſum multum intereſt: ſic ebrietatẽ & ebrioſitatem: alterum eſſe affectionis, alterum habitus.

Ebrietas è affectionis. Ebrioſitas eſt habitus.

*Beroaldus in Ciceronem.*

Temetum Priſci uinum dixère: ductum ab eo, quod mentem labe facte: Hinc abſtemij, à uino ſe continentes.

Seneca inquit, animum hominis nimio uino turbari, & nihil aliud eſſe, quàm uoluntariam inſaniam, quæ hominem efficiat ſui ignorantẽ, item capitis uertiginem gignat, & ingenium obrutum prorſus ſepeliat.

*D. Auguſtinus, ad ſacras uirgines.*

Vinum potum moderatè eſt medicamentum, plus iuſto ſumptũ, uenenum eſſe cognoſcitur: Iucunditati, non ebrietati creata eſt uini materia.

*Idem Epiſtola 140.*

Valde turpe eſt, ut quem non uincit homo, uincat libido: & obruatur uino, q non uincitur ferro.

Ennium Poëtam nunquàm niſi potum ad arma dicenda acceſsiſſe dicunt: certè ad ferenda tractãdaq; arma, multa potione uini opus eſſe fateri oportet, cũ multo maius exiſtat, bellum gerere, quã deſcribere. Cœlius rhodiginus. Quære in uerbo; carmina aquæ potoribus.

*Eretrienſis dictum.*

Eretrienſem adoleſcentulum ferunt, cum diu Zenone uſus eſſet preceptore, atq; in patriam uelut poſtliminio rediret, ſciſcitante uehentius patre, quid demum ex ſapientiæ hauſiſſet fontibus: mõſtrabo, inquit: At pater indignabũdus hoc nomine, ueluti opera planè perijſſet ac impenſa, cũ intentaret plagas, clementer filius & quietè inſolentiam ferens, ipſum hoc, inqt, ex Philoſophiæ retuli contubernio, ut parentis iram poſſem concoquere.

EBRIETAS.

*Ira, cupido, uenus, Veneris monſtroſa uoluptas,*
*Ebrietate ferunt continuaſſe gradum.*
*Taurus habet certas potandi tempore leges,*
*Sic equus, & liquidus quam uehit aër auis.*
*Sed nos diuina qui cum ratione uigemus,*
*Cur Venus & Bacchus, nocte dieq; tenet?*
*Icarus occiditur: primus quia pocula Bacchi*
*Protulit: hæc uulgus dira uenena ratus,*
*Dum poti caderent proni, facieq; ſupini,*
*Et toto nullus corpore ſenſus erat.*

Cyrus apud xenophontem ſimilia refert. Quære hauſtus.

*Vinum caret clauo.*

Atheneus lib. 10. Dipnoſophiſtarum de potationibus diſſerẽs, elegãter uulgò dici ſolere ſcribit, τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλια, id eſt: Vinum non habere clauum: propterea quod ebrietas, nihil conſultè uel moderatè uel dicit, uel facit: Obruitur enim

Vinũ caret clauo.

tur enim uel ratio, quæ claui uice ſobrios moderatur, ac gubernat. Huc pertinet Ouidianum illud:

*Nox & amor uinumq; nihil moderabile ſuadent,*
*Illa pudore uacat, Liber amorq; metu.*

POTATORVM AMICITIA VITREA.

*Vincent. Obſopœus in comment. Epigrammatum Græcorum.*

Noctu inter pocula, ubi uino omnes incaluimus, ſumus inter nos amiciſſimi & humaniſſimi, tanto amore mutuò cõplectentes, ut nihil fieri poſſit humanius, coniunctius, & amantius: At iiſdem manè facto, & concocto uino, omnis illa uinoſa humanitas & amicitia in ferinam rabiem uertitur. Ex quo facilè quiſque colligit, potatorum amicitiam non niſi eſſe uitream, eamq; ſimul cum uino euaneſcere.

*D. Auguſtinus lib. 5. ſuper Geneſin.*

Ebrietas decepit, quem Sodoma non decepit: uritur ille flammis mulierum, quem ſulphurea flamma non urebat.

*In ebrios.*

*Veſpere cum bibimus, homines ſumus atq; benigni,*
*Manè homini ſiccus, trux fera ſurgit homo.*

*Ebrietas mors memoriæ.*

Plinius lib. 14. nimio potu, ſcribit, omnium ferè rerum gigni obliuionẽ, mortemq; memoriæ, furoremq; etiam latius induci: præmiumq; ſummum ebrietatis, eſt libido portentoſa, ac iucundum nephas.

*Ouid. lib. 12. Metamorph.*

*Ebrietas geminata libidine regnat.*

*Horatius in epiſt. 5.*

Ebrietas ſecreta reuelat.

*Quid non ebrietas deſignat, operta recludit,*
*Spes iubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermem.*
*Sollicitis animis onus eximit, ac docet arteis.*
*Fœcundi calices, quem non fecere diſertum.*

Incredibile quod ſequitur, ab Ariſtotele tamen hiſtoriæ animalium ſexto, traditur: Syracuſis potator quidam egregius ouis ſub ſtorea poſitis in terra, tam diu potabat, donec oua æderent fœtum.

Αὐτοθελὴς ἥδιστος ἀεὶ πότος.

Potio ſpontanea omnium ſuauiſſima.

*Sunt ſpontè exhauſti lætiſſima pocula potus,*
*Baccho & potori, uina coacta nocent:*
*Hunc quia clàm tellus uenis effundit: at illum*
*Fert ad Lethæas immoderatus aquas.*
*Vinoſi dira pereatis morte bibones,*
*Lætus ego ſaltem uina modeſta bibam.*

*Vinum diſſipat curas.*

*Funde falerna mihi, curas ut diſſipet omneis*
*Lenæus, puris & uitreis Phialis.*
ἄδηλον.
*Indulge Baccho, ſorbens lætare, futurum*
*Quid ſit cras, hominum noſcere nemo poteſt.*
*Ne temet curſu, uanoq; labore fatiges,*
*Quod potes, ex animo uiuere perge tuo:*
*Quod potes imperti, comede, & mortalia uolue*
*Mente tua, differt à nece uita nihil.*
*Si tibi contigerit, momento hac ueſceris aura,*
*Sin moreris, rerum rex alienus eris.*

*Martialis lib. 2.*

*Hunc quem uina tibi, quem menſa parauit amicum,*
*Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ?*
*Vinũ amat, et cyathos, & ſumina, & oſtrea, non te:*
*Sublato uino, nullus amicus erit.*

*Ebrietas.*

Vini moderatè ſũpti utilitas.

Vinum humanis corporibus grauiſſimus liquor, modicè ſumptum non officit ſtomacho, non cerebro: ſed digeſtionem adiuuat, uires alit, appetentiam ciborum inuitat, ſanguinem coloremq; hominum iuuat: triſtitiæ curam hebetat. Vnde Bacchum, teſte Seneca de uitæ tranquillitate, Liberum dixerunt, quod animum à ſeruitio curarum liberet, algorẽ expellat, ſomnumq; cõciliet. Hinc Aſclepiades medicus utilitatem uini æquari uix potentiæ deorum poſſe ꝓnunciare non dubitauit: At copioſius hauſtum, caput turbat, & ſtomachum lædit. Vnde Plinius, prorſus, inquit, ut iure dici poſſit, neq; uirib⁹ corporis utilius aliud, neq; aliud uoluptatibus perniciosius, ſi modus abſit: Hinc ſcatet ebrietatis libido portentoſa, pallor, genæ pendulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus, effundentes plena uaſa: & quæ ſit pœna præſens, furiales ſomni, & inquies nocturna: Hinc ex ore halitus fœtidi, hinc rerũ omnium obliuio, morſq; memoriæ: Nam uapore cerebrum debilitat, membra remollit. Vnde pueris & nutricibus non eſſe dandum, monet Ariſtoteles in lib. de Somno & Vigilia, & Auicenna: Vinũ pueris, inquit, dare, eſt ignem igni addere.

Ebrietas mors memoriæ.

*Seneca morum cenſor grauiſſimus ad Lucilium.*

Epulæ: Ebrietates. Libidines

Epulæ cruditates adferunt: ebrietates, neruorum torporem, tremoremq;: Libidines pedum, manuum, articulorumq; omnium deprauationes.

L Pro-

*Propertius, Elegiarum ſecundo.*

*Vino forma perit, uino corrumpitur ætas:*
*Vino ſæpe ſuum neſcit amica uirum.*

*Paulus cap. 5. ad Epheſios.*

Nolite inebriari uino, in q̃ eſt luxuria.

*Salomon Prouerb. cap. 20.*

Luxurioſa res uinum, & tumultuoſa ebrietas: quicunq; his delectatur, non erit ſapiens.

*In Decretis Pontificalibus, diſt. 35.*

Luxuriæ fomentum & incentiuum uinum. Lege librum ſecundum Grabaldi.

*Ebrietas uoluntaria inſania.*

Ebrietas, è ſententia Catonis, eſt uoluntaria furoris ſpecies: Nam per eam & ſenſu, & mente excedimus, ut eſt apud Dionyſium Areopagitam.

Notum eſt, Archeſilaum philoſophum, cum uinum immodicè hauſiſſet, obijſſe ætatis anno ſeptuageſimo quinto. Rauiſius Textor, 2. parte officinæ, Titulo de guloſis, edacibꝰ ac uinolētis.

*Ebrietatis nocumenta.*

Ebrietatem celeberrimi è noſtris autoribus eſſe uoluntariam dixêre inſaniam. Sed ita etiamnum, ut ſi in plures paulò extendatur dies, habitus is, etiam manifeſtarius euadat furor. Mirum tñ eſt, quàm multi mortaliũ in hanc fœditatis, ut ſic dixerim, coloniam tranſſcribendi paſſim nomina dent: Affluunt hinc inde agminatim, nõ pullati ſolùm ac extranei, ſed terrarũ quoq; principes, & quos nõ irruētes hoſtiũ numeroſi exercitus, nec uolantia tela, aut è machinis uaſta mole, & ruinis ſaxa propulſa, excuſſa ire contriuere, fœda uini deſideria deiecêre in ſinum, & uelut captos iure belli ante triumphales currus, duxêre cathenatos. Alexandrũ uaſtiſſima terrarũ tranſmiſſa ſpacia, cũ hoſte barbara feritate terribili, tum uniuerſa prælia, tot hyemes imbriũ, & frigoris horrore deformes, ſub pellibus tranſactæ, tot locorũ ac temporum inenarrabiles difficultates, tot fluminũ ex ignotis promicantium uaſtitas, ac deniq; tot, tantorũq; mariũ formidabilis & ꝓcelſa magnitudo, inuictũ tñ, ac uelut Deũ humano in corpore hoſpitantē ſeruarũt: ſed enim, mirũ dictu, bibendi ardor infatigabilis, & Herculaneus ille, ac fatalis ſcyphus cõdidit: Hinc fœda maieſtatis eius ſuggillatio, inter pocula amicos indignatione rapida, & uinolenta

Ratio.

tranſuerberãtis. Namq; ita ꝓrſum habet. Eruit oẽ uitiũ ebrietas, intẽdit, ꝓfert, ac conatibꝰ deprauatis obluctantē obſiſtẽtẽq; uerecundiã intrudit: ut frõte attrita, uel ultra uotũ, inſolẽti hoĩ augeſcat ſuꝑbia, crudelitas ſæuo, malignitas liuido. Iam uerò M. Antoniũ, alioquin magnũ uirũ, & ingenij etiam eminentis, quæ res alia in ꝑniciẽ coniecit, q̃ ebrietatis malũ? Hæc demum medicæ artis ſummũ autorẽ, falſum fieri Hippocratẽ coẽgit, à quo ſententiarũ ſexto proditũ ſcimus: Fœminis nec capillos defluere, nec pedes laborare: niſi menſtrua defecerint. Errorẽ manifeſtariũ, in quẽ nõ fœminea natura mutata, ſed uitio deprauata & uicta medicæ ſcientiæ conditorẽ principẽ impegit. Agnoſcit quoq; interpretũ eminentiſſimus Galenus: Nã uacuationis, inq̃t, ratione mulieres podagra immunes ſũt: Etenim citra materię exuberantiã, nunq̃ conſiſtit podragra, quanq̃ partes pati & affici ampliter poſſunt. Cæterum & hoc loco monendũ, ut olim uera et rata ſecta hæc, & præceptio Hippocratis fuerit, nõ integrè ſuppreſſis menſtruis, ob incertiora errata, quæ data æuo admittebãt mulieres. At nũc ob uitæ uſum laſciuiorẽ, atq; efferueſcẽtis luxuriæ æſtũ, ciborũq; cupedias illecebras, quædã podagra tentanť anteq̃ ſubſtiterint mẽſes. Nil mirũ igiť: Nam, ut grauiſſimè inquit Seneca, cũ uirorũ licentiã æquarint, corporumq; uiriliũ aſſequutæ incõmoda ſunt, non minus peruigilant, non minus potant & oleo et mero uires ꝓuocãt. Vinũ omne uomitu remittũt, equo niuem rodũt, ſolatium ſtomachi æſtuantis.

M. Antonius uinolentus.

Ennius articulari morbo cõſumptus ẽ, quem ex immodico uini uſu cõtraxerat; quam rem egregiè docet Serenus.

Ennius poeta uinolentus.

*Ennius ipſe pater, dum pocula ſiccat iniqua:*
*Hoc uitio tales fertur meruiſſe dolores.*

Ennius podagricus. Hæc Cœlius lib. 15. Lectio. antiquarum.

*Alia ebrietatis mala.*

Nec tñ ebrietatis hæc ſola pernoſcunť mala, nã & illud ſcimus obueniſſe qñq;, ut uinolentus aliquis obmuteſceret repentè, conuulſuſq; emoreretur, niſi fortè obrepſiſſet febris: Aut cũ ad eã horã ueniſſet, qua crapula ſoluiť, facultatẽ receꝑiſſet loquẽdi: Oppletis ſiquidẽ neruis ſpaſmus ſuperuenit ſiue cõuulſio. Solet

autem

aũt eos facilè uinum replere, quibus calida eſt natura: Calida namq; peruadunt celerius: quod ſi reſiccentnr nerui, incaleſcantq;, diſcutitur conuulſio, quod commolori febris ualet.

Crapula.

Lucta capitis.

Græci κραιπάλας uocant, ubi temetum capiti detrimẽta cõcinnat. Vocat̃ enim græco intellectu, lucta capitis, & agitatio, & uibratio.

Ebrietas ſacrilegiũ reputatur in fœmina prẹcipuè, ſed infinitè plus in dñi ſpõſa

*Hieronymus.*

Veriſſimum eſt, ignem in gremio geſtare, qui aſſiduè utatur uino.

Vetris ingluuies & ebrietas tã animæ ꝙ corporis infirmitatis cauſam & materiã tribuunt. *Exempla turpis ebrietatis.*

Noẽ fœmora ex ebrietate nudauit. Ge. 9

Loth cum filiabus dormiuit.

Loth aũt, quem Sodoma non uicit, uina uicerunt. Gene. cap. 20.

*Paulus ad Rom. cap. 20.*

Bonũ eſt uinũ nõ bibere, & carnes nõ comedere: uinũ enim poſt diluuiũ, cum carnibus dedicatum eſt.

Quot nũc cottidie occidendi eſſent?

Solon unus è ſapientibus, morte principem eſſe mulctandum lege ſanxit, ſi deprehenderetur ebrius.

Pittacus Mytilenæus, quum peccarẽt, duplici dignos incommodo ſtatuit.

*Nota.*

Ebrij puniendi, quod peccant, & ꝙ ſe ingurgitant præter & contra naturam.

Seneca, hominibus, inquit, inẽ oleũ & uinum occupatis, ad uotũ dies agitur, ſi benè deſudarunt, ſi in locum eius quod effluxit, multum potionis alterius ieiuno gutture ingeſſerunt bibere ac ſudare uita cardiaci eſt.

Siceram, eſſe conuenit hebræo ſermone potionem quamlibet, inebriari qua quis poteſt, Græci ſic: πᾶν πόμα ἐμποιοῦν μέθην, μὴ ἐξ ἀμπέλου δὲ σκευαστὸν σύνθετον. Sunt qui uinum interpretentur dulcibus permixtum. Id eſt: ἡδύσμασι συμμιγέντα οἶνον.

*A quibus medicis aut Philoſophis admittatur quãdoq; ebrietas Pannaria. Ebrietas Catonis dicta in Cæſarem.*

Mirari uerò plurimum fateor, in uinolentia pragmatia iſta medicæ ſcientiæ peritorum in primis quorundam, non ſine cunctatione proferendam ſententiam. Quippe 1. Canonis ſcribit Auicenna malũ eſſe utiq;, frequentem ebrietatem, quod hepatis inde ac cerebri uitietur cõſtitutio, imbecilliores fiant nerui: unde tremor & conuerſio oritur, & paralyſis: Sed & Apoplexia, obſtipatis ſpirituum animaliũ meatibus, humecta cerebri poteſtate auctius redundãte: Cæterum, inquit, quibuſdam uiſum, ſi menſe bis, aut ſemel admittatur ebrietas, inſigne ſentire emolumentum, quod ſomni profundiores ratione, uirtutibꝰ animalibus aleuamentũ inducatur, & quies. Itẽ proliciat̃ ſudor, ac quẹ ſuperfluunt, reſoluant̃.

Plato philoſophus liberaliorem aliquando uini uſum approbaſſe uidetur, 1. de Legibus: Sic enim retegi facilius hominum mores putat.

Seneca quoq; ille, Stoico ſupercilio mirè grauis, nonnunꝙ, inquit, & uſq; ad ebrietatem ueniendum, non ut mergat nos, ſed ut deprimat curas. Inde Horatius, lib. 1. Ode 7. *Nunc uino pellite curas.*

*Plutarchus in uita Catonis Vticenſis.*

Cato Cæſarem dicebat ſobrium acceſſiſſe ad euertendam rempublicam.

*Euripidis illud de Venere, ad uinum transferri poteſt.*

Εἴης μοι μέτριον δέ πως μηδ᾽ ἀπολείποις. Id ẽ: Adſis quidem mihi, ſed temperatũ moderatumq;, nec deſis.

CIBORVM ET POTVS GRAVI*tas, & corpori & animæ nocet.*

*Horatius lib. 2. Satyra 2.*

*Vides ut pallidus omnis cæna deſurgit dubia,*
*Heſternis uitijs animum quoq; prægrauat unà*
*Atq; affligit homo, diuinæ particulam auræ.*

QVOD PLATO *in libris, quos de Legibus compoſuit, largiores lætioreſq; in conuiuijs inuitatiunculas uini, non inutiles eſſe exiſtimauit.*

Ex inſula Creta quiſpiam ætatẽ Athenis agẽs, Platonicum eſſe ſe Philoſophũ dicebat, & uiderier geſtiebat. Erat autẽ nihili homo & nugator, at in græca facundiæ gloria iactabundus: Præterea uini libidine ad uſq; ludibria ebrioſus. Is in conuiuijs iuuenũ, quæ agitare Athenis hebdomadibus Lunæ ſolenne nobis fuit, ſimul atq; modus epulis factus, & utiles delectabileſq; ſermones cẹperãt: tum ſilentio ad audiendum petito, loqui cẹptabat: Atq; id genus uili, & incondita uerborum caterua, hortabatur ad bibendum omnes. Id ſe facere ex decreto Platonico prædicabat. Tanꝙ Plato in

Ad ludibria ebrioſus.

 libri

libris, quos de Legibus compoſuit, laudes ebrietatis copioſiſſimè ſcripſiſſet, utilemq́ꝫ eũ eſſe bonis ac fortibus uiris cenſuiſſet: Ac ſimul inter eiuſmodi orationem, crebris ac ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat: Fomitem eſſe quendam dicés, & incitabulum ingenij uirtutiſq́ꝫ, ſi mens & corpus hominis uino flagraret. Sed enim Plato in 1. & 2. de Legibus, non, ut ille nebulo opinabaẽ, ebrietatem iſtam turpiſſimam, quæ labefacere & minuere hominũ mentes ſolet, laudauit, ſed hanc largiorem paulò iucundioremq́ꝫ uini inuitationem, quæ fieret ſub quibuſdam quaſi arbitris, & magiſtris conuiuiorum ſobrijs, non improbauit: Nam & modicis, honeſtiſq́ꝫ inter bibendũ remiſſionibus refici, integrariq́ꝫ animos, ad inſtauranda ſobrietatis officia exiſtimauit, reddiq́ꝫ eos ſenſim lætiores, atq́ꝫ ad intentiones capiendas fieri rurſus habiliores, & ſimul ſequi penitus in ijs adfectionũ cupiditatumq́ꝫ errores ineſſent, quos aliquis pudor reuerens concelaret, ea omnia ſine graui periculo, libertate per uinum data detegi: Et ad corrigendum, medendumq́ꝫ fieri opportunior: Atq́ꝫ etiam hoc Plato ibidem dicit, non defugiendas neq́ꝫ reſpuendas eſſe huiuſmodi exercitationes aduerſum propulſandam uini uinolentiã. Neq́ꝫ ullum unq́ꝫ continentem prorſus, ac temperantem ſatis fideliter uiſum eſſe, cuius uita, uictuſq́ꝫ non inter ipſa errorũ pericula, & in medijs uoluptatum illecebris explorata ſit. Nã cui Libentiæ Gratiæ omnes cõuiuiorum incognitæ ſint, quiq́ꝫ illarum omnino expers ſit, ſi eum fortè ad participandas eiuſmodi uoluptates, aut uoluntas tulerit, aut caſus induxerit, aut neceſſitas compulerit, deliniri plerunq́ꝫ & capi, neq́ꝫ mentem animumq́ꝫ eius conſiſtere, ſed ui quadã noua iſtum labaſcere. Cõgrediendum igitur cenſuit, & tanq́ꝫ in acie quadam cum uoluptuarijs rebus, cumq́ꝫ iſta uini licentia comminus decertandũ, ut aduerſum eas nõ fuga ſimus tuti, nec abſtinẽtia, ſed uigore animi, & cõſtanti præſentia, moderatoq́ꝫ uſu, temperantiã continentiãq́ꝫ tueamur, & calefacto ſimul refectoq́ꝫ animo, ſi quid in eo uel frigidæ triſtitiæ, uel torpẽtis uerecũdiæ fuerit, diluamus. Aulus Gel. lib. 15. cap. 2. Noct. Atticarũ.

Nota obſecro.

Laus hilaritatis cõuiuiorũ.

Vide qui ſit rectus uſus conuiuiorũ.

Deliniuntur animi uoluptatibus honeſtis, & deteguntur.

Decertandum cum uini licentia.

*Encomion ebrietatis, ex Ariſtoph. in equitibus.*

ὅταν πίνωσι ἄνθρωποι, τότε πλουτοῦσι διαπράττουσι, νικῶσι δίκας εὐδαιμονοῦσι. Hoc ẽ: Quãdo biberint homines, tum diteſcũt, peragunt, uincunt cauſas, benè fortunati euadunt.

*Leges Sympoſiorum à Græcis promulgatæ.*

ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι. Id eſt: Aut bibat, aut abeat. πίνειν ἢ τρία. ἢ μὴ τέτταρα. Id eſt: Aut quinq́ꝫ bibe, aut tria, aut ne quatuor. μισῶ μνάμονα συμπόταν. Id eſt: Odi memorem compotorem. Plutarchus in Sympoſijs.

Eraſmus ſcribit, ut Britannos πολυφαγίας, ita Germanos πολυποσίας laudẽ uẽdicare. Æneas Syluius in libello de prauis mulieribus tribuit Teutonibus ebrietatem, & tantiſper fortes, dum uinum habeant.

Ebrietas fortes facit: quare carmina aquæ potoribus ſcripta non diu uiuunt.

Plato in ſexto de legibus, loquens de filiorũ ꝓcreatione, ſic ait: Idcirco ebrius tanq́ꝫ mente captus, ad ferendum nempe uériſimile eſt, cũ fœtus inæquales, inſtabiles, obliquos tam membris q́ꝫ moribꝰ procreare: Quapropter per totã quidem uitam, & maximè quàmdiu generationi uacat, abſtinebit quiſq́ꝫ, cauebitq́ꝫ ne faciat, uel quæ ſuapte natura morbos inducunt, uel quæ ad petulantiam iniuriamq́ꝫ deducant: Hęc enim in animos & corpora naſcentiũ neceſſariò tranſlata, illis imprimuntur, peioreſq́ꝫ naſcuntur: ſed præcipuè die illo ac nocte ab illis abſtinendum eſt.

Ebrij mẽtis & corporis impotes.

Vitium ebrietatis grauiter deſcribitur apud Xenophontem in Pædia Cyri: ubi dicitur: ebrios neq́ꝫ mentis eſſe, neq́ꝫ corporis compotes. Ob id Cyro puero cum hoſpites inuitati, ab Aſtianage auo in natali die ita ſe ingurgitaſſent, uiſum eſſe uenenũ à Sacca pocillatore infuſũ fuiſſe.

Vinum uenenum.

*In bibonem, è Græco.*

*Serta, unguenta, meo ne gratificare ſepulchro,*
*Vina, focus, lapidi, ſumptus inanis erit.*
*Hæc mihi da uiuo, cineres miſcere Falerno,*
*Nempe lutum facere eſt, non dare uina mihi.*

*Aliud.*

*E terra genitus, ſub terram morte recondar,*
*Ergo lagena mihi terrea plena uini.*

*In bibonem.*

*Perdis, ait Tuſſe medicus, tua lumina uino:*
*Conſultat ſecum, quid uelit ergo ſequi.*

*Sydera*

*Sydera, terra, fretumq́; ſolent, quæcunq; uideri,*
*Omnia ſunt, inquit, uiſa, reuiſa mihi.*
*Multa mihi, ſed uina tamen guſtanda ſuperſunt:*
*Multa refert annus, quum noua muſta nouus.*
*Iam certus, firmuſq́;, ualebitis, inquit, ocelli,*
*Nempe ſatis uidi, non ſatis uſq; bibi.*

ALIVD.

*Admonuit medicus Lippum Theodore Marullum,*
*Ne uinum, cæcus ni uelit eſſe, bibat.*
*Pareat ut medico, quanquam ægrè, abſtemius eſſe*
*Ecce duos totos ſuſtinet uſq; dies.*
*Poſt ſitit aſſueti reuocatus imagine uini,*
*Iamq́; foras medico uera minante ruit.*
*Ventum erat ad uinum, cum ſic ſua lumina mœſtus.*
*Affatur, poſito iam peritura mero.*
*Huc iter eſt, huc me fidi duxiſtis ocelli,*
*Nunc bibite, & dulces ambo ualete duces.*
*Guſtus odorq́; manent, miratur abire colorem,*
*In nigras ſubeunt lumina dum tenebras.*
*Hoc tamen aduerſum lenit ſolamine caſum,*
*Dote meri minimùm quod cariturus erat.*

IN BIBONEM.

*Potando medicus periturus dixit ocellos,*
*Fuſco qui cum ſe conſuluiſſet, ait,*
*Perdere dulcius eſt potando, quàm ut mea ſeruem*
*Erodenda pigris lumina uermiculis.*

FESTIVVM CARMEN *in ebrioſum.*

*Tecum in colloquium quod non properantius iui,*
*Segnitiem incuſas, conquererisq́; meam.*
*Confiteor uerè, tibi non in tempore ueni,*
*Serior, aut citior, debuit hora legi.*
*Aut utinam eiuſdem ueniſſem manè diei,*
*Aut tibi ueniſſem manè ſequente die.*
*Nunc res luce nimis tractari cœpit adulta,*
*Quando tua factum eſt ebrietate nihil.*

μακεδονίου.

Bibuli ægroti urbanè dictum.

Χθιζὸν ἐμοὶ νοσέοντι περίστατο δήϊος ἀνὴρ
ἰητρὸς δεπάων νέκταρ ἀπειπάμενος,
ὕμμι δ' ὑδροποτίνειν ἀνεμώλιος οὐδ' ἐδιδάχθη,
ὅττι μένος μερόπων οἶνον Ὅμηρος ἔφη.

Latinè ſic ſonant.

*Viſit heri inclemens ægrum uetuitq́; Lyæi*
*Sumere nectareum uir medicus laticem:*
*Vanus ad hæc lymphis, ait, utere, neſcius hic quod*
*Vina hominum inſtaurant robur, Homerus ait.*

DE *febricitante, & medico bibace ſanè elegans.*

*Febre laboraret mihi cum puer Hemitritæa,*
*Fortè ibi Sauromatæ poſco medentis opem.*
*Senſit, ut admoto ſalientem pollice uenam*
*Fortis, ait, calor eſt, ſed calor ille cadet.*
*Flagitat ergo ſcyphũ, fundumq́; exhaurit ad imũ,*
*Quantum nec Bitias ebibiturus erat.*
*Haurit, ad æqualeis ægrotum prouocat hauſtus,*
*Et facere hoc temerè, ne uideatur, ait:*
*Aeſtuat hic ualde, bibat ergo neceſſe eſt,*
*Non paruo obruitur magna liquore pyra.*

AVT BIBAT, AVT ABEAT.

*Eraſmus in Chiliadibus.*

Quo quidem Adagio monemur, ut aut tempori, locoq́; nos accõmodemus, aut ab hominum conſuetudine nos ſubducamus. Quemadmodum Cato feciſſe legitur, qui cum non poſſet ſumere uultum floralium licentiæ conuenientem, diſceſſit è Theatro. Natũ eſt è priſcis illis Græcorum ſympoſijs, hoc eſt, compotationibus, in quibus mos erat talis ſortiri quempiam, qui conuiuio quaſi præſideret, ac decreta cõuiuialia præſcriberet, quæ νόμους, id eſt, leges appellabant. De hiſce legibus Valerius Valentinus iocoſo carmine conſcripſit, cui titulum fecit, Tapullæ, teſte Feſto Pompeio. Porrò præfectum βασιλέα, id eſt, regem nominabant. Plutarchus συμποσίαρχον uocat. Varro apud Nonium modiperatorem à latinis uocatum ſcribit, quaſi modum imperantem, ne quis aut plus ſatis biberet, aut parũ. Athenæus lib. 10. ex Eupolidis autoritate docet, huic præfectos rei, οἰνόπτας dictos, ab alijs ὀφθαλμούς. Huius conſuetudinis meminit et Horatius in Odis. Nec regna uini ſortiere talis. Commemoratur à Cicerone, lib. Tuſculanarum Quæſtionum 5. Mihi quidem, inquit, in uita ſeruanda uidetur illa lex, quæ in Græcorum conuiuijs obtinet: Aut bibat, inquit, aut abeat. Et rectè: aut enim fruatur aliquis pariter cum alijs uoluptate potandi, ne ſobrius in uinolentiam, uinolentorum incidat, aut diſcedat. Sic iniurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiẽdo reliquas: Hactenus ille. Quidã ſic efferunt, ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι, Id eſt, aut bibe, aut abi. Quantò ciuilior hæc lex, q̃ ea, quam Empedocli in conuiuio præſcripſit conuiuij præfectus, ut aut biberet, aut uinum in illius caput effunderetur: eam rem tam indignè tulit Empedocles, ut poſtridiè coacto Concilio, & inuitatorem, cuius opera id factum erat, & ſympoſiarcham reum peregerit, damnandoſq; curarit: ut refert Laertius Diogenes.

[Margin notes: συμποσίαρχοι. — Modiperatores. — Moribus aliorũ accommodandum eſſe. — Nota de Empedocle.]

Cicero in Partitio. Orat.

ELOQVENTIA eſt copioſe loquens ſapientia: Eſt miniſtra comeſq; ſapientiæ, uber, lata, et ad mot' animorum, uulgiq; ſenſus accommodata. Græcis λογιότης dicta.

LAVS ELOQVENTIAE.

*Idem, lib. 1. de Oratore.*

Neq; uerò quicq; præſtabilius eſt, q̃ poſſe dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, uoluntates impellere q̃ uelit, unde aũt uelit, deducere: Hæc una res in omni libero populo, maximeq; in pacatis, tranquilliſq; ciuitatibus præcipuè ſemper floruit, ſemperq; dominata eſt: Quid enim eſt aut tam admirabile, q̃ ex infinita multitudine hominũ exiſtere unum, qui id quod omnibus natura ſit datum, uel ſolus cum paucis facere poſſit? Aut tam iucundum cognitu, atq; auditu, q̃ ſapientiſſimis ſententẽtijs, grauibuſq; uerbis, ornata oratio & perpolita? Aut tam potens, tamq; magnificum, q̃ populi motus, iudicum religiones, ſenatus grauitatem, unius oratione cõuerti? Quid tam porrò regium, tam liberale, tam munificum, q̃ opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis, retinere homines in ciuitate? Quid aũt tã neceſſariũ, q̃ tenere ſemp arma, quibus uel tectus ipſe eſſe poſſis, uel ꝓuocare improbos, uel te ulciſci laceſſitus? Age uerò ne ſemp forũ, ſubſellia, roſtra, curiãq; mediteris, quid eſſe poteſt in ocio aut iucundius, aut magis proprium humanitati, q̃ ſermo facetus, ac nulla in re rudis? Hoc enim uno præſtamus uel maximè feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicẽdo ſenſa poſſumus: Quamobrẽ quis hoc iure miret, ſũmeq; in eo elaborandũ eſſe arbitretur, ut quo uno homines beſtijs maximè prẹſtent, in hoc hominibus ipſis antecellat? Vt uerò iã ad illa ſũma ueniamus, quæ uis alia potuit, aut diſpſos homines unum in locum cõgregare, aut à fera agreſtiq; uita ad hunc humanũ cultũ, ciuilemq; deducere, aut iam cõſtitutis ciuitatibus, leges, iudicia, iura deſcribere? Ac ne plura, quæ ſunt penè innumerabilia, cõſecter, cõprehendam breui: Sic enim ſtatuo pfecti oratoris moderatione et ſapiẽtia, nõ ſolùm ipſius dignitatẽ, ſed & priuatorũ plurimorũ, & uniuerſæ reipub. ſalutẽ maximè cõtineri. Quãobrem pergite, ut facitis adoleſcentes, atq; in id ſtudium, in quo eſtis, incũbite, ut & uobis honori, & amicis utilitati, & Reip. emolumento eſſe poſſitis.

*Cicero in Saluſtium.*

An ego falſò ſcripſi: cedant arma togę, concedat laurea linguæ, q togatus armatos, & pace bellũ oppreſſi, audes eloquẽtiã ut uitiũ mihi obijcere? Cuius ſemper nocẽs eguiſti patrocinio. An ullũ exiſtimas poſſe fieri ciuẽ egregiũ, q nõ his artibus & diſciplinis ſit eruditus? An ulla alia putas eſſe rudimenta, & incunabula uirtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatẽ alunt? *Lib. 1. de arte Rhetorica.*

Qui ſe ita armat eloquentia, ut nõ oppugnare cõmoda patriæ, uerùm propugnare poſſit: is mihi uir, & ſuis, & publicis rationibus utiliſſimus, atq; amiciſſimus fore uidet. *Ibidem.*

Eloquẽtia multæ urbes ſunt cõſtitutę, plurima bella reſtincta, fortiſſimæ ſocietates, ſanctiſſimæ amicitiæ comparatæ. — Eloquentia eſt animi ratio.

*Facultas dicendi partim natura profecta, partim ſtudio comparata.*

Eloquentia artis, ſtudij, exercitationis, à natura profecta & induſtria. — Facultas.

Eloquentia pars eſt quædam ciuilis rationis.

Officium eius eſt dicere appoſitè ad perſuaſionem.

Finis, perſuadere dicendo: in officio quid fieri, in fine quid officio cõueniat, conſideratur. Vt medici officium dicimus eſſe, curare appoſitè ad ſanandum: finem, curatione ſanare.

Materia artis dicitur, in qua omnis ars atq; facultas ea quæ conficitur ex arte, uerſatur: ut ſi medicinæ materiam dicamus morbos, ac uulnera: quòd in ijs omnis medicina uerſetur. Ariſtoteles tribus in generibus rerum, uerſari Rhetoris officiũ putauit, demonſtratiuo, deliberatiuo, iudiciali.

ELOQVENTIAE *dignitas & utilitas.*

*De Oratore 1.*

Oratore ꝓfectò nihil præclarius: Nã ut uſũ dicendi omittam, qui in oĩ pacata & libera ciuitate dñatur, tanta oblectatio

tio eſt in ipſa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus, aut mẽtibus iucũdius percipi poſſit: Quis enim cãtus moderatæ orationis pronũtiatione dulcior inueniri poteſt? Quod carmen artificioſa uerborum cõcluſione aptius? Qui actor in imitãda, quàm orari in ſuſcipiẽda ueritate iucundior? Quid autem ſubtilius, quam acutæ crebræꝗ ſententiæ? Quod admirabilius, quã res ſplendore illuſtrata uerborum? Quid plenius, quàm omni genere cumulata oratio? Neq; enim ulla non propria oratoris eſt res, quę quidem ornatè dici, grauiterꝗ debeat: Huius eſt in dando conſilio de maximus rebus cũ dignitate explicata ſententia: eiuſdem & languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad ſalutem uocatur. Quis cohortari ad uirtutẽ ardenti? quis à uitijs acrius reuocare? quis uituperare improbos aſperius? quis laudare bonos ornatius? quis cupiditatẽ uehementius frangere accuſando poteſt? quis mœrorẽ leuare mitius conſolando?

*De claris Oratoribus.*

Nec enim in conſtituẽtibus Rempub. nec bella gerentibus, nec impeditis, ac regum dominatiõe deuinctis, naſci cupiditas dicendo ſolet. Pacis eſt comes, ocijꝗ ſocia, & iã benè conſtitutę ciuitatis quaſi alumna quędam, eloquentia: ita ait Ariſtoteles, quum ſublatis in Sicilia tyrannis res priuatę lõgo interuallo iudicijs repeterentur, tum primum, quod eſſet acuta illa gens & controuerſa natura, artem & pręcepta Siculos Caracẽ & Thiſeam conſcripſiſſe.

*Cicero lib. 2. de natura Deorum.*

Iam uerò domina rerũ eloquendi uis, quã eſt præclara, quàmꝗ diuina? quę primum efficit, ut ea quæ ignoramus, diſcere: & ea quæ ſcimus, alios docere poſſimus: Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac geſtientes comprimimus, hac cupiditates, iracũdiasꝗ reſtinguimus: hæc nos iuris, legum, urbium ſocietate deuinxit: hæc à uita immani ac fera ſegregauit.

*Idem lib. quarto de finibus bonorum & malorum.*

Eloquentia principibus eſt maximo ornamento.

*Idem 1. officiorum libro.*

Eloquentia ad communitatis commoda utilior, quàm contemplatio.

*Idem libro 2. de officijs.*

Atq; hoc præceptum officij diligenter tenendũ eſt, ne quem unquàm innocentẽ iudicio capitis arceſſas: id eñ ſine ſcelere fieri nullo pacto poteſt. Nam quid eſt tã inhumanum, quàm eloquẽtiam à natura ad ſalutem hominum, & conſeruationẽ datam, ad bonorum peſtem, perniciemꝗ conuertere? Nec tamen ut hoc fugiendũ, ita eſt habendum religioni contrarium, nocentem aliquando & nefarium, impiumꝗ defendere: uult hoc multitudo, patitur conſuetudo, fert etiam humanitas. Iudicis eſt ſemper in cauſis uerum ſequi: Patroni nonnunquàm ueriſimile, etiam ſi minus ſit uerum, defendere.

*Eloquentiæ patrocinium aduerſus obtrectatores: Cicero de perfecto Oratore.*

Quis unquàm dubitauit, quin in Republica noſtra primas eloquentia tenuerit ſemper, urbanis pacatisꝗ rebus? ſecũdas, Iuris ſcientia? quum in altera gratiæ, gloriæ, præſidij plurimum eſſet: in altera perſequutiõum, cautionumꝗ pręceptio: quæ quidem ipſa auxilium ab eloquẽtia ſæpe peteret, ea uerò repugnãte, uix ſuas regiones finesꝗ defenderet. Quur igitur Ius ciuile docere ſemper pulchrum fuit, hominũꝗ clariſſimorum diſcipulis domus floruerũt, ad dicendũ ſi quis acuat, aut adiuuet in eo iuentutẽ, uituperetur? Nam ſi uitioſum eſt dicere ornatè: pellatur omnino è ciuitate eloquentia: ſin ea non modo eos ornat, penes quos eſt, ſed etiam uniuerſam Remp. quur aut diſcere turpe eſt, quod ſcire honeſtum eſt: aut quod noſſe pulcherrimum eſt, id nõ glorioſum docere?

*Nomina clarorum Oratorum.*

Actius Piſaurienſis.
Acatitis è Cęſarea Paleſtinæ, ſodalis Libanij Sophiſtæ.
M. Emilius Lepidus.
Æſchines Athenienſis.
Sp. & L. Albini Mumij filij.
C. Albutius Silus Nouanenſis.
Alexander Epheſius.
Anaximenes Lãpſacenus diſcipul9 Diogenis Cynici, Præceptor Alexãdri Magni, & in expeditionibus comes.
Andocides Atheniẽſis Leogori filius.

Antiphus Rhamnuſius, qui Athenis prę cepta tradidit,
M. Antonius auus Triumuiri.
Ariſtides Athenienſis.
Ariſtogiton Athenienſis impudens, qui ſcripſit Apologiam ad Demoſthenē Ducem, contra Timotheum: Ad Lycurgum contra Timarchum, & contra Hiperidem.
Aſinius Polllio Auguſti amicus naſuto iudicio.
Licinius Caluus.
Carbones duo.
Chariſius Athenienſis, filius ſororis Demoſthenis.
Caſſius Seuerus eloquentiſſimus in agendo.
Q. Luctatius Catulus, Marij collega in conſulatu.
M. Cœlius Ciceronis diſcipulus, acri turbulentoq; ingenio.
Cephalus Athenienſis, is primum procemia & epilogos inuenit.
C. Cæſar. M. Corn. Cethegus & Pub.
Cyneas legatus Pyrrhi.
Cleon Halicarnaſæus.
Cleomachus Magneſius.
Clodius Pulcher.
Clodius Quirinalis.
Cordus Cremutius declamator.
C. Cotta, ſyncerus, ſiccus, ſanus.
L. Craſſus feſtiuus
Curiones tres continua ſerie, in una familia.
Demades Athenienſis.
Demetri⁹ Valeri⁹, auditor Theophraſti.
Demochares, nepos Demoſthenis.
Dexippus Herennius.
Domitius Apher.
Demoſthenes Athenienſis.
Egeſias Magneſius.
Epicrathes Athenienſis.
Eudemus pręceptor Philopomenis.
Hermogaras Rhetor.
Herodes Atticus.
Sergius Galba ſuorum temporum eloquentiſſimus.
L. Gellius.
C. & Tyb. gracchi.
Gregorius Niſſenus.
Hyperides Athenienſis æmulus Demoſthenis.
Iſocrates Athenienſis dulcis & numeroſus in dicendo.
Iſeus Aſſyrius.
Iſocrates Amyclas
Iuliua Africanus concitatus & in cura uerborum nimius
L. Portius de quo Seneca.
Gneus & Publius Lentuli.
C. Lælius.
Lyſias Syracuſanus æq̄lis Demoſtheni.
L. Magius Titi Liuij Gener.
L. Magius Torquatus
Marcellus Pergamæus, de regno ſcripſit & Adriano Cæſari nuncupauit.
Marius Atruus Declamator.
Maritius Neapolitanus Procli diſcipul⁹.
Melitus æmulus Periclis in Republica.
Menippus Stratonicēſis Præceptor Ciceronis.
Metellus Macedonicus.
Meſſalæ Duo.
Montanus Narbonenſis.
Quintus Mutius Sceuela Iuriſcōſultorum eloquentiſſimus.
Nicoſtratus Macedo ęqualis Ariſtidis.
Numius qui ſcripſit conſolatoriam orationem ad Adrianum de Antinoo.
Oneſimus Cyprius. Q. Hortenſius.
Pericles Athenięſis olympus dictus ob uocem tonantem.
M. Calphurni⁹. Pyſiſtratus Athenięſis.
Pytheas, Plato, L. Numatius Plautus.
Plocius Gallus.
Polyenus Sardianus.
Gn. Pomponius
Potamon Nytilenæus.
Procopius. Pherecides.
Syrus. Philoſtratus ſenior.
Philiſtus Mileſius.
L. Philippus Quintilianus Rhetor.
Virginius Ruffus.
Ruttilius Gemminus.
Clodius Sabinus Declamator.
Serapion Alexandrinus.
L. Siſenna Romanus
Symachus Romanus.
Sophron Syracuſanus.
P. Seruius Sulpitius. C. Cotta.
Theodeſtes Cilix. Cornelius Tacitus.
Theopompus Verdius.
Theodorus Gadoræus.
Sextus Titius Titianus præceptor Maximini Principis dictus ſimia, ad imitationem.
Trachalus. Tullius Cicero pater eloquentiæ.

Quintus Varius.
Varius Germanis declamator, qui Cæſari dixiſſe fertur: Cæſar qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem.
Lenodotus Adramyrenus.
Thraſymachus.
Valerius Licinianus.
Secundus Carinus. Gorgias.
Acherius. Vide aliorum nomina apud Ciceronem de perfecto oratore.

*Horatius lib. 1. odarum.*

*Mercuri facunde nepos Atlantis,*
*Qui feros cultus hominum recentum*
*Voce formaſti, catus & decoræ*
*More palæſtræ:*

*Cicero.*

Eloquentiæ effectus eſt auditorum approbatio.

*Adagia ad eloquentiam pertinentia.*

Attica Muſa.
Lepos atticus.
Cygnea cantio.
Nihil ex agro dicis.
Nunc ipſa uiuit ſapientia.
Nunc ipſa floret.
Tunc canent cygni.
Neſtorea eloquentia. Muſarum aues.

Τοῖσι δὲ Νέστωρ
ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς πυλίων ἀγορητὴς,
τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

*Poſt hæc exilijt Neſtor Neleus Heros*
Vincẽtius *Gentis dux Pyliæ, facundo præditus ore,*
*Dulcior à cuius lingua uox melle fluebat.*

*Eraſmus.*

*Poſt hos aſſurgit Pylius dux ille diſertus*
*Neſtor, cuius ab ore fluit uox melle liquenti dulcior.*

*Eloquentia cur petenda.*

Neque enim nobis operis amor eſt, nec quia ſit honeſta, atque rerum pulcherrima eloquẽtia, petitur ipſa, ſed ad uilẽ uſum, & ſordidum lucrũ, accingimur. Qui imaginem ipſam eloquentiæ diuina quadam mente conceperit, quique illam (ut ait Sophocles non ignobilis Tragicus) reginã rerum orationem ante oculos poſuerit, fructum nõ ex ſtirpe aduocationum, ſed ex animo ſuo, & contemplatione, ac ſciẽtia petet, perpetuum illum, nec fortunæ, ſubiectum facile perſuadebit ſibi, ut ipſa quæ ſpectaculis, campo, teſſeris, ocioſis denique ſermonibus, ne dicam ſomno & conuiuiorum mora conterunt, Geometræ potius, ac Muſico impendat, quantò plus delectationis habiturus, quàm ex illis ineruditis uoluptatibus? Dedit enim hoc prouidentia hominibus munus, ut honeſta magis iuuarent. Fabius li. 1.ca.ulti.

*Laus eloquentiæ.*

Ipſa uitæ præcepta, etiamſi ſint natura honeſta, plus tamen ad formandas mentes ualent, quoties pulchritudinem rerũ claritas orationis illuminat. Fabius li. 2.cap.17.

*Rhetorica, bene dicendi ſcientia.*

*Orator uir bonus, dicendi peritus.*

Deus ille Princeps, parens rerum, fabricatorque mundi nullo magis hominem ſeparauit à cæteris, quæ quidem mortalia eſſent, animalibus, quã dicendi facultate: Nam corpora quidẽ magnitudine, uiribus, firmitate, patientia, uelocitate, præſtantiora in illis mutis uidemus: Eadẽ minus egere adquiſitę extrinſecus opis: nã & ingredi citius, & paſci, & tranare aquas, citra docentem natura ipſa ſciunt: & pleraque contra frigus ex ſuo corpore ueſtiũtur: & arma ijs ingenita quædã, & ex obuio ferè uictus, circa quæ omnia multus hominibus labor eſt. Rationẽ igitur nobis præcipuã dedit, eiusque nos ſocios eſſe cum Dijs mortalibus uoluit. Sed ipſa ratio, neque tam nos iuuaret, neque tam eſſet in nobis manifeſta, niſi quæ concepiſſemus mente, promere etiam loquendo poſſemus. Quod magis deeſſe cæteris animalibus, quàm intellectum & cogitationem quandam uidemus: Nam & moliri cubilia, & nidos texere, & educare fœtus, & excludere, quin etiam reponere in hyemem alimenta, opera quędam nobis immitabilia, (qualia ſunt cærarum & mellis) efficere, nõ ullius fortaſſis ratiõis eſt. Sed quia carent ſermone, qua id faciunt, muta & irrationabilia uocantur. Animalia ἄλογα, Denique homines quibus negata uox eſt, quantulum adiuuat animus ille cœleſtis? Quare ſi nihil à Dijs oratione melius accipimus, quid tam dignum cultu, atque labore ducamus, aut in quo malimus pręſtare hominibus, quàm quo ipſi homines cæteris animalibus pręſtent: Eò quidem magis, quod nulla in parte plenius labor Nihil melius oratione.

labor gratiam refert, id adeò manifeſtum erit, ſi cogitauerim⁹, & unde, & quouſque iam profecta ſit orandi facultas, & adhuc augeri poteſt: Nam, ut omittam defendere amicos, regere conſilijs ſenatū, populum, exercitū, in quę uult, ducere, quàm ſit utile, conueniatque bono uiro: nonne pulchrum uel hoc ipſum eſt, ex communi intellectu uerbiſque, quibus utātur omnes, tantum aſſequi laudis & glorię, ut nō loqui & orare, ſed, quod Pericli contigit, fulgurare ac tonare uidearis?

*Euripides in Hecuba.*

Et ſtudijs fermè decertatum eſt æquis, donec uanus & ſuauiloquēs ſuaſor Achiuum populo nō ingratus Vlyſſes omnē dictis flexit cœtum.

Vlyſſes flexanimus.

*πρόσθεν θήσειν ποτὶ λόγχης σπουδαὶ δὲ λόγων*
*κατατεινομένων ἦσαν ἴσαι πως, πρὶν ὁ ποικιλόφρων*
*κόπις, ἡδυλόγος δημοχαριστὴς λαερτιάδης πείθει στρατιάν.*

*Idem.*

τί δῆτα θνητοὶ τἄλλα μὲν μαθήματα
Μοχθοῦμεν ὡς χρὴ πάντα, καὶ ματεύομεν:
Πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην
Οὐδέν τι μᾶλλον ἐς τέλος σπουδάζομεν
Μισθοὺς διδόντες μανθάνειν, ἵν᾽ ἦν ποτε,
Πείθειν ἅ τις βούλοιτο τυγχάνειν θ᾽ ἅμα.

*Eraſmus uertit.*

*Quod diſciplinis dignum ut eſt in cæteris*
*Sudamus, atque ſingulas inquirimus*
*Ac non magis ſuadela, quæ mortalibus*
*Regina ſola eſt, examuſſim exquiritur,*
*Datoque precium diſcitur, quo quæ uelit*
*Ea quiſque perſuadere poſſit & aſſequi.*

Homerus. Σοὶ δ᾽ ἐνι μὲν μορφὴ ἐπέων ἐνι δὲ φρένες ἐσθλαί.
*Mente uales, iuncta eſt facundis gratia dictis.*

*Laus eloquentiæ ex Iſocrate.*

Per alia quæ nobis data ſunt, nihil à cæteris brutis pecorib⁹ diſtamus: Imò celeritate, robore, & ſi quæ ſint alię corporis feliciores dotes, inferiores illis ſumus: at uerò ubi orationis facta nobis poteſtas eſt, qua alius aliū perſuadere poſſemus, interque nos uiciſſim certò iudicare, datū eſſet, quę uellemus, ne à brutorum dū uiuendi ratione deſtitimus, & unà cōgregati ordineque collecti urbes incoluimus, leges tulimus, artes reperimus, ferèque omnium, quæ humano artificio conſtant, nobis fons atque origo extitit: Siquidē is & de iuſtis & iniuſtis, turpibus & honeſtis ſanciuit leges, quę niſi ſācitæ, erectęque fuiſſent, fieri non poterat, ut familiari cōuerſatione inter nos duceremus uitam: Hoc ſermone, inquam, tū malos reprehendimus, tum bonos prędicamus: hoc inſipientes inſtituimus, prudentes exploramus: Honeſta enim oratione lōgè maximū prudētię argumentū edimus: quādoquidem & ſermo uerus, & legitim⁹, et iuſtus, candidi fidique animi ſimulachrum ſit. Huius ope de ambiguis cōtendimus, deque incognitis contemplamur. Nā quibus alijs dicētibus perſuademus rationibus, ijſdē & de alijs conſultantes utimur, ac eos, qui in publico uulgi conuentu dicere poſſūt, Rhetoricos appellamus. Cōſilio uerò illos pollere putamus, qui optimè apud ſeſe de rebus ipſi diſceptauerint. Sin me ſummatim de hac uirtute dicere oporteat, nihil rerum prudenter geſtarū, citrà hunc factum reperiemus: ſed cum operum, tum cogitationum omniū ducem ſermonem exiſtere, eoque potiſſimū uti, quibus plurimum ſit mentis: itaque qui inſtituentes philoſophanteiſque contumelia afficere, & in eos conuitia iactare audēt, ęquè dignos odio, atque ſacrilegos, templorumque & Deorū prophanatores arbitror. At ego quoſcūque ſermones, qui modò iuuare quicquàm poſſunt, amplector, ac pulcherrimos, regique conuenientiſſimos, & me decentes maximè, qui de ſtudijs Reipub. adminiſtratione monēt.

Collatio eloquentiæ cum cæteris artibus, ex oratione ſeptima aduerſus ſophiſtas.

*Ex octaua oratione Iſocratis, cui nomen eſt: Panegyrico.*

Ea eloquentiæ eſt uis atque natura, ut ijſdem de rebus multipliciter diſſerere queat, & magna humilia facere, modicis magnitudinem addere, priſca nouè recēſere, de nuper natis antiquè dicere.

*Ex eadem oratione.*

Artificioſam uenuſtamque dicēdi rationem, non praui quidem, cæterum animi prudentia clari opus eſſe: ac illos, qui ſapientes & ignari habentur, hac plurimū inter ſe nactos diſcriminis.

*Labiorum & linguæ munus duplex.*

Quid uerò labia, nōne & ipſa in homine præſignem à cæteris rationē habent?

In brutis quidē dentium modo hæc tegumenta ſunt, & uelut procæſtria quędam: At nobis etiā in loquendi facultate mirabile ſuggerūt adiuuamentū: indeq́ȝ mollia, carnoſaq́ȝ à rerum natura effecta ſunt. Vt em̄ humana lingua duplici fungitur munere, conceptus animi nunciando, & ſaporum uim præſentiendo, proptereaq́ȝ à cæteris diſparatur, nec ſimilis eſt: ita nec in labijs ſimplex functio eſt, ſed dentes quidem cum decore contegunt plurimo, tū loquutionem pręſtāt articulatam, eaq́ȝ namq́ȝ conflatur ex literis, quarum enunciatio plurimùm obturbata, detruncata, nec intelligibilis præſtaretur, ni ad hanc rationem labra linguāq́ȝ cōformaſſet artificis infinita prouidentia. In labio ſuperiori, quę ineſt cauitas, dicitī φίλτρον: Eadē in inferiori, τύπος uocatur uel nympha, labiorum prominēs pars, πρόχειλον: Eorundem mutuus congreſſus προσόμιον uel προσομία: Deſinētia uerò maxillas reſpectans τοῦ χαλινοῦ ſortitur nomen. Sunt porro labia, ut ſciēter colligit Auicenna, hoſtij uice ori adiuncta: quod brutis cōparatum creditur, ad explendam uictus neceſſitatem, in homine promptuarium eſt rectę rationis, ut quæ prudentia corde cōceperit, ea ſenſa promat oratio. Vnde elegāter Apuleius os eſſe dicit, animi ueſtibulū, orationis ianuam, cogitationum uerò comitium.

*Linguæ & orationis laus præcipua.*

Cęterū leuia poſſunt iſta cenſeri, ſi conſideret quis humanæ linguæ incomparabile donū, in quo bonitas infinita ineſtimabili munificentia nos, ut legitimos liberos, eſt amplexata. Quid enim in tot, tantiſq́ȝ corporis dotibus æqua penſandū libra eſt? Huius ſiquidē facultate poſt mentem, quæ nos ex æquo ferè cum cœlitibus conſtituit, conſtat, præcipuè illa, ut dictum à Sophocle eſt.

Cœlius li. 1. cap. 31. & 32.

Linguę donum incō-parabile.

*Regina rerum eloquentia.*

Sed illud quantam demū in humanis rebus habet excellentiā? uſu linguę poſſe hominem, quæ minus intelligentia conſequatur, ab altero tota facilitate percipere, quæq́ȝ noris ipſe magna tua gloria alijs impertiri? Eximiū eſt, quod inde profluit, emolumentū, parturiēte ſemper animo, quæ uel obſeruaris intentiſſimè, uel ſummo excogitaris ingenio. Neſcire maſumus magna pars, quā in id tantis laboribus, & curis profeciſſe, ut abdita, illatebrataq́ȝ uelut in ſāctuarijs, aut ſepulchro uerius, tum precioſa ſuppellectilis munera ſupprimamus. Quid illa in calamitatibus, tanquàm oneris præmoleſti alleuatio, cum amicis communicatio? Quid ſecundis rebus incredibilis & geſtiēs ille ardor animi eiſdem impertiendi boni? Deniq́ȝ ut rei precium intelligamus, quęnam & quanta commolita natura eſt, ut decenter orationis euaderemus compotes? Omnium primum artifex illa in pulmonibus ſpirādi officina nobilitatis huius præſtat exordia, mox illa ſpiritalis fiſtulā, quam etiam arteriam dicimus, ad os producta, intimū uelut canali à mēte perfectā uocē ita ſubuehit, ac excipientis linguę ita attudit, ut artifici motu, nunc illa in palatum ſurrecta, nunc alliſa dentibus, alioquin barbaricū, inſuauemq́ȝ ſonum ſic moderatur, effingitq́ȝ, ut auribus contingat iucundiſſimus, & uehementia quandoq́ȝ detonās altius, immo uerò clarius fulgurans, tam potenter mouet, docet argutè, & ad delitias uſq́ȝ ita delectat, adficitq́ȝ, ut quod de Olympio dictū Periclē eſt, non græciam modo, ut illi, ſed uniuerſa ferè ualeat permiſcere. Quid ubi in modulatū cœleſtemq́ȝ exit cantū, nūc ſpiritu productiorem, nunc inflexo uarium, nunc diſtinctum cōciſo, copulatā intorto, & quod nequeas admiratiōe cōſequi, eſt ubi promittit, reuocat, infuſcat, plenius edit aliqd, grauius, acutius, uibratius, ſummū, mediū, imum. Propterea ingenioſè, ac plauſibiliter mihi feciſſe uidētur, qui linguam plectri ſimilem prodidère, chordarum uero dentes, nares cornibus, queis canenti accinitur.

Nam & in hexametro Ambroſius ait, plectrū loquentis lingua eſt: Hæc uerò omnia diuinæ maieſtatis recinunt amplitudinem, & ſapientiā, tuba clarius inſonant, ac ingerūnt ingratis & periniquis tantorum munerū æſtimatoribus, hęc ut poſſet munificentius lingua pręſtare, eius carnem ſtruxit opifex Deus raram, fungoſam, & mollem.

Ad uſum orationis, incredibile eſt, ubi attēderis, quāta opera machinata natura ſit: Primū enim à pulmonibꝰ arteria uſq́ȝ ad intimū pertinet, ꝑ quā uox principiū à mente ducēs, percipitī & funditur. Deinde in ore ſita eſt lingua finita dētibus,

Cicero li. 2. de natura Deorū.

&

& ea uoce immoderatè profuſam fingit, & terminat, quę ſonos uoce diſtinctos & preſſos efficit, quum & ad dētes, & alias partes pellit oris. Itaq; plectri ſimilē linguā, noſtri ſolent dicere, chordarū dentes, nares cornibus his, quę ad neruos reſonant in cantibus.

Oris quoq; ſpecies, & rictus ex trāſuerſo patefactus quàm utilis, q̄ decens ſit, enarrari nō poteſt, cuius uſus in duobus cōſtat officijs: ſumēdi uictus, & eloquēdi: lingua intus incluſa, quę uocē motib⁹ ſuis in uerbis diſcernit, & eſt interpres animi, nec tamen ſola poteſt per ſe eloquēdi munus implere, niſi acumen ſuum palato illiſerit, niſi adiuta uel offenſione dentium, uel compreſſione labiorū: dentes tamen plus conferūt ad loquendum.

*Plato in Phedro.*

Lyſiam Gorgiāq; ualere ſinemus, qui uerisimilia ueris ante poſuerūt, ac ui orationis efficiunt, ut parua eſſe magna, & magna uiciſſim parua, uetera item noua, & nouiſſima uetera uideantur.

Lactātius de opificio Dei cap. 8.

Eloquentes maximam in hominum cœtibus potentiam habēt. Natura in perfecto oratore deſideratur, doctrina, & exercitatio: Si quid horum defuerit, mācus erit orator.

*Plato in Phedro.*

Pericles oratorum omnium perfectiſſimus, auditor Anaxagoræ.

*Cœlius lib. 3. cap. 1.*

Reſponſum ab Ammone ſcribit Plato, pluris ſe Lacedęmoniorum aptam facere orationem, quàm aliorum munera, uel opulentiſſima.

*Idem libro 13. cap. 5.*

Nominum ratio naturalis, non arbitraria.

*Mirum & diuinum opus linguæ, ac orationis humanæ.*

Vis eloquentiæ.

Pyrrhus dicere ſolebat, plures urbes Cineam oratione ſubegiſſe, quàm ipſe cepiſſet armis. Erat autem Cineas Theſſalus uir magni ingenij, qui audito Demoſthene, ad illius ęmulationem ſe contulerat: ſed uim pręcipuè exprimens. Cōfirmatum eſt itaque quod dicit Euripides.

πᾶν ἐξαιρεῖ λόγος, ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δρα-σειεν ἄν. Id eſt: Cuncta ſermo cōficit, quęcunq; ferrum efficere poſſit hoſtium.

Eraſmus libro 6. Apophte.

Eloquētię certamen.

Thucydides ab Archidamo Lacedęmoniorū rege interrogat⁹, uter eſſet in palæſtra ſuperior, ipſe an Pericles: Poſteaq̄, inquit, ego hominē pugnando deieci, ille ſe negat cecidiſſe, itaq; uincit, & ſpectatores à ſua ſententia deijcit: Sentiens ſe bonis rationibus eſſe ſuperiorem, ſed Periclem eloquētia uincere, & quocūq; uellet agere multitudinem. Nam Thucydides uir præpotens diu in adminiſtranda repub. aduerſatus eſt Pericli: eam contentionē Archydamus palæſtram appellauit.

*Eloquentia uictor, non cauſa.*

Cicero Munatio reo patrocinatus fuerat, atq; ille abſolutus. Pòſt, quū Munatius Sabinum Ciceronis amicum reū peragerct, iratus Cicero exprobrauit illi beneficium: an tu, inquit, Munati illud iudiciū tua opera effugiſti, an potius mea, qui multū caliginis tribunalibus offudi?

*Eloquentia popularis.*

Nonnullis Demoſtheni immodicum eloquentię ſtudium obijcientibus, ita reſpondit: Eloquētię ſtudiū declarare hominem popularē: cōtra, negligere ſtudium eloquentiæ, eſſe eorum, qui dominari populo quærerent, ut qui hoc agerent, non ut perſuaderent dicendo, ſed ut cogerent.

Eloquētia uictrix.

Iphicrates in cauſa obrutus eloquētia, patroni qui Ariſtophōtem defendebat: aduerſariorū, inquit, melior eſt hyſtrio, ſed mea fabula melior: Vt fabula nōnunquàm exploditur uitio hiſtrionis, ita ſæpe melior cauſa uincitur à peiore patroni infantia, ſtultitiáue.

Eloquentia magnum inſtrumentū glorię, ſed anceps, cuſpide gemina: & hoc quoq; qualiter uti ſcias refert plurimum.

Haud ineptè quidā ſtulti eloquētiam atq; improbi, furioſi gladio æquiparant: utrūq; enim publicè expedit eſſe inermē.

*Petrarcha de remedijs fortuitis* Dial. 9.

Verus Orator eloquentiæ magiſter, niſi uir bonus, eſſe non poteſt.

Si eloquētia innocēter, & abſq; iactātia utâre, uix ulla re citi⁹ multitudinis amorē tibi cōciliabis & gloriā queres, ſi quo niſi meræ uirtutis artificio queri poteſt: ſin arroganter atq; improbè, perfacilè diſcrimē tibi, & multorum odia cōflaueris.

*Eloquentia apta mitigandis efferatis immanium hominum moribus.*

Nullum eſt tam aſperū ingeniū, quod non

non morum uerborumq; dulcedine mitigetur. Sic Africanus meus ille ſuperior, Syphacem regem barbarum, atq; (ut Liuij uerbis utar) Romanis morib9 inſuetum, & quod mirabilius fuit, Haſdrubalem quoq; Carthaginenſem, non barbarum modo, ſed etiam immitem romani nominis inimicum, inter cenandum ſuaui conuictu, & comi manſuefecit alloquio. Iulius Cæſar Amiclam algis & æquo reis ſpumis aſperum nudumq;, & inopem piſcatorem, tam leniter fando cepit, & illius Ceſareæ facundiæ retibus circumuoluit, ut inaudito uerborum ſono, et ignoti hoſpitis admiratione ſuſpenſus, confeſtim iubente illo fragilem atq; imparem pelagi minis cymbam de tuti littoris ſtatione diſſolueret, parendiq; ſtudio, ſciens ac uolēs, ad interitum properaret.

Ille Philoſophorum princeps Plato Dionyſium conciliare ſibi potuit Syracuſium Tyrānum: Archelaum uerò Macedoniæ regē Euripides poëta: Nec aut illi Tyrānici ſpiritus rigor, aut huic immanitas obſtitit barbarica: utramq; duriciē ingenio & eloquentia molliuerunt.

Orator Aphtonius ſæuos carnifices ad ſe occidendum miſſos, & iam ſtrictis mucronibus irruentes, blanda oratione cōpeſcuit, uiciſſetq; crudelitatem eloquentia, niſi unus ex eo numero, qui eū loquentem non audierat, cæteris iam digreſſis, ſuperueniens, uelut aſpis incantatoris uoce non audita, uirus in illum ſceleſti miniſterij effudiſſet. Sed quid hominum exempla conquirimus? urſos uidemus, Pardos ac Leones, atq; alias truces & præualidas beluas blandicijs delenitas, parui domitoris imperiū patiēter excipere, nec9 inſuper et minas & uerbera: uolucres cœlo uagas cōtra primæuā naturæ ſuæ legem, humanā ſocietatem anteponere libertati, uitam in uitrulis agere operto capite, præceptoq; etiā patriæ natalis aſpectu famem ſuam nutritoris arbitrio moderari, de illius manibus cibum ſumere, uocem iubentis agnoſcere, clamoribus obedire, ire ad emittētis arbitrium, & reuerti, opimaſq; prædas non ſibi, ſed domino reportare.

*Fabula de Arione.*

De piſcibus nihil tale quod meminerim legi, niſi q̄d Delphines, neſcio qua humano generi familiaritate coniūctos ferunt: unde & Arionem quendam tergo huius piſcis inſidentem, per tumidos fluctus maris euaſiſſe, hiſtorica ſeu potius fabuloſa narratio eſt: Vectorem ipſum fidibus canentem faciūt, quo nauigationi facilior fides ſit, mulcente auras muſica & nauigiū ſubleuante. Viſum eſt enim fabulam non admitti, niſi color mendacio quæreretur: gubernaculum, malus, uela, remi deerant, pro ijs omnibus unius muſicę ſuauitas ſubrogata eſt

*Eloquentia cæteris rebus anteponenda.*
*Petrarcha lib. 1. epiſt. 8: de rebus famil. ad Thomam Meſſanem.*

Animi cura Philoſophū quærit: eruditio linguę oratoris eſt propria: neutra nobis negligenda, ſi nos (ut aiūt) humo tollere, & per ora uirûm nobis uolitare propoſitum eſt. Exhortor igitur ac moneo, ut non uitā tātum & mores: (quod primum uirtutis eſt opus) ſed ſermonis etiā noſtri conſuetudinem corrigamus, quod artificioſæ nobis eloquentiæ cura pręſtabit: Nec enim paruus aut iudex animi ſermo eſt, aut ſermonis moderator eſt animus: Alter pendet ex altero: cæterum ille latet in pectore, hic exit in publicum: ille comit egreſſurum, & qualem eſſe uult fingit: Hic egrediens, qualis ille ſit, nūciat: Illius paretur arbitrio. huius teſtimonio creditur. Vtriq; igitur conſulendū eſt, ut & ille in hunc ſobriè ſeuerus, & hic in illum ueraciter norit eſſe magnificus: quanquam ubi animo conſultum fuerit, neglectus eſſe ſermo nō poteſt, ſicut ex diuerſo adeſſe ſermoni dignitas non poteſt, niſi animo ſuo maieſtas adfuerit.

*De Orpheo, Vergilius libro Georgicorum quarto.*

*At cantu commotæ, Erebi de ſedibus imis*
*Vmbræ ibant tenues, ſimulachraq; luce carentum:*
*Quin ipſæ ſtupuere domus, atq; intima lethi*
*Tartara, cæruleoſq; implexæ crinibus angues*
*Eumenides: tenuitq; inhians tria cerberus ora,*
*Atq; Ixionæi uento rota conſtitit orbis.*

*Ex Aeneide, lib. primo: De uiribus eloquentiæ.*

*Tum pietate grauem, ac meritis ſi forte uirum quem*
*Conſpexere, ſilent, arrectiſq; auribus adſtant:*
*Ille regit dictis omnes, & pectora mulcet.*

Ouidius lib. 10. fabula. 1.

*Talia dicentem, neruoſq; ad uerba mouentem,*
*Exangues flebant animæ, nec Tantalus undam*
*Captauit refugam, ſtupuitq; Ixionis orbis:*
*Nec carpſere iecur uolucres, urniſq; uacarunt*
*Belides, inq; tuo ſediſti Siſyphe ſaxo.*
*Tum primum lachrymis uictarum carmine fama eſt*
*Eumenidum maduiſſe genas: nec regia coniunx*
*Suſtinet oranti, nec qui regit ima negare &c.*

Sillius Italicus lib. 11. belli Italicis.

*Argolicis quondam populis, mirabile dictu,*
*Exaudita chelis: lapidem teſtudine felix*
*Ducere, & in muros poſuiſſe uolantia ſaxa.*
*Hæc Amphionio uallauit pectine Thebas,*
*Ac ſilice aggeribus per ſe candente uocatis]*
*Iuſsit in immenſum, cantatas ſurgere turres.*

De Arione.

*Altera turbatum plectro moderata profundum,*
*Et tenuit Phocas & in omni Prothea forma*
*Traxit: & æquoreo portauit Ariona dorſo.*

Propertius lib. 3. Elegia.

*Orphea te tenuiſſe feras, & concita dicunt*
*Flumina Threicia ſuſtinuiſſe lyra.]*
*Saxa Cytheronis Thebes agitata per artem,*
*Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt.*

Orpheus eloquentia mores hominum agreſtes formauit. Vergilius.

*Threicius quondam uates*
*Fide creditur canora*
*Mouiſſe ſenſus trium fratrum,*
*Atq; omnes tenuiſſe uagos.*
*Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa,*
*Suaui ſono teſtudinis.*
*Arbores ſecutæ umbram ferunt præbuiſſe uati.*
*Sed placidis hominum dictis*
*Fera corda mitigauit,*
*Doctaq; uitam uoce temperauit,*
*Iuſtitiam docuit, cœtu quoq; congregauit uno*
*Moreſq; agreſtes expoliuit Orpheus.*

Horatius in arte Poëtica.

*Syluestres homines ſacer interpreſq; deorum*
*Cædibus, & uictu fœdo deteruit Orpheus,*
*Dictus ob hoc lenire Tigres, rabidoſq; leones:*
*Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis*
*Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda*
*Ducere quo uellet. Fuit hæc ſapientia quondam*
*Publica priuatis ſecernere, ſacra prophanis,*
*Concubitu prohibere uago, dare iura maritis,*
*Oppida moliri, leges incidere ligno.*
*Sic honor & nomen diuinis uatibus, atq;*
*Carminibus euenit, poſt hos inſignis Homerus, &c.*

Horatius, lib. 3. oda undecima ad Mercurium

*Mercuri, nam te docilis magiſtro*
*Mouit Amphion lapides canendo,*
*Tuq; teſtudo reſonare ſeptem*
*Callida neruis,*
*Nec loquax olim, neq; grata, nunc &*
*Diuitum menſis, & amica templis,*
*Dic modos, Lyde quibus obſtinatas*
*Applicet aures.*
*Quæ uelut latis equa trima campis,*
*Ludit exultim, metuitq; tangi,*
*Nuptiarum expers, & adhuc proterno*
*Cruda marito.*
*Tu potes Tygres, comiteſq; ſyluas*
*Ducere, & riuos celeres morari.*
*Ceſsit immanis tibi blandienti*
*Ianitor aulæ.*
*Cerberus, quamuis furiale centum*
*Muniant angues caput eius, atq;*
*Spiritus teter, ſanieſq; mânet*
*Ore trilingui.*
*Quin & Ixion, Titioſq; uultu*
*Riſit inuito. ſtetit urna paulùm*
*Sicca, dum grato Danai puellas*
*Carmine mulces.*

Horatius lib. 1. ode 12.

*Quem uirum aut heroa, lyra, uel acri*
*Tibia ſumis celebrare Clio?*
*Quem Deum? cuius recinat iocoſa*
*Nomen imago.*
*Aut in umbroſis Heliconis oris,*
*Aut ſuper Pindo, gelido'ue in Hæmo,*
*Vnde uocalem temere inſequutæ*
*Orphea ſyluæ,*
*Arte materna rapidos morantem*
*Fluminum lapſus, celereſq; uentos,*
*Blandum & auritas fidibus canoris*
*Ducere quercus.*

Seneca ex Hercule furente.

*Immites potuit flectere cantibus*
*Vmbrarum dominos, & prece ſupplici*
*Orpheus Euridicen dum recipit ſuam,*
*Quæ ſyluas & aues, ſaxaq; traxerat*
*Ars quæ præbuerat fluminibus moras,* Nihil non mitigatur eloquẽtia.
*Ad cuius ſonitum conſtiterunt feræ,*
*Mulcet non ſolitis uocibus inferos,*
*Et ſurdis reſonat clarius in locis.*

Herculis Celtici effigies. Ex Luciano in Paracleſi ſua. Eraſmus & Budæus in Annotat. in Pandectas.

Herculem Galli lingua gentis uernacula ogynium uocant. Porrò Deũ ipſum noua quadã, atq; inuſitata figura defingũt: Senex apud illos eſt, ad extremum uſq; occipitiũ recaluus, reliquis capillis ſi qui

ſi qui ſunt, cauis: cute rugoſa, & in aterrimum exuſta colorem, cuiuſmodi ſunt nautę iſti ſenes, Charontem potius, aut Iapetum quempiam ex ijs, qui apud inferos uerſantur, diceres: in ſumma quiduis potius quàm Herculem eſſe coijceres ex imagine: Atq; tali ſpecie quum ſit, tamen Herculis ornatum gerit, ut qui tum leonis exuuium indutus ſit, tū clauam dextra teneat, tum pharetram humeris aptatam portet, tum arcum leua prætēdat, deniq; modis omnibus Hercules eſt: Hæc equidem arbitrabar in Græcanicorum Deorum contumeliam perperàm facere Gallos, cum eum eiuſmodi fingerent effigie, quo nimirum illum talibus picturis ulciſcerentur: quod olim in regionem ipſorum incurſaſſet, prædas agens id temporis, cum Gerionis armenta ueſtigans occidentalium gentium pleraſq; regiones peruaſtaret.

Celtici Herculis forma.

At nondum etiam dixi id, quod erat in imagine maximè nouum atq; mirandū: ſiquidem Hercules ille ſenex, ingentem admodum hominum multitudinē trahit, omnibus ab aure reuinctis: Porrò uincula, cathenulę tenues auro electroq; confectæ, pulcherrimis iſtis monilibus adſimiles, atq; cum uinculis uſq; adeo fragilibus ducantur, tamen neq; de fugiendo cogitant, cum alioquin commodè poſſint, neq; prorſus obnituntur, aut pedibus aduerſus trahentem obtrudunt, ſe ſe reſupinantes: uerùm alacres, ac læti ſequuntur ducentem, admirantes, ultrò feſtinantes omnes, & laxatis uinculis etiā anteuertere ſtudētes, perinde quaſi grauiter laturi, ſi ſoluerētur uinculis. Ne illud quidem pigebit referre, quod mihi uidebatur omniū abſurdiſſimum: Etenim quum non inueniret pictor, unde cathenularum ſummas anſas necteret, uidelicet dextera iam clauam, lęua arcum tenente, ſummam Dei linguā perterebrauit, atq; ex hac religatis cathenulis eos trahi fecit: ipſe nimirum ad eos, qui ducebantur, uultum ac oculos conuertebat, arridens. Hæc ego quum diutius adſiſtens eſſem cōtemplatus admirās, hæſitans: indignans Gallus quiſpiam, qui propius adſtabat, noſtrarum literarum non indoctus, id quod declarauit, quum Græcanicam linguam abſolutè ſonaret: Philoſophus opinor, ex

Herculis lingua pertere-brata cur ſit.

eo genere Philoſophorum, quod apud illos eſſe fertur: Ego tibi hoſpes, inquit, picturę illius ænigma explicabo, nam uidere uehementer ad eam attonitus, ac ſtupefact⁹: Orationē nos Galli nequaquam arbitramur eſſe Mercurij, quemadmodum uos græci: uerùm Herculi illam tribuimus, propterea quod hic Mercurio longè robuſtior extiterit.

Explicatio figuræ depicti Herculis Gallici.

Quod ſenex fingitur, nihil mirere: ſiquidem una facultas dicendi uel facundia conſueuit in ſenecta demum abſolutum uigorem oſtendere: ſi modo uerum noſtri dicunt Poetæ.

*Obduci iuuenum denſa caligine pectus:*
*Contra, ſenectam poſſe quiddam dicere*
*Rudi iuuenta melius ac præclarius.*

Senū eloquentia.

Hinc uidelicet apud uos et Neſtoris lingua melli profuit, et Troianorū cōcionatores lirieſſam educūt uocem, uidelicet floridam: Nam liria, ſi ſatis commemini, flores appellantur.

Homerus li. 1. Iliad. Neſtoris lingua.

Proindè quod ab auribus uinctos, ad linguam trahit ſenex hic Hercules, qui nō aliud quàm ipſe eſt ſermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignoras linguæ cum auribus eſſe cognationem: Neq; uero ad contumeliam illius illud pertinet, quod ea pertuſa eſt: nā memini, inquit, et iambicos quoſdā uerſiculos è comędijs apud uos diſcere.

*Siquidem uiris loquacibus extrema lingua*
*perforata eſt omnibus.*

Quin de eodem hanc habemus opinionem, ut quicquid egit, id oratione facundiaq; confeciſſe putemus: utpote uirum ſapientem perſuadendo pleraq; ſibi ſubegiſſe.

Iam tela illius nimirum rationes ſunt acutæ, miſſiles citæ, atq; animum ſauciātes: unde pennigera dicta uos quoq; appellatis.

Perſuadere eſt bonum conſilium dare, Græcis ἀναπείθειν, Inde Pitho dicta eſt Dea, dicēdi præſes, quā Ennius ſuadam, Quintilianus perſuadendi Deam, ſuadelam Horatius, Cicero leporē uocat. Hæc & flexanima dicitur, quaſi animum flectens, à Græcis ψυχαγωγὸς quaſi dictrix & oblectatrix animę: huius Deę ſanctiſſimū olim nomē apud gallos fuit.

Flexanima.

Ennius in 8. annali.

*Marcus Cethegus dictus illis popularibus olim*
*Qui tum uiuebant homines, atq; æuum agitabant,*
*Flos delibutus populi,*

 Pro-

Eloquentia lumen ingenij.

Probè uero: ut enim hominis decus ingenium, ſic ingenij ipſius lumen eſt eloquentia, quę uirum excellentem præclarè tamen illi homines florem populi dixerunt, Suadæq́ medulla, πειθῶ, quã uocant Grȩci, cuius effector eſt Orator. Hãc Suadam appellauit Ennius πειθῶ in labris Periclis Eupolis ſeſſitaſſe ſcribit.

*Bocatius lib. 12. cap. 62. Cicero de claris Oratoribus.*

Mercurius filius Iouis & Maiæ, deus eloquentiæ, nuntius diuorum, tegitur galero, ut oſtendatur, aduerſus inuidię fulmina, ſolam eloquentiam plurimum ualere: Itẽ ſignificatur gratia, quam quis ſibi apud auditores eloquẽtia cumulat: item uiuacitas: ea enim quæuis præclara facta ab interitu aſſerit dicente poëta.

*O ſacer & magnus uatum labor, omnia fato*
*Eripit, & populis donas mortalibus æuum:*

*Ouidius.*

*Iamq́ opus exegi, quod nec Iouis ira nec ignis,*
*Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas.*

Carmina perpetuo manent.

Alata fert alaria: ſermo enim uelox eſt &, ob id ab Homero alata exprimũtur in 1. Iliad. uerba eodem momento ex ore loquentis egrediũtur, & auribus auſcultantium excipiuntur.

*Horatius lib. 1. Odarum.*

Virgam defert, qua fingunt Mercurium animas ab orco euocare, alias demittere, quod nihil aliud ſignificat, q̃ plurimos è mortis faucibus ſubtrahi, quos carnifex expectet, mox ad ſupplicium rapturus, & ſi uelit, in mortem impellat rurſus. Ita Cicero communi uoce, ob necatum Clodium, Milonem eripuit eloquentiæ uiribus: Ita & Popilium Lenatem, Cœliũ et innumeros alios: is eadẽ fandi maieſtate Lentulum Cethegum, Sextilium, atq́ eius farinæ homines potentiſſimos morti tradidit.

Eſt & eius uirgæ natura uentos excitare, & tranare nubila, quod indicat eloquentem ſolum ſeditiones commouere, & eas cupiat ſedari poſſe. Ita feciſſe Curionem apud Ariminium in Cæſarem legimus: Ita & Cicero turgidum Cæſaris in Deiotarum pectus pacauit.

Virga hæc ſomnos dat, ac adimit: Ita eloquentia inertes ſopitoſq́ ad exercendum ſe admonet, quum prȩmia opulentiſſima proponit, & decoris memores eſſe iubet, ſopit nimium audaces & temerarios, quum non orare ſit ſed potius latrare. Serpẽs eſt implicitus uirgæ, quod prudentia maximè oratorem deceat.

QVANTA SIT VIS ATQVE *potentia eloquentiæ.*

*Valerius lib. 8. cap. 9.*

Potentiam eloquentiæ etſi plurimùm ualere animaduertimus: tamen ſub proprijs exemplis, quo ſcilicet uires eius teſtatiores fiant, recognoſci conuenit.

*De Valerio Publicola.*

Regibus exactis plebs diſcedens à patribus, iuxta ripam fluminis Acienis in colle, qui ſacer appellatur armata conſedit, eratq́ non ſolum deformis, ſed etiã miſerrimus Reip. ſtatus à capite eius, cætera parte corporis peſtifera ſeditione diuiſa, ac ni Valerij ſubueniſſet eloquentia, ſpes tanti imperij ipſo penè ortu ſuo corruiſſet: Is namq́ populum noua & inſolita libertate temere gaudentem oratione ad meliora & ſaniora conſilia reuocauit, ſenatuiq́ ſubiecit, id eſt, urbem urbi iunxit: uerbis ergo facundis ira, conſternatione arma ceſſerunt.

*De M. Antonio.*

Quæ etiam Marionos, Cumanoſq́ Mucrones, ciuilis profundendi ſanguinis cupiditate furentes, inhibuerunt. Miſſi enim à ſȩuiſſimis ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum, ſermone eius obſtupefacti diſtrictos iam & uibratos gladios cruore uacuos uaginis reddiderunt. Quàm diſertum igitur eum fuiſſe putemus, quem ne hoſtium quidem quiſquam occidere ſuſtinuit, qui modo uocem eius ad aures ſuas uoluit admittere.

Vide Aeſopi apologiam de uentris & membrorum diſſenſione.

*De Iulio Cęſare.*

D. quoq́ Iulius quàm cœleſtis numinis, tam etiã humani ingenij perfectiſſimum columen, uim facũdiæ propriè expreſſit, dicendo in accuſatione C. Dolabellæ, quem reum egit, extorqueri ſibi cauſam optimã L. Cottæ patrocinio, ſiquidẽ maxima tantũ eloquentia quæſta eſt &c:

L. Cotta eloquentiſſimus.

*Externa de Piſiſtrato.*

Piſiſtratus dicendo tantũ ualuiſſe traditus eſt, ut ei Athenienſes regium imperium oratione capti permitterẽt: quũ præſertim ex contraria parte amantiſſimus patriæ Solon niteretur, ſed alterius ſalubriores erant conciones, alterius diſerti-

ſertiores, quo euenit, ut alioqui pruden tiſſima ciuitas libertati ſeruitutem præferret.

*De Pericle.*

Pericles autem feliciſſimus naturæ incremētis ſub anaxagora præceptore ſummo ſtudio perpolitus, et inſtructus liberis Athenarum ceruicibus iugū ſeruitutis impoſuit: Egit enim illam urbem, & uerſauit arbitrio ſuo: quumq; aduerſus uoluntatem populi loqueretur, iucūda nihilominus & popularis eius uox erat: Itaq; ueteris comædiæ maledica lingua, quamuis potentiam uiri perſtringere cupiebat, tamen in labris hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare, inq; animis eorum, qui illum audierant, quaſi aculeos quoſdam relinqui prædicabat.

*De Hegeſia Philoſopho.*

Obſeruatu dignum exemplū. Quantum eloquentia ualuiſſe Hegeſiam Cyrenanum Philoſophum arbitramur, qui ſic mala uitæ repræſentabat, ut eorum miſeranda imagine, audientium pectoribus inſerta, multis uoluntaria mortis appetendæ, cupiditatem ingeneraret. Itaq; à rege Ptolomæo ulterius hac de re diſſerere prohibitus eſt.

*Ex Baptiſta Fulgoſo lib. 8. cap. 9. de eloquentia.*

Epaminundas eloquentia ſua perſuaſit greciæ, ut Lacedæmonijs ſeſe dederet.

Philoppomenes Megalopolitanus conciues ſuos, qui Meſſeniam profugerant, occupata Megalopoli à Cleomene Spartarum rege, per inſidias ſcalis urbē ingreſſo, hortatus eſt, ne in patriam tūc redirent: Oſtendit enim Cleomenem ſine populo urbem diutius non retenturum. Itaq; ſi patria aliquod tempus carerent, in animum Megalopolitani inducere poſſent, neceſſario eam cum laude recuperaturos eſſe: in quam ſi reditum accelerare uellēt, & irrito conatu id moliri contigiſſet, ſeruitus eos minimè incerta manebat. Vnus igitur Philoppomenes totum populum, in quo plerūq; plus ſuorum poſſidendorum cupiditas, quam conſilium ac ratio ualere conſueuit, eloquentia retinuit, ne tum periculoſe reditum tentaret, quia ſub patriæ, priuatarumq; fortunarū deſiderio quod proponebatur, fœdiſſimæ ſeruitutis uenenum latere declarauit. Seruitus fœdiſſima.

*De Themiſtocle Athenienſi.*

Quod permulti ſæpe, licet perperam, pluris pecuniam quàm patriam facere ſolent, forſitan non minus Themiſtoclis eloquentia, quàm quorumuis aliorum, de quibus eſt dictū, ualuiſſe uidebitur: Athenienſibus enim perſuaſit, ut argenti fodinarum annuos redditus, qui quotannis populo uiritim diuidebantur, ad ædificandam claſſem transferrent. Neq; fuit parui laboris, auariſſimo populo perſuadere, ut priuatis commodis ſuis publicam utilitatem anteuerteret, &c.

*De M. Tullio Cicerone.*

Eloquentia Ciceronis plus ualuit, quàm autoritas totius ſenatus. P. Rullus Trib. pleb. agrariam legem laturus erat populo, in qua quum de diuidendis in capita poſſeſſionibus ageretur, cui dubium erat, quin ei populus plurimum inhiaret, & omnia enixurus uideretur, ut lex promulgari poſſet: eam rem quū ſenatus permoleſtè ferret, neq; tamen ad eam impediendam modum ullum haberet, Cicero unus, habita oratione, adeo populi ipſius mētes permulſit, atq; permouit, ut ultrò legem populus repudiaret. Quid enim hoc aliud fuit, niſi eſurienti populo perſuadere, ut cibum, quem pergratū mordicus apprehenderat, iam dentibus comınaſticatū, in guttur ſtomachumq; ne recipere uellet. Vnius igitur Ciceronis eloquentia pluſquàm totius autoritas ſenatus ad impediendam eam legem effecit.

*De cicadis. Socrates in Phædro.*

*Cicada uocalior: Eraſmus.*

τέττιγος ἐπεὶ τύγα φέρτερος ᾄδεις. id eſt:

*Quippe cantas melius quacunq; cicada.* Theocri. in Daphnide.

τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος ἀλλ' ἀγορητὴς Carmen Timonis.
ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' ἑκάδημον
δένδρεα ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

*Cunctos anteibat latiſſimus ille ſuauis*
*Orator, cuius non cedunt ſcripta cicadis,*
*Quæ ſuper arboribus reſident lucis in opacis.*

*Plutarchus in lib. An ſeni admiſtranda ſit Reſpub.*

ἀλέξανδρος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος πῶς
ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τὴν οἰκουμένην ἐκυρίευσεν,
εἶπε, βουλῇ καὶ μύθοις καὶ τέχνῃ στρατηγικῇ.

Egregium Alexandri dictū. Alexander, interroganti quomodo tam breui tempore totius orbis imperium obtinuiſſet, reſpondit: Conſilijs, eloquentia, & arte imperatoria.

*Iſocrates in Euagora.*

ἐγὼ δὲ ὦ νικόκλεις, ἡγοῦμαι μὲν εἶναι καλὰ μνη-

μνῆα, καὶ τὰς τῶν σωμάτων εἰκόνας: πολὺ μέντοι πλείονος ἀξίας τὰς τῶν πράξεων καὶ τῆς διανοίας, ἃς ἐν τοῖς λόγοις ἄν τις μόνον τοῖς τεχνικῶς ἔχουσι, θεωρήσειεν, Id eſt: Arbitror equidem ô Nicocles, pulchra monumenta, eſſe corporum etiam imagines: uerum multò pluris facienda mentis & actionum ſimulachra, quas in ſolis orationibus artificioſè compoſitis ſpectare licet.

*Democritus.*

ἰσχυρὸν εἰς πειθὼ λόγος γίγνεται. Id eſt: *Plurimum ad perſuaſionem ſermo ualet.*

*Socrates.*

ἐν μὲν πολέμῳ πρὸς ἀσφάλειαν σίδηρος χρυσοῦ κρείττων, ἐν δὲ τῷ ζῆν ὁ λόγος τοῦ πλούτου. i.

In bello quidem ferrum auro prȩſtat ad defendendum ſe; in uita autem eruditio diuitijs.

*Idem.*

ὁ λόγος ὥσπερ πλάστης ἀγαθὸς, καλὸν τῇ ψυχῇ περιτίθησι σχῆμα. Id eſt:

Oratio tanquam bonus figulus, eleganti ſpecie animam ornat.

*Studium bene dicendi.*

Adeo uerò ſollicitus erat M. Tullius bene dicendi, tamq; anxium huic rei impendit ſtudium, ut cum cauſſam oraturus eſſet apud cẽtumuiros, iamq; dies inſtaret, Erotam ſeruum manumiſerit, eò quod nunciaſſet cognitionem in poſterum diem fuiſſe prorogatã. Eraſmus lib. 4. Apophtegmatum.

DIVERSAE NATVRAE AC *dotes oratorum.*

*Quatuor dicendi genera: Macrobius lib. 5. ſatur. cap. 1.*

Oratorum non ſimplex nec una natura eſt, ſed hic fluit & redundat, contra ille breuiter & circũciſè dicere affectat, tenuis quidã, & ſiccus, & ſobrius amat quãdam dicendi frugalitatem, alius pingui & luculenta & florida oratione laſciuit, in qua tanta omnium diſſimilitudine unus omnino inuenitur Vergilius, qui eloquentiam ex omni genere conflauerit, &c.

*Ibidem.*

Quatuor ſunt genera dicendi, copioſum: in quo Cicero dominatur: breue, in quo Saluſtius regnat: ſiccum, quod Frõtoni adſcribitur: pingue & floridum, in quo Plinius ſecundus quondam, & nũc nullo ueterũ minor noſter Symmachus luxuriatur.

*Idem lib. 7. cap. 1.*

Hæc una eſt de uirtutibus Philoſophiæ: ut ſi plures interſint conuiuio, alieni à diſciplinis, ut ſauciat diſſimulationem ſui, & patiatur loquacitatem maiori parti amicorum ſociare, ne rara nobilitas à plebe tumultuoſiore turbetur: ita ueluti orator non aliter niſi orando probetur, Philoſophus non unius tacẽdo pro tempore, quàm loquendo philoſophatur. Sic ergo pauci qui aderunt doctiores in conſenſum rudis conſortij ſalua & intra ſe quieſcente ueri notione migrabunt; ut omnis diſcordiæ ſuſpicio faceſſat.

*Gregorius lib. 6. Moralium.*

Ille bene loquendi facundiam percipit, qui ſinum cordis per rectè uiuendi ſtudia extendit, nec loquentem conſcientiam præpedit, cum uitam lingua antecedit.

*Iſidorus de ſummo bono.*

Sæpè reperitur ſimplicitas ueridica, & falſitas compoſita, qua hominem ſuis erroribus illicit, & per linguæ ornamẽta laqueos dulces aſpergit.

*Idem lib. 4.*

Antiqui forenſem eloquentiam caninam linguam nuncupabant, eo cauſidici certaminibus cauſarum omiſſis, quȩ agunt, uelut alterutrũ ſeſe lacerant, iurgiaq; cauſarum ad iniurias ſuas commutant.

*Ouidius lib. 13. Metamorph.*

*Et quid facundia poſſit,*
*Tunc ſtatuit: fortiſq; uiri tulit arma diſertus.*

EVEN-

Euripides in Antigone.

OΣΤΙΣ δὲ πρὸς τὸ πίπτον εὐλόγως φέρει τὸν δαίμον', οὗτος ἧσσόν ἐστιν ὄλβιος. i. Quisquis in euentu rerum, ſapienter ac modeſtè fert fortunam, hic felicior eſt.

Idem.

Μεταβαλλομένου δαίμονος ἀνέχου: πλεῖ κατὰ πορθμόν, πλεῖ κατὰ δαίμονα. id eſt.

Grauiter dictum. Fortunæ mutationem ſuſtine: Nauiga ſecundum fluuium: nauiga ſecundum fortunam.

Idem.

Θνητὸς γὰρ ὤν, καὶ θνητὰ πείσεσθαι δόκει:
θεοῦ βίον ζῆν ἀξιοῖς ἄνθρωπος ὤν; id eſt.
Mortalis exiſtens, mortalia quoq; te paſſurum expecta: Diuinam agere uitam cupis, cum homo ſis?

Idem in Hippolyto coronato.

Θάρσει τέκνον, καὶ μὴ χαλεπῶς
Μετάβαλλε δέμας.
ῥᾷον δὲ νόσον μεθ' ἡσυχίας,
Καὶ γενναίου λήματος οἴσεις,
Μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη. id eſt.
Bono animo ſis fili, & noli corpus
Anxiè iactare:
Facilius enim morbum quietus,
Et forti animo præditus feres,
Laborum autem hominibus neceſsitas incumbit.

Idem in Alexandro.

Πάντων θανεῖν, τὸ δὲ κοινὸν ἄχος
Μετρίως ἀλγεῖν, σοφία μελετᾷ. id eſt.
Moriendum eſt omnibus, com nunem uero dolorem moderatè dolere, Sapientia meditatur.

Idem in Oeolo.

Μοχθεῖν ἀνάγκη, τὰς δὲ δαιμόνων τύχας
ὅστις φέρει κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σοφός. id eſt.
Neceſſarij ſunt labores, Dæmonum autem fortunas qui optimè tulerit, uir ſapiens eſt.

Idem in Bellerophonte.

Τοῖς πράγμασι γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών,
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν: ἀλλ' οὖν τυγχάνων
Τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἢν θετῇ, πράσσει καλῶς. i.
Rebus ipſis indignari non oportet,
Nihil enim eis curæ eſt: Vtens uerè rebus,
Si eas rectè inſtituerit, proſperè agit.

Idem in Alcmena.

Ἀλλ' εὖ φέρειν χρὴ συμφορὰς τὸν εὐγενῆ. Id eſt.
Oportet hominē generoſum infortunia bene tolerare

EVENTVS RERVM QVALEScunq; fuerint fortiter ferendos eſſe, & ſecundum uirtutem inſtituendam uitam.

Euripides in Helena.

Ἔχεις μὲν ἄλγιν' οἶδα: πειρᾶσθαι δὲ χρὴ
ὡς ῥᾷστα τἀναγκαῖα τοῦ βίου φέρειν. id eſt.
Habes quidē negocia triſtia, fateor: Conandū eſt tamē,
Vt quæ neceſſaria ſunt in uita, facilimè feras.

Idem in Menalippe.

Τὰ τυγχάνοντα δ' ὅστις εὖ φέρει βροτῶν
Σοφὸν νομίζω, σωφρονεῖν τ' ἐμοὶ δοκεῖ. id eſt.
Rerum euentus quisquis mortalium benè fert,
Illum ſapientem & moderatum uirum iudico.

Idem.

Πέπονθας οἷα χ' ἅτεροι πολλοὶ βροτῶν: τὰς γὰρ παρούσας οὐχὶ σώζοντες τύχας, ὤλοντ' ἐρῶντες μειζόνων ἀβουλίᾳ. hoc eſt.
Paſſus eſt eadem, quæ multi alij homines: Nam qui præſentem fortunam non ſeruant, dum temere petunt maiora, pereunt.

Sophocles in Thyeſte.

Πάντων ἄριστον, μὴ βιάζεσθαι θεούς,
Στέργειν δὲ μοῖραν: τῶν ἀμηχάνων δ' ἔρως
Πολλοὺς ἔθηκε τοῦ παρόντος ἀμπλακεῖν. id eſt.
Omnium optimum eſt, non uiolentum eſſe in Deos,
Sed ſuam amplecti ſortem: Cupido aut rerū impoſsibilium
Effecit, ut multi præſentibus etiam fruſtrarentur.

Bacchylides.

Εἷς ὅρος, μία βροτοῖσιν ἐστὶν εὐτυχίας ὁδός,
θυμὸν εἴ τις ἔχων ἀπενθῆ δύναται διατελεῖν βίον·
ὃς δὲ μυρία μὲν ἀμφιπολεῖ φρενί, τὸ δὲ
παρ' ἆμαρ τε νύκτα μελλόντων χάριν
ἀπτεται κέαρ, ἄκαρπον ἔχει πόνον. id eſt.
Vnus terminus, una mortalibus felicitatis eſt uia,
Si quis animum habens indolentem, ita poſsit tranſigere uitam.
Quib' uero infinitæ curæ circa mentē uerſantur, quæ
Etiam nocte ſequente, metu futurorum
Cor turbant, inutilis labor inſumitur.

Pythagoras.

ὅσσα δὲ δαιμονίαισι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν
ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς ταύτην φέρε, μηδ' ἀγανάκτει. Id eſt.
Quicquid dolorū hominibus Dæmoniæ fortunæ producunt, eorum tantum ſortem acceptam feras, nec indigneris.

Res quæ eueniunt neceſſariò, bono ac æquo animo tolerandæ ſunt. Antiphanes in Heniocho.

Ἀνδρὸς διαφέρει τοῦτ' ἀνήρ, ὁ μὲν κακῶς
πράττων, τὸ λυποῦν ἦγαγ' εἰς παράστασιν,
ὁ δ' ἐμφρόνως δεξάμενος, ἤνεγκε καλῶς. id ē.
Hoc uir à uiro differt: Vnus infœliciter
Agens, moleſtiam ipſam magis excitat:
Alter uerò conſultius, quod contingit accipiens cõmode fert.

Philemon.

Alij Diphtilo adtribuunt.

οὕτως ἄνανδρος γέγονας; οὐκ εὐψυχία
τοῦτ' ἐστὶν ὃ ποιεῖς νῦν γάρ, ἀλλ' ἀνανδρία,
τὸ μὴ δύνασθαι καρτερεῖν λυπούμενον. id eſt.
Tam ignauus euaſiſti? non enim animi fortitudo
Eſt quod nunc facis, ſed ignauia & puſillanimitas:
Dolorem ſuſtinere non poſſe, nec triſticiæ tuæ moderari.

Idem.

Πόλλ' ἐστὶν ἐν πολλαῖσιν οἰκίαις κακά,
ἃ καλῶς ἐὰν ἐνέγκῃς, ἀγαθὰ γίνεται. id eſt.
Multa ſunt multis in ædibus mala,
Quæ benè ſi tuleris, bona fient.

Menander in Canephore.

ἔνεγκ' ἀτυχίαν καὶ βλάβην εὐσχημόνως.
τοῦτ' ἐστὶν ἀνδρὸς νοῦν ἔχοντος, οὐκ ἄνω
ἀνασπάσας τίς τὰς ὀφρῦς οἴμοι λαλεῖ,
ἀλλ' ὃς τὰ αὐτοῦ πράγματ', ἐγκρατῶς φέρει. i.
Calamitatem & damnum decenter feras:
Hoc uiri prudentis eſt. Non eius qui
Surſum retractis ſuperciliis, hei mihi dicat,
Sed illius qui res ſuas continenter, modeſtéq; fert.

Apollodorus.

Χαλεπὸν τύχης τι πρᾶγμα, χαλεπόν, ἀλλὰ δεῖ
αὐτὴν, φέρειν κατὰ τρόπον, ὥσπερ φορτίον. i.
Graue omnino, moleſtumq; eſt fortunæ negotium:
Sed oportet animo, & moribus, ipſum ueluti onus quoddam ferre.

Menander in Androgyne.

Τὰ προπεσόντα προσδοκᾶν ἅπαντα δεῖ
ἄνθρωπον ὄντα. παραμένει γὰρ οὐδὲ ἕν. id eſt.
Futuros euentus expectare oportet unumquemq;
Hominem: Nihil enim ſtabile permanet.

Idem.

Ἀεὶ τὸ λυποῦν ἀποδίωκε τοῦ βίου,
μικρόν τι τοῦ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον. id eſt.
Triſtia ſemper à uita repelle:
Exiguum enim & anguſtum ætatis tempus uiuitur.

Philemon.

Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ δεσπόται,
αὐτοὶ δι' αὑτοὺς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει,
οἷον, τέθνηκεν υἱὸς ἢ μήτηρ τινὶ
ἢ νὴ δί' ἄλλων τῶν ἀναγκαίων γέ τις:
εἰ μὲν λάβῃ, τοῦτ' ἀπέθανεν, ἄνθρωπος γὰρ ἦν,
τοσοῦτον γέγονε τὸ κακὸν ἡλίκον περ ἦν
ἐὰν ἀβίωτος ὁ βίος, οὐκ ἔτ' ὄψομαι,
ἀπόλωλεν, ἐν ἑαυτῷ τοῦτο ἐὰν σκοπῇ
πρὸς τοῖς κακοῖς οὗτος, ἕτερα συλλέγει κακά:
ὁ δὲ τῷ λογισμῷ πάντα παρ' ἑαυτῷ σκοπῶν
τὸ κακὸν ἀφαιρεῖ τι, ἀγαθὸν δὲ λαμβάνει: id eſt.
Multi domine ſua ſibi mala augent,
Ipſi ſua culpa & maiora faciunt, quod facta ſint per naturam.
Verbi gratia, obijt alicui filius, aut mater,
Aut quiuis alius ex neceſſarijs,
Quod ſi apud ſe cogitarit, mortuum eſt: Homo enim erat:
Non amplius fit malum, quàm à natura productum ē:
At ſi exclamet: Vita mihi non uitalis eſt, non amplius uidebo.
Perijt, hæc ſecum qui reputat,
Præter mala præſentia inſuper alia colligit,
Qui uero omnia apud ſe ratione conſyderat,
Is malum adimit, & bonum capit.

Idem.

Ἀγνὼς τίς ἐστ' ἄνθρωπος, εὐδαίμων ἔσῃ,
τέθνηκέ τις, μὴ δεινὸν ἔστω τοῦτό σοι,
κεκύηκέ τις, μὴ δεινὸν οὐ κεκύηκέ τις,
ἠτύχηκέ τις, βήττει τις οἰμώζει τις.
ἡ φύσις φέρει δ' ἅπαντα ταῦτα, φεῦγε τὰς λύπας. id eſt.
Obſcurus eſt aliquis, hoc nihil probibet felicitatē tuā,
Obijt aliquis, noli id ægrè ferre,
Siue peperit aliqua, nihil eſt moleſtum, ſiue non peperit,
Calamitoſus fuit aliquis, hic tuſsit, ille plorat,
Natura nihil non iſtorum fers, fuge mærores.

Menander in Bœotia.

Πολλὰ δύσκολα
ἐν τοῖς πᾶσιν εὕροις ἄν, ἀλλ' εἰ πλείονα
τὰ συμφέροντ' ἔνεσι, τοῦτο δεῖ σκοπεῖν. id eſt.
Multa ubiq; grauia
Reperies in rebus, ſed an plura
Inſint utilia, iſtud conſyderandum eſt.

Sotades.

Πλειστάκις ἀδικούμενός τις ἐν ἀδικοῦντι καιρῷ.
ἀνέχεται τις ὃ μὴ θέλει διὸ φέρει γενναίως. id ē.
Sæpe aliquis iniquo tempore iniuria affectus,
Ferendo facile uincit, ea quæ fieri nollet.

EXPERIEN-

## *Vſus. Exercitatio. Aſſiduitas.*

*Demea apud Terentium in Adelphis.*

*Nunquàm ita quiſquã benè ſubducta ratione ad uitã fuit:*
*Quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet noui,*
*Aliquid moneat: ut illa quæ te ſcire credas, neſcias,*
*Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.*

*Plautus in Trinumo.*

*Sapientiæ ætas condimentum eſt, ſapiens ætati cibus eſt.*

*Experientia rerum magiſtra.*

C. Quam ſit. De electione in. 6. l. legatis §. Ornatricibus ff. De legatis. 3. in Authen. De appellationibus & intra quæ tempora.

*Ouidius 2. de arte Amandi.*

*Solus & Artifices qui facit uſus adeſt.*

Et multum diſtat ſcientia à praxi, ſicut tactus à uiſu intellectuali: Experiẽtia enim eſt ſicut lapis, quo probatur aurum. Vide Auguſtinum Niphum in Metaphyſicis quæſtionibus egregiè diſputantem de Theorica ac Praxi.

*Prouerbium.*

Dicendo dicere diſcunt.

ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν πορίζεται.

Dicendo conſequimur ut dicamus. Syranus Hermogenis interpres Euagoram Sophiſtam taxat, qui dicendi facultatem non putarit ratione, ſed uſu duntaxat conſtare, fieriq; ut dicendo cõſequeremur dicendi facultatẽ, ἀξιοῦντος δὲ, inqt, κατὰ τὴν συρφετὴν παροιμίαν, τὸ λέγειν ἐκ τοῦ λέγειν πορίζεσθαι. id eſt: Exiſtimantis, iuxta uulgare prouerbium, dicendi facultatem dicendo contingere. Vſurpauit & Marcus Tulius Cicero lib. 1. De Oratore, in quo, inquit, fallit eos, quod audierunt, dicendo homines, ut dicant, efficere ſolent: uerum etiam illud dicitur, peruerſè dicere, homines peruerſè dicendo facillimè conſequi. Latius autem patet adagium, nempè ad cuiuſuis rei peritiam, quã potiſsimum uſus ſuppeditat, optimus rerũ omnium magiſter. Proinde prouerbiales erunt omnes id genus: Fabricando fabricam diſces, Canendo muſicam: militando militarẽ artẽ: ſcribendo diſces ſcribere.

*Prouerbium.*

*Reſpublica docet uirum. id eſt.*

πόλις ἄνδρα διδάσκει.

Prouerbiũ, quo ſignificatur, neminẽ ad rem gerendam idoneum eſſe poſſe, niſi qui ſit uſu exercitatus. Plutarchus citat ex Simonide, tametſi hemiſtichiũ eſt carminis Heroici. Quantumlibet diu uerſatus in agro, non fies idoneus adminiſtrandæ Reipublicæ, niſi uixeris in foro curiæ. Principum ab aulis longè, qui uolet eſſe pius, diſcedat: Ego expertus moneo.

*Cicero 1. de Oratione.*

Dicendo ſæpe dicere diſcimus.

*Exercitatio poteſt omnia.*

Μελέτη πάντα δύναται. id eſt:

*Cura omnia poteſt.*

Laërtius hanc ſententiam Periandro tribuit, qui Iſthmum etiam tentarit perfodere. Significat autem nihil eſſe tam arduum, quod diligentia curaq; non efficiatur. Vergilius in Georgicis: Labor omnia uincit improbus, & duris urgẽs in rebus egeſtas: extat apud Grecos prouerbialis ſententia θεοὶ τἀγαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦνται. id eſt. Dij bona laboribus uendunt: Huc alluſit Horati⁹: Perrupit Acheronta Herculeus labor. Notabilis ſententia.

*Sophocles in Electra.*

Citra laborem nil benè eſt. πόνου χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ.

*Seneca libro 2. de Ira.*

Atq; nihil eſt, inquit, tam difficile & arduum, quod non humana mens uincat, & in familiaritatem perducat aſsidua meditatio: Nulliq; ſunt tam feri ſuiq; iuris affectus, ut non diſciplina ꝑdomentur. Diſciplina omnia ꝑdomat. Quodcunq; imperauit animus, obtinuit. Quidam nũq; ridere cõſueti ſunt: uino quidã, alij Venere, qdã omni humore interdixère corporibus. Alius cõtentus breui ſomno, uigiliã indefatigabilẽ extẽdit. Didicerunt tenuiſſimis & aduerſis funib⁹ currere, & ingẽtia uixq; humanis tolerãda uirib⁹ onera portare, & in immẽſã altitudinẽ mergi, ac ſine ulla reſpirãdi uice perpeti maria. Induſtria humana.

Mille ſunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne tranſcendit: oſtenditq́ nihil eſſe difficile, cuius ſibi ipſa mens patientiam indixerit.

## EXPERIENTIA ARTEM FACIT.

*Manilius lib. 1. Aſtronomicôn.*

*Poſtquàm omnis cœli ſpes eſt redeuntibus aſtris,*
*Percepta in proprias ſedes, & reddita certis*
*Fatorum ordinibus, ſua cuiq; potentia formæ:*
*Per uarios uſus artem experientia fecit.*

*Ibidem.*

*Sed cum longa dies acuit mortalia corda,*
*Et labor ingenium miſeris dedit, & ſua quemq;*
*Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo,*
*Seducta in uarias certarunt pectora curas,*
*Et quodcunq; ſagax tentando repperit uſus.*

*Ouidius lib. 6. fab. 1. Metamorphoſeos.*

Aetas prudentes facit.

*Non omnia grandior ætas, quæ fugiamus habet,*
*Seris uenit uſus ab annis.*

*Idem lib. 14. fab. 16.*

*Quodq́; magis timeas (etenim mihi magna uetuſtas,*
*Scire dedit) referam tota notiſſima Cypro*
*Facta, quibus flecti facile, & miteſcere poſſis.*

## VSVS, Aſſiduitas, Labor, Studium, Diligentia.

*Sophocles in Thieſte.*

Eamus quàm celerrime: non poteſt enim iuſta diligentia unquàm repræhendi.

ἴης νῦν τάχος σείχωμεν, οὐ γάρ ἐς᾽ ὅπως σπουδῆς δικαίας μῶμος ὄπτεταί ποτε.

*Euripides in Heraclidis.*

Virtus per labores incedit: id eſt. ἀλλ᾽ ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων.

*In Iphigenia.*

Boni uiri ſubire labores audent, & nunq́ ulla in re ſunt timidi.

τοὺς πόνους γὰρ οἱ ἀγαθοὶ τολμῶσι, δειλοὶ δ᾽ εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ.

*Idem in Licymnio.*

πόνος γάρ, ὡς λέγουσιν εὐκλείας πατήρ. id eſt.

Labor, ut aiunt, bonæ famæ pater eſt.

*Epicharmus Siculus Poëta.*

τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ᾽ ἀγαθ᾽, οἱ θεοί. id eſt, Laboribus uendunt nobis omnia bona Diui.

*Anaxandrides.*

ἐκ μελέτης πλείους, ἢ φύσεως ἀγαθοί. id eſt.

Plures ſtudio boni ſunt, quàm natura.

*Critias.*

Neceſſum eſt ut laborent, qui uolunt feliciter agere. id eſt, μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.

*Euripides in Erichtheo.*

Labor aſſiduus omnia uincit. Id eſt. ὁ συνεχὴς ἔργον παντὸς εὑρίσκει τέλος.

*Vergilius 1. Georgicorum.*

*Tum uariæ uenêre artes: Labor omnia uincit,*
*Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.*

*Euripides in Archelao.*

*Tibi dixi, ô fili, ut fortunam laboribus*
*Indages: Honorari enim tuum patrem uides.*
*Nullus eſt, qui, dum molli uitæ ſtudet,*
*Gloriam adeptus ſit, ſed laborandum eſt.* id eſt.

Σοὶ δ᾽ εἶπον ὦ παῖ, τὰς τύχας ἐκ τῶν πόνων θηρᾶν.
ὁρᾷς γὰρ σὸν πατέρα τιμώμενον,
οὐκ ἔστιν ὅστις ἡδέως ζητῶν βίον
εὔκλειαν εἰσεκτήσατ᾽, ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

*Menander.*

*Nam ſi uel modicum modico coniunxeris,*
*Idq́; frequenter feceris, ſtatim fiet hoc quoq; magnũ:*
*Omnia enim aſſiduitate conficiuntur negocia.* id eſt.

πάντα γὰρ τῆς ἐπιμελείας κατaπονεῖται πράγματα.

*Euripides in Andromeda.*

εὔκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων, id ē.

*Gloriam aſſequutus ſum, non ſine multis laboribus.*

*Aeſchylus.*

φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συνσπεύδειν θεός. id eſt.

*Solet laborantem Deus pariter adiuuare.*

*Euripides in Erichtheo.*

ἐκ τῶν πόνων τοι τ᾽ ἀγαθ᾽ αὔξεται βροτοῖς.

*Bona per labores augentur hominibus:*
*Voluptuoſa autem uita, & mala timditas,*
*Nec domui, nec uictui quicquàm proſunt.*

*Idem in Creſſis.*

οὐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαίμων εἶναι,
αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν, id eſt.

*Haud poteris felix abſq; labore degere:*
*Et iuuenem laborare nolle, turpis res eſt.*

*Sophocles in Vatibus.*

*Nulla res ſine magno labore ueniet,*
*Neceſſum eſt, ut laborent, qui uolunt eſſe fortunati:*
*Omnia pulchra laborans conſequitur.*
*Nihil non deſiderium inquirentis inuenit.* Id eſt.

οὔ τοι ποτ᾽ ἥξει τῶν ἄκρων ἄνευ πόνου.
Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.
Εὐτυχεῖν ἅπαντα τὰ καλὰ τοῦ πονοῦντος γίνεται:
ἅπανθ᾽ ὁ τοῦ ζητουμένου εὑρίσκει πόθος.

*Philemon in Catapſeudomeno.*

*Omnia poſſunt inueniri, ſi modo non laborem*
*Fugerit aliquis, qui rebus indagandis adhæret,*
*Aſſiduitate quælibet aſſequi datur.*

*Idem. Acti labores iucundi.*

Quantum

*Quantum delector ob exhauſta mihi prӕterita mala,*
*Niſi enim tum laboraſſem, in prӕſentia non gaude-*
*rem, id eſt.*
Ὡς ἡδέως μοὶ γέγονε τὰ πρότερα κακὰ,
Εἰ μὴ τότ᾽ ἐπόνησα, νῦν ἂν οὐκ εὐφραινόμην.

*Euripides in Cancro.*

Οὐδεὶς ἔπαινον ἡδοναῖς ἐκτήσατο. id eſt.
*Nemo ſibi laudem comparauit ex uoluptatibus.*
Οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥᾴθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ, id eſt.
*Nullus ſocors celebris eſt uir. Idem in Archelao.*

*Alexis in Orcheſtride.*

*Labores generoſitatem pariunt,*
*Laborantem pariter Deus adiuuat.*
*Inueniuntur omnia quӕſita,*
*Niſi prius deſiſtas, laboremq́; fugias.*
*Quum enim homines quidam inuenerint*
*Partem aliquam in diuinis, tanto ſpacio*
*Diſtantes nempe ſiderum ortus, occaſus, ſolſtitia,*
*Defectum ſolis, quidnam ex rebus omnibus*
*Et familiaribus hominem fugere poſſet?*

*Vſus magiſter.*

Docuit lib. 1. Epiſtola ad Taci. Plini' & lib. 6. eadem. Marcus Tullius hunc omniũ magiſtrorum prӕcepta ſuperare dixit. Hinc pro Cornelio Gallo: Aſsiduus, inquit, uſus, uni rei deditus, & ingenium, & artem ſӕpe uincit: Eſt enim ratio loquendi, & regula ſermonis. Cęſar & huic fauet ſentẽtiӕ in cõmẽtarijs, quod tamẽ latius explicuit Columella: Quid ſcilicet inter artem & uſum interſit: Scriptorum, dicens, magis inſtruere monumenta, quàm facere artificem. Vſum & experientiam dominari in artibus, neq; eſſe ullam diſciplinam, quӕ non peccando diſcatur. Nam ubi quid perperam adminiſtratum ceſsit improſperè, uitatur quod fefellerat, illuminatq́; rectam uiam docentis magiſterum:

Stylus optimus dicendi magiſter.

*Herodotus lib. 7. Ex oratione Mardonij.*

Nihil igitur ſit, quod nõ experiamur: Nam ſua ſponte nihil fit, ſed omnia ab experimento hominibus fieri conſueuerunt: Diſcant itaq; nos eſſe in re bellica prӕſtantiſsimos hominum.

# FAMA.

FAMAM à fando dici putant, ut ſit, quicquid de aliquo diuulgatur ſiue in bonum, ſiue in malum.

*Famӕ deſcriptio.*

Fama Dea, terrӕ filia dicitur: Nam cum bellum ob regni cupiditatem inter Gigantes Titani ac terrӕ filios, & Iouẽ eſſet exortum: iamq́; paſsim terrӕ filij à Ioue ac cӕteris Dijs trucidarentur, percita nimio dolore terra, cum ſibi aduerſus hoſtes tam potentes arma deeſſent, ulciſci tamen, quacunq; uia poſset, illatam ſibi iniuriam cogitans, coacta utero, famam enixa eſt: quӕ ſuperum ſcelera per orbem terrarum diſſeminaret.

*Vergilius.*

*Fama malum, quo non aliud uelocius ullum,*
*Mobilitate uiget, uireſq́; acquirit eundo:*
*Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,*
*Ingrediturq́; ſolo, & caput inter nubila condit.*
*Illam terra parens ira irritata Deorum*
*Extremam (ut perhibent) Coeo Enceladoq́; ſororem*
*Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:*
*Monſtrum horrendum, ingens: cui quot ſunt corpore plumӕ,*
*Tot uigiles oculi ſubter (mirabile dictu)*
*Tot linguӕ, totidem ora ſonant, tot ſurrigit aures.*
*Nocte uolat cœli medio, terrӕq́; per umbram*
*Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno:*
*Luce ſedet cuſtos aut ſummi culmine tecti,*
*Turribus aut altis, & magnas territat urbes.*

Fama Cœi atq; Enceladi Gigantum ſoror.

*Pulchra deſcriptio Famӕ. Ex Ouidio lib. 12. Metamor.*

*Orbe locus medio eſt inter terraſq́; fretumq́;,*
*Cœleſteſq́; plagas, triplicis confinia mundi,*
*Vnde quod eſt uſquam, quamuis regionibus abſit,*
*Inſpicitur, penetratq́; cauas uox omnis ad aures,*
*Fama tenet, ſummamq́; domum ſibi legit in arce,*
*Nocte dieq́; patet, tota eſt ex ӕre ſonanti,*
*Tota fremit, uoceſq́; refert, iteratq́; quod audit.*
*Nulla quies intus, nullaq́; ſilentia parte.*

Fama eſt ex ӕre ſonanti.

Non

iuuentute prouiſum eſſe debuit, qualis ferè uita hominū, talis eſt fama. D. Quæ mihi fama erit extincto? R. Facile melior quàm uiuenti, cum ſiluerit liuor, raro enim uitæ hominum ſuperſtes inuidia eſt: Vt aūt uirtus radix eſt gloriæ, ſic deceptrix inuidia: utq; liuidus pellex præſens impedit, ſic amotus ueræ laudis reſtituit incrementum: itaq; multis buſti limen inuidiæ inacceſſum magnæ gloriæ ueſtibulum fuit. D. Quàm longa me manet fama? R. Longa forſitan, ut uos longum dicitis: Verè autem apud uos nihil eſt longum, ut uerò non modo longa ſint omnia, ſed æterna, ſola uirtus efficere potens eſt, præcipueq; iuſtitia, de qua ſcriptum eſt: in memoria æterna erit iuſtus: Quod & poëta expreſſit, ubi ait: *Sed famam extendere factis, hoc uirtutis opus.*

Liuor poſt fata quieſcit. Ouid.

D. Quali poſt obitum fama ero? R. Quid refert quale ſit, quod mox uel neſcies, uel contemnes? Quid ad te hominum flatus, dum tu flatu cariturus ſis. Spirantem ueſci delectariq; auris non miror: at defunctum ſtupeo. D. Qualis mihi poſt exitum fama erit? R. Qualis ante exitum fuit uita, nec minus in exitu: De hoc ergo tempus omne præteritum, ſed in primis præſens hora uiderit. Sic enim habeo, quali quiſq; dignus ſit fama poſt mortem, nulla re melius quàm morte cenſeri: Quippe cum multos per omnem uitam inglorios & obſcuros (dictu mirabile) mors illuſtrat.

Egregiè dictum.

*Idem de rebus familiaribus, epiſtolarum libro 7.*

Non queritur gratis clarum nomen, nec ſeruatur quidem: *Magnus enim labor eſt, magnæ cuſtodia famæ.* Hic uerſus eſt Petrarchæ in bello Aphricano.

*D. Hieronymus ad Marcellum.*

Falſus rumor citò exprimitur, & uita poſterior indicat de priore. Si anno preterito fama mentita eſt, aut certè uerum dixit: ceſſet uitium, ceſſabit & rumor.

*D. Auguſtinus de doctrina Chriſtiana.*

Sic doctor bonam eligat famam, ut etiam bonam non negligat uitam.

*D. Hieronymus ſuper illud Matthæi. 4. Abijt opinio eius.*

Opera ſalutis ſine fama boni odoris non ſatis relucent auditoribus: nec fama ſine opere proficit, ſine quibus forma ueri ſacerdotis non commendatur.

*D. Gregorius, & habetur 6. q. 1. c. Sunt plurimi.*

Sunt plurimi qui uitam bonorum, fortaſſe amplius quàm debent, laudant, & ne qua elatio de laude ſubrepat, permittit omnipotens Deus malis in obtrectationem & obiurgationem prorumpere: ut ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore uituperantium ſuffocetur. Hinc eſt quod doctor gentium ſe in prædicatione currere teſtatur inter infamiam, & bonam famam: qui etiam dicit, ut ſeductores ac ueraces &c.

*Idem in Regiſtro.*

Habet proprium antiqui hoſtis inuidia, ut quos in prauorum actuum perpetratione Deo ſibi reſiſtente decipere non ualet, opiniones eorum falſa ad præſens inſinuando dilaceret.

*Iſiodorus in ſynonimis Soliloquiorum, lib. 2. cap. 27.*

Diſce bono flagrare præconio, cuſtodi bonam famam tuam.

*Attributa famæ, ex poëtis undiq; deſumpta.*

Mendoſa, mendax, uolitans, prenuntia, loquax, uolucris, uaga, incerta, turbida, improba, popularis, garrula, memor, ſuperſtes, uelox, celebris, inſignis, maligna, procax, mundiuaga, memorabilis, ſagax, uiuax, mobilis.

*Ludouicus Viues in epiſtola quadam ad Heinricum 8. Angliæ regem.*

Non tenebræ, non ſolitudo obſtat, quo minus in uulgus dimanet, quicquid egerit princeps: Nam lux principatus omnia reddit conſpicua intentaq;, tot in ſe uirum ora fallere, ut maximè uelit, nō tamen poteſt. Loquax enim fama, uel abditiſſimos receſſus explorat, ac patefacit.

*Caſſiordorus lib. 1. epiſtolarum, epiſtola 3.*

Inclyti animi ſignum eſt famæ commodum diligere, & lucra cauſarum negligere: Nam qui affectat famę commodum, pecuniæ negligit augmenta.

*Ibidem.*

Regnantis facultas tunc fit ditior, cū remittit, & requirit theſauros famæ, neglecta pecuniæ utilitate.

*Idem lib. 1. epiſt. 4.*

Nemo futurum putat dilgentem, quē in ipſa nouitate operationis ſuæ non uidet eſſe cuſtodem. Prouidus inſtitutor hortum ſuum fœcundis nititur ornare plantarijs, ut reddant fructus optatos, quæ ſolicitis fuerant exculta laboribus.

*Idem lib. 1. epiſt. 24.*

Laborem quippe non refugit, qui uirtutis gloriam concupiſcit.

*Idem libro 2. epiſtolarum.*

Vbiq; cognoſcitur, quiſquis fama teſte loquatur: Dū enim copia plurimùm quàm ſolet habere faſtidium, bonum nomen repetitum ſemper efficitur glorioſum.

*Ibidem.*

Melius eſt de perpetua uita, quàm de fama cogitare: Noſtra enim poſt mortē non opuſcula, ſed opera ſunt penſanda: Quia ſi aliquid agimus, noſtrum eſt: ſi quid habemus, alienum.

*Idem, lib. 4. epiſtola 31.*

Vituperationem generant, quæ in medijs conatibus ægra deſeruiunt.

*Idem, lib. 5. epiſtola 12.*

Pulchrum eſt commodum famæ, fœda neglexiſſe pecuniæ lucra.

*Idem, lib. 6. epiſtola 12.*

Interdum aſſidui labores & ipſas ingratas faciunt dignitates. Graue pondus inuidiæ eſt, ſplendere ſingulari claritate, & morum lampade non lucere.

*Idem, lib. 6. epiſt. 18.*

Quærat eruditus, ubi poſſit exiſtere glorioſus, prudens: frequentiam non reſpuat hominum, in qua ſe nouerit eſſe laudandum: Alioquin uirtutibus fama tollitur, ſi eorum fama hominibus non ſciatur.

*Idem, lib. 8. epiſt. 23.*

Hoc naturæ theſauris reponimus, qđ famæ commodis applicamus.

*Alanus de planctu naturæ.*

Veræ famæ hæc eſt gloria, proprietas, ut appetitores ſui contemnat, appetat contemptores. Famam fugiendo conſequit̄, quā qs perderet in conſequendo.

*Lactantius Firmianus lib. 11. diuinarum inſtitut.*

Nam omnino fugiendarum ſimilitudinum ratio idcirco ab omnibus inuenta eſt, ut poſſit eorum memoria retineri, qui uel morte ſubſtracti, uel abſentia fuerant ſeparati.

Fama eſt illeſæ dignitatis ſtatus, legibus ac moribus comprobatus. Græcis φήμη dicta.

*Petrarcha in ſecretis colloquijs 3. ita deſcribit famam.*

Eſſe ſcilicet ſermonem de aliquo, uulgatum ac ſparſum per ora multorum.

*Ibidem*

Deſcribit gloriam illuſtrem, & peruagatur uel in ſuos ciues, uel in patriam, uel in omne genus omnium meritorum famam. Gloriæ deſcriptio

*Prouerb. cap. 22.*

Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: ſuper argentum enim & aurum gratia bona.

*Eccleſiaſtici cap. 41.*

Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri præcioſi & magni. Bonæ uitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum.

D. *Auguſtinus lib. Confeſſ.*

Cauete omnes ſuſpitiones: & quicquid probabiliter fingi poteſt ſeu dici, ne fingatur, ante deuita.

*Petrus Sabinus.*

*Heu mihi quàm uana eſt ſpes hæc, & gloria famæ,* Vana gloria famæ.
*Pro fama morimur, heu pudor uſq; famæ.*
*Stet ſua per totum uirtutis gloria mundum,*
*Rectè uiue Deo, cætera fumus erit.*

*Ouidius lib. 2. Faſto.*

*Fama manet facti, poſito uelamine currunt,*
*Et memorem famam, qui bene geſſit, habet.*

*Idem lib. 1. de ſine titulo.*

*Scindentur ueſtes, gemmæ frangentur, & aurum:*
*Carmina quam tribuent, fama perennis erit.*

FAMA VIRTVTIS SEMPER *ſuperſtes.*

*Ouidius ad Perbillam eius filiam, lib. 3. de Triſtibus.*

*Singula quid referam?* Nil non mortale tenemus,
*Pectoris exceptis ingenijq; bonis.*
*En ego cum patria caream, uobiſq; domoq;,*
*Raptaq; ſint adimi, quæ potuêre mihi:*
*Ingenio tamen ipſe meo, comitorq; fruorq;:*
*Cæſar in hoc potuit iuris habere nihil.*
*Quilibet hanc ſæuo uitam mihi finiat enſe,*
*Me tamen extincto fama ſuperſtes erit.*

*Ouid. libro 4. Triſtium, elegia ultima.*

*Non ego diuitias dando, tibi plura dediſſem,*
*Diuitis ad Manes nil feret umbra tuos.*

Petr

*Perpetui fructum donaui nominis, idq;*
*Quo dare nil potui, munere maius habes.*

IDEM, *lib. 7. Metamorphoſ. 1. fab.*

*Sed te ne faceres tenuit reuerentia famæ.*

*D. Auguſtinus de bono uiduitatis, & habetur 2. quæſt. 3. cap. Non ſunt audiendi.*

Non ſunt audiendi, ſiue uiri ſancti, ſiue fœminæ, qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit, ut in malam ueniant ſuſpitionem, unde uitam ſuam longè abeſſe ſciunt, dicant coram Deo ſufficere ſibi conſcientiam, æſtimationem hominum nō ſolùm imprudenter, uerumetiam crudeliter contemnentes: Cum occidant animas aliorum, ſiue blaſphemantium uiam Dei, quibus ſecundum ſuam ſuſpitionem, quaſi turpis, quæ caſta eſt diſplicet uita ſanctorum: Vel etiam cum accuſatione imitantium, non quod uident, ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum atq; facinorum uitam ſuam cuſtodit, ſibi benè facit: quiſquis aūt etiam famam, & in alijs eſt miſericors. Nobis enim neceſſaria eſt uita noſtra, alijs uerò fama noſtra.

*Plautus in Muſtelaria.*

Ego ſi bonam famam ſeruauero, ſat ero diues.

DE FAMA. *Maphæus Phegius lib. 13. Aeneid. adiecto.*

*Hæc inter magno uolitans prænuncia motu,*
*Fama ruit, latiſq; animos clamoribus implet.*

OVIDIVS *lib. epiſt. De Ponto, ad Sextum Pompeium.*

*En ego lætarum uenio tibi nuncia rerum*
*Fama, per immenſas aëra lapſa uias.*

*Martialis ad Decianum, lib. primo.*

*Quod magni Traſeæ, conſumatiq; Catonis*
*Dogmata ſic ſequeris, ſaluus ut eſſe uelis:*
*Pectore nec nudo ſtrictos nec curris in enſes,*
*Quod feciſſe uelim, te Deciane, facis.*
*Nolo uirum facili redimit qui ſanguine famam,*
*Hunc uolo laudari, qui ſine morte poteſt.*

PHILELPHVS *in Satyris.*

*Omnia ſi perdas, famam ſeruare memento:*
*Qua ſemel amiſſa, poſtea nullus eris.*

VERGILIVS 4. *Aeneidos.*

*Extemplò Lybiæ magnas it fama per urbes,*
*Fama malum, quo non aliud uelocius ullum,*
*Mobilitate uiget, uireſq; acquirit eundo.*

OVIDIVS. *lib. 9. de Lica, Fabula 3.*

*Fama loquax peruenit ad aures*
*Deianira tuas, quæ ueris addere falſa*
*Gaudet, & è minima ſua per mendacia creſcit.*

# FILII SIMILES PARENTIBVS.

## *Degeneres. Mala & bona in liberis.*

*Filij plerunq; à patribus degenerant.*

*Homerus Odyſſeæ B.*

Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι
πατρὶ πέλονται
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ
τε πατρὸς ἀρείους. Id eſt
*Pauci gnati ſimiles patri ſunt:*
*plures peiores,*
*Pauci uerò patre meliores.*

*In filium à parentibus degenerantem.*

ἄδηλον.

Γυμνὸν ἰδοῦσα λάκαινα παλίντροπον ἐκ πολέ-
μοιο
παῖδ᾽ ἑὸν ἐς πάτραν ὠκὺν ἴεντα πόδα
ἀντίη ἀΐξασα, δι᾽ ἥπατος ἤλασε λόγχην·
ἄῤῥενα ῥηξαμένη φθόγγον ἐπὶ κταμένῳ
ἀλλότριον σπάρτας εἶπεν γένος, ἔῤῥε πόθ᾽ ἅδαν
ἔῤῥ᾽ ἐπεὶ ἐψεύσω πατρίδος, καὶ γενέτας.

*Thomas Morus Anglus.*

*In patriam amiſſis celeri pede dum redit armis,*
*Conſpiciens gnatum, ſæua Lacæna, tuum:*
*Obuia, ſublata corpus tranſuerberat haſta:*
*Hæc ſuper occiſum maſcula uerba loquens:*
*Degener ô Spartes genus, ito in Tartara tandem,*
*Ito, degeneras & patria & genere.*

*G. Lilij.*

*Quum nondum è bello gnatum remeare Lacæna*
*Vidit, & in patrios accelerare lares,*
*Inſultans contra pectus traiecerat haſta,*
*Horrida in extinctum uoce uirago furens:*
*Spartanam quando es patriam mentitus, aueſq;*
*Ad manes tandem degener, inquit, abi.*

TVRPE *eſt filium non eſſe ſimilem patris boni moribus.*

Nunc ſignum quoddam Hipponici ſuſtulimus naturę, ad quem uelut exemplar uitam formes oportet, legemq; tibi mores illius eſſe putas, & imitatorem te æmulumq; paternæ uirtutis præbeas. Turpe namq; fuerit, pictores pulcherrima quæq; exprimere animantium, & liberos non imitari induſtriam parentum. Exiſtimes autem nullū ita pugilem con-

tra aduerſarios ſuos decere meditari, ſicut te conſyderari quo pacto cum patris tui ratione uiuendi decertes. Fieri autem poteſt, ut animum quiſq; taliter formet, niſi multis antè honeſtiſq; præceptis fuerit expletus: corpora namq; moderatis laboribus, animus uerò actionibus honeſtis roboratur. Experiar igitur breui ea tibi exhibere, quibus obſeruandis in uita plurimum mihi uidearis uirtutibus additurus, & gloriam apud homines cūctos conſecuturus &c.

Corpus moderatis laboribus: animus autē actionibꝰ honeſtis roborat.

FILII MATRVM ORNAMENTA.

*Ex Valerio Maximo. lib. 4. cap. 4.*

Bartholomæus Amantius ex tempore faciebat hos uerſus ſext. Idus Nouemb. Anno &c. 29.

*Arboribus uitis decori eſt, & uitibus uua,*
*Eſtq; aruis ſeges, & taurus & ipſe gregi.*
*Et ſunt matronis decori ſua pignora caſtis,*
*Artibus ingenuis ſint erudita modo.*
*Illius exemplum nobis Cornelia præſtat,*
*Gracchorum mater docta, beat. ſimul:*
*Iſti cum mulier quædam ſpectanda referret*
*Ornamenta ſui corporis eximia:*
*Traxit eam ſermone ſchola è quouſq; redirent*
*Filioli, deinceps talia uerba refert.*
*Hæc ſunt ô noſtri preciosa monilia colli,*
*Hoſpita, nec uideor ijs minor eſſe bonis.*
*Qui nihil affectat mirum omnia poſſidet ille:*
*Sic pauper locuples, deniq; diues, inops.*
*Certius atq; iſthoc, quia rerum diſperit uſus,*
*Magnæ & opes paruo tempore ſæpe ruunt.*
*At cœcæ nullos timet urſur patio mentis*
*Fortunæ incurſus, damna nihilq; facit.*
*Diuitias igitur fragiles contendimus at quid?*
*Maxima rixamur inter & eſſe bona?*
*Pauperiemq; loco noſtris maioribus ante*
*Dilectam extremi ponimus eſſe mali?*
*Diuitijs frons eſt hilaris, uerum intus amaris*
*Et trucibus plena eſt ſollicitudinibus.*
*Horridior paupertatis conſpectus, at illa*
*Eſt intus certis conſolidata bonis.*
*Quod melius uaria te conditione docere*
*Perſonæ iunctæ, quàm data uerba queunt,*

FILIOS ACCENDIT GENVS *parentum & uirtutis.*

*Baptiſta Mantuanus ad Ludo. Fuſcarium.*

Eſt profectò (ut uidere uideor) magnum uirtutis adiumentum, claris ortū eſſe parentibus. Solent enim iuuenes qui aliquid indolis habent, ne degenerare uideantur, maiorum ſuorum dignitatem æmulari: & ad paternarum laudum aſpirare felicitatē: Sic Philippi nomen Alexandrū: ſic maioris Affricani gloria minorem Scipionem: ſic Cæſaris Iulij fama Octauianum excitauit: ſic denique Pyrrhus Achileides animoſus imagine patris. Te quoq; Ludouice, quanquam Deo & natura ducente, tuiſq; annitentibus ſtudijs, uirtutem amas: non parum anteceſſorum tuorum te iuuare poſſunt imagines: quorum mores æquare ut arduum & difficile, ſic certè pulchrum & laudabile.

Pulchrū filios imitari uirtutes parentum.

*Eraſmus Chiliadis 3. Centuria 9.*

PROVERBIVM.

Filius degenerans.

In filium, qui paterno degenerat inſtituto: uel qui non diu fruitur à patre relictis, ſed excutitur à maiorum facultatibus. Appoſitè autem torquebatur ex Iliados ρ.

ἀλλ᾽ οὐχ υἱὸς ἐν ἔντεσι πατρὸς ἐγήρα. Id eſt:

*At non conſenuit patrijs in filius armis.*

Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα.

*Heroum filij noxæ.*

Veteribus illud obſeruatum fuit, præſtantiū uirorum filios multum à progenitorum moribus abfuiſſe. Vnde & Demoſthenes dixit:

τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὥσπερ εἱμαρμένη εἴη φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱούς. Id eſt:

A uiris egregijs, perinde quaſi fato quodam id accidat, improbos proficiſci filios. Atq; hæc Demoſthenis ſententia refertur ab Ariſtide in Cmione. Manet & hodie uulgatus iocus: nempe ex ſapientiſſimis patribus ſtultiſſimos propagari liberos. Euripides in Heraclidis generatim hanc ſententiam ad omnes mortales retulit:

A uiris bonis improbi proueniunt.

ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως εὕροις ἂν ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. Id eſt: Vnum forſan inter plurimos inueneris, qui patre non ſit nequior. Declarat hoc argumentum Celius Spartianus in Seuero Cæſare, multis exemplis declarans ita ferè uſu ueniſſe, ut uiri ſeu uirtute, ſeu literis, ſeu fortunæ indulgentia inſignes, aut nullos omnino liberos habuerint, aut tales reliquerint, ut magis ex uſu rerum humanarum fuerit, illos abſq; liberis diſcedere.

*Nunquam ex malo patre bonus filius.*

Euripides hanc ſententiam prouerbio celebrem fuiſſe teſtatur: Ex malo patre non progigni bonos liberos.

φεῦ φεῦ παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει, οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. Id eſt: Heus Heus, ut illud dictitant rectè: probum patre ab improbo non poſſe naſci filium. Adſtipulatur huic dicto prouerbium illud: Κακοῦ κόρακος, κακὸν ὠόν. Id eſt: Mali corui, malum ouum. Item illud Theognidis: οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδον φύεται. Id eſt: Non etenim ex ſquilis roſa naſcitur.

*Horatius Oda 4. lib. 4. De laudibus Druſi.*

*Fortes creantur fortibus, & bonis.*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*
*Doctrina ſed uim promouet inſitam,*
*Rectiq; cultus pectora roborant:*
*Vtcunq; defecere mores,*
*Dedecorant benè nata culpæ.*

Doctrina & recti cultus cõfirmant pectora.

EXEMPLA EORVM, QVI CLARIS orti parentibus degenerarunt: *Deſumpta ex collectaneis Baptiſtæ Fulgoſi, De dictis factiſq; memorabilibus, lib. 3, capitulo quarto.*

Chteſippus Chabriæ Athenienſis filius. Gerſa & Eliezer Moſi filij. C. Caligula Germanici filius. Commodus Imperatoris M. Antonini philoſophi filius. Licinius Galienius Imperatoris Pub. Cornelij Licini Valeriani filius.

EXEMPLA *filiorum, qui à parentibus degenerarunt.*

Carinus Carini imperatoris filius: Samuelis prophetæ filius: Heinricus Imperator Heinrici ſecũdi filius: Vinciſlaus Cæſaris Boëmiæ regis Caroli quarti filius: Noradinus Damaſcenus Sulthanus Saladini filius: Ioannes uicecomes primi ducis Ioannis Galeazij filius: Item Franciſci Sfortij filij, Maior natu Galeatius, Philippus, & Ludouicus.

*Ex Valerio Maximo, eodem lib. ac capitulo.*

Scipio ignobilis Affricani filius: Q. Fabius. Q. Fabij maximi Allobrogizi & ciuis & Imperatoris clariſſimi filius: Clodij pulchri filius: Hortenſius Corbio Quinti Hortenſij eloquentiſſimi ciuis nepos.

FILII *parentum ſimiles ſunt.*

*Marullus poeta.*

Valde elegantes uerſus.

*Scilicet eſt olim uis rerum in ſemine certa,*
*Et referunt animos ſingula quæq; patrum.*
*Nec leporem canis æmathius, timidamúe columbam*
*Notus Hyperboreo falco ſub axe creat.*

LIBERI BENE EDVCATI, MAXIma *parentum ornamenta ſunt, & omnibus diuitijs potiora.*

*Valerius Maximus lib. 4. cap. de paupertate.*

Maxima ornamenta eſſe Marionis liberos, apud Pomponium Ruffum collectorum libro ſic inuenimus.

Cornelia Gracchorum mater, cum Campana mulier uel matrona apud illam hoſpitata, ornamenta ſua pulcherrima ſeculi illius ei oſtenderet, traxit eam ſermone quouſq; è ſchola redirent liberi: Et hæc, inquit, ornamenta mea ſunt. Omnia nimirum habet, qui nihil concupiſcit, eo quidem certius, quàm qui cuncta poſſidet: quia dominium rerum collabi ſolet. Bonæ mentis uſurpatio nullum recipit fortunæ incurſum. Itaq; quorſum attinet, aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in ultimo miſeriarum ſtatu ponere? Cum & illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus ſit referta: & huius horridior aſpectus ſolidis ac certis bonis abundet: Quod melius perſonis, quàm uerbis repræſentabitur.

*Valerius Maximus lib. 5. cap. 4. De pietate in Exemplo Darij.*

Proxima & optima rerum naturę pietatis eſt magiſtra, quæ nullo uocis miniſterio, nullo uſu literarum indigens, proprijs ac tantis uiribus, charitatem parentum, liberorum pectoribus infundit: Quid ergo doctrina proficit? ut politiora, ſed nõ ut meliora fiant ingenia: Quoniam quidem ſola uirtus naſcitur magis quàm fingitur.

MVLTA BONA SIMVLQVE *mala in liberis.*

*Menander.*

εὐδαιμονία τοῦ πατρὸς υἱὸς νοῦν ἔχων. Id eſt: Lætitia patris, filius ſapiens. Verba ſunt ferè libri ſapientiæ.

*Pythagoras in aureis carminibus.*

τοὺς δὲ γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.

 Id eſt:

Id eſt:

*Ipſe parentes atq; tuos uenerare propinquos.*

*Agatho.*

ὡς ἡδὺ τῶν φυσάντων, πείθεσθαι τέκνα. Id eſt: Quàm dulce genitoribus, filios obtemperantes habere?

Ariſtoteles in Polyticis tradit, parentes liberis domi, nõ ut dominos ſeruis, ſed legitimi regis more, qui patrem agat, imperare debere: Liberos uerò eos tanquam Deos colere ac uenerari oportere.

D. Hieronymus ſe comperiſſe ait, apud Delphos tria hæc fuiſſe ſcripta: Deos colendos: parentes uenerandos: & à carnibus abſtinendum.

*Theophraſtus.*

Oportet ante omnia Dijs non tam multa, quàm frequenter & piè ſacrificare: Deinde parentum alere ſenectutem, eorumq; conſilijs uitam accommodare: Qui autem hæc neglexerit, contra naturæ & iuſtitiæ leges aget. Vxoris igitur & filiorum curam ſuſcipiendam, ut ab ipſis in ſenectute uices recipiamus.

*Anaximenes:*

τί γὰρ δικαιότερον ἢ τοὺς γενέσεως καὶ παιδείας αἰτίους ἀντευεργετεῖν. Id eſt: Quid iuſtius, quàm generationis & eruditionis autores remunerari?

*Iſocrates ad Demonicum.*

τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς παῖδας. Id eſt:
Talis eſto erga parentes, quales erga te
futuros eſſe cupis liberos tuos.

Huiuſmodi in parentes pietatem, tum ſuſtentationem Græci θρεπτήρια uocant. Hinc apud Homerum adoleſcẽs in bello cadens queritur, non potuiſſe Threpteria, id eſt, merita nutritionis reddere.

*Valerius Maximus.*

Traditur mulieris exemplum apud Valerium, libro 5. cap. 4. de pietate illius, quæ parentem in cuſtodia fame necandam, clam ingreſſa, ubere alebat.

Feras etiam hæc charitas excitat, ut apud Ælianum: ciconiæ parentes in ſenectute alimentis ſuſtentant: Vnde in Prouerbium abijt ἀντιπελαργεῖν.

Ciconia ſymbolũ pietatis.

*De liberis degeneribus.*

Apophthegma Ariſtippi: incuſante quodam, quod filium ſic abijceret negligeretq;, quaſi ex ipſo natus non eſſet: An non, inquit, & pituitam, & pediculos à nobis natos, uelut inutiles procul à nobis abijcimus? Senſit eos non habendos pro filijs, qui nihil haberent alioqui, quo ſe parentum affectui commendent, niſi quod ab ipſis ꝓgeniti ſint. Ita ſenex in comœdia: Tantiſper te uolo meum, dum id, quod te dignum eſt, facis. Eraſmus lib. 3. Apophteg.

LIBERI PLERVNQVE SEQVVNtur mores parentum.

*Cicero in oratione pro C. Rabirio Poſthumio.*

Hoc generi hominum propè natura datum, uti qua in familia laus aliqua fortè floruerit: hanc ferè qui ſunt eius ſtirpis, quod ſermo hominum ad memoriam patrum uirtute celebretur, cupidiſſimè perſequuntur: Siquidem non modo in gloria rei militaris Paulum Scipio, aut Maximum filius: ſed etiam in deuotione uitæ, & in ipſo genere mortis imitatus eſt P. Decium filius.

*Petrarcha de remed. utriuſq; fortunæ, Dialog. 44. de filio rebelli uel contumaci.*

Dolor. Habeo filium contumacem.
Ratio. Æquum eſt, ut qui patrem ferre non poteras, filium feras, utiq; ſarcinam grauiorem magis animum premit, pungitq; acrius ſuperbi filij uerbum unum irreuerentius prolatum, quàm ſeueri patris quæcunq; durities: ille enim iniuriam facit: hic iure ſuo utitur.

Dolor. Filium habeo rebellem. Ratio. Impudenter de minorum rebellione conqueritur, qui maiorum iuſta cõtempſit imperia.

Dolor. Filius inobediens eſt mihi.
Ratio. Tandem fortaſſis intelligis, quid ille tam durus pater uiſus eſt tibi.

Dolor. Filium patior inſolentem.
Ratio. Si ætatis eſt uitium, cum ætate tranſibit: Multorum ferox adoleſcentia progreſſu temporis, ad uirtutem mirificis profectibus flexa eſt.

Dolor.

Dolor. Repugnātem habeo filium. Ratio. Non ſolus, & Dauid & Mithridates Ponti rex, & ſeuerus Imperator romanus rebellantes filios habuere. Et multis poſt ſeculis Britannici pacem regni (ut fama loquitur) turbauit regij adoleſcentis in patrē concitata rebellio: Sed quiſquis ſua deflet incommoda, nullus aliena uel publica. D. Impius ac rebellis eſt filius mihi. R. Magna tibi portio paternæ moleſtiæ dempta eſt, mortem filij timere. D. Habeo ignauum ac inertem filium. R. Neſcis, ut Africanus ille uir magnus diſſimillimum filium ſibi longeq; degenerem amauit unicè & profectò maior, non dicam, amor, ſed miſeratio debetur ei, quem minus adiuuat natura. Nullius rei eget, qui uirtutum diues eſt: quarum indigentia uerè miſeros ac proinde miſericordiæ egentiſſimos facit: Tu in filio etſi non uirtutem, ama quod filius: ſi ne id quidem, at quod homo eſt: Poſtremo ſi nihil eſt quod ames, miſerere. Proprium patris, ut ſeueritas, ſic miſericordia eſt.

D. Perditæ filius uitæ mihi eſt. Ratio, Pondus infauſtum, eoq; grauius, quod dum ferri poteſt, nequit abijci. Perfer, & quæ datur, corrige: Sic enim aut filiū curaueris, aut certè patris officium egeris: Hoc tibi debitum, illud optabile. D. Impius, inhumanus, intractabilis eſt filius. R. Siquidem mollicies ac uoluptas in perfidiā ac ſcelus eruperint, uenenoſum animal exigendum domo eſt, neq; ubi, ſed quid natum, æſtimandum: & in ſyluis ortas auiculas paſcitis, & domi natos Scorpiones occiditis.

D. Impius filius eſt mihi. Ratio. Periculoſa ſeponere antequàm noceant, ſapientis eſt: Non te pietatis umbra decipiat, nulla impio debetur impietas. Eſt ubi ſit crudelitatis ſpecies, eſſe pium: ſed dum aliquid uel minimū ſpei eſt, ſemper ad miſericordiam inclina: mementoq; te patrem eſſe, non autem iudicem: Neque hic tibi Terentianum illud excidat: Pro pecccato magno, paululum ſupplicij ſatis eſt patri.

*Volateranus, libro trigeſimo Philologiæ, Titulo: Ex liberis bona malaq;.*

Palàm eſt, ignauos ſæpe filios claris ortos eſſe parentibus, ut de Scipione legimus, Cicerone, Herode Attico: cauſſam Ariſtoteles in Problemat. adfert: Mentem uiri præſtantis, magis à natura ſenſus carniſq; remotam, ac quaſi ſuſpēſam, inopem, ingenij inceptis genituram præſtare: contra uerò claros ex ignauis & improbis, bonos ſæpe genitos uidemus, ut tot ſanctos uiros ex crudelibus & nepharijs. Plerunq; tamen iuxta Græcum Prouerbium euenire ſolet κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. Plato fœlicem dicit fieri genituram ex utriſq; bonis: Malam uero ex utriſque malis. Bonum autem intelligit ex concordi diſcordia prouenientem, ut uidelicet acriora ingenia mitioribus copulentur, uehementiora remiſſioribus. In politicis & legibus.

*Impiorum liberorum præmatura mors eſſe ſolet.*

Apud Homerum eſt exemplum de Hippothoo Iliad. ρ.

οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, i.
*Neq; nutricandi grata parentibus ille*
*Reddidit officia, ſed ei breue contigit æuum.*

*Euripides in Oenomao.*

ἀμηχανῶ δ' ἔγωγε, κοὐκ ἔχω μαθεῖν
εἴτ' οὖν ἄμεινον ἐστι γίγνεσθαι τέκνα
θνητοῖσιν εἴτ' ἄπαιδα καρποῦσθαι βίον.
ὁρῶ γὰρ οἷς μὲν οὐκ ἔφυσαν, ἀθλίους
ὅσοισι δ' εἰσὶν, οὐδὲν εὐτυχεστέρους:
καὶ γὰρ κακοὶ γεγῶτες, ἐχθίστη νόσος
κ' ἂν εὖ γίνωνται σώφρονες κακὸν μέγα
λυποῦσι τὸν φύσαντα μὴ πάθωσί τι, Id eſt:

*Dubius equidem ſum, neq; dijudicare poßum,*
*Vtrum melius ſit proc gni liberos*
*Mortalibus, aut ſterili uita frui:*
*Iſtos enim, quibus liberi nulli ſunt, miſeros eſſe uideo.*
*Et contra illos, qui prolē genuerunt, nihilo fœliciores:*
*Nam ſi mali fuerint, extrema calamitas eſt:*
*Rurſus ſi probi euadant, magnum pariunt malum.*
*Affligunt enim genitorem, dum ne quid patiantur, metuit.*

*Idem in Andromache.*

ψυχὴ τέκν' ὅστις δ' αὔτ' ἄπειρος ὢν λέγει,
ἧσσον μὲν ἀλγεῖ δυστυχῶν δ' εὐδαιμονεῖ, Id eſt:

*Si quis imperitus liberos ſolatium appellauerit,*
*Ille minus quidem ſentit doloris, ac in medio infortunio fortunatè uiuit.*

Menander in Epicteto.

ἢ μόνον δεῖ ζῆν, ἢ παίδων γενομένων
πατέρ᾽ ἀποθανεῖν· οὕτω τὸ μὲν ταῦτ᾽ ἐστὶ τοῦ βίου πικρόν, Id eſt eſt:

Aut oportet uiuere ſolum ac celebem, aut natis iam liberis, mori parentē: Adeò omnis deinceps uita acerba eſt.

Sophocles in electra.

Δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστίν· οὐδὲ γὰρ κακῶς
πάσχοντι, μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται, Id eſt:
*Magna uis eſt procreationis: Nam neq; ſi mala*
*Patiatur aliquis, prolem à ſe genitam odiſſe poteſt.*

Menander comicus.

οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων, ἣν λύπη,
φόβος, φροντὶς, πέρας οὐδὲν ἐστί,
*Patrem eſſe plurimum habet moleſtiæ*
*Metusq; curas infinitas:*

Sophocles in Aiace.

ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος, Id eſt:
*Nihil ſapere iucundiſſima uita eſt.*

Incertus author.

φροντίδες οἱ παῖδες μέγα μὲν κακόν, εἴ τι πάθοιεν:
εἰσὶ δὲ καὶ ζῶντες φροντίδες οὐκ ὀλίγαι
ἡ γαμετὴ χρηστὴ μὲν τινὰ τέρψιν ἐς αὐτὴν,
ἡ δὲ κακὴ πικρὸν τὸν βίον ἀνδρὶ φέρει, Id eſt:
*Curas pariunt liberi, magnum malū, ſi quid humanitus eis accidat.*
*Viuentes etiam non modicæ curæ cauſſa ſunt.*
*Vxor bona quidem aliquid in ſe habet iucundi,*
*Mala uero acerbam facit marito uitam.*

Democritus.

τεκνοτροφίη σφαλερόν· ἣν μὲν γὰρ ἐπιτύχῃ ἀγῶνος μεστὴν καὶ φροντίδος κέκτηται, ἣν δ᾽ ἀποτύχῃ ἀνυπέρβλητον ἑτέρην ὀδύνην, Id eſt:

Periculoſa eſt educatio liberorum: Nā ſi res bene cedat, multum ſolicitudinis & & curarum adfert: ſi male, alios dolores neceſſarios parit.

Euripides in Menalippo.

ἴστω δ᾽ ἄφρων ὤν, ὅστις ἄτεκνος ὢν τὸ πρὶν
παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο:
τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παραστρέφων·
ᾧ γὰρ θεοὶ δίδωσι τὸ μὴ φῦναι τέκνα
οὐ χρὴ ἐγκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον,
ἀλλὰ γεγονὼς αὐτὸς γὰρ οὐδεὶς οἶδε πῶς, Id eſt:
*Hic ſe ſtultum fateatur, qui cum antea liberis careret,*
*Externam prolem ædibus ſuis accerſiuit.*
*Fatum peruertens contra quam oportebat:*
*Nam cui liberos procreare Dij non conceſſerunt,*
*Id pati debet, non incuſare numen,*
*Nullus enim per ſe nouit, quomodo natus ſit:*

Dictum Ariſtippi Philoſophi.

Μεμφομένης αὐτῷ τῆς γυναικὸς ὅτι τὸν υἱὸν οὐ προσίεται, καὶ λεγούσης τὸ ἐκ σοῦ εἶη, ἀποπτύσας, καὶ γὰρ τοῦτο εἶπεν ἐκ ἐμοῦ, ἀλλ᾽ οὐδὲν μοι χρήσιμον ἐστίν, Id eſt:

Vxore Ariſtippum accuſante, quod filium non admitteret, ac dicente, atqui ex te natus eſt: expuens, hoc etiam inquit ex me, ſed inutile mihi eſt.

Democritus.

οὐ δοκεῖ μοι χρῆναι παῖδας κτᾶσθαι· ἐνορῶ γὰρ ἐν παίδων κτήσει πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους κινδύνους, πολλὰς δὲ λύπας, ὀλίγα δὲ τὰ εὐθηλέοντα, καὶ ταῦτα λεπτά τε καὶ ἀσθενέα, Id eſt.

Non probo liberorum propagationē: Nam in ipſorum poſſeſſione multa magnaq; diſcrimina ineſſe uideo, & moleſtias plurimas: Pauca uero iucunda, eaq; tenuia & exilia.

FOR-

# FORMA.

FORMA nihil aliud eſt (ut hoc loco accipimus) q̄ recta proportio membrorum, decẽti colore ſuperinfuſa. Eadem fere cum pulchritudine, quam Cicero 3. Tuſculan. definit, aptam quandam figuram cum coloris quadam ſuauitate.

Cuius laus (teſte Ariſto. 1. Rhetoricorum) non ſolũ decore ipſo cõſtat, & ſpecie, ſed etiã dignitate, & ueneratione, cũ quadam etiam ſeueritatis nota.

*De forma, Thomas Morus Anglus.*

*Quid forma confert? Hercules nihil cerno:*
*Si ferueas, deformis ecce formoſa eſt:*
*Sin frigeas, formoſa iam fit informis.*
*Quid forma confert? Hercules nihil cerno.*

*Forma uaria. Ouidius.*

*Forma bonum fragile, quantumq; accedit ad annos,*
*Fit minor, & ſpatio rumpitur ipſa ſuo.*

*Idem in Ponto.*

*Iſta decens facies longis uitiabitur annis,*
*Rugaq; in antiqua fronte ſenilis erit.*
*Inficietq; manus formæ damnoſa ſenectus,*
*Quæ ſtrepitum paſſu non faciente uenit.*

*Forma perennis, Stroza pater Eroticôn libro ſecundo.*

*Vt prior eſt ætas faciem mirata Lacænæ,*
*Sic formam laudant nunc Ariadna tuam,*
*Tyndaris hoc uno fertur ſuperaſſe, quod illa*
*Difficilis blandis neſciit eſſe procis.*
*Tu pietate carens, & faſtus plena ſuperbi,*
*Formæ corrumpis maxima dona tuæ.*
*Nec magis Euryali gemitu lachrymisq; moueris,*
*Quàm prece turbati flectitur ira Sali.*
*Quid faceres, ſi Neſtoreos hic uinceret annos,*
*Et tegeret Cripſas horrida barba genas?*
*Exemplo tibi ſit pharetrati mater amoris,*
*Dignata eſt puero iungere Diua latus:*
*Illo etiam fertur lachrymas fudiſſe perempto,*
*Et ſolitus roſeo fugit ab ore decor.*
*Abſtulit Endymion tenera Latoida forma,*
*Dum patrio niueas monte reducit oues:*
*Ipſa licet Dea ſit, noctis aurora tenebras*
*Pellat, in amplexum non pudet ire ſenis.*
*Inuidiſſe Deos perhibent, cum mollia cano*
*Oſcula Tithono culta puella daret.*
*Tu iuuenem, quo non formoſior alter in urbe,*
*Spernis, & inſano cogis amore mori:*
*Si ſapis, ipſa tuæ fructum decerpe iuuentæ:*
*Reſpice, iam properans terga ſenecta premit.*
*Quod ſi nec facies, qualem Narciſſus habebat,*
*Nec mouet antiquo ſanguine clara domus:*
*Te ſaltem moueant generoſæ Palladis artes,*
*Queis inter priſcos hic numerandus erit.*
*Huic tu ſi faueas, hunc ſi digneris amare,*
*Cantabit laudes Dia puella tuas.*
*Atq; immortalis famæ tibi quæret honorem,*
*Et tua poſt obitum fama perennis erit.*

# FORTITVDO.

*Fiducia. Firmitudo.*

FORTITVDO ſecũdum Spherum, eſt animi affectio, legi ſummæ in perpetiendis rebus obtemperans. Vel, conſeruatio ſtabilis iudicij in ijs rebus, quę formidoloſę uidentur ſubeundis, uel repellendis. Cicero lib. 4. Tuſc. Quæſtio. Ariſtoteles li. 3. Ethicorum definit eſſe aggreſſionẽ terribilium, ubi mors imminet, propter bonum commune ſaluandum. Gellius lib. 12. Noctium Atticarum: deſcribit probatam eſſe ſcientiam rerum tolerandarum, & non tolerandarum, non excedentem modum per immoderatam audaciã, nec deficiẽtem per pœne ſenſibilitatem. Ariſtoteles 2. Ethico: Fortitudo eſt mediocritas in metu & confidentia. Perionius in lib. 3. Ethico. definit eſſe mediocritatẽ earum rerũ, quę hominibus uel fiduciam præbẽt, uel terrorem adferunt. Vel, Fortitudo eſt uirtus, pugnans pro æquitate. Item ſcientia, ſecundũ Socratẽ & Ariſt. 3. Ethico, rerum tolerãdarum, & non tolerandarum.

*Ariſtoteles ibidem.*

Fortis propriè ac uerè dicitur is, qui morte honeſta propoſita, ijſq; omnib9, quæ mortem adferunt, cum appropinquant, metu uacat. Ibidem declarat, quid ab audacia, & fidentia differat. Fortis q̃s.

*Ibidem Ariſtoteles lib. 3. Ethico.*

Fortes ex eo nominantur, quod ea quę acerba ſunt & uidentur, forti magnoq; animo perferant. Itaq; moleſta res eſt fortitudo, eaq; iure laudatur: difficilius eſt enim res periculorum moleſtiaq; ple- Fortes unde dicti.

nas

nas ferre, quàm ſe à uoluptate abſtinere. Sed fortitudinis finis iucundus eſt, etſi propter eas res quę circumfuſæ ſunt, minus appareat.

*Pontanus Iouinianus, libro 1. de fortitudine bellica & Heroica.*

Partes fortitudinis. Tolerãtia Duritia. Patientia. Virtutes quæ fortitudini famulantur, eſt tolerantia, quæ eſt æqua laborum ac moleſtiarum perpeſsio: Item duritia, imbecillitatis mollitieiq; expultrix. Itẽ Patientia, ſtabilis & firma perpeſſio eorum omnium, quæ dura, aſpera, difficilia, grauia, ærumnoſa contingere unquàm poſſunt. Firmitas. Firmitas quoq;, quę periculoſis atq; aduerſis nullo modo ſuccumbendum eſſe doceat.

*Item.*

Animi magnitudo. Fidentia. Deſpicientia. Animi magnitudo, quæ nihil humile, nihil abiectum agi ſinat. Fidentia quoq;, quæ uires atq; animos ubiq; ſuggerat. Et Deſpiciẽtia, quæ mala omnia contẽnenda ſuadeat, cunctaq; pręter uirtutem pro nihilo ducendo moneat.

Confirmatio. Confirmatio etiam, quæ eſt robuſti ac uirilis animi inſtitutio, urgentibus malis minimè cedendi.

Generoſitas. Generoſitas item, quæ ſuadeat cuncta præter decus laudemq; contemnenda.

Præſto eſt etiam cautio, animi compoſitio: quarum altera doceat, nõ eſſe periculis temere obiectandũ: Altera ne dolore, ira, libidine, aut impetu uicti rapiãtur. Quid de conſtantia dicam, quæ nõ modo fortitudinis, ſed tẽperantię quoq; fida comes eſt: quando dolores reprimit, uoluptates euagari non ſinit, reſiſtit periculoſis, non cedit aduerſis, compeſcit impetus, irã cohibet, libidini reluctatur, nõ cõcutitur repentinis, nõ opprimitur malorum aceruis, immota inuictaq; & ubiq; ac ſibi ſemper conſtans. Eſt hinc adiuncta etiam contentio, inde dicta: quod totis uiribus contendat, ut uictrix comp-oſq; euadat.

*Boëtius de conſolat. lib. 3. Metro. 5.*

*Qui ſe uolet eſſe potentem,*
*Animos domet ille feroces:*
*Nec uicta libidine, colla*
*Fœdis ſubmittat habenis.*
*Etenim licet indita longẽ*
*Tellus tua iura tremiſcat,*
*Et ſeruiat ultima Thyle:*
*Tamen atras pellere curas,*
*Miſeraſq; fugare querelas*
*Non poſſe, potentia non eſt.*

*Lactantius libro 1. Diuina. Inſtitut.*

Ille ſolus uir fortis debet iudicari: qui temperans eſt, moderatus & iuſtus.

*Seneca ad Lucilium Epiſtola 2.*

Primum argumentum compoſitę mẽtis exiſtimo poſſe, conſiſtere, & ſecum morari.

*Idem epiſtola 22.*

Turpe eſt cedere oneri: luſtrare cum officio, quod ſemper recepiſti: Nõ eſt uir fortis & ſtrenuus, qui laborem fugit.

*Idem epiſto. 37.*

Fortis & compoſitus animus eſt, qui nec oblatum quicquàm ſibi ſentit, nec abiectum: ſed in eodem habitu eſt, quocunq; res cedunt, ſiue gerantur. Vulgaria bona ſupra res ſuas eminent, ſiue aliquid ex iſtis, uel omnia caſus excuſſerit, minor non ſit.

*Epiſtola 73.*

Fortitudo non eſt inconſulta temeritas, nec periculorum amor, nec appetitus formidabiliũ: ſed eſt ſcientia diſtinguendi, quid ſit malum, & quid non ſit. Diligentiſſima eſt in tutelis fortitudo, & patientiſſima eſt eorum, quibus falſa ſpes malorum eſt.

*Idem Epiſtola 89.*

Fortitudo contẽptrix timendorũ eſt.

*Idem Epiſto. 115.*

Fortitudo eſt monumentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile: quod qui circumdedit, ſibi ſecurus in hac uitæ obſidione perdurat.

*Idem Tragœdia 6.*

Fortuna fortes metuit, ignauos premit.

*Ariſtoteles lib. 1. Mag. Moral.*

Si aliquem ualdè facias impauidum, quod Deos non timeat, non fortis, ſed inſanus eſt. Fortis ergo erit, nõ qui timet omnia, neq; qui nihil menſurat timore, ſed qui auget fortitudinem.

*Ibidem.*

Si quis non timet timenda, aut aliquid quod ſupra hominem terribilium eſt, non fortis eſt, ſed inſanus.

*Cicero in officijs.*

Pro-

Probè definitur à Stoicis fortitudo: cum eam eſſe uirtutem dicunt pugnãtem pro æquitate.

*Ibidem.*

Animus paratus ad periculũ,ſi ſua cupiditate,non utilitate communi impellitur:audaciæ potius quã fortitudinis nomen habeat.

*Ibidem.*

Fortes & magnanimi ſunt habendi,nõ qui faciunt,ſed qui propulſant iniuriam. Vera autem ſapienſq; animi magnitudo, honeſtum illud,quod maixmè natura ſequitur,in factis poſitum,nõ in gloria iudicat:Principemq; ſe eſſe mauult, quam uideri. *Ibidem.*

Qui ſunt fortes.

Fortis eſt animi & conſtantis, nõ perturbari in rebus aſperis.

*Idem lib. 2. Tuſ. Quæſtio.*

Appellata eſt ex uiro uirtus: Viri autem propria maximè eſt fortitudo,cuius munera duo maxima ſunt, mortis doloriſq; contemptio. Vtendum eſt igitur, ſi uirtutis compotes, uel potius ſi uiri uolumus eſſe:quoniam à uiris uirtus nomẽ eſt mutuata.

*Idem 3. Quæſt. Tuſculan.*

Neceſſe eſt qui ſit fortis, eundem eſſe magni animi:& qui magni animi, inuictum:qui inuictus ſit,eum humanas res deſpicere, atq; infra ſe poſitas arbitrari: deſpicere autẽ nemo poteſt eas res, propter quas ęgritudine affici poteſt, niſi fortis:Ex quo efficitur fortem uirum ægritudine nunquàm adfici. Omnes autem ſapientes ſunt fortes.

*Idem in Paradoxis.*

Quomodo igitur, & cui tandem hic imperabit liberè,qui non poteſt ſuis cupiditatibus imperare? Refrenet primum libidines,ſpernat uoluptates, iracũdiam teneat,coërceat auaritiã, & cæteras animi labes repellat, tunc incipiet alijs imperare,cũ ipſe improbiſſimis dñis dedecori,aut turpitudini parère deſierit: Dũ quidem ijs obediet, non modo imperator, ſed liber omnino habendus non erit.

Grauiſſima ſententia.

*Idem lib. 3. Rhet. 9.*

Fortitudini fortuna quoq; adiumento eſſe ſolet.

*Menander.*

*ἀνδρός ἐστι τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν. i. Viri eſt, quæ euenerint generoſe ferre.*

*Cicero lib. 2. de Oratore.*

Magna laus & admirabilis uideri ſolet,tuliſſe ſapientes caſus aduerſos, non fractum eſſe fortuna, retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem.

*Idem lib. 3. Rhet.*

Res magnas & excelſas ſequi & appetere oportet,ſi fortitudinis partibus utemur.

*Idem libro 3. de finibus bonorum & malorum.*

Is qui magno ſit animo atq; forti, omnia quæ cadere in hominem poſſunt, deſpicit, & pro nihilo putat.

*Gellius lib. 2. Cap. 5. Noct. Atticarum.*

Fortitudo non ea eſt,quæ cõtra naturam monſtri uice nititur,ultraq; modum eius egreditur,aut ſtupore animi,aut immanitate,aut quadã miſera & neceſſaria in perpetiendis doloribus exercitatione: Sed ea uera & proba eſt fortitudo, quam maiores noſtri ſcientiam eſſe dixerunt, rerum tolerandarum, & non tolerandarum:per quod apparet eſſe quedã intolerabilia, quibꝰ fortes uiri aut obeũdis abhorreãt,aut ſuſtinendis.

*Q. Curtius de reb. Alexandri Magni libro 6.*

Multa exilia patent fugienti:patria eſt, ubicunq; uir fortis ſedem ſibi elegerit.

*Iulius Celſus de rebus geſtis Iulij Cæſaris libro 6.*

Nemo eſt tam fortis,quin rei nouitate perturbetur.

*Plautus in Aſinaria.*

Hem iſta uirtus eſt,quãdo uſui eſt,qui malum fert fortiter: fortiter malum qui patitur,idem poſt potitur bono.

*Vergilius Aene. 6.*

*Tu ne cede malis,ſed contra audentior ito,*
*Qua tua te fortuna ſinet.*

*Ibidem.*

*Nunc animis opus Aenea,nunc pectore firmo.*

*Lucanus libro 3. Phraſaliæ.*

*Fortiſsimus ille eſt,*
*Qui promptus metuenda pati,ſi cominus inſtent,*
*Et differre poteſt.*

*Ouidius lib. 10. fabula. undecima Metauor.*

*Audentes Deus ipſe iuuat.*

*Horatius lib. 2. Ode. 3.*

*Aequam memento rebus in arduis*
*Seruare mentem:non ſecus in bonis*
*Ab inſolenti temperatam.*

Lælii

*Lætitia, moriture Deli.*

*Idem Epiſtol. lib. 1. Epiſtola 3.*

*Quod ſi*
*Frigida curarum fomenta relinquere poſſes,*
*Quo te cœleſtis ſapientia duceret, ires.*
*Hoc opus, hoc ſtudium, parui properemus, & ampli,*
*Si patriæ uolumus, ſi nobis uiuere chari.*

*Idem lib. ſermo. Satyra 3.*

*Viuite fortes*
*Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus.*

*Dantes. Florentinus: Inferni Cantico 5.*

*Sta come torre forma Che non crella*
*Gia ma, laeinia per ſoffiare de Venti.* Id eſt:
*Sta fleui turris firma: quæ non mouet*
*Vnquàm ſummitatem propter uentorum flatum.*

*Menander.*

ὅτάν τι πράττης ὅσιον, ἀγαθὴν ἐλπίδα
πρόβαλλ᾽ ἑαυτῷ, τοῦτο γινώσκων ὅτι
τόλμη δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει, Id eſt:
*Quum quid ſanctum agis, bonam ſpem*
*Tibi propone, certus quod*
*Conatum iuſtum etiam Deus adiuuat*

*Sophocles in Eriphyle.*

Ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλῶν στέρνον οὐ μαλάσσεται, Id eſt:
*Virorum fortium pectus non langueſcit.*

*Idem in Creuſa.*

ὅστις δὲ τόλμῃ πρὸς δεινὸν ἔρχεται,
ὀρθὴ μὲν ἡ γλῶσσ᾽ ἐστιν ἀσφαλὴς δ᾽ ὁ νοῦς, Id eſt:
*Quiſquis audacter periculum adit,*
*Recta quidem & lingua eſt, & mens firma certaq;.*

*Euripides in Hercule.*

Πότερα γενέσθαι δῆτα χρησιμωτέρους
σύνετον ἄτολμον ἢ θρασύν τε κ᾽ ἐμμανῆ:
τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν σκαιὸν ἀλλ᾽ ἀμύνεται
τὸ δὲ ἡσύχιον ἔργον, ἐν δ᾽ ἀμφοῖν νόσος, Id eſt:
*Vtrum ſane utilius? an eſſe*
*Prudentem ſine audacia: an audacem & furenteme*
*Alterum quidē horum inhumanū eſt, ſed mala repellit:*
*Alterum uerò tranquilla res, in utroq; tamen eſt uitiū.*

*Homerus.*

Οὐ μέν μοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξεις
ἀλλὰ ἰθὺς μεμαῶτι διὰ στήθεσφιν ἔλασσον, Id eſt:
*Non quidem fugienti mihi, dorſo haſtam infiges,*
*Sed ex aduerſo ruenti per pectora adige.*

Socrates interrogatus quid robur eſſet, dixit: motus animæ cum corpore.

*Græca ita ſonant uerba.*

Σωκράτ: ἐρωτηθεὶς τί ῥώμη, εἶπεν, κίνησις ψυχῆς μετὰ σώματος:

*Epictetus philoſophus.*

Διὰ τοῦτο ἐπαινῶν ἀγριππῖνον δίκαιον ὅτι πλείστου ἄξιος ἀνὴρ γενόμενος οὐδὲ πώποτε ἐπῄνεσεν ἑαυτόν, ἀλλ᾽ εἰ δὲ ἄλλός τις αὐτὸν ἐπῄνει ἠρυθρία. οὗτος δ᾽ ἔφη ὁ ἀνὴρ τοιοῦτος ἦν, ὥστε τοῦ συμβαίνοντος ἀεὶ ἑαυτῷ δυσκόλου, ἔπαινον γράφειν εἰ μὲν πυρέττοι, πυρετοῦ, εἰ δὲ ἀδοξοῖ, ἀδοξίας, εἰ δὲ φεύγει φυγῆς: καί ποτε μέλλοντι αὐτῷ ἀριστήσειν ἐπέστη ὁ λέγων, ὅτι φεύγειν αὐτὸν κελεύει νέρων, καὶ ὅς ἔφη, οὐκοῦν εἶπεν ἐν Ἀρικίᾳ ἀριστήσομεν, Id eſt:

Ob hoc merito laudandus Agrippinus, quod in magno precio cum haberetur, nunquàm laudauit ſe ipſum: ſed etiã ſi aliquis cũ laudibus ueheret, erubeſcebat. Hic enim ait, talis uir erat, ut eius quod illi accidiſſet mali, Encomium ſcriberet: Siquidem febricitat febris, ſua notaretur infamia: infamiæ ſi exularet, exilij. Et quidã ei iam pranſuro ſuperuenit, qui diceret, quod eum Nero proſcriberet: Et ille ait: Ergo in Aricia prandium ſumemus. Agrippinus fortiſſimus uir. Notabilis ſententia. Encomiũ febris.

Διογένης,

οὐδὲν ἔνα καλὸν ἔφησεν εἶναι πόνον, οὗ μὴ τέλος ἦν εὐψυχίαν, καὶ τόνον ψυχῆς, ἀλλ᾽ οὐχὶ σώματος, Id eſt:

Diogenes dixit, nullum bonum eſſe laborem, cuius finis non ſit magnanimitas & intentio, firmitasq; animæ, nõ autem corporis:

*Democritus.*

Ἀνδρείη τὰς ἄτας μικρὰς ἔρδει, Id eſt:
*Fortitudo diſpendia minuit.*

*Muſonius.*

Καὶ ἄν τοῦ συμφέροντος μάλιστα προαιρῇ ἔχεσθαι. μὴ δυσχέραινε ταῖς περιστάσεσιν, ἐνθυμούμενος ὅσα ἤδη σοι τῶν ἐν βίῳ, οὐχ ὡς σὺ ἐβούλου συνέπεσεν ἀλλ᾽ ὡς συνέφερεν.

*Democritus.*

Ἀνδρεῖος οὐχ ὁ τῶν πολεμίων κρατῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν ἡδονῶν κρείσσων: ἔνιοι δὲ πολίων μὲν δεσπόζουσιν, γυναιξὶ δὲ δουλεύουσιν, Id eſt:

Fortis eſt: nõ qui hoſtes modo ſuperat: ſed & qui uoluptatibus ſuperior exiſtit: Aliqui autem licet ciuitatibus imperent, mulieribus ſeruiunt. Maxima uictoria uincere uoluptates.

Plato dixit, uiros bonos uita non longa, ſed clara & illuſtri opus habere.

Darius ille Xerxis pater ſeipſum laudans, dicebat in bellis, & rebus periculoſis fieri ſeprudentiorem.

*Ex Chriis Dionis.*

Lacæna mulier filio in acie claudo facto, & id moleſtè ferenti, non, inquit, ô fili doleas: In quouis enim greſſu propriæ uirtutis recordaberis.

*Ariſtoteles in Chriis.*

Anaxarchus Phyſicus dicente ei Alexandro, ſuſpēdam te: minare iis, inquit, è uulgo, mea autem nihil intereſt, ſuper terram ne, an infra terram computreſcā.

*Ibidem.*

Gorgone Lacedæmonia Leonidæ uxor, filio in militiam proficiſcenti ſcutū dans, inquit: Aut hoc, aut ſuper hoc.

*Democritus.*

Iuſtitiæ laus et gloria, mentis fiducia, & animi bonus ſtatus: iniuſtitiæ autem fuga calamitatis terminus

*Herodotus lib. 1. Hiſtoriarum.*

Magnæ quippe res etiam magnis cū periculis uolunt percipi.

*Græcè.*

*Μεγάλα γὰρ πρήγματα, μεγάλοισι κινδύνοισιν ἐθέλει καὶ αἱρέεσθαι.*

*Thucidides in concione Cinci.*

Absque animoſitate nullus dolus contra periculū ualet: Metus enim memoriam ſtupefacit, dolus autem ſine ea nihil ualet, uel prodeſt.

*Græcè.*

*Ἄνευ δὲ εὐψυχίας οὐδεμία τέχνη πρὸς τοὺς κινδύνους ἰσχύει: φόβος γὰρ μνήμην ἐκπλήσσει, τέχνη δ' ἄνευ αὐτῆς οὐδὲν ὠφελεῖ*

*Idem in Epitaphio.*

Acerbior namque uiro prædito mente animi infracti cū timore afflictio uidetur, quàm ea mors, quæ cum robore & communi ſpe obruit, ſine ſenſu doloris.

*Ibidem.*

Hoc enim præ cæteris primarium habemus, ut et audeamus ipſi maximè, & deliberemus de his, quæ aggreſſuri ſimus: Nam cæteris imperitia audaciam, conſultatio autem pigritiam affert. Præſtantiſſimi autem animo iure cēſeri queunt, qui cum dura & iucunda liquidò cognorint, tamen propter illa à periculis non declinant.

Zenon Eleates à Tyranno tortus, ut manifeſtaret coniuratores: Si fuerunt, inquit, certè Tyrannum agebas.

*Nicolaus in collectaneis de moribus.*

Ombrici in pugnis aduerſus hoſtes, turpiſſimum ducunt, uictos uiuere, ſed neceſſe eſt aut uincere, aut mori.

*Iamblichus in Epiſtola ad Olympium de fortitudine.*

Fortitudo primaria intelligatur, quęcunque immota intellectualis facultas, & maximi uigoris intellectualis actus, mētisque conſtantia, & immutabilis habitus intra ſeſe huiuſmodi ſanè fuerit ſpecies, quę in uita ſpectabantur fortitudinis, ſiue per ſe ſubſiſtens, ſiue ſuum robur communicantes, ad eum qui in uerbis elucet ſolidū, firmumque ſtatum.

Plato interrogatus, quo affectu eſſe conueniat aduerſus calamitates: ita dixit, ut prouidens aliquis non incidat in eas: ſi tamen inciderit, condemnationē etiam ſui non curet.

*Græcè.*

*Πλάτων ἐρωτηθεὶς πῶς ἔχειν δεῖ πρὸς περιστώματα. οὕτως εἶπεν ὥστε προϊδόντα μὴ ἐμβῆναι, ἐμβάντα δὲ καταγνοίαν μηδὲ φροντίσαι.*

*Λεωνίδης ἀκούσας ἐπισκιάζεσθαι τὸν ἥλιον τοῖς περσῶν τοξεύμασιν ἔφη, ὅτι καὶ ὑπὸ σκιᾷ μαχούμεθα.* Id eſt:

Leonides cum audiſſet ſolem obumbrari Perſarum telis, bene habet, inquit, quod etiam ſub umbra pugnabimus.

Diogenes cernens Megarenſes longos muros educere: ô uos, inquit, nequam, non molem curate, ſed eos qui ſuper muris collocabuntur.

Agis, Rex Lacedæmonios non interrogare quot ſint, ſed ubi ſint hoſtes: & quodam interrogante, quot eſſent Lacedęmonii, inquit, ſat multi ad arcendos malos.

*Iamblychus.*

*οὐ τὸ ζῆν ἐπὶ πλεῖστου ποιητέον, ἀλλὰ τὸ εὖ ζῆν.* i.

Non uita maximi facienda, ſed bona uita.

*Fortitudo ἀνδρεία, exempla illius, item & Apophtegmata, Gnomæ, ſententiæ ſimul & Chriæ.*

Xenophonti in Scialonte coronato & ſacrificanti, quidam annūciauit Grillum filium ad Mantineam præliantem interemptum eſſe: At is depoſita corona rogabat, quo pacto dimicans mortuus eſſet: Ad hoc illo dicente, fortiſſimè: Impoſita iterū corona, ſacrificiū peregit.

*Demoſthenes in oratione de Corona.*

Mors quidem hominibus eſt uitæ terminus, etiam ſi quis incluſum in cauea ſeſe ſeruet: Oportet autem bonos uiros ſemper omnia bona capeſſere, bona ſpe

fultos, & ferre interim quicquid Deus dederat fortiter.

Cleanthes ſub lingua ulcere ei enato, cibum nequibat tranſmittere: Quum uero meliuſcule haberet, et cibum ei medicus adhiberet: Tu uero me, inquit, uis maiore parte uitæ ſuperata reuerti: deinde iterum eandem denuo ingredi, atq; è uiuis excedere.

Socrati reo Lyſias orationem quandam à ſe compoſitam adferens, iubebat ea uti: Ad hæc Lyſia adijciente, eam eſſe elegantiſſimam: Etiam roſas, ait, eſſe pulcherrimas, at ſibi non cõuenire inde contextum ſertum. Morieris igitur, infert Lyſias, niſi iſta ratione te defenderis: Tum ille: certè etiam ſi nunc deuitẽ, tamen omnino breui moriar.

Philippus uenit ad Spartam, et ante eã caſtris fixis, miſit nuncios, multa & dira minitans, ni faciant imperata. Quidã ergo ex Lacedæmonijs auditis minis, gratiam, inquit, ſe ei habere, quod non obſtet, quo minus pugnantibus liceat mori.

*Ariſtoteles in libello de uirtutibus.*

Fortitudinis eſt inconcuſſum à mortis metibus, & conſtantem in malis, & intrepidũ ad pericula eſſe, & malle honeſtè mori, quàm turpiter ſeruari, & uictoriæ cauſam præſtare: Præterea autem fortitudinis eſt, & laborare, & in animo inſtituere, & poſſe. Accedit autem fortitudini & audacia, & animi præſtantia, & fiducia, & confidentia: Adhæc induſtria & tolerantia.

ἀνδρεῖος ἀνὴρ ἄφοβος. ἁμαρτάνει οὖν ὁ λέγων τὴν ἀνδρείαν ἐγκράτειαν φόβων. Id eſt:

Vir fortis eſt, qui omni metu caret. Errat igitur qui fortitudinẽ ait moderationem eſſe timoris.

In Ilio ſacrificanti Alexandro Sacerdos dixit, ſe oſtenſurum Paridis lyram: at ille imò Achillis, ait, ſi habes, oſtẽde, ac ante lyram potius haſtam.

Coriſcus admodum ſenex, cum à quodam graui morbo conualuiſſet: Apage, inquit, quàm inuitus reuerſus ſum, iam magnam itineris partem emenſus, quod oportet omnino proficiſci.

*Plato.*

ἀλλὰ ϗ ἐπιχειρεῖν τοῖς καλοῖς καλόν, ϗ πάσχειν ὅ,τι ἂν ξυμβῇ. Id eſt:

Verum etiam, bona capeſſere decet & perpeti quodcunq; accidat.

Clitomachus morbo correptus, cum in ueternum incidiſſet, ubi euigilauit: Nihil me, inquit, fallet amor uitę, ſeq; ipſum enecauit.

Eraſiſtratus ille Chius iam grandæuus hulcus in pede immedicabile cũ haberet: Bene habet, inquit, quod patriæ memoria refricatur, & cicutam cum bibiſſet, diem obijt.

*Herodotus lib. 7. Hiſtoriarum.*

Demaratus hęc dicit: Quoniam ueritate omnino in dicendo nos uti iubes, ne quis poſtea mendacijs conuincatur à te: Gręciæ paupertas quidem ſemper connutrita conſeruatur: Virtus animi aduentitia eſt, ſimul per ſapientiam effecta, ſimul per legem firmam & ſanctam: Ea dum Græcia utitur, & paupertatem propulſat, & dominationem.

Pyrrho exercitum ducente contra Lacedæmonios, et multa minante, Deroyllidas unus ex ſenioribus exurgens in concione, dixit: Siquidem Deus eſt, qui minatur, non timeamus: nihil enim iniuſtè agimus; ſin homo, norit quod uiris minetur.

*Plutarchus de uirtute morum.*

Fortitudinem mediocritatem eſſe dicunt timiditatis & temeritatis: quarum alia ſuperatur à modo, altera ei præſtat in iraſcentiæ affectu.

*Idem in Apophtegmatibus.*

Ageſilaus de fortitudine atq; iuſtitia percunctatus, utra melior eſſet: Nihil, inquit, fortitudine indigeremus, ſi omnes iuſti eſſemus.

*Ariſtoteles in libello de uirtutibus.*

Fortitudo uirtus eſt animoſi, per quã non facile mortis metus ingruit.

FOR-

*Stulti fortunati. Sapientes infelices. Volubilitas & inconſtantia, porrò potentia fortunæ.*

*Fortunæ inſtabilitas.*

F*Idere fortunæ quenquam dementia ſumma eſt:*
*Hæc mutat turbatq́; uices, nec parcitur ulli:*
*Hæc humiles tegetes in celſa palatia mutat,*
*Sæpius hæc Irum de codro fecit egentem.*

FORTVNA *è Græco.*

*Non tibi quod faueat, ſic te fortuna leuauit,*
*Vel de te liqueat, uult ſibi quid liceat.*

FORTVNA *è Græco.*

*Lubrica non ſeruat certum fortuna timorem,*
*Sed rotat inſtabilem cæca ſubinde rotam.*
*Sternere ſumma libet, libet infima tollere, rerum*
*Inq́; uicem nulla uertere lege uices.*
*Maxima cum bona ſunt, iam ſunt mala proxima: rurſus*
*Maxima cum mala ſunt, proxima iam bona ſunt.*
*Forti animo mala fer, nec bis miſer eſto dolore,*
*Nec citò uenturis præmoriare bonis.*

FORTVNA *mutabilis.*

*Thomas Morus.*

*Sorte ſub ambigua deuinctus uertitur orbis,*
*Inq́; uicem redeunt, candida & atra dies,*
*Imus ad arbitrium fortunæ luminis orbæ,*
*Ad uentum expoſita uertimur inq́; rota,*
*Omnia dant caſus adimuntq́: ita uertitur ordo,*
*Si tamen eſt ordo, cuncta regi temerè.*
*Vidi ego regnantes Venetos, ſeruireq́; uidi,*
*Sublimesq́; iterum uidi, iterumq́; humiles.*
*Paruum inter ſpacium, nec multos temporis annos:*
*Vſq́; adeo uariat ſors, uariatq́; citò.*

*V. Huttenus de fortunæ ludubrio.*

*Erexit fortuna rotam, ſic perdita mundo*
*Illudit, quoties hanc iuuat eſſe leuem:*
*Erexit cirum attoniti regesq́; ducesq́;,*
*Ante uagam mœſti ſtant hilaresq́; Deam.*
*Illa uiros durare iubens, ſpe mulcet inani:*
*Ambiguum axe mouens orbem, iterumq́; mouens:*
*Aeternum facit hoc, nec adhuc tamen implet hiantes,*
*Dum ſæpe à ſummo mutat ad ima loco.*
*Dum nunc afflat opes, dum nunc ſubuertit honores:*
*Dum faciet immeritos, attenuatq́; bonos:*
*Dumq́; onerat curis, & ſolicitudine uexat:*
*Vltra omnem fallax expatiata modum.*
*Sic aptam, tamen eſſe aliquid numenq́; putamus,*
*Hunc fucum noſtris oblinit hæc oculis.*

*Aliud.*

*Vſq́; adeo fortuna nihil moderabile ſuadet,*
*Oblitosq́; ſui, quos regit, eſſe facit.*

*Fortunæ mutabilitas.*

*Multa cupis, fortuna tibi cum plurima donet*
*Galle, nec hinc modus eſt, nec modus inde tibi:*
*Debes ipſe tamen fortunam noſſe, ferendo*
*Plurima, ſæpe nocet dum ratio omnis abeſt.*
*Ipſa quidem cæca eſt, ut cui det neſciat, & quid:*
*Neſcit in euentum quem tibi donet item.*
*Ecce autem quæ ſunt mutantia tempora caſus:*
*Lilia quàm poſſunt iſta uirere diu.*
*Friuola fortuna eſt, tempus mutabile certè,*
*Gloria ſit quamuis magna, caduca tua eſt.*

SALVSTIVS *in Catilinario.*

Fortuna profectò in omni re dominatur. Eidem aſſentit Petrarcha in Epiſtola 2. lib. 2. de reb. familiarib.

*Seneca epiſtola. 99.*

Errant, qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribuere fortunam: Valẽtior enim omni fortuna animus eſt, et in utrãq; partẽ ipſe res ſuas ducet: beatæq́; ac miſeræ uitæ ſibi cauſa eſt. Animus ualentior omni fortuna.

*Ouidius lib. ultimo triſtium.*

*Rara quidem eſt uirtus, quam non fortuna gubernat:*
*Quæ maneat, ſtabili quum fugit illa pede.*

IVVENALIS *ſatyra decima.*

*Virtutes etiam fortuna regit.*

*Si fortuna uolet, fies de Rhetore Conſul:*
*Si uolet hæc eadem, fies de conſule Rhetor.*

HORATIVS *lib. 4. De bello Alexandrino*

Fortuna plerunq; eos, quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriorem caſum reſeruat. Eleganter hoc.

FORTVNAE *potentia ex 35. Ode li. 1. Horatij.*

*O diua, gratum quæ regis Anticum,*
*Præſens uel imo tollere de gradu*
*Mortale corpus, uel ſuperbos*
*Vertere funeribus triumphos:*
*Te pauper ambit ſollicita prece*
*Ruris colonus: te dominam æquoris,*
*Quicunq́; Bithyna laceßit*
*Carpathium pelagus carina.*
*Te Dacus aſper, te profugi Sythæ,*
*Vrbesq́;, gentesq́;, & Latium ferox,*
*Regumq́; matres Barbarorum, &*
*Purpurei metuunt Tyranni:*
*Iniurioſo ne pede proruas*
*Stantem columnam: ne populus frequens*
*Ad arma ceſſanteis ad arma*
*Concitet, Imperiumq́; frangat.*
*Te ſemper anteit ſæua neceßitas,*

*Clauos trabaleis, & cuneos manu*
*Geſtans ahena, nec ſeuerus*
*Vncus abeſt, liquidum'ue plumbum.*
*Te ſpes & albo rara fides colit*
*Velata panno, nec comitem abnegat:*
*Vtcunq; mutata potenteis*
*Veſte domos inimica linquis.*
*At uulgus infidum, & meretrix retrò*
Amici illi perfidi. *Periura cedit, diffugiunt cadis*
*Cum fece ſiccatis amici,*
*Ferre iugum pariter doloſi, &c.*

DE *fortuna Vergilius.*

*Fortuna omnipotens inſipientibus,*
*Tantum iuris atrox quæ tibi uendicas*
Fortuna indignos tollit. *Euertenſq; bonos, eligis improbos,*
*Nec ſeruare potes muneribus fidem.*

*Fortuna.*

*Immeritos auget honoribus*
*Fortuna, innocuos cladibus adficit.*
*Iuſtos illa uiros pauperie grauat,*
*Indignos eadem diuitijs beat.*
*Hæc aufert iuuenes, & retinet Senes:*
*Iniuſtè arbitrio tempora diuidens,*
*Quod dignis adimit, tranſit ad impios:*
*Nec diſcrimen habet, rectaq; iudicat,*
*Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica:*
*Nec quos clarificat perpetuo fouet:*
*Nec quos deſeruit perpetuo premit.*

IN *fortunam è Græco.*

*Si fortuna uolet fies de paupere diues:*
*Si uolet Irus eris, qui modo Crœſus eras.*

IN *fortunam è Græco.*

*Qur non è cunctis fortunæ nomen amature*
*Hanc adamat diues, quam miſer odit inops.*

FORTVNA *plerunq; inuidet uirtuti. Mantuanus in Epigram. ad Falconē.*

*Cur aliquando fuit tibi ſors inimica nocenſq;,*
*Quod uirtus fuerit ſemper amica tibi:*
*Aemula uirtuti ſors eſt: quos elauat illa,*
*Iſta premit criſpo torua ſupercilio.*

FORTVNA *nunc mater, nunc nouerca, ex Epithetis Rauiſ.j Textoris.*

Miſeri ergo, qui miſeriam (ſi modo diuitiarū penuria miſeria dici debeat) ſibi perpetuam fore exiſtimant.

*Nam neq; perpetuas ſentit maris unda procellas:*
*Nec furit æternis Ennoſigæus aquis.*
*Nec ſemper nautis, ratibuſq; odioſa Carybdis,*
*Murmurat aßiduis improba uorticibus.*
*Fulminibus iactis, tonitruq; per aëra moto,*
*Tandem pacati deſinit ira Iouis.*
*Dum ſatis Aemanio Boreas certauit olympo,*
*Aeolij tandem carceris antra petit.*
*Dumq; ſatis pluuiæ terris dedit imbrifer arcus*
*Pura ſerenatis nubibus aura redit.*
*Sic ubi inhumanas fortuna exercuit iras,*
*Tota nouercali plena frequenſq; odio:*
*Afflictis tandem pacato numine ridet,*
*Datq; adiutrices (quæ nocuere) manus.*

NVLLVS *tam felix, qui per omnem uitam eandem expertus ſit fortunā,*

*Inuenies unum (toto qui uixerit æuo*
*Liber ab aduerſis) Samiæ telluris alumnum,*
*Ac dominum: tanquam illius fortuna fuiſſet*
*Immemor: At uitæ ſupremo in margine totam*
*Accepit, plenoq; hauſit cratere ueneno.*

Intelligit polycratē Samiorū Tyrannū, fortuna opibuſq; clarum, ac perpetua uſum felicitate, ut cui nihil unquam ſiniſtrè contigiſſet, nulla accidiſſet iactura, poſt multos arridētis fortunæ luſus, ac lenè ſpirantes Fauonios, uerſa poſtremò fauoris ac perſperitatis rota, ab Oreſte Cyri præfecto ſuperatum, ſuſpendio uitam finiuiſſe, &c. Polycrates omniū fœlicis. ſuperatus tandem ab oreſte ſe ipſum ſuſpendit.

Ea oīa notiſſimo ſunt argumento, nō nimis arridente fortuna ſuperbiendum, quam (ſi tantillum oculos deieceris) mutatam ſtatim & infeſtam uideas: quam tamen paulo ante propitiam tibi experiebare.

*Seneca in Troade.*

Quò fortuna altius euexit ac leuauit humanas opes, hoc ſe magis ſupprimere felicem decet, uarioſq; caſus timere: metuentem Deos nimiū fauentes magna momento obrui uincendo didici.

*Deſcriptio fortunæ per Lactantium lib. 3. De falſa ſapientia cap. 29.*

Fortuna eſt accidentium rerum ſubſitus atq; inopinatus euētus. Multa enim (inquit Cicero) efficit inopinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemq; cauſſarum. Interrogatus Chilo quid ſit fortuna: ignarus, inquit, medicus: multos enim excæcat. Fortuna ignarus medicus.

Fortunæ ſimulachrū apud Scythas ſine pedibus fingebatur, ut manus tantū & non pedes haberet. Apud Smyrneos eiuſmodi ſunt, ut polum capite fulciret, manu altera ſuſtinēs Amaltheę cornu.

Polycrates Tyrannus Samiorū tanta uſus eſt felicitate, ut nullū unq; mœroris argumentū in tota uita potuerit reperire: Nam cum ad excitandum ſibi dolorem annulum ingentis precij conieciſſet in mare, eundem poſtmodum repperit in piſce, à piſcatore ſibi oblato.

Fortuna

*Fortuna meliore nemo ſe extollat.*
*ex Troade Senecæ &c.*

Nihil uiolentum diuturnũ.

*Violenta nemo imperia continuit diu:*
*Moderata durant. Quoq; fortuna altius*
*Euexit, ac leuauit humanas opes,*
*Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet.*

FORTVNA *dominatur humanis rebus.*

*Audis in humanis fors fallaciſsima rebus,*
*Et contempta uenis: ſæpe uocata fugis,*
*Eligis indignos pietatis imagine, dignos*
*Supprimis, & nulli tempora longa faues.*

Bonos deprimit, malos exaltat fortuna.

*Et geris imperium mundi, ſceptrumq; uolutas:*
*Orbis te dominam dicimus, atq; Deam.*
*Iam fortuna uale, curſu rurſumq; deorſum,*
*Non ſecus atq; ſoles, fac imitare pilam.*

FORTVNA *inconſtans & perfida,*
*ex B. Mantuano.*

*Fortunam antiqui uates dixere bifrontem,*
*Et modo terribiles in nos conuertere uultus:*
*Clementem modo ſe ſe oculis promittere blandis,*
*Nec ſeruare fidem, ſed calliditate proterua*
*Principibus, regniſq; graues inducere caſus.*
*Quod ſi ſcire uelis non dementiſſe Poetas,*
*Autores documenti huius, lege temporis acta*
*Inclyta præteriti, ueteresq; recurre per annos:*
*Aſpice Pompeium terra pelagoq; ferentem*
*Victrices aquilas, & mox quaſi fulmine miſſo*
*Cœlitus, attonitum, magnoq; à Cæſare uictum*
*Ire uagum & tutas inueſtigare latebras,*
*Incaſſum dirumq; uolentem euadere fatum:*
*Nec tibi læta magis Cæſar fuit: omnia namq;*
*Vt tibi ſubiecit terrarum regna, repentè*
*In tua ciuiles armauit uiſcera dextras:*
*Et quanquam aduerſi ueniſſet epiſtola caſus*
*Nuncia: nil tanto tamen in diſcrimine iuuit:*
*Namq; tuam mentem in uinclis fortuna tenebat.*

Lactãtius fortunã pictã à ueteribus fuiſſe teſtatur, cũ copia et gubernaculo; tãquam opes tribuat, & rerum humanarũ teneat regimen. Vnde et omnipotens à pleriſq; uocata eſt, quod pro arbitrio poſſit diuitias commutare, uictorias largiri, pauperem ſubleuare, & opulentum deprimere.

Gyges Rex Lydorum gemmam habuit tantæ uirtutis in annulo, ut ea ad ſe uerſa, uideret quoſcunq; uellet, nemini conſpicuus: Vnde beneficio annuli omnia conſequebatur ex animi uoto. Lucianus in Dialogo de uotis. Plato li. 2. de Rep. Eraſ. Chil. 1. Centuria 1.

*Ouidius lib. 4. de Ponto. De Fortunæ nobilitate hæc ait.*

*Hæc dea non ſtabili quàm ſit leuis orbe fatetur,*
*Quæ ſummum dubio ſub pede ſemper habet,*
*Quolibet eſt folio, & quauis incertior aura:*
*Par illi leuitas improba facta tua eſt.*
*Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,*
*Et ſubito caſu, quæ ualuere, ruunt.*
*Diuitis audita eſt cui non opulentia Crœſi?*
*Nempe tamen uitam captus ab hoſte tulit.*
*Ille Syracuſia modo formidatus in urbe,*
*Vix humili duram reppulit arte famem.*
*Quod fuerat magno maius? tamen ipſe rogauit,*
*Submiſſa fugiens uoce clientis opem.*
*Cuiq; uiro totus terrarum paruit orbis,*
*Indigus eſt factus omnibus ipſe magis:*
*Ille Iugurthino clarus, Cymbroq; Triumpho,*
*Quo uictrix toties conſule Roma fuit.*
*In cœno Marius iacuit cannaq; palluſtri*
*Pertulit, & tanto multa pudenda uiro.*

Multum ergo delirant maximi quiq; Principes, ſi occurrẽtibus tot exemplis non facile credant, & fateantur, caducũ eſſe, & pilæ inſtar uolubile quicquid arbitrio fortunæ iacet.

Fortuna ſicut pila eſt.

*Pacuuius de ea ſic ait.*

Fortuna inſanam eſſe, & brutam perhibent Philoſophi, ſaxiq; ad inſtar globoſi prædicant eſſe uolubilem:

Fortuna inſana, bruta, cœca.

Quia quo ſaxum impulerit ſors, eo cadere fortunam autumant: cœcam ob eam rem uocant: quia nil cernat quo ſe applicet: inſanam autem aiunt, quia atrox, inſtabiliſq; ſit: brutam, quia dignum aut indignum nequeat internoſcere.

*Borbonius in quempiam è Græco.*

*Magnus es, & polles opibus, nec propria uirtus*
*Nec genus in cauſſa, ſed Dea cæca fuit.*

Apelles interrogatus cur eam ſedentem pinxiſſet: Quoniam, inquit, ſtare non poteſt.

Socrates fauorem fortunæ Theatro ſimilem eſſe dicebat: Vbi indigni meliora plerunq; loca accipiunt.

Graue hoc.

Cicero in Lælio, non ipſa, inquit, ſolum fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerunq; efficit cæcos, quos complexa eſt. Itaq; illi offeruntur ferè faſtidio & contumacia, nec quicquam inſipiente fortunato intolerabilius fieri poteſt.

Franciſcus Bufalus ciuis Romanus duos filios mutuis uulneribus ſe petentes uidit, totidem ob ſeditionem ſecuri percuſſos: alium qui nouercã interfecerit, iliam uerò, quę præſente marito ue-

nenum hauſerit. Huc et referendum exẽplum Oedipodis, qui, patre interfecto, matri ſe commiſcuit, & ex ea liberos ſuſcepit, qui mutuis uulneribus ſe confoderunt.

Infortunatiſſius. pater.

*Borbonius in fortunam è Græco.*

*Obruit exitiabilius fortuna potentes,*
*Quàm quos hic humiles ridiculosq; facit.*

*Seneca in hyppolyto.*

*Res humanas ordine nullo*
*Fortuna uerſat, ſpargitq; manu*
*Munera cæca, peiora fouens.*

*Ouidius ſic.*

Egregia ſententia.

*Nempe dat, & quodcunq; libet fortuna rapitq;*
*Irus & eſt ſubitò, qui modo Cræſus erat.*

APVLEIVS *lib. 7. Meta. de ea ſic inquit.*

Subibat me, inquit, non de nihilo ueteris priſcæq; doctrinæ uiros finxiſſe, ac pronunciaſſe cæcam, ac prorſus exoculatam eſſe fo rtunam, quæ ſemper ſuas opes ad malos et indignos conferat: nec unquam iuditio quenquam mortalium eligat. Quanta ſit eius poteſtas, ſatis ſuperq; indicat diſtichon Iuuenalis:

Indignis ſolum conferuntur opes.

*Si fortuna uolet, fies de Rhetore conſul:*
*Si uolet hæc eadem, fies de conſule Rhetor.*

Plutarchus in libello de fortuna Romanorum ait, umbrã eximię & antiquæ fortunæ, cum primis fundamentis erectã fuiſſe: Primus, inquit, fortunæ delubrum Ancus Martius ſubſtruxit, fortunamq; uirili nomine dicauit: Propterea fortaſſis, quod in uictoria fortiter obtinenda, priores ſunt fortunæ partes.

Ancus Martius delubrum primus fortunæ ſtruxit.

Blondus lib. 1. de Rom. Triũphante ſcribit, apud Nemorenſem lacum fuiſſe templum fortunæ uirilis, ubi uirgines Deæ immolarẽt. Certum eſt Tullum regem, ſuos omnes actus fortunæ adſcripſiſſe, cuius beneficio ab ancilla matre, ad regnum fuerat euectus.

Tullus Hoſtilius ſuos omnes actus fortunæ adſcripſit.

Fuit & apud Romanos fortunę barbatæ ſimulachrum, quæ cultoribus ſuis malas ſpecioſius ueſtiret: ſe ſpernentes, malè barbatos glabroſq; redderet. Fuit & utriuſq; fortunę ſimulachrũ, bonæ ſcilicet & malæ, ara uetus: inquit Cicero lib. 3. de legib. Fuit in exquilijs malæ, & execratæ fortunæ.

Templũ bonæ & malę fortunæ.

Plinius lib. 36. ca. 5. ait: Bonæ fortunæ ſimulachrum à Praxitele factum, Romę in Capitolio fuiſſe, &c.

*Exemplum fortunatiſsimi Regis.*

Enhippus Rex Argiuorum, miræ felicitatis, cuius clypeum, qui apud Græcos rem præclarè geſſiſſent, per urbem incedentes ferebant, honeſtatis cauſa, Vide Rauiſium textorem in 2. parte officinæ, de fortunatis & fœlicibus.

FORTVNA ET EIVS SVBITA *mutatio.*

*Valerius lib. 6. cap. ultimo de uarietate caſuum.*

Caduca nimirum & fragilia, puerilibusq; conſentanea crepundijs ſunt iſta, quæ uires atq; opes humanæ uocantur: Affluunt ſubitò, repentè dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus iuxta radicibus conſiſtũt: ſed incertiſſimo flatu fortunæ huc atq; illuc acta: quos in ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos, in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaq; neq; debent exiſtimari neq; dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem deſyderio ſui duplicant.

*Sabellicus de ſubita mutatione fortunæ 7. lib. 8. cap.*

Sapienter feciſſe uideri poſſunt, qui fortunam uolucrem, cæcam, uariamq; finxere: nihil certè hac una (ſi quid illa eſt) inconſtantius, nihil magis uariabile: nunc blanda & indulgens, nunc ſęua & infeſta: nec ullis infeſtius iraſcitur, quã quos indulgentiſſimè fouit: fitq; ex matre ſubitò nouerca, ex nouerca mat̃, nec ſi quęratur, cauſa alia reddi poſſit, quàm quod ita libeat, quodq; incertæ ſortis ſint res humanæ, circumſcribit ſe ſe tamen ſtulta mortalitas, prudentiamq; reputat ſuam, tanquam homo ſemper ſapiat, preſertim in rebus ſubitis et inopinis, in quibus ne ſapientes quidem ſatis ſibi ſapiunt.

Fortuna cæca & uaria cur picta.

Notatu dignum

*Improbi, ſtulti, indigni, plerunq; fortunati: Probi autem ſunt infortunati, miſeri, & inhonorati.*

*Euripides in Bellerophonte.*

Τιμή σ' ἐπαίρει τῶν πέλας μᾶλλον φρονεῖν, θνήσκοιμ' ἄν. οὐ γὰρ ἄξιον λεύσσειν φάος, κακοὺς ὁρῶν ἐκδίκως τιμωμένους. Id eſt:

Honor te effert, ut ſapias altius tuis propinquis: emoriar, indignũ eſt enim aſpicere lucem, uidendo malos immeritò & iniuſtè honoratos.

*Idem in diſtic.*

πολ-

Πολλοῖς παρέστην κ᾽ ἀφθόνησα δὴ βροτῶν
ὅστις κακοῖσιν ἐσθλὸς ὢν ὅμοιος ᾖ,
Λόγων ματαίων εἰς ἅμιλλαν ἐξιών:
Τὸ δ᾽ ἦν ἄρ᾽ οὐκ ἀκουστὸν οὐδ᾽ ἀνασχετόν,
Σιγᾶν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακιόνων. id eſt.
*Multis adſui, & æmulatus ſum hominem, eiq; indignatus,*
*Qui bonus exiſtens, ſimilis fieret malis,*
*In certamen inanium deſcendens uerborum.*
*Hoc uerò nequaquàm audiri poteſt, neq; tolerari,*
*Tacere audientem opprobria à peioribus.*

Idem in æneo.

ὅταν κακοὶ πράξωσιν ὦ ξένοι καλῶς
ἄγαν κρατοῦντες κ᾽ οὐ νομίζοντες δίκην
Δώσειν, ἔδρασαν πάντ᾽ ἐφιέντες ἡδονῇ. id eſt.
*Quando mali, ô hoſpes, fortunati agunt,*
*Nimis dominantes, nec pœnam putantes*
*Luituros ſe, nihil non perpetrant indulgentes uoluptati.*

Idem in Supplicibus.

ἦ δὴ νοσῶδες τοῦτο τοῖς ἀμείνοσιν,
ὅταν πονηρὸς ἀξίωμ᾽ ἀνὴρ ἔχῃ,
γλώσσῃ κατασχὼν δῆμον, οὐδὲν ὢν τὸ πρίν. i.
*Valde moleſtum eſt melioribus,*
*Quando uir malus dignitatem obtinet.*
*Lingua populum regens cum prius nihil fuerit.*

Ibidem.

Φεῦ φεῦ κακοῖσιν ὡς ὅταν δαίμων διδῷ καλῶς, ὑβρίζουσ᾽ ὡς ἀεὶ πράξοντες εὖ. id eſt.

*Pape, quàm mali homines, ubi fortunam nacti ſunt Proſperam, contumelioſi fiunt, tanquàm ſemper fortunatè uicturi.*

Idem.

Πολλοὶ γεγῶτες ἄνδρες οὐκ ἔχουσ᾽ ὅπως τῶν κακῶν ἐξουσίας δείξωσιν αὐτούς. id eſt.

*Multi uiri nati honeſto loco, nō poſſunt ſeipſos palàm oſtendere, propter malorum poteſtatem.*

Theognides.

Καὶ σώφρων ἥμαρτε, καὶ ἄφρονι πολλάκι δόξα ἕσπετο, καὶ τιμῆς τις κακὸς ὢν ἔλαχεν. id eſt.
*Et Sapiens repulſus eſt, & inſipientem ſæpe gloria*
*Secuta, & malus aliquis honorem nactus eſt.*

Idem.

Πολλοῖς ἀχρήστοισι θεὸς διδοῖ ἀνδράσιν ὄλβον
Ἐσθλόν, ὃς οὐδ᾽ αὐτοῖς βέλτερος οὐδὲν ἐὼν
Οὐδὲ φίλοις, ἀρετῆς δὲ μέγα κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται:
Αἰχμητὴς γὰρ ἀνήρ, γῆν τε καὶ ἄστυ σώζει. id ē.
*Deus multis inutilibus uiris largitur opes*
*Bonas, quæ nec ipſis utilitatem ullam,*
*Nec amicis ferrent: Virtutis autem ingens gloria nūquàm peribit,*
*Vir enim pugnando fortis, agros & ciuitatem defendit.*

Demoſthenes in Olynthiaca prima.

Τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. id ē.

*Feliciter agere præter dignitatem, malè ſapiendi anſam præbet ſtolidis.*

Idem in Philippicis.

αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας τῶν ἀνθρώπων εἰσίν: εἰ δέ τις πταίσει τότ᾽ ἀκριβῶς διακαλυφθήσεται ταῦτα πάντα. id eſt.

Mira uis eſt melioris fortunæ in occultandis & obumbrandis hominum peccatis: At ſi quid acciderit ſiniſtrè, tū iſta omnia prorſus detegentur.

Aryſtonimus in Tomarijs.

ἔοικεν ὁ βίος θεάτρῳ, διὸ πολλάκις χείριστοι τὸν κάλλιστον ἐν αὐτῷ κατέχουσι τόπον: id eſt.

Similis eſt uita Theatro: quo circa ſæpius peſſimi quiq; honoratiſſimum inter homines locum obtinent.

Sophocles.

Δεινόν γε τοὺς μὲν δυσσεβεῖς κακῶν ἄπο
Βλαστόντας, τοὺς μὲν πράσσειν καλῶς,
Τοὺς δὲ ὄντας ἐσθλοὺς ἔκ τε γενναίων ἅμα
Γεγῶτας εἶτα δυστυχεῖς πεφυκέναι.
Οὐ χρῆν τάδ᾽ οὕτω δαίμονας θνητῶν πέρι
Πράσσειν: ἐχρῆν γὰρ τοὺς μὲν εὐσεβεῖς βροτῶν
ἔχειν τι κέρδος ἐμφανὲς θεῶν πάρα,
Τοὺς δὲ ὄντας ἀδίκους τῶν δὲ τὴν ἐναντίον
Δίκην κακῶν τιμωρὸν ἐμφανῆ τίνειν:
Κ᾽ οὐδεὶς ἂν οὕτως εὐτυχῇ κακὸς γεγώς: id ē.
*Intolerabile eſt, homines impios & malis parentibus*
*Ortos fortunatè uiuere,*
*Bonos autem & generoſa ſtirpe*
*Natos, aduerſam ſibi fortunam experiri,*
*Non oportebat Deos hac in re ita de hominibus*
*Statuere: Conueniret enim pios quidem homines*
*Manifeſtum aliquod lucrum à Dijs conſequi:*
*Iniuſtos uerò homines contrà,*
*Pœnam malorum euidenter ultricem luere:*
*Et hoc modo nullus improbus proſperitate frueretur.*

Menander de indigno honorum contemptu.

εἴ τις προσελθών μοι θεῶν λέγοι κρατῶν, id ē.
*Si quis quis potens Deus me accedens diceret:*
*Poſtquam mortuus fueris, denuo reuiuiſces:*
*Eris autem quod uoles, canis, ouis, hircus,*
*Homo, equus: Rurſus enim uita tibi tranſigenda eſt:*
*Sic fata iubent, tu quod mauis elige.*
*Quiduis potius ſtatim mihi dicturus uideo,*

*Fac me quàm hominem, indigna proſperitate.*
*Et ruſus in proſperitate immerita ſol⁹ animaliū homo*
*Afficitur. Optimus equus diligentiori cura,*
*Quàm alius colitur, canis ſi bonus fuerit.*
*In precio longe maiori habeberis quàm malus canis.*
*Gallinaceus generoſus peculiaribus alimentis*
*Nutritur: ignauus uerò etiam timet præſtantiorem.*
*At homo licet probus nobilis & ualde*
*Generoſus ſit, nihil id ei prodeſt in hoc ſeculo.*
*Adulator autem omnium optimè uiuit: Deinde*
*Sycophanta, tertio loco fraudulentus loquitur.*
*Aſinum fieri præſtat, quam deteriores*
*Se ſplendidius uiuentes intueri.*

Græcos uerſus inuenies in loco cōmuni de uiro bono in litera V. Quos & Fabritius in latinos uerſus ſenarios iābos uertit, ibidem.

περὶ τῶν παρ᾽ ἀξίαν δυστυχούντων: id eſt.
*De illis qui indignè miſeri ſunt.*

*Menander comicus.*

οὐδὲν με λυπεῖ μᾶλλον ἢ χρηστὸς τρόπος
εἰς χαλεπὸν ὅταν ᾖ συγκεκλεισμένος
οἰκτρότατόν ἐστι πεῖραν ἐπὶ γήρως ὅταν
ἀδίκου τύχης δίκαιος εἰληφὼς τρόπος. id ē.
*Nihil tam ægrè fero quàm bonum ingenium,*
*Vbi in uitam difficilem incluſum eſt.*
*Miſerrima res eſt, cum in ſenectutis limine aliquis*
*Præditus bonis moribus, iniquam fortunā experitur.*

*Idem.*

Ὦ μεταβολαῖς χαίρουσα παντοίαις τύχη,
σοὶ ἐστ᾽ ὄνειδος τοῦθ᾽ ὅταν οὗτος ἀνὴρ
δίκαιος, ἀδίκοις περιπίπτῃ συμπτώμασιν. id ē.
*O uarijs gaudens mutationibus fortuna:*
*Hoc tibi dedecori eſt, cum ille uir*
*Iuſtus iniuſtis caſibus obruitur.*

*Alexis Poeta.*

οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ἔχουσιν αἱ τύχαι φρένας:
οὐδεὶς γὰρ ἂν τοιοῦτος ἠτύχει ποτέ. id eſt.
*Fieri non poteſt, ut fortuna mentem habeat:*
*Aliter nullus unquàm huiuſmodi hominum fortunatus foret.*

*Antiphanes.*

οἴμοι τάλας ὡς ἄδικον, ὅταν ἡ μὲν τύχη
λίπῃ τινὸς τὴν τάξιν, ὁ δὲ τρόπος μένει. id ē.
*Me miſerum, quàm iniuſta res eſt cum fortuna:*
*Ordinem deſerit alicuius, mores autem manent.*

*Euripides in Heraclidis.*

τὴν δὲ εὐγένειαν τῆς τύχης νικωμένην
νῦν δὴ μάλισθ᾽ ἐσεῖδον: οἴδε γὰρ πατρὸς
ἐσθλοῦ γεγῶτες, δυστυχοῦς ἀναξίως. id eſt.
*Nobilitatem à fortuna uinci*
*Nunc præcipue uidi: iſti enim parente*
*Honeſto nati, immeritò infortunati ſunt.*

*Menander in olynthia.*

ὡς ἄδικον, ὅταν ἡ μὲν φύσις
ἀποδῷ τι σεμνόν, τοῦτο δ᾽ ἡ τύχη κακοῖ. id ē.
*Quàm iniuſta res eſt, cum natura quidem egregium aliquid contulerit, Fortuna autem impedimento eſt.*

*Idem.*

πολλοὺς δ᾽ ἀνάγκην γὰρ πονηροὺς οἶδ᾽ ἐγὼ, ὅταν ἀτυχήσωσι γεγονότας, οὐ φύσει ὄντας τοιούτους: id eſt.

Ego multos noui, malos propter neceſitatem factos in aduerſa fortuna, cū non ſuapte nature huiuſmodi eſſent.

*Fortuna immeritos auget honoribus, innocuos uerò cladibus afficit. Herodotus in lib. 9.*

Ξεῖνε ὅ τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ, οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδείς. ταῦτα δὲ Περσέων συχνοὶ ἐπιστάμενοι ἑπόμεθα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι. ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα μηδενὸς κρατέειν. id eſt.

O Hoſpes, id quod à Deo præfinitū eſt, auerti per hominem non poteſt: Nam ne uera quidem dicentibus parere uult quiſquam: hæc ſcientes plurimi Perſarum, ſequimur neceſsitate uincti. Grauiſſimus autem dolor eſt inter homines, ſi quis permulta ſciens, nihil obtineat.

*Euſebius.*

Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὰν δοκῶσι παρ᾽ ἀξίαν πράσσειν, δυσανασχετοῦντες ἔπειτα δεινολογούμενοι πρὸς ἑαυτοὺς καὶ τοὺς πλησιάζοντας τοιάδε διαλέγονται· ὁ μὲν γαμεῖ καὶ ἐξ οἰκείων τῶν εὐδαιμόνων, ἐγὼ δὲ ἄγαμος, καὶ ὁ μὲν οἰκίαν ἔχει μεγάλην, καὶ οἰκοδομεῖ μεγαλοπρεπῶς καὶ ἀγροὺς κέκτηται πολλούς, ἐγὼ δὲ ἀνέστιος, καὶ ἀκτήμων καὶ τῷ μὲν παρὰ πολλὰ χρήματα, ἐμὲ δὲ ἀχρηματία πᾶσα ἔχει. καὶ ὁ δεῖνα μὲν καὶ ὅδε ἄρχουσι καὶ τετιμίαται: τόδ᾽ ἐν ἰδιωτικῷ λόγῳ καὶ ἀτιμίᾳ. πρὸς οὓς χρὴ παραμυθούμενον τάδε λέγειν, ὡς οὐ χρὴ ἐπ᾽ ἄλλων εὐτυχίᾳ ἄχθεσθαι ἀλλὰ ἥδεσθαι, διὰ τὸ ὁμογενές, εἰδέναι δὲ ὅτι, καὶ αὐτοὶ πολλῶν ἔστι τὰ ἑαυτῶν ἐγκρίναντες καὶ τὰ ἐκείνοις παρόντα εὑρίσκουσιν ἑαυτοὺς ἄμεινον πράσσοντας, καὶ ὅτι οὐδεὶς ὑπὸ τῆς τοῦ πέλας εὐτυχίας τῆς ὀφειλομένης ἑαυτῷ εὐπραγίας ἀποστερεῖται. id eſt.

Multi

Multi homines cum fortunam ſibi iniuriam eſſe putant, ægrè ferentes ac inſuper quæritantes apud ſe & alios q̃ accedunt, huiuſmodi uerbis utuntur: Iſte uxorem ducit, idq; ex familia fortunatá: ego interim innuptus ago: Iſte domum permagnam habet, ædificat ſplendidè, & agros multos poſsidet: Ego ſine domo, ſine poſseſsionibus uiuo: Iſti pecunia abundant: me omnimoda pecuniarum inopia premit: Ille & ille magiſtratũ gerunt, & honorantur: Ego priuat⁹, & ſine honore dego. Tales homines hunc in modum ſolari oportet: Non eſſe dolendum ob aliorum felicitatem, ſed gaudendum: ut qui generis & natura ſint eiuſdem: & quod agnoſcere debeant, ſibi quoq; multa eſſe commoda, ita ut ſi ſua inſpexerint penitius, & rurſus ea quæ alijs multis adſunt, & q̃d nullus ob alterius proſperitatẽ ſibi debita felicitate priuetur.

*Seneca in Hyppolyto.*

*Res humanas ordine nullo*
*Fortuna regit, ſpargitq; manu*
*Munera cæca, peiora fouens.*

*Boëtius lib. 1. Metro. 5.*

*Nam cur tantos lubrica uerſat*
*Fortuna uices? premit inſontes*
*Debita ſceleri noxia pœna.*

*At peruerſi reſident celſo*
*Mores ſolio, ſanctaq; calcant*
*Iniuſta uice colla nocentes:*
*Latet obſcuris condita uirtus*
*Clara tenebris, iuſtuſq; tulit*
*Crimen iniqui.*
*Nil periuria, nil nocet ipſis*
*Fraus mendacij compta colore.*

*Claudianus lib. primo in Ruffinum.*

*Sed cum res hominum tanta caligine uolui*
*Aſpicerem, lætoſq; diu florere nocentes,*
*Vexariq; pios, rurſus labefacta cadebat*
*Relligio, cauſſæq; uiam non ſponte ſequebar*
*Alterius, uacuo quæ ſemina currere motu*
*Affirmat, magnumq; nouas per inane figuras*
*Fortuna, non arte regi, quæ numina ſenſu*
*Ambiguo, uel nulla putat, uel neſcia noſtri.*

# GLORIA.

## *Honor. Laus. Decus.*

GLORIA eſt frequens de aliquo fama cũ laude. Cicero in Rhetoricis. Vel eſt illuſtris ac peruagata multorum & magnorum, uel in ſuos ciues, uel in patriã, uel in omne genus hominum fama meritorum. Cicero pro M. Marcello.

*D. Ambroſius ſuper Epiſt. ad Romanos.*

Gloria eſt clara notitia cum laude.

*Ariſtoteles lib. Ethicorum. 4.*

Gloria ẽ maximũ bonorũ externorũ, uirtutis merces, quę bonis uiris tribuit. Gloria uirtutis merces.

*Boëtius de conſolatione Philoſophiæ. lib. 3. Proſa. 6.*

Gloria uerò quã fallax, ſæpe q̃ turpis ẽ, unde nõ iniuria tragicus exclamat: ô gloria gloria in millibus mortaliũ nihil aliud facta, niſi auriũ inflatu magna. Plures enĩ magnũ ſæpe nomen falſis uulgi opinionibus abſtulerunt: quo q̃d turpi⁹ excogitari poteſt? nã q falſo prædicant, ſuis ipſi neceſſe eſt laudibus rubeſcant: Quę ſi etiã meritis cõquiſitæ ſint, quid tamẽ ſapientis adiecerint conſcientiæ, qui bonum ſuum non populari rumore, ſed conſcientiæ ueritate metitur.

*Caſsiodorus lib. 1, Epiſtola 23.*

Laborem quippe nõ refugit, qui uirtutis gloriam concupiſcit: Abſq; labore graui, gloria nulla uenit.

*Idem lib. 1. Epiſtola. 3.*

Creſcere uirtutes ſolent ad præconij faſtigium.

*Cicero in Paradoxis.*

Neq; enim eſt ullũ bonum, de quo, is qui habeat, non poſſit honeſtè gloriari.

*Franciſcus Petrarcha de remed. Proſp. fortunæ.*

Gaudeo. Inueni magnam gloriam. Reſpõdeo. Qualiter explicetur, nõ intelligo: ſi temporũ, ſi locorum anguſtias metiare, magnã hic gloriã nõ poſſe fateberis: Nam & liquido cernitur, q̃d ſit hæc mortalis, atq; terrenæ gloriæ magnitudo: ſi tamẽ fulgẽs et digna ſit tibi gloria: gaude, nõ quod habeas: ſed q̃d meruiſti.

*Quintus Curtius de Geſtis Alex. lib. 8.*

Quis neget exiguã quoq; gloriã ſæpi⁹ fortunæ, q̃ uirtutis eſſe beneficium?

Valerius

*Valerius Maximus lib. 8.*

Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur: Illa uerò claris uiris interdum ex humilibus rebus petita eſt.

*Saluſtius in Iugurtha.*

Meminiſſe debemus, poſt gloriam inuidiam ſequi,

*Ibidem.*

Difficile eſt inuidiam gloria uincere.

*Ouidius, lib. undecimo Metamorph. fab. 4.*

*An obeſt quoque gloria multis?*

*Martialis lib. 5. Epigramma.*
*ad Regulam.*

*Vos tamen ô noſtri non feſtinate libelli,*
*Si poſt fata uenit gloria, non properat.*

*Tibullus lib: 4.*

*Nihil opus inuidia eſt procul abſit gloria uulgi:*
*Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu.*

*Ouidius lib. 2. de Ponto Ad Atticum.*

*Et nihil inueni quod mihi ferret opem:*
*Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis.*

*Gloriæ cupiditas quoſdam contra patriam*
*induxit. Iuuenalis ſatijr. 10.*

*Quis enim uirtutem amplectitur ipſam,*
*Præmia ſi tollas? Patriam tamen obruit olim*
*Gloria paucorum & laudis, tituliq; cupido.*

*Boetius lib. 2. Metro. 7.*

*Quicunq; ſolam mente præcipiti petit,*
*Summamq; credit gloriam:*
*Latè patentes ætheris cernat plagas,*
*Arctumq; terrarum ſitum.*
*Breuem replere non ualentis ambitum*
*Pudebis aucti nominis.*

*Ludouicus Viues lib. 3. de anima.*

Honor non eſt, ſicut Ariſtoteles exiſtimauit, & eum pleriq; Gentiles ſecuti (precium uirtutis) ſed teſtificatio, qua teſtamur nos ſentire atq; exiſtimare, uirtutem in illo ineſſe, quem honoramus.

*Ouidius in Epiſtolis Heroinis.*

*Fallere credentem non eſt operoſa puellam*
*Gloria ſimplicitas digna fauore fuit.*

*Idem.*

*Excitat auditor ſtudium, laudataq; uirtus*
*Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.*

*Beroaldus in comment. in. Quæſt.*
*Tuſcu. lib. 1.*

Gloria uirtutem ſequitur, ut corpus umbra, ne ſcilicet diuelli, diſiungiq; ullo modo poſſit.

*Cicero lib. 1. Tuſcula. Quæſtionum.*

Quare ſi ipſa ratio minus perficiet, ut mortem negligere poſſimus: at uita acta perficiat, ut ſatis ſuperq; uixiſſe uideamur. Quanquàm autem ſenſus abierit, tamen ſummis & proprijs bonis & laudis & gloriæ, quãuis non ſentiant mortui, non carent: Etſi enim nihil in ſe habeat gloria cur expetatur, tamen uirtutem tanq; umbram ſequitur.

*Valerius Maximus lib. 2.*

Gloria uirtutis uberrimum eſt alimentum.

*Cicero 1. Tuſcula Quæſtio.*

Honos alit artes, omneſq; incenduntur ad ſtudium gloriæ, iacentq; ea ſemper, quæ apud quoſq; improbantur.

*Idem libro 2.*

Sæpe multi, qui aut propter uictoriꝫ cupiditatem, aut propter gloriæ amorē, aut etiam ut ius ſuum & libertatem tenerent, uulnera exceperunt fortiter, & tulerunt.

*Beroaldus in libello de fœlicitate.*

Gloria eſt fax mentis, quæ ſola animos mortalium perurit, inflammatq; ad magna capeſsenda, ad pericula intrepidè ſubeunda, in tantum, ut uiri magni excellentia animi præſtantes ſummum bonorū in gloria collocauerint: ad gloriam perinde ad metam actiones ſuas omnes direxerint: Deniq; pro gloria mori non recuſarint.

*Cicero lib. 3. Tuſ Quæſtionum.*

Gloria eſt conſentiens laus bonorū, incorrupta uox benè iudicanium de excellente uirtute: Ea uirtuti reſonat, tanq; imago gloriæ: quia quæ rectè factorū plerumq; comes eſt, non ea à bonis uiris repudianda: Illa autem quæ ſe eius imitatricem eſſe uult, temeraria atq; inconſiderata, & plerunq; peccatorum uitiorumq; laudatrix fama popularis, ſimulatione honeſtatis formam eius pulchritudinemq; corrumpit.

*Beroaldus in Comment. ibidem.*

Duplex eſt gloria. Altera adumbrata, & ex populari rumore progenita propagataq;, quę nec iudicio pūenit, nec firma perdurat, quā ueluti uitiū ſapiēs minimè expetit: Altera eſt ſolida, uera, ac durabilis, quæ ex conſenſu bonorum producitur. Sicut enim conſuetudo ſermonis conſenſus eſt eruditorum, ut ait Quintilian⁹: ſic cōſentiens laus bonorū gloria appellatur: quā D. Auguſtin⁹ dixit

dixit eſſe iudicium hominũ bene de hominibus opinantium, hæc autem bonis uiris non eſt contemnenda: Quum tamen ſapiens, non gloria, ſed conſcientia recte factorũ uirtutẽ metiatur. Cicero ſcripſit de Gloria, ſed illi, ut plerię alij, tẽporũ calamitate deſiderant. inter gloriam & claritatem hoc intereſt: quod gloria multorum iudicijs conſtat, claritas autem bonorum. Author eſt Seneca lib. Epiſtolarum moralium decimo octauo.

*Quidius quarto Triſtium lib.*

*Ardua per præceps gloria uadit iter.*

*Senarius.*

Καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε. *id eſt.*
*Bene audias malim, quam fias ditior.*

*Ouidius.*

*Crede mihi bene qui latuit, bene uixit, & infra*
*Fortunam debet quiſq; manere ſuam.*

*Beroaldus in comment. in lib. 3.*
*Tuſ. Queſtio.*

Tutior interdum & beatior eſt uita inglorìa, quàm glorioſa. Hinc illud uotum Tragici Poetę:

*Metellus lare ſecreto tutoq; tegat.*

Apud Vergilium, mauult ille mutas agitare inglorias arteis: Quidam uitam inhonoratam putant eſſe ſupplicium: inde fit ut ambiant, rogent, ſupplicent, iniurias & contumelias non paucas pferant, ut ad honores cupitos exambitoſq; aliquando perueniant. Hinc à Cypriano dictum eſt uerè ac decenter: Faſcibus ille oblectatus & honoribus, eſſe priuatus & inglorius non poteſt: hic ſtipatus clientum cuneis, frequentiore comitatu officioſi agminis honeſtatis pœnam putat eſſe, cum ſolus eſt. Grauis ſẽtentia Cypriani.

*Cicero in officijs.*

Vix inuenitur, qui laboribus ſuſceptis periculiſq; aditis, non quaſi mercedem rerũ geſtarum deſideret gloriam.

*Ibidem.*

Cauenda eſt etiam gloriæ cupiditas: Eripit enim libertatem, pro qua magnanimis uiris oĩs debet eſſe contentio.

*Laërtius Diogenes.*

Cato Marcus Portius, uir tantæ conſtantiæ fuit, ut gloriæ eius nullus unq̃ laudando profuerit, nec uituperãdo nocuerit: hic licet gentilis, humanã tamen gloriam fugiebat. Sed ut de illo ſcribit Saluſtius: quò minus appetebat gloriã, eò magis eum gloria ſequebatur.

*Laërtius.*

Plancus Numatius diſcipulus Ciceronis, Orator inſignis, dicere ſolitus eſt, ut ſi quis iure honorem ſibi deferri uelit, inter miſeros ei uiuendum eſſe. Alij Plauto tribuũt

*Petrarcha de Remedijs memorabilibus*
*lib. 2. Tract. ſecundi cap. 43.*

Africanus Scipio apud Ciceronem laudat in primis illud Xenophontis, q dixerit, eoſdem labores imperatori faciliores multò eſſe, quàm militi: ex eo, q̃d præſentẽ moleſtiam uenturæ ſpes gloriæ ſoletur ac minuat. Atq; illud non tantum in re militari, ſed in reliquis omnibus locum habet, latiſsimèq; patet. Neq; enim fruſtra princeps oratorũ ait: Honos alit artes, omneſq; incendimur ad ſtudiũ gloriæ, laudis: & noſtrorum non ſecundus poëtarum: Gloria immenſum calcar habet.

*Senarius Iambus.*

Ζήτει σαυτῷ δόξαν ἐγκαταλιπεῖν: *id eſt: Ad poſteros tuam tranſmitte gloriam.*

*Senarius.*

Κενῆς δὲ δόξης οὐδὲν ἀθλιώτερον. *id eſt: Vana eſt, puto ærumnoſius nil gloria.*

*Boëtus lib. 3. de conſolatione*
*Proſa. 6.*

Gloria uerò quàm fallax ſæpe, quàm turpis eſt, non iniuria Tragicus exclamat: Gloria in millibus mortalium nihil aliud eſt, quàm aurium inflatio.

*Idem lib. 2, de conſolatione*
*Proſa. 5.*

Sic rerum uerſa eſt conditio, ut diuinum meritò rationis animal, non aliter ſibi ſplendere, niſi inanimatæ ſupellectilis poſſeſſione uideatur.

*Seneca 83. Epiſt.*

Qui ſordido uehiculo erubeſcit, prętioſo gloriabitur. Quid ad rem pertinẽt mulæ ſaginatæ? Quid iſta uehicula cælata? Quid Phalerę deauratę? Quid monilia demiſſa pectoribus? Iſta nec dominum poſſunt facere meliorem, nec mulam.

*Idem libro de Moribus.*

Nũquid fortis ſe fortẽ gloriabitur, quẽ corporis ægritudo efficit infirmum?

*In Prouerbijs.*

Citò ignominia fit ſuperbi gloria.

*Dantes, Florentinus Purgatorij cant. ca. 11.*

*O Vana*

*O Vana gloria de humanæ poſſe*
*Con poco uerbe in ſu la cuna dura.*
*Non è il mundan rumor altro chun fiato*
*Di uento: Chor uien quinci: & hor uien quendi:*
*E muta nome: per che muta lato.*
*La noſtra nominanza e color dherba*
*Che uene & ua è quei la diſcolora*
*Per cui Elleſcie de la terra acerba.* id eſt.
*O Vana gloria humanarum uirium*
*Etenim exigua uiriditas in ſummitate per manet.*
*Non eſt mundanus rumor, niſi flatus quidam*
*Ventorum: qui uenit nunc hinc, nunc illinc.*
*Et mutat nomen, quoniam regionem mutat.*
*Noſtra fama eſt color herbæ:*
*Quæ uenit, & abit: & ille: id eſt, Sol colorem mutat:*
*Per quem exit ex tellure aſpera.*

*Petrarcha de remed. proſperæ fortunæ, dialogo 92.*

Gloria uera niſi bonis artibus non quæritur: unde tibi partum nomen uide: ſic intelliges an gloria uera ſit, famã ſi caſus dedit, eripiet.

*Idem.*

Gaudeo. Multum eſt gloriæ. Ratio. Caue, ne, quam gloriam ueram putas, imago falſa ſit gloriæ. In rebus hominũ multa regnat illuſio.

*Socrates de Regno.*

Veriſſimos honores eſſe puta, non q ex metu palàm tibi habentur, ſed cum ſoli ſunt, ſi prudentiam tuam pluſquàm fortunam tui ciues admirentur.

*Idem Petrarcha.*

Gaud. Multum eſt gloriæ. Ratio. Vt nemo pauper magnæ pecuniæ famam quærit, ut niſi fallat: Sic nemo ignauus magnæ uirtutis opinionem. Vterq; tamen ſibi conſcius, quicquid de ſe alij loquantur, quantum uel pecuniæ in arcula, uel uirtutis in animo ſit.

*Idem.*

G. Inſignis eſt gloria. R. Si ex merito, modeſtè utere, ne ſuperbiæ illi notam applicueris: Si minus, fac ne diu populum fallas.

Vel mereri ſtude, uel graue non tuũ indumentum exue. Inglorium eſſe præſtiterit, quèm mendacio glorioſum. Vera etiam gloria cum labore ſeruatur, qd de falſa gloria ſperes? Quum omnis fictio difficilis ſit, tũ difficillima eſt, quã multi undiq; obſeruant. Rari nempe ſunt glorioſi, hos propter diſſimilitudinem obſcurum atq; inuidum uulgus obſeruat: Graue eſt inter tot hoſtium inſidias latere, perſtringere omnium oculos nõ potes, in te tanto ſtudio defixos, λάθε βιώσας. id eſt, falle uiuens. In fortuna humili uita felicior eſt illis, qui obſcurè uiuunt à publicis negocijs ſemoti, ut cũ uita receſſiſſent, nemo illos uixiſſe ſentiat.

*Idem.*

G. Glorioſus appare. R. Melius forſitan lateres, & certè tutius. Hoc grauiter dixit is, qui multa leuiter. Bene qui latuit, bene uixit. Nec uixit malè, q natus morienſq; fefellit. Ouidius in Triſtibus.

*Idem.*

G. Clarus lateq; notus ſum, longeq; conſpicuus. R. Liuor abdita penetrat rimaturq;, putas conſpecta prætereat? Quid quod pauci ſint, quibus expediat apparere & conſpici: Pauci, quorum famæ non noceat ad plenum noſci. Notiſſimũ Claudiani dictum: *Minuit præſentia famam:* quanto magis illam minuit notitia? Raró ſunt homines, quod uidentur. G. Glorioſus uideor. R. Caua nube circũdatus deliteſcis: ſi parumper emerſeris, quò plus gloriæ falſæ fuit, eò uerè plus erit infamiæ. G. At gloria uera eſt. R. Id nemo te melius nouit: Ita demum ſi externi iudicis incorruptum animũ tuis in rebus aſſumpſeris. Gloria quidem, ut ſapientibus placet, quaſi quædam umbra uirtutis eſt: illam comitatur, illam ſequitur, quandoq; etiam antecedit. Laus ſapienti utilis, ſtulto nocet. Ex his uides, umbrã per ſe ipſam eſſe nõ poſſe, rei cuiuſpiam ſit oportet. Vis igitur gloriam ueram eſſe, fac ut uera & ſolida uirtus ſit.

Liuor abdita penetrat.

Gloria uirtutis quaſi umbra.

Iſocrates in epiſtola ad Thimoteum.

*Diogenes Laërtius libro quarto de uitis Philoſophorum, in Bione.*

Bion Boryſthenites ſolitus eſt dicere: Gloriam amorum eſſe matrem: Pulchritudinem, alienum bonum.

EX CHRIIS ARISTOTELIS.

*Stobæus in collectaneis.*

Taſſus Hermoneus nullam gloriam diligebat pro qua non laboraſſet. δόξης ὀυδεμιᾶς ἤρα ἧ ουκ ἐξεπονεῖτο.

*Iſocrates Ad Demonicum:*

Gloriam ſic facilimè cõſequeris, ſi ipſe uitare conſpiciaris, ea quæ facta ab alijs reprehenderes.

GRA-

*Grauiter dicta & facta.*

GRAVITAS eſt, p quã loco ac tempori, item & perſonæ, animus conſentaneus talẽ etiam corporis & ſermonis habitum gerit, cum dignitate. Cuius extrema: moroſitas & abiectio, et, ut Apulei⁹ ſingit, placentia. Partes ipſius: triſtitia & ſeueritas.

Vel eſt firmitas & conſtantia animi, in moribus, uultu, uerbis: rebus agendis quædam ſeueritas. Græcis σεμνότης dicta.

*Fulgoſus lib. 6, cap. 4. De ijs quæ grauiter dicta uel facta ſunt.*

Grauitas in uerbis rebuſq́, cum ſuperbia aut iactantia caret, in omni hominũ genere laudatur: & tamen ijs præcipuè, qui in ampliore fortuna conſtituti ſunt, congruere magis uidetur.

Themiſtocles cum ad mare deſcendiſſet, ut occiſorum Perſarum ſtragem inſpiceret, cum paſſim humi mortuorum corporibus militum ſparſos torques, & armillas aureas uideret, ad amicum conuerſus dixit: Tu, qui Themiſtocles non es, iſta collige: Grauiſſimo uerbo oſtendens, conditiones, quibus hominum gradus diſcriminantur, eas eſſe, quæ faciant, ut aliquid agere, aut deceat, aut non deceat.

*De eodem.*

Quum Symonides poëta, prætoris Themiſtoclis operam pro amico in re iniqua peteret: Reſpõdit Themiſtocles, nec Symonidem fore bonum poëtam, niſi menſurã moduműq; in canendis carminibus, quæ ſcribebat, curaret: neq; ſe bonum prætorem habitum iri, ſi legibus ac iuſtitiæ alicuius gratiam præpoſuiſſet.

*De Lacedæmonijs.*

Grauiter Lacedæmonij quoq; Macedonum Philippo regi reſponderunt, cũ rem iniquam ab eis petijſſet: Hoc enim reſpõſo uſi ſunt: Lacedæmonij Philippo regi, de eo quod ad nos ſcripſiſti, non: nulla alia uel excuſatione, uel uerbo addito.

*Eraſmus lib. 1. Apophteg.*

Alcamenes Telecri filius cuidam percunctanti, quo pacto quis optimè regnũ ſeruare poſſet: Si lucrum, inquit, non magni fecerit: Longè lateq; diſſentiens à uulgo principum, qui non alia magis ratione principatum conſtabilire ſtudent, quàm attenuandis ciuium, ſuiſq; augendis opibus: cum iuſtitia & æquitas maximè reddant diuturnum imperium.

*De Syagro Lacedæmoniorum Legato.*

Grauiſſimum fuit reſponſum Syagri, cùm unã cum Athenienſibus, quo tempore Xerxes expectabatur, ad Gelonem tyrannum Syracuſanum miſſus fuit, ut in eo bello opem ab eo peterent: Nam cum Celo offerret trecentos triremes, duo equitum, & octo peditũ millia, ac præterea grandem pecuniam, ac uim magnam frumenti, ſi Græci in eo bello eum ducem creare uellẽt. Syagrus reſpondit, non accipere ſe conditionem, quia ad quærendos milites, & non ad ſumendum ducem miſſus erat. Pluris enim patriæ dignitatem, quàm eam neceſſitatem, in qua eos fortuna deprehenderet, facere uoluit.

*De ſene Lacedæmonio.*

Quum in Spartanorum conſilio quidam uitæ parum probatæ, lingua promptus ſententiã ſuam apprimè prudenter dixiſſet, quoniam maiorem ſenatus partem magno opere mouerat: Et propterea dictum erat, ut in eius uerba decretum conſcriberetur: Senex quidam inter alios uehementer ſenatũ reprehendit, quod ab illaudato uitæ homine, aliquo modo conſilium cœpiſſe uideri uellet: Oſtendens eiuſmodi rem uehementer grauitati Lacedæmoniorum aduerſari. Sed cũ omnes illius tamen ſententiam laudarent, perſuaſit ut eandem ipſam rem, quã eloquens, cæterum bonus parum dixerat, ab alio quoq; non æquè diſerto, bono tamen uiro dici iuberent: & ſub eius nomine Senatuſconſultum conficerent. Quamobrem ne (ut monebantur) grauitatis immemores fuiſſe uiderentur, bono conſilio uſi, autoris nomen prætericrunt.

*De Romano ſenatu.*

Ingenti grauitate Romanus ſenatus uſus eſt: quum urbe à Coriolano atque Volſcis obſeſſa, quanq; Senatuſconſultum de pace conſcripſiſſet, aperire tamen nunq; uoluit, niſi prius Romano agro Volſci cum exercitu exceſſiſſent: ne aliquando diceretur timore coactos Romanos, pacem cum Volſcis feciſſe.

Alia de eodem alijſq; uiris, populis: item exempla, grauiter dicta & facta, uideto apud Fulgoſum, atq; Valeriũ Maximum, libro 6. cap. 4.

# GRATITVDO.

GRATITVDO eſt uirt' ſpecialis, reddens gratiam benefactori. Eadem gratiarum actio dicitur. Græcis *εὐχαριστία* dicta. Gratia beneficium ſignificat, eò quòd gratis detur: teſte Auguſtino.

A gratia gratus deducitur, qui gratiam pro beneficio refert: uel ſaltẽ eſt memor accepti beneficij. Cuius contrarium eſt ingratus: Græcis dictus ἀχάριστος.

*Menander Comicus.*

ἀχάριστος ὅστις εὖ παθὼν ἀμνημονεῖ. Id eſt: Ingratus, qui beneficio affectus obliuiſcitur.

Gratulari, grates agere, ſiue gratari Dijs dicimus, pro eo quod eſt gratias agere, ſiue ſupplicare.

*Ouidius lib. 3. Faſtorum.*

*Quiſquis ades, caſtæq; colis penetralia Veſtæ,*
*Gratari Iliacis thuraq; pone focis.*

A gratus fit gratificor, quod eſt aliud quàm gratum facio, licet utrunq; à facio deducatur. Etenim gratum facere, eſt quiddam minus & prope idem quod obſequi & inſeruire. Cicero: Si hunc iuueris, gratiſſimum mihi feceris. Gratificari uerò eſt quiddam magis, & quaſi idem quod beneficum eſſe, & beneficia cõferre: Quapropter Deos non gratum facere, ſed gratificari hominibus dicimus.

Quilibet dicitur gratus, niſi doceatur ingratus. In Authen. de ſecund. nupt. §. fui. & cum de appella. cognoſci. §. fui. Ingratitudo enim eſt uitium, quod tollit debitum honeſtatis, dum non refertur gratia. Immò ex quo Reſpub. nihil aliud ſunt, quàm commercium dandi & accipiendi beneficia, certumq; ſit uitam hominum mortem eſſe, ubi plures ingrati fuerint. Vitium itaq; maximum eſſe conſtat, benemeritis negligere referre gratiam. ff. de manumiſſ. Teſta. l. ſeruos. l. centurio. l. omni modo. C. de inoffic. teſt. Valerius Maximus, lib. 5. Titulo de ingratitudine.

Gratitudo eſt laudatiſſima uirtutum omnium, res Deo & hominibus grata & iucunda, gratiq; nominis. M. Sabellicus lib. 7, cap. 1.

*Cicero in oratione pro Gneo Plantio.*

Etenim iudices, cum omnibus uirtutibus me affectum eſſe cupiam, tũ nihil eſt, quod malim, quàm me & gratum eſſe, & uideri. Hæc eſt una uirtus, non ſolùm maxima, ſed etiam mater uirtutum omnium reliquarum. Quid eſt pietas, niſi uoluntas grata in parentes? Qui ſunt boni ciues, qui bello, qui domi, qui de patria benemerentes, niſi qui patriæ beneficia meminerunt? Qui ſancti, qui religionem colentes, niſi qui meritam dijs immortalibus gratiam, iuſtis honoribus & memori mente perſoluunt? Quæ poteſt eſſe iucunditas uitæ, ſublatis amicitijs? Quæ porrò amicitia eſſe poteſt inter ingratos? Quis eſt noſtrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui nõ magiſtri ſui atq; doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipſe alitus atq; doctus eſt, cum grata recordatione in mente uerſet? Cuius opes aut tãtæ eſſe poſſunt, aut unquã fuerunt: quæ ſine multorũ amicorũ officijs ſtare poſſint? Quæ certè ſublata memoria & gratia nullæ extare poſſunt. Equidem nil tam propriũ hominis exiſtimo, quam non modo beneficio, ſed etiam beneuolentiæ ſignificatione alligari. Nihil porrò tam inane, tam ſerum, quàm committere ut beneficio non dicatur indignus, ſed uictus eſſe uideatur.

Gratitudo mater uirtutum.

Pietas.

Boni ciues.

Inter ingratos amicitia nulla eſſe poteſt.

*Prouerbia.*

Ἀντιπελαργεῖν, eſt mutuam officij uicem rependere: à ciconię natura ſumptũ, quæ græcè πελαργὸς dicit. Ea inter aues una pietatis ſymbolum obtinet. Eraſm'.

*Idem. Pro bonis glomi.*

Ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδας. Id eſt: Pro bonis glomi: dici conſueuit, ubi quis beneficium,

um,quod in alium contuliſſet, cumulatè nocumq; fœnore reciperet. Agathides enim Græcis glomi dicuntur.

*Idem. Syloſontis chlamijs.*

Συλόσωντος χλαμύς. Syloſontis Chlamijs. Dici ſolitum in eos, quibus munus exiguum in tempore,magno cũ fœnore redijt.

*Idem Eraſmus.*

*Benefactorum memoria.*

Vbi quid boni contigit alicui propter ueterum benefactorum memoriam.

*Ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ' ἀμείνων.*

*Officio fungi multò, ac delinquere præſtat:*

*Obteſtatio ueterum meritorum.*

*Gratitudo.*

*Ἰχθύας ἀγκίστροις τις ἀπ' ἠόνος εὔτριχι βάλλων*
*εἵλκυσε ναυηγοῦ κρᾶτα λιποτριχίας.*
*οἰκτείρας δὲ νέκυν τὸν ἀσώματον ἐξ ἀσιδήρου*
*χειρὸς ἐπισκάπτων, λιτὸν ἔχωσε τάφον,*
*εὗρε δὲ κευθόμενον χρυσοῦ κτέαρ· ἦ ῥα δικαίοις*
*ἀνδράσιν εὐσεβέως οὐκ ἀπόλωλε χάρις.*

*Vrſinus Velius uertit.*

*Capturos piſces hamata in littore ſeta,*
*Naufraga fortè hominis calua prehenſa fuit:*
*Qui caput auulſum membris miſeratus inermi*
*Proſubigens fecit: uilia buſta manu.*
*Pondus ubi infoßi terræ graue repperit auri.*
*Gratia ſic iuſtis,nulla boniſq; perit:*

*Andreas Alciatus.*

*Quum curuos piſcator aquis educeret hamos,*
*Naufragij anfractum ſuſtulit ære caput.*
*Maxima mox hominis flens infortunia,paruo*
*Quæ ſuper hinc fuerant,condidit oſſa ſolo.*
*Pondera ſed fodiens ingentia repperit auri,*
*Iuſto homini nunquam gratia facta perit.*

*Chilo Lacedæmonius.*

Beneficij dati obliuiſci decet, accepti meminiſſe. Vulgus hominum contrà facit: Si quid cui benefecerunt,& ſine fine prædicant,& ſine modo exaggerant: Si quid in ipſos collocatum fuerit officij, mox aut obliuiſcentur, aut diſſimulant, aut eleuant. Carmen Auſonij ſic habet:

*Si benè quid facias,non meminiſſe fas eſt.*

*Eraſ. lib. 4. Apophtheg.*

Hipparcho Euboico uita defuncto, Philippus præ ſe ferebat,quàm illius mortem acerbè ferret: Itaq; cuidam uolenti dolorem ipſius mitigare, dicentiq;: Attamen ille tempeſtiuè deceſſit, iam natu grandis. Sibi quidem ipſi, inquit Philippus, tempeſtiuè deceſſit, ſed mihi præpropere: Mors enim illum anticipauit, priuſquàm à me beneficium accepit, noſtra dignum amicitia. Perquàm rarum eſt, principem ſentire gratiarũ affectus, ſed amicis pleriq; non aliter,quàm equis utuntur: dum uſui ſunt, curant: inutiles factos, abijciunt, eoſq; ſpoliant citius, quàm beneficio iuuant.

*Volateranus lib. 29. Philologiæ cap. de referenda gratia.*

Referre gratiam ad iuſtitiam pertinere uidetur, quo nullum eſſe magis, ait Cicero, neceſſarium. Sed et nullum quoque difficilius eſſe comperimus, quia quæ ex liberalitate ſponte damus, libenter damus: quæ non ſponte, non item. Quod eleganter Heſiodus his uerſibus expreſſit.

*ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων ὅ γε κ' αὖ μέγα δῶκε,*
*χαίρει τῷ δώρῳ καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν·*
*ὃς δέ κεν αὐτὸς ἕληται ἀναιδείηφι πιθήσας*
*καί τε σμικρὸν ἐὸν τό τ' ἐπάχνωσε φίλον κῆρ.* Id ē.

*Quisquis ſponte dabit,quamuis ingentia, gaudet:*
*Idem fortè procax quiſquam ſi poſtulat ultro,*
*Vel minimum,hærebit mærens longeq; grauatus.*

Seneca de beneficijs inquit, Epicurum queri nos eſſe ingratos, nec præterita inter bona cõnumerare, anxios tantùm futurorum. Memoriæ itaq; minimũ tribuit,qui ſpei plurimùm.

*Idem.*

Beneficium nullum perit: qui enim perdit, computauerat. Beneficiorum uerò ſimplex ratio: ſi reddet, aliquid lucrum eſt, ſi non reddet, damnum non eſt.

Heſiodus facit tres gratias: Aglaën, Euphroſinam, & Thaliam. Homerus unam ex his Paſithoan appellat: atq; illis matrimonio addicit: reſpiciunt ſe inuicem complexis dextris,ut redditio beneficij notetur: hilares ſunt, ſicut dantes & accipientes: præterea uirgines, quod ſine ſpei conceptione detur: ueſtibus fluentibus & lucidis,quod ſine alligatione alterius, aut obligatione tribuatur: Deniq; iuuenes, quia non debet beneficiorum memoria ſeneſcere. Tres ſunt promerentium, uidelicet, & reddentium, & amborum ſimul.

Qui gratè beneficium accipit, primam eius penſionem ſoluit.

Quidam aliquid intempeſtiuè ſubitò remittunt, nihil ſe tales uelle debere teſtantur. Qui enim nimis citò ſoluere cupit, inuitus debet: qui inuitus debet, ingratus eſt.

Beneficium qui non poteſt ſuſtinere, hoc eſt, ꝓ facultate ſua animū reddendi non habet, non accipiat: Aliquando tamen non reddendum, quando uidelicet plus mihi detracturus ſum, quàm illi col locaturus: uel illi parum, aut nihil redditum acceſſerit, mihi multum.

EXEMPLA GRATITVDINIS EX *Valerio Maximo, Fulgoſo, & Sabellico deſumpta.*

Crinitus elegans carmen fecit, de ingratis fugiendis: quod inuenies in litera I. in uerbo, Ingratitudo.

*Sabellicus libro 7. cap. 1. exemplorum, De gratitdine.*

Laudatiſſima uirtutum gratitudo, res cœlo & hominibus grata, gratiꝗ nominis, in quo genere ut uetuſtiſſimum, ita maximè pium Iſraëlitæ exemplū ædidêre: qui excuſſo ſeruitutis iugo, perꝗ medios pelagi fluctus in pacatam terram egreſſi, confeſtim Deo ſeruatori hymnū cecinêre, quem Moyſes itineris autor eſt piè meditatus.

*De eadem gente.*

Fuit & in Rabaam Hiericuntiam eadem gens non ingrata, quam in Hiericuntis excidio ſolam cum tota domo præſtitit incolumem: quod ſuos hæc exploratores in urbe deprehenſos, per diem texiſſet, cum ad ſupplicium quærerentur, noctuꝗ tutos in caſtra dimiſiſſet.

*De Dauide.*

Gratus & Dauid rex, qui Ionathæ opera ſæpius ſeruatus (erat filius Ionathas Sauli regis, quo nullus unquam hominum fuit Dauidi infeſtior) poſtquàm regno Dauid potitus eſt, Ionathæ eius filium complexus, cum omnem alioqui progeniem Sauli hoſtiliter inſectaretur, unum ob patris memoriam clementer fouit, regioꝗ conuiuio adſcripſit.

*De Cyri gratitudine in Iudæos.*

Cyrus maior, quod in Eſaiæ libris ducentis ante & amplius annis æditis, non ſuum diſertè poſitum inuenit prophetæ carmen, hoc habuit: Volo Cyrum, quē multarum & magnarum gentium regem conſtitui, populum meum ad propria remittere, ibiꝗ mihi templum iterum ſuſcitari: Ipſe inꝗ Cyrus prophetica prædictione lætatus, edicto teſtatus eſt, ſe Iudæos in patriam remittere, ut Deo templum reſtituerēt, cuius prouidentia, multò priuſquàm naſceretur, fuiſſet rex conſtitutus.

*De Alexandro in Hebreos.*

Pari gratitudine Alexander Macedo, cum Hieroſolymis eſſet Danielis prophetæ oraculo inſtructus, fore, ut rex Græciæ, Perſarum olim opes euerteret. Certa ſpe uictoriæ ex ea re percepta, Iaddum & cæteros ſacerdotes, per quos uatidicum carmen cognouit, ampliſſimis donauit muneribus: ipſi ciuitati permiſit, ut ſuis uteretur legibus, tributaꝗ in ſeptem annos remiſit.

*De Romanis mulieribus.*

Proximus eſt publicæ gratitudini uetus ille Romanarum mulierum luctus, quæ L. Brutum ob læſam Lucretiæ pudicitiam Tarquiniorum inſectatione inſigniter uindicatam, annum integrum luxêre.

*Aliud, de iiſdem mulieribus.*

Pulchrum facinus, & in primis memorabile: quod in ea urbe, quæ futura erat caput, & arx omnium gentium, uirilis gratitudo cum muliebri toties certarit. Enimuerò matronæ rurſus ob inſignem pietatem à Martio Coriolano matri exhibitam, cum extractum menſes decem luxêre. Idem copioſius, Valerius, lib. 5. cap. 2.

*De populo Romano.*

Statuit populus Romanus Antonio Muſæ medico ſignum Æſculapio proximum, ob Auguſtum periculoſo morbo ſeruatum, monumentū publicæ gratitudinis haud uulgare, præcipuumꝗ artis decus, quod potentiſſimi populi, omniumꝗ gentium uictoris iudicio unus aliquis hominum medicinæ deo æquari debuerit: quod caput unum, & ſi ciuitati gratiſſimum, maiore felicitate, quàm artis peritia ſeruaſſet.

*De Græciæ gratiſſimo decreto.*

Talis nec minor honos, minori gratitudinis fonte egreſſus, Hippocrati medico contigit in Græcia: Nam cum peſtem ex Illirico appropinquare diceretur, ex di-

diſcipulis, quoſdam in diuerſas Græciæ ciuitates dimiſit, qui illis laborare incipientibus opitularentur. Quapropter eoſdem, quos & Herculi, Græcia honores illi decreuit.

*Ex Baptiſta Fulgoſo exempla decerpta.*

Magna Syracuſanorum erga Thimoleontem Corinthium gratitudo fuit, cuius opera Dionyſij ſecundi tyrannide liberati fuerunt: Nam cum poſtea Syracuſis quod ſupererat ætatis peregiſſet, (etenim uſq; ad ultimam decrepitam uiuere ei contigit) nihil quod publicam rem attingeret, per id tempus Syracuſani decreuerunt, niſi prius in conſilium perlato Thimoleonte, eius ſententiam perquiſiuiſſent, à qua diſcedere nephas erat. Quum autem Timoleon deceſſit, candidatus populus Syracuſanus coronatus eum extulit, laudes eius magna lachrymarum ui decantans: publico edicto declarata funeris impenſa: ut quanti ea conſtitiſſet, omnes intelligerent, in medio foro ſepultus eſt, ſepulchri area magna porticu circumſepta: quæ à Thimoleontis nomine uocata eſt, in quo loco quotannis ludi in Thimoleontis memoriam ædebantur.

*De Athenienſibus.*

Athenarum ciuitas ergà Ariſtidis liberos gratè ſe admodum egit: eorum enim memor, quæ Ariſtides pro Athenienſium ſalute Perſarum bello egerat: honeſtè dotatas è publico Ariſtidis filias, ex publico palatio ad maritorum ædes deduxit, Lyſimachoq; filio centũ argenti minas, & totidem agri iugera, quadragintaq; dragmas in ſingulos dies, unde uiueret, contulit.

*De Artaxerxe, Xerxis filio.*

Artaxerxes Perſarũ rex, cum ꝑ regnũ obequitaret, è more munera populi offerebant: Ruſticus autem quidam tranſeunte eo rege, habere ſe nihil quod daret, cernẽs: ſtatim ad proximum amnem ſe contulit, unde impletis aqua manibus ambabus, alios, qui cum muneribus anteceſſerant, currendo conſequutus, regi aquam obtulit: eo argumento amoris motus rex, mille Daricos, & cum eis cantharum aureum ruſtico, quia gratitudine uinci ſe nolebat, dono dedit.

Memorabile regis exemplũ.

Eadem etiam gratitudine uſus eſt, cum inopem militem ditauit, quòd ei ex aquę utre potum præbuerat, quo die aduerſus Cyrum fratrem ſuum decertauit: & prælio defeſſus, magno animi corporiſq; æſtu torquebatur.

*De Ioſue, Iudæorum rege.*

Cum Ioſue urbem Hierico in poteſtatem redigiſſet, & ita à Deo iuſſus, non urbem ſolùm euertiſſet, ſed accolas quoque omneis peremiſſet: non Cananæam tamen fœminam ſolam, uerùm omnes quoq; alios, quos ipſa domi receperat, incolumes ſeruauit. Miſſos enim à Ioſue exploratores, quos Hiericontis rex ut perderet inſectabat̃, domi Cananæa texerat, ita ut regis iram inuaderent. Neq; uerò Ioſue ſatis duxit, Cananæam ſeruare, agros quoq;, unde uiuerent, & pecuniam largè dedit. Quanq; à Deo iuſſus erat oẽs, quos in Hiericonte inueniſſet, occidere. Neq; enim crimen à ſe admitti arbitratus eſt: ſi ut in tali re gratus eſſet, diuinum imperium tranſgreſſus uideretur: in quo non peccaſſe eum, res ipſa oſtendit: Siquidem Deus, qui uoluntãtis ſuæ tranſgreſſores grauiter caſtigare ſolebat, in Ioſue nihil animaduertit.

*Ex Fulgoſo hiſtorico.*

Humanitati atq; clementiæ, haud aliter atq; matri, non iniuria ſe gratitudo coniungit, in omni amicitia, ad eam ſeruandam, uinculum maximè neceſſarium. Huius gratitudinis præclara facinora eò excellentiora uidebũtur, quò illa, quæ per ingratitudinem fiunt, & deteſtabilia magis, & pernicioſa ſunt: quæ ſi cum gratitudine conferantur, tenebris ipſis collatum lumen clariſſimum uidebitur.

*De Agrippa, Iudæorum rege.*

Agrippa cum Romæ in priuata fortuna eſſet, atq; cum propter falſas ſuſpitiones Tiberij cathenis ante palatium ad arborem uinciri iuſſiſſet, ut inde in carcerem duceretur: eo in loco propter Solis ardorem, animiq; moleſtiam, magna ſiti torquebatur: Et cum prætereuntem Taumaſtem uidiſſet Caij ſeruum, aquæ prægelidæ uas ferentem, orauit, ut bibere ſe ſineret: Quod ille cum amanter feciſſet,

ciſſet. Dixit Agrippa: ſe pro ipſa re gratiam aliquando relaturum. Haud multò pòſt igitur Tiberio Caius in principatu ſucceſſit, à quo Agrippa, qui in eius contemptum captus fuerat, liberatus, atq; in Iudæa rex conſtitutus fuit: qui tunc à Caio impetrauit, ut eius imperio Taumaſtes liberaretur. Itaq; poſtea ſuorum numero acceptum, regni procuratorem fecit: moriensq; teſtamento cauit, ut uxor atq; liberi eodē apud ſe loco Taumaſtem retinerent. Quæ res exemplo eſſe poteſt, omnibus inſeruiendū, quantum fieri poteſt.

EXEMPLA GRATITVDINIS, *ex Valerio & alijs decerpta.*

*Valerius, lib. 5. cap. 2.*

Gratas animi ſignificationes, & ingrata facta libuit oculis ſubijcere: ut uitio atq; uirtuti iuſta merces æſtimationis ipſa comparatione accederet. Sed quoniam contrario propoſito ſeſe diſtinxerunt, noſtro quoq; ſtylo ſeparentur: prioremq; locum obtineant, qui laudem, quàm qui reprehenſionem merentur.

*De Fabio Maximo.*

Magnum grati populi Romani ſpecimen in Q. Fabio Maximo enituit: Nam cum quinq; conſulatibus feliciter ſalubriterq; Reipub. adminiſtratis deceſſiſſet, certatim æs contulit: quo maior ac ſpecioſior eius funeris pompa duceretur. Eleuet aliquis præmia uirtutis: cum animaduertat fortes uiros felicius ſepeliri, quàm uiuere ignauos.

*De Mithridate.*

Mithridates rex magnificè gratus apparuit: quoniam pro Leonico acerrimo defenſore ſalutis ſuæ, à Rhodijs nauali pugna excepto, omnes hoſtiū captiuos ꝑmutauit: ſanctius eſſe exiſtimās, ab inuiſiſſimis circumueniri, quàm bene merito gratiam non referre.

*De Attalo rege.*

Liberalis populus Romanus magnitudine muneris, quòd Attalo regi Aſiam dedit dono. ſed Attalus etiam teſtamenti æquitate gratus, qui eandem Aſiam populo Romano legauit: Itaq; nec huius munificentia, nec illius tam memor beneficij animus, tot uerbis laudari poteſt, quot ampliſſimæ ciuitates uel amicè datæ, uel piè redditæ ſunt. His & horū ſimilibus exemplis, beneficētia generis humani nutritur atq; augetur. Hæ ſunt eius faces, hi ſtimuli, propter quos iuuandi & emerendi cupiditate flagrat. Et ſanè ampliſſimæ & ſpecioſiſſimæ diuitiæ ſunt, feliciter erogatis beneficijs latè poſſe cenſeri.

*Ex Sabellico lib. 7. cap. 1.*

Alexander Romanorum Pontifex, qui tertius eius fuit nominis, nouitate ſuorum temporum Federico Imperatori per Venetos, in ueſtibulo ſancti Marci, reconciliatus, reſtitutuſq; in priſtinam dignitatem: grato animo umbella et alijs inſignibus Veneti principis maieſtatem excoluit. Volaterranus, lib. 22. Anthropologiæ. Latiora de uitis Pontificum.

*Ex eodem.*

Franciſcus Dandalus, quia ad publicam Anathematis, quo notauerat Venetos, ignominiā deprecandam, diu ad Clementis Romani Pontificis menſam humiliter ſtratus iacuiſſet, ad quod ipſū fuerat publicè in Galliam miſſus: ex ea legatione reuerſus, magno omnium ordinum fauore, princeps eſt ciuitatis factus: ut qui nuper in ſqualore & ſordibus pro patria conſpectus eſſet, ſublimi loco conſpiceretur, auro et purpura conſpicuus. Idem Sabellicus refert lib. 8. Ennea. 9. ſecunda parte.

BRVTORVM GRATITVDO IN *dominos, ex Fulgoſ. libro 5. cap. de gratis.*

Titi Sabini canis dominum in carcere nunq; deſeruit, eoq; poſtea ad ſcalas gemonias deducto, in gementium morem, latrando ſemper domino aſtitit: Mirantibus hominibus, panem, qui oblatus erat, non manducans, ori domino admouebat: Qui poſteaquàm in Tyberim proiectus fuit, in amnem ſecutus dominū, ut poterat, ex aqua caput eius alleuabat, quem uiuere adhuc arbitrabatur. Quibus enim potuit modis gratias referre enixus eſt, quòd ab eo enutritus & dilectus eſſet.

*De Cane Iaſonis Lycij.*

Lycij canis, poſtq; dominum ſuum conſpexit mortuum eſſe, omni cibo abſtinuit, ut ei non ſuperuiueret. Canes alij, alter Liſimachi regis, alter Hieronis in rogos ſe coniecerunt.

Scribit D. Ambroſius in Examerone,

canem

Canem domini corpus noctu à milite in Antiochia occiſi, ſemper cuſtodijſſe, iuxta, ut poterat, gementem: ad quē ſpectandum (quia res mira uidebatur) cum poſtridiè multi conueniſſent, atq; in eis is eſſet, qui eam cędem patrarat: qui ignotū ſe cæde noctu peracta arbitrabatur, à cane dentibus comprehenſus, cum inſuper latratum urgeret, & ipſe præ animi conſcientia plurimum perturbaretur, ſuſpitionem perpetratæ cædis fecit: Itaq; captus à magiſtratu, cōfeſſione criminis extorta, dignam pœnam luit.

*De Aquila.*

In urbe Sextio aquila uirgini pro ęducatione aues, quas captabat, adferebat: poſtea in eodem rogo cum uirgine mortua combuſta eſt.

*Exempla Gratitudinis Brutorum Animalium.*

In omni animantium genere homini exempla oſtenduntur, ut ipſe quoq; ad eā uirtutē ardentius accendi poſſit. In equū Antiochi Regis Centaretrus Callata cū regem in prælio occidiſſet, conſcendit: quo facto, uiſus eſt equ⁹ ſentire tergo ſuo dñi hoſtē inſidere: itaq; dentibus apprehenſo fræno, ita ut nulla iā ratione haberi nis regi poſſet, ad altiſſimum ſaxū citato curſu contendit, atq; ab eo ſe, inſidentēq; ſimul hoſtem præcipitauit, ſui domini mortem ultus.

De equo Antiochi.

*De Aſpide atq; Aegyptio.*

Aſpis in Ægypto in pauperis domo enutrita, illic peperit: & cū unius filiorū morſu interemptū hoſpitis filium uidiſſet, hic ſerpens filios ſuos omnes occidit, neq; ultra in ea domo conſpecta eſt.

Serpentis gratitudo.

O admirāda Dei uirtus: Aſpis fera erga hoſpitem ſuum gratam ſe etiam filiorum morte oſtēdere uoluit: et homo, qui rationale animal eſt, aſpide ſæpe longè crudelior, hominem & hoſpitem perdit.

Quum Pyrrhus urbem Argos irrupiſſet, Elephas inter alios unus, uictorię cognomēto, in urbis porta magiſtrū, à quo regebatur, mortuū pręſenſit: cuius rei dolore percitus, ſine diſcrimine amicos hoſtesq; urgendo, inter hoſtes progreſſus prius non deſtitit, quàm magiſtri corpus adinuenit: Captum autē propoſcide ad dentibus retro in tutum ab hoſte locum retulit: Et militem non pudebit in hoſtium poteſtate interdū domini corpus deſerere? cum belua ingenio fera, tanto labore, periculoq; ſuo magiſtrum redimere uoluerit.

Elephas gratus.

*Gratitudo Leonis erga Androdum Seruum.*

De leone & Androdo ſeruo Daco, qui ab eo, ad beſtias damnatus, fuit ſeruatus. Vide Aulum Gellium noct. Atticarū lib. 5. ca. 14. Fulgoſus de Gratis etiam recenſet.

Dicitur & Hieronymum ad onera ferenda parētem habuiſſe leonē, quem pede debilitatum hic curauerat. Item Macharium Aegyptium heremitam Lęnā manſuetam habuiſſe, atq; ob id, quòd catulos oculis captos dāno liberaſſet, pecudum ferarumq; aliarum, ut inde is indumenta conficeret, pelles detuliſſe referunt. Et Auffinus hoc etiam uerum eſſe ſcribit.

EXEMPLA GRATITVDINIS *Alexandri, Athenienſium, Xantippi, Populi Romani erga bruta animalia: ex Fulgoſo.*

*De Alexandro Magno.*

Adeo inſignis quibuſdam gratitudinis uirtus uiſa eſt, ut ea nō tm̄ erga homines, ſed & in bruta quoq; animalia uterentur: Quemadmodū Alexāder erga Bucephalū ęquum ſuū egit, ipſius nominis urbe in eo loco condita, ubi ſub eo cōfoſſus fuit, quē cōſpicuo quoq; ſepulchro decorauit.

*De Mulis Athenienſibus.*

Athenienſes mulos, qui magno labore ad Hecatōpylon ferēda materia opus fecerant, omni labore poſtea immunes fecerūt: permittētes, ut ſoluti paſſim, ubi uellent, depaſcerentur.

*De cane Xantippi.*

Non minus erga canem ſuum Xantippus Atheniēſis gratus extitit, qui maria pernatans, uſq; in Salaminam eū ſequutus fuerat: quo tēpore, adueniente in Gręciam Xerxe, maior græciæ pars in eam ſe inſulam recepit. Nam ne tanto amori ingratus foret, mortuo cane, in Salaminæ arce ſepulchrum ei condidit, quod Cynotaphium appellatum eſt.

*De Anſeribus Capitolinis.*

Nec Populum Romanū puduit, perpetuo gratitudinis honore anſeres ꝓſequi, quod dormientibus uigilibus, cū Galli iā in ſummū capitoliū perrepſiſſent, clamore milites Romanos excitarunt: ſtatuit

enim ut in eo loco in poſterum, magnus anſerum numerus publica impenſa aleretur, ad eamq́ cenſores inter tot publica onera publicanos primo obligarent. Ne autem minus ſeuerum quàm gratum populus idē præberet, ipſo die quo hoc contigerat, in loco deſignato, quotannis aliquot uiuos canes ſuſpēdebant: qđ ipſi, quibus maxime inuigilādum fuerat, anſeribus uigilantibus dormierant.

*De Coruo Romano.*

Imperāte Tiberio Cæſare, populus Romanus coruum ſepeliuit, ferētibus feretrum duobus Ethiopibus ſeruis, pręcinēte tibicine ac muſicis, cum prius eum, qui coruum occiderat, lapidibus obruiſſet. Hoc autem egit, quia hæc auis nominatim mane Druſum ac Germanicum Cæſarem, ac multos præterea alios, poſtremoq́ totum populum ſalutabat. Huius igitur honoris ultioniſq́ exemplo patet, quantum laudis gratitudo mereatur, quę in homines exercetur, cum ergà irrationale animal uictor gentium populus ea uti uolucrit. Ex Fulgoſo libr. 5. cap. 2. de gratis.

*Nihil citius ſeneſcit beneficio.*

*Ouidius 2. de Ponto.*

*Vt quanquàm longe toto ſumus orbe remoti,*
*Scire tamen poßis nos meminiſſe tui.*
*Nominis ante mei uenient obliuia nobis,*
*Pectore quàm pietas ſit tua pulſa meo:*
*Et prius hanc animam uacuas reddemus in auras,*
*Quàm fiat meriti gratia uana tui.*

*Seneca.*

*Bis eſt gratum, quod opus eſt, ultrò ſi offeras.*

*Item.*

*Beneficia dare qui neſcit, iniuſtè petit.*

*Item.*

*Beneficium accipere, libertatem uendere eſt.*

*Item.*

*Beneficia plura recipit, qui ſcit reddere.*

*Et.*

*Beneficia ſe dediſſe qui dicit, petit.*

*Item.*

*Beneficium ſæpe dare docere, eſt reddere.*

*Ouidius 2. de Ponto ad Ruffum.*

*Ore ferant grates, quoniam non poſſumus ipſi,*
*Dij tibi qui referent, ſi pia facta uident.*

*Chilo Lacedæmonius.*

Beneficij dati obliuiſci decet, accepti meminiſſe: uulgus hominum cōtra facit: ſi quid cui benefecerunt, & ſine fine prædicant, & ſine modo exaggerant: ſi quid in ipſos collocatum fuerit officij, mox aut obliuiſcuntur, aut diſſimulāt, aut eleuant. Carmen Auſonij ſic habet.

*Si bene quid facias, non meminiſſe fas eſt.*

*Beneficij obliuio.*

Ariſtoteles percunctanti quod citò ſeneſceret, Ratio eſt, inqt: Sentiens iniurię memoriam eſſe tenaciſſimam, beneficij breuiſſimam.

BENEFICIVM MERITVM.

*Eraſ. lib. 3: Apophtheg. De Diogene.*

Quibuſdam prædicantibus eius benignitatem, qui Diogeni quiddā donarat: quin & me, inquit, laudatis, qui accipere merui. Plus ēm eſt meminiſſe beneficiū: quàm dediſſe. Iuxta illud P. Mimi. Idem Seneca.

*Beneficium dando accepit, qui digno dedit.*

*Plautus in captiuis.*

Quod bonis benefit beneficium, gratia ea grauida eſt bonis.

APOPHTEGMATA DE GRAtitudine & ingratitudine.

*Seneca de beneficijs cap. 21.*

Duo ſunt genera grati hominis: Dicitur gratus, qui aliquid pro eo, quod acceperat, reddit: hic fortaſſe oſtentare ſe poteſt, habet quod iactet, quod proferat. Dicitur gratus, qui bono animo accepit beneficium, bono dedit: hic intra conſcientiam occluſus eſt, quæ illi contingere poteſt utilitas ex affectu latenti? Atque etiam hic, ſi ultra facere nil poteſt, gratus eſt. amat, debet, referre gratiam cupit, quicquid ultra deſideras, non ipſi deeſt. Artifex eſt etiam, cui ad exercendam artem inſtrumenta non ſuppeditant. Nec minus canendi peritus, cuius uocē exaudiri fremitus obſtrepentium non ſinit. Volo referre gratiam, poſt hoc aliquid ſupereſt, nō ut gratus, ſed ut ſolutus ſim. Sæpe enim & qui gratiam retulit, ingratus eſt, & qui non retulit, gratus: Nam ut omnium aliarum uirtutum, ita huius ad animum tota æſtimatio redit, hic ſi in officio eſt, quicquid defuit, fortuna peccat. Eſt aliquando gratus etiam qui ingratus uidetur, quem mala interpres opinio in contrarium tradidit.

*Actio gratiarum pro beneficijs.*

*Haud opis eſt noſtræ grates perſoluere dignas,*
*Tantis pro meritis, officijsq; tuis.*
*In me quæ toties animo conferre benigno*
*Haud meritum & mera dexteritate ſoles,*
*Tot tibi ſint igitur grates, quod Gargara meſſes:*
*Mellificus quot habet dulcis Hymettus apes:*
*Ver placidum quot diffundit uernantia campis*
*Gramina, ſyderibus quot micat atq; polus.*
*Quot rigidas fouet Ida feras, quot & aura uolucres.*
*Auritos lepores quotq; alit altus Athos.*
*Ergo uale, & placidis me perge amplectier ulnis:*
*Te quoq; mi poterit nulla abolere dies.*

GRATITVDO PRINCIPIS.

*Eraſ. lib. 4. Apopht.*

Veteranus quidã, cum uocatus in ius periclitaretur, adijt in publico Cæſarem, rogans ut ſibi uellet adeſſe, Cæſar è comitatu ſuo ſelectum illico dedit, eiq; litigatorem commendauit. Hic miles uociferans: at non ego Cæſar periclitante te Actiaco bello uicarium quæſiui, ſed pro te ipſe pugnaui: ſimulq; detexit cicatrices. erubuit Cæſar, atq; ipſe deſcendit in aduocationem, ueritus ne non modo ſuperbus, uerum etiã ingratus uideretur.

# HISTORIA.

## *De hiſtoriæ inuentione.*

Strabo li. 1. Geographiæ. Plinius li. 7. cap. 16. Apuleio in Floridis.

CADMVS Mileſius omnium primus hiſtoriã condidit, Pherecides, Syrus, & Hecateus.

Euſebius Moyſi aſſignare uidetur.

Ioſephus li. 1. in Apionem, hiſtoriã à Cadmo inuentã credit.

Verùm ut cum Euſebio ſentiam, facit antiquitas.

Quippe Moyſen multis antè annis, bellum Troianum in confeſſo eſt præceſſiſſe.

Ex Philoſophis, Laërtio Diogene teſte, hiſtorias primus cõpoſuit Xenophõ.

*Hiſtorici.*

Apud Græcos floruerunt, Thucydides, Herodotus, Theopompus.

Apud latinos Titus Liuius, lactea Romani ſermonis ubertas. Criſpus Salluſtius, & plerìq; alij.

DE ETYMOLOGIA HISTORIAE.

*Viues de cauſis corruptarum artium, libro ſecundo.*

Hiſtoria ab ἱστορεῖν deducitur: hoc ualet, ut hiſtoria ſit uiſa res, atq; ſpectata, quaſi quis dicat, geſta.

*Φιλοσορεῖν.*

Legitur apud Dioſcoridem φιλοσορεῖν qui cognoſcendarum rerum cupidi ſunt, & qui inquirendi ſtudio flagrant, qui hiſtoriæ ſtudent.

*Φιλισορῶν.*

Strabo lib. ultimo, pro eo, qui eſt inquirẽdarum rerũ cupidus. Significat etiã ἱστορεῖν uiſere, Plut. in Lucullo, inſpicere, & cognoſcere, Plut. in Cicerone, oculis ſubijcere. Inde καθ' ἱστορίαν ἰέναι uiſendi gratia ire. Significat etiã memoriæ ꝓdere, & ſigillatim uitas cõmemorare. Theophraſtus in 4. τοὺς δὲ καθ' ἕκαστα βίους ἱστορῆσαι. Τὰ ἱστορούμενα, à Plutarcho ſæpe dicuntur, pro rebus memoriæ proditis.

*Budæus in commentarijs Græcis.*

Hiſtoria ab ἱστορέω, quod eſt hiſtoriam narro, ſpecto, uideo, inquiro, interrogo, ſcio, quæro, diſco, dico, & alia: imò quicquid uerè & grauiter explicatur, hiſtoria dici poteſt.

*De hiſtoriæ definitione.*

*Cicero 1. de inuentione Rhetorica.*

Hiſtoria eſt rerum geſtarũ expoſitio. Vel eſt geſta res ab ætatis noſtræ memoria remota. Et Fabius Quintilianus in 2. Inſtitutionum libro.

Hiſtoria eſt teſtis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magiſtra uitæ, nuncia uetuſtatis.

*Cicero 2. de Oratore libro.*

Hiſtoria olim nihil aliud erat, niſi annalium confectio.

*Cornelius Agrippa de uanitate ſcientiarum.*

Hiſtoria eſt rerum geſtarum cum laude aut uituperatione narratio: Quæ magnarum rerum cõſilia, actiones, exitus, regumq; & magnorum uirorum actus, cum temporum ac locorum ordine & deſcriptione, tanquàm uiua quædam pictura, ante oculos exponit. Ideoq; hanc tanquàm uitæ magiſtram, & ad eius inſtitutionem utiliſſimam cenſent fermè omnes: eò quod multarum rerum exemplis cũ optimos quoſq; ob laudis nominiſq; immortalẽ gloriã, ad præclara quæq; facinora accẽdat, tũ q̃d impios quoſq; ac

prauos perpetuæ infamiæ metu à uitijs deterreat.

*Viues lib. 2. de Cauſ. corrupt. Artium.*

Hiſtoria eſt imago ueritatis. Eſt autē imago ea abſolutiſſima, quæ rem neque maiorem, neq; minorem reddit: non ut umbræ in ortu & occaſu ſolis longiſſimę, in meridie propè nullæ.

*Grinæus in præfatione in Plutarchum de uitis uirorum illuſtrium.*

Hiſtoricus interpres eſt geſtarum rerū, cuius iudicium ſi uitio laborat, perinde fit, ut cum uinū ex ſeſe generoſum & nobile, graueolentiam uel è uaſe contrahit, uel alioqui lenocinio deprauatur: quæ res uel impoſtura, uel inſcitia maxima eſt, & intoleranda.

*In quo hiſtoria ab oratione differat.*

*Lucianus.*

Diuerſam hiſtoricorum eſſe ſcribendi rationem ab oratoribus oſtendit: Hiſtorici enim rei ordinem ſeruant, & materia utuntur præparata: Oratores uerò multa inuertunt & fingunt.

Proœmium hiſtoricorum duabus tantum rebus, attentione & docilitate conſtare debet, omiſſa beneuolentia, quam præcipuè captat orator.

*Plinius lib. 5. ad Capitonem, uel, ut alij, ad Tacitum.*

Habent oratio & hiſtoria multa communia, ſed plura diuerſa, in ijs ipſis, quæ communia ſunt: narrat illa, narrat hæc, ſed aliter: huic pleraq; humilia & ſordida, & ex medio petita: illi, omnia recondita, ſplendida, excelſa cōueniunt: hanc ſæpius oſſa, muſculi, nerui: illā chori qui dam & quaſi tubæ decent: hæc uel maximè ui, amaritudine, inſtantia: illa tractu & ſuauitate, atq; etiā dulcedine placet: poſtremò alia uerba, alius ſonus, alia conſtructio.

*Quid hiſtoria ab Annalibus differat, Gellius ſcribit, lib. 5. cap. 18.*

Hiſtoria eſt rerum geſtarum, uel expoſitio, uel demonſtratio.

Annales uerò ſunt, cum res geſtæ, plurium annorum obſeruato cuiuſq; anni ordine, deinceps componuntur.

Ephemerides, Diaria, Almanadi Arabes uocāt.

Cum uerò non per annos, ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribuntur, ea hiſtoria eſt græco uocabulo ἐφημερὶς τῶν ἐφ᾽ ἑκάστης ἡμέρας συμπιπτόντων ἀπογραφὴ. Suidas: Latini Diarium uocant.

Error Seruij inceſſitur iuſto à Philippo Beroaldo: errauit & Iſiodor⁹ lib. 1. Ethimologiarum.

*De uocabulo Annalium, & Hiſtoriæ.*

Antonius lib. 2. de oratore.

Hiſtoria erat Annalium cōfectio: cuius rei memoriæq; publicæ retinēdę cauſſa, ab initio rerū Romanarū, uſq; ad Publium Mutium Pontificem Maximum, res omnes ſingulorum annorum, mandabat literis Pōtifex Maximus, efferebatq; in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi: Hiq; nunc Annales maximi nominātur, ſed nudi ſunt, nihil habent incitamenti, nec commouere quicquam poſſunt: ſimpliciter, ſine ullis ornamentis, ſine fuco, ſine affectibus res geſtas continentes.

Annales maximi.

*Sabellicus Ennead. lib. 5.*

Hiſtoria differt à fabula: Quia fabula neq; ueras neq; ueriſimiles continet res: quapropter Muſæ apud Heſiodum in Theognia, in hunc ferè modū de ſe prędicant: Scimus falſa quidem narrare ſimillima ueris: ſcimus item, quoties libitum eſt, et uera fateri. Strabo lib. 1. Geographiæ, pro fari Politianus uertit.

*De hiſtoriæ diuiſione & eius ſpeciebus.*

Hiſtoria uel fabularis, & ea uoluptatis gratia, ut in argumentis comicorum: aut adhortatiōis, ut in fabulis Æſopi: uel ad fidem, quæ per turpia contexitur, ut in quibuſdam poëticis figmētis: aut pio tegitur uelamine: quod ſolū ueteres genus Philoſophi admiſerunt,

| | |
|---|---|
| *Quatuor ſpecies hiſtoriæ.* | *Vel enim de locis eſt: ut Geographia.* |
| | *Vel de temporibus: ut Chronica.* |
| | *Vel de generatione: ut Genealogia.* |
| | *Vel de geſtis: ut Annales, hiſtoriæq; cætera.* |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Elementa hiſtoriæ.* | *Perſonæ* | *Tempus* | *Materia* |
| | *Cauſſæ* | *Modus* | *Res.* |
| | *Locus* | *Inſtrumentum* | |

*De hiſtorica ueritate.*

Hiſtorię proprium eſt: uera, non falſa ſcribere, atq; hoc ſine oſtentatione.

*Leges hiſtoriæ.*

Príma lex hiſtorię, ne quid falſi dicat.

Deinde: ne quid ueri taceatur, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo: ne qua ſimultas: hæc quidem fundamenta nota ſunt omnibus.

Hiſto-

Hiſtoriæ credendum, Iſocrates in Panathenaico 52.

Polybius hæc duo ab hiſtoriæ lege refert alieniſſima eſſe: falſa ſcribere, & planè inter ſe repugnantia.

DIODORVS SICVLVS.

*Vera dicere, proprium hiſtoriæ.*

Lucianus item, non minus uerè quã luculenter tradit, proprium eſſe hiſtoriæ, & illi ſacrificandum, ut uera omnia dicat: Et ueluti ſi qs oculos animati effoderit, quicquid ſupereſt corporis, fit inutile: ita adempta ex hiſtoria ueritate, narratio omnis inutilis eſt.

*Strabo lib. 1. Geographiæ.*

Hiſtoriæ finis eſt ueritas, nec oſtentationi, ſed fidei ueritatiq; hiſtoria componitur. Ergo hiſtoria non debet egredi ueritatem, & honeſtè factis ueritas ſufficit.

*Politianus in Suetonium.*

Laudatur Alexander Macedo, quod is Ariſtibulo hiſtoriã de ſuis rebus & geſtis ſibi inter nauigandũ recitãti, (ubi hominem & adulatorem, & multa ſupra ueritatẽ adfinxiſſe cognouiſſet) ereptũ manibus librum in Hydaſpem fluuium demerſit: Et tu, inquit, O Ariſtobule, eodẽ fueras pacto præcipitandus, qui pro me tuis ſcriptis ſolus pugnas, quiq; uel iaculo ipſo interficias elephantos.

Ariſtobulus.

Dignũ rege dictũ.

*Dido apud Auſonium.*

Hiſtoricis magis credendum q̃ poetis. Victruuis.

*Vos magis hiſtoricis lectores credite ueris,*
*Quam qui furta Deûm, concubitusq; canunt.*
*Falſidici uates temerant qui carmine uerum,*
*Humanisq; Deos adſimulant uitijs.*

*De hiſtoria Cicero in 1. de legibus.*

In hiſtoria ueritas obſeruatur: in poeſi omnia ad delectationem ſpectãt. Fabius Quintilianus lib. 10. Inſtitut. Poëtæ uoluptatem, fingendo non modo falſa, ſed etiam incredibilia, ſectantur.

Antonius 2. de oratore 72.

*Horatius in arte poëtica.*

*Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poëtæ,*
*Aut ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ.*

*Paulò poſt:*

*Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.*

DIFFICILE EST VERVM OB-
*ſeruare in hiſtoria. Diodorus, Plutarchus. Ioſephus.*

Libet autem nobis reiectis fabulis, ad ipſam claram hiſtoriæ lucem & ueritatẽ accedere. Quod ſicubi neceſſitas coget nos ab hac parump digreſſos, ad id q uerisimile ſit, conferre: à quo fortaſſe hiſtoria abhorreat, nec admittat ullum cũ probabilitate commercium: æquis auditoribus opus erit, quiq; benignè & humanè initium orationis exaudiant, atq; approbẽt.

*Herodotus in lib. 1. Prologo. Strabo in tertio. In bruto 103. De annalibus Alexander, li. 4. ca. 20.*

Laudibus domeſticis facta eſt hiſtoria mendoſior: multa eñ ſcripta ſunt in eis, quæ facta non ſunt: falſi triumphi, plures conſulatus, genera etiam falſa, & ad plebem traditiones: cum homines humiliores, in alienum eiuſdem nominis infunderetur genus.

Mentiri ergo nonnunquàm licet, & id honeſtum eſſe oſtendit Fabius.

Cicero ad Luceium li. Epiſtolarum 5. inquit, amori noſtro pluſculum etiam, quàm concedit hiſtoriæ ueritas, largiare.

Elegantiſſima epiſtola.

*Viues lib. 2. de cauſis corruptarum artium.*

Haud ignoro, ſatis eſſe hiſtoriæ, ſi ſit uera: quæ ut reliqua habeat omnia, ſi ueritatem non habet, obtinere nomen ſuum non poteſt. Sed tamen iucunditas orationis detinet lectorem, ut res illas geſtas uelit cognoſcere, neq; id ſemel: cui lectio una ſufficit, uel Liuij, uel Taciti, uel Thucydidis. Quis non authores illos ſæpius ſumit in manus, & ſæpius perlegit?

Hiſtoriæ iucundæ.

*Idem libro 5. de tradendis diſciplinis.*

Experimenta noſtra accedũt ætate, & rerũ actibus: aliena ex cognitiõe prioris memoriæ diſcuntur, quæ hiſtoria nuncupatur: Eaq; efficit, ut præteritis non minus uideamur interfuiſſe, quàm præſentibus: illisq; perinde uti poſſe ac noſtris. Meritò ſacerdos Ægyptius Solonem & græcos, qui recordationem priſcæ memoriæ non tenerent, pueros appellauit. Hiſtoria, ſi adſit, ex pueris facit ſenes, ſin abſit, ex ſenibus pueros.

Notatu dignum.

*Herodotus in Proœmio.*

Herodoti Halicarnaſei Hiſtoria hæc eſt, ut neque ea, quæ geſta ſunt ex rebus humanis, obliterentur ex æquo, neq; ingentia & admiranda opera uel à Græcis ædita, uel à Barbaris, gloria fraudarentur:

*Hiſtoriographi munus.*

In omni rerum geſtarum narratione, illud

illud ſcribentis uidetur eſſe officium, ut libris ſingulis ciuitatum, aut Regum facta integra ab initio ad finem uſq; comprehēdat: quod ita præcipuè narratæ res, fideliori memoria retineantur, & aptiores fiant ad cognoſcendum. Quæ em̄ interrupta, finem principiò continuum nō habent, ea intentionem & ſtudiū legentium abrumpunt: quæ uerò cōtinenter ad exitum deducūtur, abſoluta utiq; rerum ipſarum utuntur declaratione.

DE HISTORIAE VTILITATE.

*Plinius lib. 8. epiſtola ad Laceranum. Diodorus Siculus lib. 1. de fabuloſis antiquorum geſtis.*

Hiſtoriæ utilitas eſt magna. Hæc enim felicitatem nobis participat, & citra ullū documentum prodeſt homini. Quid em̄ pulchrius, quā nō, quod alij egerint, quærere: ſed quid optimè actū ſit nobis proponere, ad imitandum ſeniorum cōſilia, quos longa ætas prudentiores efficit? Laudātur à iunioribus: at hos tanto antecellit hiſtoria, quanto plura exempla cōplectitur diuturnitas temporis, quàm hominis ætas. Prætèrea iuniores hiſtorica lectio antiquioribus æquat prudentia. Adde, quod natu maioribus rerum experimenta ſubminiſtrat, priuatos uiros imperio dignos efficit, imperatores ob immortalem gloriam ad præclara facinora impellit: & ut in ſumma dicam, omniū rerū ſeries, quibus hominis felicitas paratur, tribui hiſtoriæ debet: eſt enim cuſtos eorum, quæ cum uirtute acta ſunt, teſtem ſe malefactis præbens.

*Cornelius Celſus. Quintilianus in 5. & 12. Plura Plinius ad Cornelium 5. Epiſt. libro.*

Hiſtoria neceſſaria eſt oratori: nā ſine exemplorum adminiculo, ieiunus inſulſusq; eſt orator.

Hiſtoria quoquo modo ſcripta, oblectat.

Hiſtoria per ſeſe tenet lectores: nullius aut facultatis, aut diſciplinæ tāta utilitas, quanta hiſtoriæ exiſtit.

Magnas meritò gratias rerum ſcriptoribus homines debēt, qui ſuo labore plurimū uitæ mortaliū profuère: Oſtendunt enim legentibus præteritorū exemplis, quid nobis appetendum ſit, quidúe fugiendum: Nam qui multarum experimēto rerum, uarijs cum laboribus periculisq;, procul ipſi ab omni diſcrimine, geſta legimus: nos admonēt maximè, quid conferat ad degendam uitā. Ideoq; Heroum ſapientiſſimus eſt habitus is, qui ſæpius aduerſam fortunam expertus, multorum urbes, ac mores conſpexit.

*Effectus hiſtoriæ.*

Sola hiſtoria, uerbis parcis res geſtas repræſentans, omnē complectitur utilitatem: Nam & ad honeſtum impellit, deteſtatur uitia, probos extollit, deprimit improbos: deniq; rerum, quas deſcribit, experimento plurimum proficit ad rectam uitam.

*Sententia.*

Æquè commodis, incommodis ut uita, ſic uitæ imago hiſtoria ſcatet: in uſu tantū uitæ, ſita uitæ prudentia totius eſt.

*Diodorus Siculus in proœmio uitarum Philippi & Alexand.*

Nihil utilius iucundiusq; cogitari poteſt, quā in humanæ uitæ Theatro, quod hiſtoria partibus omnibus mirè inſtructū habet, ſedentē periculis aliorum, ſine ſuo periculo, cautum ſapientemq; fieri: exempla capere omnigena, quæ ad uſum tuum utiliter qualibet in re traducas. Cumq; maximorum hominum de ſummis rebus maximis conſilijs interfueris, id quod cupidiſſimè homines auemus, eorundem etiā euentibus intereſſe, & q̀ per anguſtiam uitæ hominum impoſſibile ſit alioqui, ſecula tota memoria cōiungere: maximorum imperiorum auſpicia, progreſſus, & finē uidere: malorū ſeu priuatorum, ſeu publicorum cauſſas liquidè cognoſcere: in omni ardua, magnaq; re, qui ante te periclitetur, qui in diſcrimine te præcedat, habere: nec uſquàm experimento certo deſtitui, ac ut in ſumma è retroactis (quod proprium ſapientis uiri officium eſt) futura ſcienter in omneis euentus perſpicere, præſentia iudicare.

Hiſtoria non docet legentem, ſed tantùm materiam ſuppeditat, & talem unicuiq; præbet uſum, qualiter, qui legit, affectus eſt animo.

*Elegantiſsimum ſimile.*

Quemadmodum in ampliſſimo maximeq; multiplici, & omigenis cupedijs referto conuiuio fit, ut quanquam aliud alijs, paucis eadē, ſua cuiq;, uoracibus omnia

omnia probentur:ac pro ut quiſq; palato eſt,ſic præſenti lautitia afficiatur: tamen & modus ſit aliquis,quem poſuit natura & alimenti genus certum, ſimplexq; & in corruptum maximè, maximè corporibus idoneum: à quorum alterutro quiſquis diſcedit, & ultra uel modum,uel iudicium naturæ ſibi indulget, incommodi plus ex iſtis uoluptatibus, quā uoluptatis reportet: Sic in illa totius uitæ humanæ diuerſitate,quāquā mille ſpecies, mille propoſita ſunt: ac qualiter eſt animo quiſq; & iudicio comparatus,ſic de uita uel ſua,uel aliena ſentiat:tamē unicus uirtutis ueræ callis eſt, quem qui ſcienter tenet,rectè uita ſolus utitur. Cæteri,quemadmodū illi in cœna dubia,cum omnia inuitent,quid potiſſimū ſequātur,quo tendant,nec in ſua ipſius, nec in aliena inuenire uita poſſunt unquam.

Sola uirtus rectè uitam inſtruit.

*Eraſmus in præfatione in Suetonium.*

Nullis ex libris plus utilitatis capi poteſt, quàm ex eorum monumentis, quę res publicè priuatimq; geſtas bona fide poſteris prodiderunt.Ex bonæ enim fidei ſcriptoribus,ſuper alias innumeras, hæc præcipua capitur utilitas: quod nō res æquè, uel bonorum regum animos, ad res cum laude gerendas accendit:uel Tyrannorum cupiditates cohibet ac refrenat, dum utriq; cernunt horum literis ſuam uitam omnem, mox in totius orbis, imò ſeculorum omniū theatrum producendum: Et quicquid in abdito nunc uel patrant,uel aſcito fuco prætexunt,uel metu diſſimulari cogunt, uerius quam ignorari, paulo poſt clariſſima in luce,ſub oculis omnium traducendū, cum iam metu pariter ac ſpe libera poſteritas, nec ullo corrupta ſtudio, magno conſenſu rectè factis applaudet,pariq; libertate his diuerſa explodet, exibilabitq;.

*Rudolphus Agricola de formandis ſtudijs.*

Rerum ad actiones moreſq; noſtros pertinentium ratio, ab hiſtoricis etiam & Poëtis, & Oratoribus petenda eſt: Quoniam ij & benefacta laudando, & quæ contra facta ſint uituperando,non docent quidem, ſed quod efficaciſſimū eſt, exēplis propoſitis, quæ rectè ſecus ue fiant,uelut in ſpeculo oſtendunt.

Hiſtoria iudicium formari,dicendiq; facultatem augeri Demoſthenes cenſuit, cum Thucydidem adeo familiarem ſibi fecit,ut octies etiam deſcripſerit. Amauit Xenophontem Cicero.

Nota.

Et quū uniuerſa hiſtoria πολιτεία quædam ſit, uarias conſtituendarum rerum publicarum formas adumbrat. Nam ut hic nihil aliud dicam, quid admirabilius eſt τῶν πολιτικῶν collatione apud Herodotum,ubi perſarum ſatrapæ, alij δημοκρατίαν,alij ὀλιγαρχίαν,alij μοναρχίαν, pbant. Quo loco uides grauiſſimum ſcriptorem, morbos omnes, uitiaq; ciuitatum,uelut in tabula depinxiſſe. Verum nemo tam imprudens eſt, qui non hoc conſilio animaduerterit conſcriptas eſſe hiſtorias:ut omnium humanorum officiorum exempla, tanquam in illuſtri poſita loco,cernerentur:Quæ ſi nihil ad erudiēdos excitandoſq; animos conducunt mortaliū,quid fuit,cur Scipio ſenſerit ſe clarorum uirorum imagines intuentem ad uirtutem accendi?

Philippus in oratione de eloquentia.

De nominibus hiſtoricorum uide officinā Rauiſij Textoris, in parte ſecūda.

*De ſtylo Hiſtorico.*

Stylus in hiſtoria fuſus & continuus, non periodicus, niſi cum Proſopopeias aſciſcit in concionibus:quem non debere eſſe hiantem & aſperum, nec rhythmo diffluentem,Lucianus ſcribit.Hiſtoriæ enim compoſitio currere debet. Cicero iubet,ſtylum eſſe in hiſtoria fuſum atq; fractū:Et alicubi,leui ęquabiliq; tractu diſtinctā hiſtoriā eſſe tradit.

Porrò hiſtoria clara dictione eſt colenda,molli ſucco,iucundoq; alenda.

Cœlius Antipater impolitus.

Xenophon nimium dulcis, nec ſatis uehemens.

Efficitur autem ſtylus hiſtoricus locorum uarietate ornatior: ideoq; optimum cum eſſe oportet Geometram,qui hiſtoriam ſcribit. Victorinus & Celſus plura de phraſi hiſtorica:ſi placet uidere

*De hiſtorica breuitate.*

Hiſtoria debet eſſe breuis, qua maximè ſecundum fidem oblectamur, & nobis potius,quā oratio ſatis facit: nec inſtitui tamen hiſtoria poteſt, niſi præparato ocio, nec exiguo tempore abſolui:qua de re breuitatem illam cenſeo præſertim admirandam, qua nihil,

quod ad inſtitutum ſit conductorum omittitur; ut Herodoti apud Græcos: apud nos Saluſtij, & Cornelij Taciti. Seneca lib. 3. Declamatio. inquit: Orationes Saluſtij in honorem hiſtoriarum leguntur. Et lib. 9. Declamationib. Quũ ſit præcipua in Thucidide uirtus, breuitas: Hac cum Saluſtius uicit, & ſuis cum caſtris cecidit.

*Hiſtoriæ præmium.*

Hiſtoriæ præmium immortalitatem maximè eſſe, cùm plurimi tradiderunt, tum Cicero qui ad Lucium Lucceiũ ſcribit: ſui ut rumores illius monumẽtis cõmendentur. Quod & Plinius iunior optat, C. Taciti inſeri hiſtorijs, quòd immortales eas futuras auguraretur.

Totum hiſtoriæ opus, non ad intuitũ rei, pugnamq́ꝫ præſentem: ſed ad memoriam poſteritatis, & ingenij famam cõponitur.

Memento non ad præſens, ut qui nũc ſunt, te laudent, te honorent, ſed æternitatem reſpiciendo, ſic hiſtoriam ſcribe, ut à poſteris præmiũ laboris expectes.

*Politianus in Suetonium.*

Non debet autem hiſtoriæ conditor inanes illos præſentium rumuſculos, ſtatim quaſi magnũ precium aucupari: ſed ſolidum poſteritatis expectare iudicium. Quod feciſſe Cnidium quendam architectum ferunt, qui regi fabricatus maximam illam, pulcherrimámq́ꝫ in Pharo Aegypti turrem: unde uidelicet nautis nocturna lumina oſtenderẽtur, ſuum quidem nomen in lapide muri ipſius clam incidit: calcem deinde ſuper inducẽs, Regis nomẽ inſcripſit, fore id quod accidit, auguratus: ut autem multò pòſt literæ illæ cum lorica ſua defluerẽt, atq́ꝫ inſculptum ſaxo appareret, nam hæc erat inſcriptio:

Soſtratus Dexiphanis Cnidius Dijs ſalutaribus ob nauigantes, non ille ſeculi ſui tantum leuiſſimum captabat adplauſum, ſed ſibi in longum tempus, dũ turris iſta ſtaret, proſpiciebat: quod idẽ eſt in hiſtoria conſpiciendum.

*Eraſmus lib. 4. Apophtegmatum*

*De Alexandro Magno.*

Cum nũcius quidam gaudio geſtiẽs, porrectáq́ꝫ manu accurreret, rem proſpere geſtam narraturus: Quid mihi, bone uir, magni nunciabis, niſi nuncies Homerum reuixiſſe? Significans, oĩm præclarè geſtorum gloriam abolendam, niſi contingeret talis præco, qualis fuit Homerus.

*Cicero pro Archia.*

Iliũ profectus Alexad. Achillis ſtatuã coronans, O te fœlicẽ, inquit, Achilles, cui uiuo talis amicus, mortuo talis contigerit præco: de Patroclo loquens, & Homero, quorum ille fidiſſimus Achilli fuit amicus, hic defunctum Iliade tota celebrauit.

Quum tranſmiſſo Helleſponto Troiam inuiſeret, ueterum heroum geſta animo reuoluens: quidam, ſi uellet, pollicitus eſt ſe Paridis lyram daturum: Hic Alexander, minimè, inquit, illa mihi eſt opus, cum Achillis lyram habeam: Hac uir ſtrenuas fortium uirorum laudes canere cõſueuit, quum Paris ſua lyra molles ac laſciuos modulos incineret. Plutarchus in eius uita. Diodorus Siculus.

*Eraſmus lib. 5. Apophtegmatum.*

Themiſtocles cum aliquando Theatrum peteret, interrogãti cuidam, cuius uocem eſſet libẽtiſſime auditurus: Eius, inquit, à quo artes meæ quàm optimè canerẽtur: ingenuè faſſus, ſe magno glorię ſtudio teneri. Solent autem olim muſici in publico uirorum illuſtrium laudes canere.

*Silius Italicus.*

*Felix Aeacide cui tali contigit ore*
*Gentibus oſtendi. creuit tua carmine uirtus.*

*Dionyſius Halicarnaſeus lib. 1.*
*Antiquitatum.*

Perſuaſus ſum eſſe eis, qui uelint induſtrię ſuæ poſteris monumenta relinquere, quæ non ſimul cum corpore conſumat tempus, ac præcipuè ſcriptoribus hiſtoriarum, in quibus omnes collocandam ueritatem ſuſcepimus prudentię, et ſapientiæ. Primùm quidem, materias eligere pulchras, & excellentes, plurimamq́ꝫ utilitatem ijs, qui lecturi ſunt, aſſerentes: deinde parare congruas conſcribendæ materiæ facultates, multa cũ diligentia atq́ꝫ induſtria.

*Hiſtoriæ laus & Encomium, nec ulla res utilior eſt.*

*Illa ego quæ geſtis præſum cuſtodia rebus,*
*Digero, quod caueas, quodq́ꝫ ſequaris iter.*
*Priſcaq́ꝫ ne ueteris uaneſcat gloria ſecli.*
*Viuida defenſant, quæ monumenta, damus.*

Et ſua uirtuti per me ſunt præmia, rurſum,
Impia famoſis deſero facta notis.
Eloquor, & ſummi quantum iactentur & imi:
Eloquor & cæcæ faſq; nefaſq; Deæ.
Quod maius theatrum, circuſq; capatior, aut qua
Doctior humanas ſcena referre uices?
Me ſine quis prudens? unde experientia maior?
Quis me adijt, tandem non mage doctus eat.
Omnis enim noſtro pendet prudentia ſenſu:
Riteq;, nil noſtra qui caret arte, ſapit.

ALIVD Hiſtoriæ Encomium.

Omnibus utilitas multum ſi uera fatemur,
Humana ingenijs ſenſim prouecta Mineruæ
Debet, ab obſcuris per quæ mortalis egeſtas
Emerſit tenebris ſumma ad faſtigia lucis:
Per quæ deterſa illuuie, uictuq; ferino,
Ad nitidam Cererem, potioraq; tecta latebris
Egreſſa adiecit, curam noua uita recentum,
Orbe nouo Agreſtum, meditandoq; ædidit arteis
Paulatim uarias, & commoda plurima paſsim
Repperit, in medium referens, ueteremq; peroſa
Ritum ciuili pedetentim pectora more
Imbuit, & ſtudijs ſeſe oblectauit honeſtis.
Hinc nitor ingenuus rerumq; politior uſus:
Hinc hominum iuſti cœtus, atq; oppida primum
Condita, concubitus mixti ſine lege repreſsi:
Hinc pudor & ſanctæ ſocialia fœdera tedæ,
Et thalamus concors, & caſti ceſtus amoris
Extitit, & frenos Venus impermiſſa momordit,
Vis æquo, iuriq; locum ſine cæde reliquit:
Fasq; Deum ſubijt menteis Aſcreaq; uirgo,
Et pietatis honos, ſuperisq; accepta ferendis
Relligio, paxq; una potens, niſi credere nollet:
Et facere humanum genus, & ſeruare beatum.
Hic quanquam ueteres cœleſti carmine uates,
Non minimum populos ſibi promeruere, canoris
Dum numeris mouêre feras, ſyluaſq; ſequenteis
Traxêre, & plectro manes domuere profundos:
Et qui ſidereos orbeis, ſoliſq; labores,
Ac lunæ uarios ſimulantis cornua uultus,
Falciferiq; ſenis ſtellam, natiq; benignum
Lumen, & Odriſij iubar exitiale gradiui,
Tranquillaeq; faces placidæ radioſq; Diones,
Mercurijq; citis uerſum talaribus aſtrum:
Fataq; fortunaſq; uirûm docuere ſagaces:
Quiq; dolos primi cæcos diſſoluere elenchi
Fallacis, linguaq; animos uincire diſerta:
Qui morbos ſanare herbis & uulnera lectis,
Atq; Machaonia parcas inhibere medela
Aggreſsi, qui quid uitium, quid praua libido
Turbet, agens animos cæcis ambagibus ægros:
Contra quid uirtus ratione inſtructa ſalubri
Conferat, aduerſos caſus, ſortemq; malignam
Deſpiciens, ſubigensq; metus, & gaudia uulgi,
Speſq; leues ridens, & opum certamina uictrix,
Fortunæ & mortis terrore excelſior omni
Eximio ſtudio, & cura inuenere magiſtra.
Omnibus ijs quamuis mortalis uita iuuetur,
Plurimum & in precio ſeclorum iure ferantur:
Nulla tamen doctam res utilitatibus æquat
Hiſtoriam, ſola hæc annos & tempora nobis
Præterita, et priſci memorans inſignia mundi
Suggerit ignaris, quicquid longæua uetuſtas
Geſtorum tenebris tegit, & caligine uoluit,
Immenſoq; ſitu atq; altis premit inuida luſtris,
Hæc nobis rerum primæua ab origine pandit
Omnia, ut obſcuro pulcher concreuerit orbis
Principiò, blanduſq; nouis effulſerit æther
Ignibus, & tellus hic montibus ardua celſis
Hic in planiciem & campos effuſa patenteis
Protulerit ſubitò nemora, & genus omne ferarum,
Aſperſas maculis Tygres, Lybicoſq; Leones,
Fulmineoſq; ſues, & recto uertice regem
Cunctorum de limo hominem traxiſſe figuram
Progenerante Deo Diuum, mundiq; capacem:
Hæc eadem ſeruatum unum cum coniuge iuſtum
Diluuio ſtagnante refert, rubrumq; per æquor,
Hebræis patuiſſe uiam, merſaſq; quadrigas
Gurgite Niliaci rurſus refluente tyranni,
Et quicquid ſacræ teſtatur pagina famæ.
Hæc ſcimus prodente Ducum, Heroumq; potentum
Nomina, fortunas, uires, & geſta, tot uſquam
Millibus annorum diuerſis partibus orbis,
Hæc tumidum Xerxis flatum, pauidumq; recenſet
Tempeſtate fugam, Perſas, Acieſq; Darei,
Pelleamq; manum, Hannibalem, Tyrioſq; furores,
Romuleumq; decus, raptos ab utroq; Triumphos
Littore Cæſaribus, &c.

HOSPITALITAS eſt, cum ultrò & miti animo inducti, nullo noſtro commodo illecti, hoſpites recipimus: gręcis *ξενία* dicta.

Vel eſt facilitas, ſiue benignitas in recipiendis hoſpitibus. Hoſpes dicitur extraneus à domo: ſicut aduena in ciuitate. Pars eſt, liberalitas.

*Paulus ad Hebræos cap. 13.*

Hoſpitalitatem nolite obliuiſci: per hanc enim placuerunt quidam angelis hoſpitio receptis.

*Auguſtinus contra hæreſ. 5.*

Diſce Chriſtiane ſine diſcretione exhibere hoſpitalitatē, ne fortè cui domũ clauſeris, cui humanitatem negaueris, ipſe ſit Chriſtus.

*Ibidem.*

Obſecutus Loth angelis tanquam peregrinis: cõſuetudine hoſpitalitatis liberatus à periculo ciuitatis, & temporalę euaſit incendium, & æternum conſecutus eſt præmium.

*Idem, in Paulum ad Hebræos.*

Ille homo dicitur eſſe humanus, qui exhibet ſe eſſe hominem, & maximè hoſpitio ſuſcipit hominem.

*Hieronymus ad Damaſum Pap. 16. q. 1. cap. ultimo.*

Quicquid habent Clerici, pauperum eſt: & domus illorum omnibus debent eſſe communes, ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitum inuigilare debent.

*Ambroſius lib. de Patriarchis 32. 9. 7. cap. offerebat.*

Præferebat ſanctus Loth domus ſuæ uerecundię hoſpitalem gratiam, et apud barbaras gentes, inuiolabilem.

*Idem lib. de Officijs.*

Tanta eſt apud Deum hoſpitalitatis gratia, ut ne potus quidem aquę frigidę à præmijs remunerationis immunis ſit. Vides, quia Abraham Deum recepit hoſpitio, dũ hoſpites quærit: uides quia Loth angelos recepit. Vnde ſcis, an et tu cũ recipis hominem, ſuſcipias Chriſtũ? licet in hoſpite Chriſtus ſit: quia in paupere Chriſtus eſt, ſicut ipſe ait hoſpes, fur, &c.

Iuppiter hoſpitiorum pater.

*Exempla hoſpitalium hominum ex ſacra ſcriptura deſumpta.*

*Ambroſius in officijs*

Publica eſt humanitatis ſpecies, ut peregrinus in hoſpitio non egeat, ſuſcipiatur officioſè, pateat aduenienti ianua.

*Iohannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum.*

Qualem mercedem habet, qui propter Deum peregrinatur: talem habet, qui ſuſcepit peregrinantem: & fiunt ambo æquales, & qui propter deum refrigerat, & qui propter Deum laborat.

*Geneſ. cap. 18.*

Abrahã, qui angelos hoſpitio recepit.

*Idem cap. 19.*

Loth, qui & ipſe ſuſcepit angelos, putans homines eſſe.

*Item 24.*

Rebecca ultrò inuitans ſeruum Abrahæ, præbens camelis paleas & fœnum.

*Exod. cap. 2.*

Ietro homo alioqui Ethnicus, liberaliter recepit Moyſen profugum.

*Tertio Reg. 17.*

Vidua Sareptana, apud quam habitauit Helias

*Quarto Reg. 4.*

Sunamitis hoſpita Heliſæi.

*Iob 31.*

Iob: qui dixit, foris non permanſit peregrinus: Oſtium patuit peregrino.

*Lucæ 19.*

Zachæus, qui recepit Dominũ Ieſum.

*Actorum, cap. 16.*

Symon Coriarius, apud quem hoſpitabatur Petrus: Lydda purpuraria, quæ recepit Paulum, & complices ſuos, etiã obteſtans eos.

*Eodem loco cap. 28.*

Publius princeps, & ipſe Ethnicus, qui benignè recepit naufragantes.

*Deuteronomij cap. 10.*

Commendat nobis hanc aliquoties ſcriptura: ut, amato peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ in terra Aegypti.

*Ad Hebræos 13. & D. Ioannes in canonica cap. 3.*

Chariſſime, fideliter facis, quicquid operaris in fratres, et hoc in peregrinos.

*D. Petrus epiſt. cap. 4.*

Ante omnia, aut mutuam in uobis ipſis charitatem habentes continuã: quia charitas

charitas operit multitudinem peccatorum, hoſpitales inuicem ſine murmuratione.

*Cic. 2. Officiorum.*

Valde decorum, patere domos hominum illuſtriũ hoſpitibus illuſtribus.

*Humilitas.*

Humilitas eſt uirtus, qua ueriſſima ſui cognitione ſibi ipſi quilibet uileſcit, uel eſt contemptus propriæ excellentię. D. Bernardi hæc eſt definitio de gradibus humilitatis. Auguſtinus definit, ut ſit ex intuitu propriæ conditionis, & ſui conditoris, uoluntaria mentis inclinatio, ſuo immò ordinabili ad ſuum conditorem.

*Bernhardus in epiſtola ad Eugenium.*

Recta facere & inutilem ſe reputare, apud paucos inuenitur. Idem de conſideratione li. 5. Virtutum ſtabile fundamentum eſt humilitas, quæ ſi omittitur, uirtutum congregatio, nõ niſi ruina eſt.

*Caſsiodorus ſuper Pſalm. Miſerere.*

Magnus aſcenſus ad Deum, eſt cognitio infirmitatis ſuæ.

*Seneca in Prouerbijs.*

Etiam obliuiſci quid ſis, interdum expedit.

*Ibidem.*

Niſi æſtimatis uiribus aggrediaris ſarcinam, ſubiacebis.

*Idem in Tragœdia 3.*

Quò fortuna altius euexit, ac eleuauit humanas opes, hoc ſupprimere magis felicem decet.

*Laertius Diogenes de uita Philoſophorum.*

Aeſopus quęſiuit ex Philemone, quid ageret Iuppiter, reſpõdit: alta humiliat, humilia uerò exaltat.

*Valerius lib. 8.*

Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

*Franciſcus Petrarcha de remed. aduerſ. fortunæ.*

Nulla re melius, quàm humilitate, uincitur ſuperbia.

*Ibidem.*

Quis tot ferat inſolentias? humilitas eò acceptior, quò pluribus eſt obſeſſa ſuperbijs.

*Ouidius li. 1. de Triſtibus Elegia 1.*

*Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis*
*Icarus, Icareas nomine fecit aquas.*

*Idem lib. 3. Elegia 4.*

*Tu quoq; formidato nimium ſublimia ſemper,*
*Propoſitiq; precor contrahe uela tui.*

*Propertius lib. 3. Elegia 3.*

*Alter remus aquas, alter tibi radat harenas:*
*Tutus eris medio maxima turba mari.*

*Franciſciſcus Petrarcha*

A cader ua chi tropo ſale: ſet Qui nimium ſcandit: caſum quærit.

*Iſidorus in Synonymis.*

Eſto paruus in oculis tuis, ut ſis magnus in oculis Dei: tãto enim eris apud Deum precioſior, quanto fueris in oculis tuis deſpectior:

*Humiles Deus extollit. ex oda 34. lib. 1. Ad fortunam, & ſe ipſum.*

*Valet ima ſummis*
*Mutare, & inſignem attenuat Deus,*
*Obſcura promens. Hinc apicem rapax*
*Fortuna cum ſtridore acuto*
*Suſtulit: hinc poſuiſſe gaudet.*

*Humiles effert Mars, & æquat potentibus: ex Maphæo Velio lib. 13 Aeneidos.*

*Heu mortem inuiſam, quæ ſola ultricibus armis*
*Elatos frangis animos, communia toti*
*Genti ſceptra tenens, æternaq; fœdera ſeruans:*
*Quæ magnos paruoſq; teris, quæ fortibus æquas*
*Imbelles, populiſq; duces, ſeniumq; iuuentæ, &c.*

*Humili uiro ſæpe laus uera contingit: ex Thieſte Senecæ.*

*Quos cogit metus*
*Laudare, eoſdem reddit inimicos metus.*
*Atq; fauoris gloriam ueri petit:*
*Animo laudari magis, quàm uoce uolet.*
*Laus uera humili ſæpe contingit uiro. &c.*

*Simulatio uel ſubtectio iudicij, ab ὑπὸ ſub, & κρίσις iudicim, quaſi iudicij ſubtectio.*

EST autem Hypocriſis, ſimulatio alienæ perſonæ: ὑποκρίνομαι, ſimulo, ago perſonam. Pauſanias ὅθεν ὑποκριταὶ dicti hiſtriones, mimi, imitatores: Plutarchus, Budæus, in Græcis commentarijs: ſimulatores, qui cum intus ſint mali, bonos ſe palàm oſtendunt. Nomen hypocritæ tranſlatum eſt, à ſpecie eorum, qui ſpectaculis tecta facie incedunt, diſtinguẽtes uultum cæruleo niueoq́ꝫ colore, et cæteris pigmentis, habẽtes ſimulachra oris lutea, gypſata, & uario colore diſtincta: nonnunquam colla & manus creta perungentes, ut ad perſonæ colorem peruenirent: & dum populum in ludis agerẽt, fallerent: modo in ſpecie uiri, modo in forma fœminæ, & præſtigijs reliquis.

*Iob 13.*

Non ueniet in conſpectu Dei omnis Hypocrita.

*Idem cap. 15.*

Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorũ, qui munera accipiunt libenter. Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & uterus eius præparat dolos.

*Idem cap. 28.*

Quæ eſt enim ſpes Hypocrytæ, ſi auarè cupiat, & non liberet deus animam eius? Nunquid Deus audiet clamorem eius, cum uenerit ſuper eum anguſtia? aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore?

*Eccleſiaſtes cap. 8.*

Notandũ hoc eſt. Vidi impios ſepultos: qui etiam cum adhuc uiuerent, in loco ſancto erant, & laudabantur in ciuitate, quaſi iuſtorum operum: ſed & hoc uanitas eſt.

*Eſaias cap. 9.*

Omnis hypocrita eſt nequam.

*Eccleſiaſtici cap. 1.*

Ne fueris hypocrita in conſpectu hominũ, & non ſcandalizeris in labijs tuis.

*Idem cap. 19.*

Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo.

*Hieremias cap. 9.*

In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Nũquid ſuper his non uiſitabo, dicit dominus? aut in gente huiuſcemodi non ulciſcetur anima mea?

*Matth. cap. 6.*

Quum ergo facis Eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritę faciunt in ſynagogis, & in uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam.

*Idem.*

Cum autem oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut uideantur ab hominibus: Amen dico uobis, &c.

*Cap. 7.*

Adtendite à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoſcetis eos.

*Marci cap. 12.*

Cauete à ſcribis, qui uolunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & in primos diſcubitus in cœnis: qui deuorant domos uiduarum ſub obtentu prolixæ orationis, hi accipient prolixius iudicium.

*Lucæ cap. 6.*

Hypocrita, ejce primùm trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies, ut educas feſtucam de oculo fratris tui.

D. *Auguſtinus in ſermo. qui habetur 12. quæſt. cap. 1.*

*Nolo ut aliquis.*

Nolo habere Hypocritas: malũ enim eſſe, qui neſciat: multũ eſt cadere à propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitũ.

*Idem, in ſermone Domini in monte.*

Quiſquis appetit uideri quod non eſt, Hypocrita eſt: ſimulat enim ſe iuſtum, nec exhibet, quin totum fructũ in laude hominum ponit.

*Idem, ſuper illud Iob, cap. 22.*

Hypocrita, qui latinè dicitur ſimulator, auarus eſt: qui dum iniquè agens, deſyderat de ſanctitate uenerari, laudem uitæ rapit alienæ.

*Idem*

*Idem, ſuper Pſal. 63.*

Simulata æquitas non eſt æquitas, ſed iniquitas duplex: quia iniquitas eſt, & ſimulatio.

*Idem, ſuper cap. 7. Matthæi.*

Quum cœperint aliquibus tentationibus ea ipſa uel ſubtrahi, uel negari, quæ iſto uelamine conſecuti ſunt, uel conſequi cupierunt: tunc neceſſe eſt ut appareat, utrũ ſit lupus in pelle ouina, an ouis in ſua.

*Idem, in Epiſtola ad filiam Mauricij.*

Sancta magis eſſe, quàm uideri ſtude.

*Supra Eſaiam lib. 6.*

Si caſtum me ſimulo, & aliud eſt in conſcientia, habeo gloriam mercenariã: ſed ſupplicia peccatoris, & in comparatione duorũ malorũ. Leui⁹ ẽ in aliũ aptè peccare, quàm fingere & ſimulare ſanctitatem.

Hypocritæ hic recipiunt ſuã mercedẽ.

*Ambroſius lib. De offic: & habetur undecimo. q. 3. cap. 5. ſi quis uero.*

Veritas ea regula eſt, ut nihil facias commendandi tui cauſa, quo minor ali⁹ ſias, nec ſi qd boni operis habeas, id ad deformationẽ alterius, et uituperationẽ exerceas: non defendas improbum, & ſancta indigno committenda non arbitreris, nec iterum arguas & impugnes, cuius crimen non deprehenderis.

Egregium præceptũ.

*Seneca ad Lucilium Epiſt. 5.*

Illud te admoneo, ne eorum more, q non proficere, ſed conſpici cupiunt, facias aliqua, quę in habitu tuo, aut genere uitæ notabilia ſunt. Aſperum, cultũ, & tonſum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi poſitum, & quicquid aliud peruerſa uia ſequitur, euita.

*Ibidem.*

Propoſitum noſtrum eſt ſecundum naturam uiuere: hoc contra naturam ẽ, torquere corpus ſuum, & faciles odiſſe mundicies, & ſqualorem appetere, & cibis non tantũ uilibus uti, ſed horridis.

*Idem Epiſtola 42.*

Multorum, quæ imbecillia ſunt, latẽt uitia, inſtrumenta illis explicandæ nequitiæ deſunt: Sic tutò ſerpens etiã peſtifera tractatur, dum riget frigore, non deſunt tunc illi uenena, ſed torpent.

*Idem Epiſt. 20.*

Virtutem bonus ſequitur fide, qui ſe non exornat & pingit: ſed idem, ſiue ex denunciato uideatur, ſiue imparatus & ſubitò, nihil ſimulatio proficit: ueritas in omnem partem eadem eſt.

Veritas in omnem partẽ eadem eſt.

*Ibidem.*

Vis uideri ab hominibus, an non? Nunquàm bonæ honeſtatis eſt longa ſimulatio, quid de alienis moribus & tuis iudices: Multi obligandi, pauci ſunt offerendi.

*Idem Epiſt. 87.*

Multò magis ad rem pertinet, qualis tibi, quàm qualis alijs uidearis.

*Ibidem.*

Nunquàm bona fide uitia manſueſcunt. Tygres & leones nunquàm feritatem exuunt, aliquando ſubmittunt, & cum minimè expectaueris, exaſperantur, mox & toruitas mitigatur.

*In Prouerbijs.*

Malus ubi ſe bonum ſimulat, tunc eſt peſſimus.

*Ariſtoteles lib. 9. Ethicorum.*

Qui fingit ſe amicũ, & non eſt, peior eſt illo, qui facit falſam monetam.

*Cicero 1. Officiorum.*

Compendiaria eſt uia ad gloriam: ut qualis quiſque haberi uult, talis ſit.

A Socrate mutuatus eſt hęc Cicero.

*Idem lib. de Amicitia.*

Apertè enim odiſſe, uel amare, eſt magis ingenui, quàm fronte occultare ſententiam.

*Ibidem.*

Simulatio in omni re eſt uitioſa: tollit enim iudicium uiri, idque adulterat, tũ amicitiæ repugnat.

Simulatio uitioſa.

*Valerius Maximus lib. 7. Titulo, Sapienter dicta, aut facta.*

Socrates expedita & compendiaria uia eos ad gloriam peruenire dicebat, q id agerẽt, ut quales uideri uellent, tales etiam eſſent: qua quidem prędicatione apertè monebat, ut homines ipſam potius uirtutem haurirent, quàm umbram eis conſectarentur.

Graue dictum Socratis.

*Laërtius Diogenes, de uitis & moribus Philoſophorum.*

Nullæ ſunt occultiores inſidię, quàm hæ quę latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine: Nam eum, qui palàm eſt aduerſarius, facile cauẽdo uitare potes. Et Troianus eos⁹ idcirco fefellit, quia formam Mineruæ mentitus eſt. Hæc Diogenes Cynicus dicere ſolitus eſt.

*Ex 1. Epigrammaton libro.*

Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα:
Χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις. id ē.

*Odi uirum duplicem natum:*
*Bonum ſermonibus, inimicum autem moribus.*

*Achilles apud Homerum 2. Odyſſ.*

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

*Latinè uertebat Amantius.*

*Is mihi iuxta inuiſus, ut atri limina Ditis,*
*Qui uerbis aliud prodit, quàm mente uolutat.*

*Iuuenalis Satyra ſecunda.*

*Frontis nulla fides, quis enim non uicus abundat*
*Triſtibus obſcœnis? caſtigas turpia, cum ſis*
*Inter Socraticos notiſsima foſſa Cinædos.*

*Ibidem.*

*Imputo qui morbum uultu inceſſuq́; fatetur,*
*Horum ſimplicitas miſerabilis: his furor ipſe*
*Dat ueniam: ſed peiores, qui talia uerbis*
*Herculis inuadunt, & de uirtute locuti,*
*Clunem agitant.*

*Eraſmus Chiliad. 4. Cent. 2.*

Δούρειος ἵππος.

Δούρειος ἵππος. id eſt. Dureus equus. Dicitur de clandeſtinis inſidijs, aut ubi repente complures apparerent, qui latebant anteà. Sumptum ab equo Homerico, in quo Græcorum proceres abditi, repentè proſilientes Troiam cæperunt.

*Homerus lib. 8. Odiſſeæ.*

Αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι, ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ
Δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' εἵατο πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες. id ē.

*Fatū enim erat, perituram urbem, ſimul ingrederetur*
*Durateum procelſum equū: qui clauſerat omneis*
*Primores Danaū, luctumq́; necemq́; ferentes, Troianis*

*Prouerbium.*

Non omnes qui habent cytharā, ſunt cytharœdi. Huc adſcribendum uidetur, quod lepidè ſcripſit Seneca: Quendam perſonā malle, quā faciem: faciē uocat, ubi talis uidetur, qualis eſt: perſonam, cum præſefert aliquis, quod non eſt. Non is rex ē, cui contingit amplum imperium, ſed qui ſciat adminiſtrare.

Hypocrita.

*Flere ad nouercæ tumulum.*

Eſt ſimulare geſtu dolorem, cum re gaudeas: quòd idem de diuitis alicuius hæredibus non inconcinnè dicetur, in quos extat illud Publij illius Mimi dictū elegans: Hæredis fletus, ſub perſona riſus.

# IMPVDENTIA.

ΑΝΑΙΔΕΙΑ. VEL ΑΝΑΙΣΧΥΝΤΙΑ.

IMPVDENTIA eſt (ut inquit Ariſtoteles 3. Rhetoricorū) contēptio indolentiaq́; earum rerum, quas uerecundi reformidant.

*Theophraſtus de Characteribus.*

ἡ δ' ἀναισχυντία ἐστὶ καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους. ὁ δὲ ἀναίσχυντος τοιοῦτος οἷος πρῶτον μὲν ὃν ἀποστερεῖ πρὸς τοῦτον ἀπελθὼν δανείζεσθαι. id eſt.

Impudentia gloriæ contemptio eſt, ſordidi quęſtus cauſa inducta. Impudēs autem ille, qui quem fruſtraturus ſit, ab eo aliquid mutuatur: quiq́; ubi Dijs immortalibus ſacra mactauerit, apud alium cœnat, ipſe carnes ſuas ſale conditas recondit, & miniſtro accerſito, panem & carnem largitur è menſa, ac audiētibus cunctis, ueſcere, ait, honoratiſſimè.

*Menander.*

Ἀπερυθριᾷ πᾶς, ἐρυθριᾷ δ' οὐδεὶς ἔτι: id eſt.

*Omnes perfricta ſunt fronte, nec ullus amplius erubeſcit.*

*Diphilus.*

ὃς δ' οὔτ' ἐρυθριᾶν οἶδεν οὔτε δεδιέναι,
τὰ πρῶτα πάσης τῆς ἀναιδείας ἔχει. id eſt:

*Qui uerò nec erubeſcere ſcit, neq; metuere,*
*Ille primas uniuerſæ tenet impudentiæ.*

*Cicero in Epiſtol. famil. lib. 5.*
*ad L. Luceium.*

Sed tamē qui ſemel uerecundię fines tranſierit, cum benè & nauiter oportet eſſe impudentem.

*Diphilus.*

Οὐκ ἔστιν ἀναιδοῦς ζῶον εὐθαρσέστερον:
Κακὴ γὰρ αἰδώς, ἔνθα γ' ἀναιδὴς κρατεῖ. id ē.

*Homine impudente, nullum animal eſt confidentius:*
*Malus enim eſt pudor, ubi uincit impudentia.*

*Theogn.*

ἤδη νῦν αἰδὼς μὲν ἐν ἀνθρώποισιν ὄλωλεν,
αὐτὰρ ἀναιδείη γαῖαν ἐπέρχεθ' ὁμῶς. id eſt.

*Nunc uerecundia quidem inter homines perijt:*
*At impudentia terram peragrat ubiq́;.*

*Euripides in Medea.*

ὄυ τοι θράσος τόδ' ἐςὶν οὐδ' εὐτολμία
φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν,
ἀλλ' ἡ μεγίςη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων
πασῶν, ἀναίδει'· εὖ δ' ἐποίησας μολών. id eſt.
*Hæc non eſt animoſitas, neq; fortitudo,*
*In faciem intueri amicos, malè à ſe affectos:*
*Sed maximus morborum inter homines*
*Omnium impudentia, benè autem feciſti quod aduene-ris.*

*Herodotus lib. 1. Hiſto.*

Ἅμα δὲ χιτῶνι ἐκδυομένῳ, ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. id eſt. Mulier ſimul cum ueſte pudorem etiam exuit.

*Theodectes.*

ἅπαντ' ἐν ἀνθρώποισιν γηράσκειν ἔφυ, καὶ πρὸς τελευτὴν ἔρχεται τὰ τοῦ χρόνου:
πλὴν (ὡς ἔοικε) τῆς ἀναιδείας μόνον:
αὕτη δ' ὅσῳπερ αὔξεται θνητῶν γένος
τόσῳ δὲ μείζων γίνεται καθ' ἡμέραν. id eſt.
*Omnes humanæ res natura conſeneſcunt,*
*Et ad finem temporis ueniunt,*
*Præter ſolam (ut uidetur) impudentiam:*
*Hæc enim quantò magis genus augetur mortalium,*
*Tantò fit maior quotidie.*

*Menander in Carine.*

Ὦ μεγίςη τῶν θεῶν
Νῦν οὖσ' ἀναίδει', εἰ θεὸν καλεῖν σε δεῖ,
δεῖ δ'· τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν νομίζεται θεός,
ἐφ' ὅσον βαδίζεις, ἐφ' ὅσον ἥξειν μοι δοκεῖς. i.
*O Maxima Deorum*
*Hoc temporis impudentia, ſi modo te Deam uocare oportet:*
*Sed oportet: nã quod imperat, pro Deo nũc habetur.*
*Quantũ progrederis? quouſq; peructura mihi uideris?*

*Xenophon in lib. 1. De Pædia Cyri.*

ἐπειδὴ δὲ δοκεῖ μάλιςα τῇ ἀχαριςίᾳ ἀναισχυντία· καὶ γὰρ αὕτη δοκεῖ εἶναι μεγίςη ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. id eſt.

Ingratitudini uerò potiſſimum impudentia uidetur eſſe comes, quæ ad omnem turpitudinem maxima dux eſt.

*Prouerbia.*

Frontis perfrictę. Frons pudori ſacra antiquitus habita eſt. Effrõtes, qui omnem pudorem dedidicerunt.

Dea impudentia θεὸς ἡ ἀναίδεια. Cum quis ex inuerecundia & audacia, lucrũ atq; emolumentum aufert. Homerus ſcribit, uerecundiam uiro egenti inutilem eſſe.

Theophraſtus in lib. de legib. prodidit, apud Athenienſes aras fuiſſe contumeliæ & impudentiæ dicatas.

Atticus aſpectus: id eſt, os impudens: Hoc enim uitio notati ſunt Atticorum mores.

*Ariſtophanes.*

ἐπὶ τοῦ προσώπου τ' ἐςὶν ἀττικὸν βλέπος. id ē.
*Ac uultu in ipſo aſpectus Atticus eminet.*

Nudo capite facere quippiam dicuntur, qui palàm ac citra pudorem omnẽ faciunt. Vſi ſunt hoc prouerbij titulo Cyrillus & Chryſoſtomus.

# INFELICITAS.

ΚΑΚΟΔΑΙΜΟΝΊΑ, INFELIX δύσμορος.

*Menander in Hydria.*

Γέροντα δυςυχοῦντα τῶν ἑαυτοῦ κακῶν
ἐπαγομένων λήθην ἀνέμνησας πάλιν,
ἔπειτα τυχεῖν τ' ἤγειρας. id eſt.
*Miſero ſeni, qui malorum ſuorum*
*Obliuiſci incipiebat, memoriam refricaſti,*
*Ac denuo infelicem fieri effeciſti.*

*Sophocles in Nauplio.*

Τῷ γὰρ κακῶς πράσσοντι μυρία μία
Νὺξ ἐςὶν εὖ παθόντα ἡ τεράτευει θανεῖν. id ē.
*Infinitis oppreſſo malis, una*
*Nox aduenit, quæ dum melior fortuna aſpirat, mori iubet.*

*Menander in Paracatatheca.*

Εὔπιςον ἀτυχῶν ἐςὶν ἄνθρωπος φύσει,
τὸν πλησίον γὰρ οἴεται μᾶλλον φρονεῖν,
ὁ τοῖς λογισμοῖς τοῖς ἰδίοις πταίων ἀεί. id ē.
*Homo infelix, ſemper natura credulus eſt:*
*Proximus enim ſemper plus ſe ſapere putat*
*Illo, quem ſuæ rationes ſemper fallunt.*

*Amphis in Ampelurgo.*

ἐν οἷς ἀτυχήσῃ τις ἄνθρωπος τόποις,
ἥκιςα τούτοις πλησιάζων ἥδεται. id eſt.
*Quibus in locis calamitoſus aliquis fuit,*
*Ad ipſos accedere nequaquàm gaudet.*

*Philetas in Cerere.*

ἦ μὲν δὴ πὸ λίεσσι πεφύρησαι χαλεποῖσι
θυμέ· γαληναίη δ' ἐπιμίσγεαι οὐδ' ὅσον ὅσον.
ἀμφὶ δέ τοι νέαι αἰὲν ἀνίαι τετρήχασιν. id eſt.
*Permultis equidem ſemper immerſus es malis*
*Anime mi: Tranquillitatem uerò ne tantillam quidem experiris:*
*Semper autem noui dolores circa te exaſperantur.*

*Idem.*

Τῶ

τῶν οὖν μοι πολίων γαίης ὕπερ, οὐδὲ θαλάσσης
Ἐκ διὸς ὡραίων ἴσχομεν ὧν ἐτέων
οὐδ' ἀπόμοιρα μελέω κακῶν φέρει, ἀλλὰ φέρουσιν
ἔμπεδα καὶ τοῖς ἄλλα προσαυξάνεται: id ē.
Hinc eſt, quod ſemper oberro terra mariq;,
Dum fœcundi à Ioue reſtringuntur anni:
Nec mihi Parca malorum finem adfert, ſed manent
Conſtanter, & præſentibus accreſcunt alia.

Menander.

ἔξωθεν εἰσὶν οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖν.
Τὰ δ' ἔνδον εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι. id eſt.
Qui felices uidentur, externam ſolam perſonã habẽt:
Intus autem cæteris hominibus ſimiles ſunt.

Diphilus.

ὥσπερ καθίζουσ' ἡμῖν ἐνίοτ' ἡ τύχη ἓν ἀγαθὸν
ἐπιχέασα τρί' ἐπαντιχεῖ κακά: Ηράκλειτος
ἔφη τὸν ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων. id eſt.
Fortuna nobis tanquàm cyathos exiccantibus:
Si unum horum infundat, tria mala effundit.
Heraclitus dixit, ingenium homini Dæmonem eſſe.

Plato in Gorgia.

Κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν ὦ πῶλε ὁ ἀδικῶν τε καὶ ἄδικος, πάντως μὲν ἄθλιος, ἀθλιώτερος μὲν τοι ἐὰν μὴ διδῷ δίκην, μὴ δὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ἀδικῶν, ἧττον δὲ ἄθλιος ἐὰν διδῷ δίκην, καὶ τυγχάνῃ δίκης ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων; id eſt.

Secundum uerò ſententiam meam, ô Pole, qui iniuriatur iniuſtuſq; eſt, omnino eſt ante alios miſer: miſerior tamen, ſi iniuriarum pœnas nunquàm luat, ſuppliciumq; iuſtum à Dijs hominibusq; reportet.

Canis contra Artemiſium, de fœtu corrupto.

Τὸ μὲν ἀδικεῖσθαι καὶ παντὶ οὖν δεινόν ἐστι, τὸ δὲ καὶ τῶν τοιούτων τι παθεῖν, ὃ μηδὲ εἰπεῖν ὁ πεπονθὼς δύναται σαφῶς δυστυχίας ὑπερβολήν. id eſt.

Iniuriã pati cuilibet graue eſt, huiuſmodi uerò aliquid pati, quod nec dici quidem clarè ab homine affecto poſſit, infelicitas nimia eſt.

Homerus Iliad 9. libro.

Δύσμορον ὅν ῥα πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδεῖ
Αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα
υἷάς τ' ὀλλυμένους ἑλκυσθείσας τε θύγατρας
Καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα
Βαλλόμενα ποτὶ ἄστυ ἐν αἰνῇ δηιοτῆτι. id eſt.
Infelicem quem pater Saturnus in ſenectutis limine
Miſera calamitate perdidit, multa mala intuitum:
Et filios pereuntes, & filias per uim abſtractas,
Et thalamos uaſtatos, & liberos infantes
Ad terram proiectos in graui conflictu.

Menander in Enchiridio.

Ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃ τις ἄνθρωπος τόποις
ἥκιστα τούτοις πλησιάζων ἥδεται.
οὔποτ' ᾤμην ἄν, ἡ τύχη καὶ πάντα δὲ
Τὰ μηδὲ προσδοκῶντ' ἐξίστησιν φρένας:
Ὡς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ ἀεί. id eſt.
Nunquàm putabam: Verùm fortuna & omnia
Inexpectata animum ſuo ſtatu deijciunt:
Quàm ſemper aliud malum poſt aliud mihi naſcitur.

Euripides Tragicus.

Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ
αἱ μεταβολαὶ λυπηραί: ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς
ἔστ' οὐδὲν ἀλγεῖ συγγενῶς δύστηνος ὤν. id eſt.
Viro, qui felix aliquando uocatus fuit,
Moleſta eſt mutatio: cui uerò ſemper ſiniſtra
Fortuna fuerit, nihil dolet, ut cui familiaris ſit calamitas.

Euripides in Antigone.

Ἐπὶ ἄκρον ἥκομεν κακῶν γραμμήν. id eſt.
Malorum ultimam lineam attigimus.

Idem in Aeolo.

Ἀεὶ τὸ μὲν γε ζῇ, τὸ δὲ μεθίσταται κακόν
Τὸ δ' οὐκ ἔφηνεν αὖθις ἐξ ἀρχῆς νέον:
Νῦν δὲ ἀεὶ πέσσω τόδ', αὔξεται ἄλλο νεωρόν
Πῆμα, κακῶν δ' οὔπω γίνεται ἡσυχίη. id eſt.
Semper malum aliquod uiget, alterum uero præterit:
Et quod ſecuturum eſt deinceps, nondum apparet.
Nunc uerò ſemper concoquo, interim aliud nouum mihi creſcit
Damnum, cum à priori malo nondum me expediuerim.

Antiphon.

Si cui Deus bona non perfectè largiri uoluerit, illum pecuniarum copia exhibita mentis & prudentiæ inopem facit: & ſic altero adempto, utriſq; priuat.

Democritus.

Ἀπορίη κοινὴ τῆς ἑκάστου ταλαιπωροτέρη: οὐδεμία γὰρ ὑπολείπεται δὲ ἐλπὶς ἐπικουρίης. id ē.
Inopia publica grauior eſt, quàm ſingulorum:
Nulla enim ſubſidij ſpes relinquitur.

Idem.

Νόσος οἴκου καὶ βίου γίνεται ὅκως περ καὶ σκήνεος. id eſt: Quemadmodum corpori, ſic & familiæ, uitæq; morbus accidit.

Gaius.

ἔοικε δὲ ὁ βάσκανος δαίμων φιλοτιμότατος εἶναι πρὸς τὰς παραδόξους συμφοράς. id eſt.

Inuidus dæmon maximè hoc uidetur ſtudere: ut inopinatas calamitates inducat.

Xenocrates,

Xenocrates dicebat, quemadmodum à faciei formæq; uitio aliquem uocam' informem: ita ob fortunæ malitiam, homines improbos uocari à nobis infortunatos.

*Plato in Gorgia.*

Atqui, ô Socrates, nihil opus eſt antiquis exemplis ad te confutandum; ſiquidem recentibus, atq; adeo heſternis manifeſtè pleroſq; iniuſtos eſſe felices comprobari poſſit: Quænam iſta? Archelaum Perdicæ filiũ Macedoniæ imperare uides? Etſi non uideo, ſaltem audio. Felix ne igitur tibi, an infelix uidetur? Neſcio equidem Pole: nunq; enim ei conuerſatus ſum. Quid autem ſi eius conſuetudinem habuiſſes, iam cognoſceres? Aliunde uerò eius felicitatem non deprehendis? Non per Iouem. Cõſtat igitur ô Socrates, ſimiliter te dicturum, ignoro: Vtrum magnus Perſarum Rex ſit fœlix. Et uera quidem dicam: Ignoro enim, quo pacto uel eruditione uel iuſticia ſit inſtructus, nũquid in hoc tota beatitudo conſiſtit? Certè meo iudicio. Aſſero enim honeſtum, bonumq; uirum & mulierem, eſſe felicem: iniuſtum uerò & turpem, eſſe miſerum. Miſer ergo iuxta tuum ſermonem eſt Archelaus, nimirum ſi iniuſtus.

*Menander in Heroë.*

Ὡς οἰκτρὸν ἡ τὰ τοιαῦτα δυστυχῶ μόνη,
ἃ μηδὲ πιθανὰς πᾶς τὰς ὑπερβολὰς ἔχει. id ē.
*Me miſeram, quæ ſola calamitates tales experior,*
*Quas præ immanitate nemo facilè crediderit.*

*Menander.*

Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται id eſt.
*Quercu cadente omnis uir ligna comburit.*
Δεῖ τοὺς μὲν εἶν δυστυχεῖς, σὺ δ' εὐτυχεῖς. id ē.
*Oportet hos quidem infelices, hoc uerò felices.*
Ἐπὶ ἀνδρὶ δυστυχοῦντι μὴ πλάσῃς κακόν. id ē.
*In uirum infelicem ne obijcias malum.*
Ἐξ ἡδονῆς γὰρ φύεται τὸ δυστυχεῖν. id eſt.
*Ex uoluptate naſcitur, infeliciter agere.*
Μὴ ἐμβαίνε δυστυχοῦντι, κοινὴ γὰρ ἡ τύχη. id ē.
*Ne inſultes infelici: Communis enim fortuna eſt.*
Μηδέποτε σαυτὸν δυστυχῶν ἀπελπίσῃς. id ē.
*Nuſquàm de teipſo infeliciter agens, deſperabis.*
Νόμιζε κοινὰ πάντα δυστυχήματα id eſt.
*Exiſtima omnes infelicitates eſſe communes.*
Οἴμοι, τὸ γὰρ ἄφνω δυστυχεῖν μανίαν ποιεῖ. id ē.
*Heu mihi, repente infeliciter agere, inſaniam gignit*
Τῶν δυστυχούντων εὐτυχὴς οὐδεὶς φίλος. id ē.
*Infelicium, fortunatus nullus amicus.*

*Ouidius lib. 2. de Ponto ad Maximum.*

*Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt,*
*Quæ ſimul intonuit, proxima quæq; fugat.*
*En ego non paucis quondam munitus amicis,*
*Dum flauit uelis aura ſecunda meis:*
*Vt fera nimboſo tumuerunt æquora uento,*
*In medijs lacera puppe relinquor aquis.*

## INFORTVNATI, ET QVI DE *proſpera fortuna ad humilem & miſeram redacti fuerint: exempla ex Sabellico, Valerio Maximo, & Fulgoſo, Rauiſioq; decerpta.*

Dionyſius Iunior Syracuſis expulſus, exulauit Corinthi, ibiq; ludimagiſtrum egit. Teſtis Cicero lib. Epiſtol. famil. 9. Ad Papirium.

*Ouidius 4. de Ponto.*

*Ille Syracuſia modo formidatus in urbe,*
*Vix humili duram reppulit arte famem.*

Pazaites Rex Turcarum Tamburzano uictori equum inſcenſuro, ſubinclinauit humeros, & ſcabelli uſum præbuit: Vt etiam Valerianus Imperator optimus Sapori regi Perſarum fecit.

Belliſarius Dux exercitus Iuſtiniani, poſt tot, tantaſq; uictorias exoculari mandato iuſti iuſſus: uictum in publica à tranſeuntibus emendicauit.

Caſſius toties triumphator, tertiò cõſul, capitali ſupplicio afflictus uitam finiuit.

Celeſtinus 5. Ioann. 19. & 14. in carcere perierunt. Benedictus 5. Item 10. Martinus Tudertinus, Ioann. 11. ſuo Pontificatu detruſi, conſenuerunt in exilio.

Polycrates Samiorum Tyrannus, poſt multos ridentis fortunæ zephyros ab Onete Cyri præfecto ſuperatus, & ſuſpendio affectus eſt.

Xerxes, qui Aegyptum ſubegerat, à Theniſtocle uictus, ab Artabano interfectus eſt: Artabanus autem, ab Artaxerxe occiſus.

Mithridates Rex Ponti, qui annis 50. Romanos uarijs cladibus affecerat:

Aſiam

Aſiam occupauerat, Q. Oppium proconſulem, & Aquileium legatũ in uincula coniecerat: à Lucullo primum, deinde à Pompeio ſuperatus, mortem ſibi intulit.

Pompeius Magnus tot egregijs uictorijs habitis, à Cæſare uictus, in Theſſalia iuſſu Ptolomæi, ad quem in extrema rerum deſperatione confugerat interfectus eſt crudeliſſimè,

Cæſar Iulius uictor Maximus. C. Caſſij & Decij Bruti 23. uulneribus, in ſenatu cõfoſſus eſt. Reliqua lege apud Valerium & Fulgoſum lib. 6. cap. undecimo, de uarietate caſuum.

# INGRATITVDO.

### BENEFICIVM NON MVTAT *naturam.*

*Ianus Pannonius Epiſcopus Quinque Eccleſienſis, uir Doctiſsimus.*

*AGna lupũ paſco proprijs inuita mamillis,*
*Paſtoris fatui ſed iubet imperium.*
*Nutritus per me, rurſus ſcio ſæuiet in me.*
*Vertere naturam gratia nulla poteſt.*

*Lactantius lib. 4. Diuina. inſtit cap. 3.*

Si diuinitas, quæ gubernat hũc mundum, incredibili beneficio genus humanum ſuſtentat, & quaſi paterna indulgentia fouet: uult profectò gratiam ſibi referri, & honorem dari. Nec conſtare homini ratio pietatis poteſt, ſi cœleſtibus beneficijs extiterit ingratus, quod non eſt utiq; ſapientis.

*Seneca Epiſtola 83. ab Lucilium.*

Quidam quo plus debent, magis oderunt. Leue æs alienum debitorem facit grauem inimicum.

*Ibidem.*

Quereris incidiſſe te in hominem ingratum: Si hoc periculũ uitare uolueris, non dabis beneficia: ita, ne apud alium pereant, & apud te peribunt.

*Ibidem.*

Ingrati eſſe uitemus, non aliena cauſa, ſed noſtra.

*Ibidem.*

Venenum, quod ſerpentes in alienã perniciem proferunt, ſine ſua læſione continent: non ita uitium ingratitudinis continetur: torquet ſe ingratus, & macerat, oditq; accepta (quia redditur eſt) & extenuat: Iniurius uerò dilatat, atq; auget.

*Ibidem.*

Quid autem eſt eo miſerius, cui beneficia excidunt, hærent iniuriæ.

*Ibidem.*

Quæris quid ſit, quod obliuionem nobis acceptorum faciat? cupiditas accipiendorum. Cogitamus non quid impetratum, ſed quid petendum ſit: neſcimus æſtimare res, de quibus non cum fama, ſed cum rerum natura deliberandum eſt.

*Ibidem.*

Eò producturus eſt furor, ut periculoſiſſima res ſit, beneficia in aliquẽ magna conferre: Nam quia putat turpe nõ reddere, non uult eſſe cui credat: habe quod accepiſti, non repeto, non exigo, profuiſſe tutum eſt.

*Idem de beneficijs.*

Non referre gratiam de beneficio, turpe eſt.

*Ibidem.*

Per ſe fugienda eſt res, ingratum eſſe: quoniam nil æquè concordiam humani generis diſſociat ac diſtrahit, quàm hoc uitium.

*Ibidem.*

Vir bonus omnia rectè facit, ſi omnia rectè facit, ingratus eſſe non poteſt.

*Ibidem.*

Gratum hominem ſemper beneficiũ delectat, ingratum ſemel.

*Eraſmus Roterodamus.*

*Lacto lupum uberibus proprijs, nõ ſponte, ſed borſum*
*Me demens adigit paſtor, id ut faciam.*
*In me rurſus erit fera, poſtquàm creuerit ex me.*
*Natura haud unquàm uertitur officijs.*

*Vrſinus Velius.*

*Admoueo nolens catulo diſtenta Lupino*
*Vbera, eò me amens ſed trabit upilio.*

In me

*In me lacte meo nutritus ſæuiet olim:*
*Flectere naturam gratia nulla poteſt.*

*Alciatus.*

*Capra meo non ſponte lupum nunc ubere lacto,*
*Quod male paſtoris prouida cura iubet.*
*Creuerit ille ſimul me me poſt ubera poſcet:*
*Improbitas nullo flectitur obſequio.*

BENEFICIA IN INGRATOS *collata turpiter pereunt.*

*Sophocles Tragicus.*

ὅτῳ δ' ἀπορρεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος, οὐκ
ἂν γένοιτο ποθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ. Id eſt:
*Qui autem obliuiſcitur beneficio affectus,*
*Nunquam utiq; eſſet hic generoſus uir.*

*Idem.*

ὡς τάχιστα τοῖς βροτοῖς χάρις διαρρεῖ. Id eſt:
*Quàm citò beneficium mortalibus perit.*

*Seneca.*

Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit.

Εἰς εὐχαρίστους καὶ ἀχαρίστους

*Lucianus lib. 1. Græcorum Epigrammatum.*

ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι· ἢν βραδύνῃ
πᾶσα χάρις κενή, μὴ δὲ λέγοιτο χάρις.

*Auſonius.*

*Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt gratia: namq;*
*Quum fieri properat gratia, grata magis.*

*Idem.*

*Si benè quid facis, facias citò: nam citò factum*
*Gratum erit, ingratum gratia grata magis.*

λουκιανοῦ.

φαῦλος ἀνήρ, πίθος ἐστὶ τετρημένος εἰς ὃν ἁπάσας
ἀντλῶν τὰς χάριτας εἰς κενὸν ἐξέχεας.

*Cornarius.*

*Pertuſum uas eſt, ingratus homuncio: ſemper*
*Omne quod infundis perfluit in nihilum.*

*Luſcinius.*

*Rimarum plenus perdit tua dona ſceleſtus:*
*Si ſapis integro uina reconde cado.*

*Eraſmus in Chiliadibus.*

Ale luporum catulos.

ἀδέσποτον

τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω, οὐκ ἐθέλουσα,
ἀλλά μ' ἀναγκάζει ποιμένος ἀφροσύνη.
αὐξηθεὶς δ' ὑπ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ πάλι θηριωθήσεται.
ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται.

Ex Theocrito deſumptum, lib. 1. Epigrammatum Græcorum. Eorum autem interpretationem habes paulò ſupra, ex Eraſmo, Vrſino, & Alciato.

INGRATITVDO MAXIMVM VItium, *atq; ob id Deo & hominibus exoſum maximè habetur.*

*Ex Xenophonte, de dictis & factis Socratis.*

An ignoras, quòd ciuitas quoq; aliam quidem non nimium curat ingratitudinem, nec in iudicium compellit, ſed deſpicit, ſi quis beneficijs acceptis non reddat gratias. Si quis uerò parentes non obſeruet, hunc in iudicium compellit ac reprobat, magiſtratibuſq; omnibus indignum exiſtimat, tanquam ab illo non poſſint neq; ſacrificia piè ſacrificari, nec aliud quippiam benè aut iuſtè agi: nec ſolus hoc, ſed etiam ſi quis parentum defunctorum ſepulchra non ornet. Hoc etiam ciuitas inueſtigat in electionibus magiſtratuum.

*Xenophon de Pædia Cyri.*

In illum item animaduertunt, quem minus iurè accuſantem inuenerint: & de illo crimine iudicium faciunt, quod eſt in cauſa, ut ſe homines odio mutuo inſectentur quàm maximè: nam uehementer cauſam agunt ingratitudinis. Et quē cognorint poſſe referre gratiam, nec refert, in hunc ſeueriſſimè animaduertunt: Quippe qui arbitrantur eos, qui ſunt ingrati, & Deos maiorem in modum negligere, & parentes, & patriam, & amicos. Ingratitudinem uerò potiſſimum impudentia ſequitur, quæ ad omnem turpitudinem maxima eſt dux.

INGRATITVDO LIBERORVM *erga parentes ſugillatio acris.*

*De Socratis dictis ac factis. Xenophon.*

Sentiens autem aliquando ſuum filium Lambrocheum, qui maior natu erat, matri ſuæ iratum: Dic mihi ô fili, ait, cognouiſti ne unquam homines quoſdam, qui apellantur ingrati? Ita prorſus, inquit. Conſideraſti igitur, quos homines, & cum quid agant, hoc nomine appellant? Conſideraui, ait. Illos namq; qui beneficijs acceptis non reddunt gratias, cum poſſint, ingratos appellāt. Hos uerò ingratos, cum iniurioſis connumerādos eſſe putas? Ita, inquit. Quid uerò, conſideraſti ne unquam mancipare amicos iniuſtum eſſe, inimicos iuſtum? Sic etiam ingratū eſſe erga quidem amicos iniuſtum, erga uerò inimicos iuſtum? Omnino, ait, conſideraui, ac mihi apparet à quocunq; quiſpiam beneficijs affectus, ſiue amico, ſiue inimico, non conatur gratias reddere, iniuſtus eſſe. Si igitur hæc tibi uera uidentur, manifeſta iniuria

ingratitudo eſſet profectò, conceſſit. Quantò ergo maioribus quiſq; beneficijs acceptis non reddit, tantò iniuſtior eſſet: et hoc etiam conceſſit. Quos igitur, aut à quibus putas maioribus beneficijs affici, quàm liberos à parentibus? quibus, primò ut ſint & uiuant: deinde ut tot bona uideant, illorumq; participes fiant, quæcunq; dij hominibus præbent, parentes cauſa fuerunt: quæ tam magna exiſtimatione digna omnes arbitramur, ut priuationem illorum magis, quàm alia fugiamus. Ciuitates quoq; pro maxima pœna delictis in maximis mortem ſanxerunt, tanquam maioris mali timore non poſſint iniurias coërcere: non putes uelim propter ueneereas res homines filios procreare, cum ad hunc feruorem libidinis ſoluendum, nõ parua ſine labore, munereue uxorio facultas exiſtat: Quapropter non parum cogitamus, à quibus mulieribus quàm optimi filij nobis propagari poſſint: quibus cum tales inueniantur conuenientes, prolem procreamus. Et uir quidem ipſam uxorem, ex qua ſuſcepturus eſt liberos, alit, futuris quoq; liberis omnia præparat, quæcunq; conductura eis ad uitam putet: et hæc quàm plurima poſſit. Mulier uerò concipiens tolerat hoc onus cum grauamine, & periculis uitæ, alimento ſuo nutriens puerum, magno multoq; labore uſq; ad partum perueniens: poſtea etiam nutrit, atq; pro eo procurat, à quo tamen nunquam antea beneficij quicquam acceperat, quiq; non modò ignorat, qui ei benè facit, ſed neq; declarare poteſt, quibus indigeat. Mater uerò per coniecturam, quæ conducant, quæq; grata ſint eis conatur adimplere, multoq; tempore nutrit, diu noctuq; laboribus affecta: ignorans quàm iſtorum omnium mercedem habitura ſit. Et non ſufficit ſolùm nutrire, ſed cum uidentur filij poſſe diſcere quicq;, quæcunq; ipſimet parentes ad uitam utilia habent, docent: quæ uerò putant alium magis poſſe docere, pro his ad illum liberos, ut doceantur, mittunt: cum ſumptibus, omnibuſq; modis procurant, ut quàm optimi eis liberi efficiantur. Tu itaq; fili ſi compos es mentis, & Deos, ut tibi ignoſcant, exorabis: ſi quid matrem neglexiſti, ne ingratum te eſſe exiſtiment, nec benè facere uelint: Deinde ſi homines te ingratum cognouerint erga parentes, pro nihilo habebunt, nulluſq; putaberis pro ſuſceptis beneficijs fore in referenda gratia memorem.

Officium uiri.

INGRATI VT PESTILENTES *fugiendi, nihil enim illis ſceleratius eſt.*

*Petrus Crinitus, lib. 2. poëmatum, de fugiendis ingratis.*

*Ingratus eſt uitandus, ut dirum ſcelus;*
*Nil cogitare peſtilentius poteſt,*
*Nec eſſe portentoſius quicquam puto.*
*Ingratus aut malè facit, aut malè cogitat,*
*Sibiq; tantùm parcit, alijs detrahit:*
*Et odit omneis, qui bonis benefaciunt.*
*Ingratus eſt audacior, quò nequior:*
*Et impudens ad omnia ſcelera trahitur,*
*Audaxq; cuncta ſemper in peius mouet.*
*Ingratus eſt ſeminarium ſcelerum omnium:*
*Hinc eſt auara mens & animus perditus:*
*Hinc faſtus impotens, & ambitus grauis.*
*Ingratus hoc unum benefacit: cum perit.*
*Nam tellus ipſa fœdius nihil creat.*
*Portentum id omnium eſt habendum maximum.*

Gratia eſt, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi uoluntas continetur. Cuius contrarium, Ingratitudo.

*Herodotus lib. 1. hiſtoriarum.*

ἕπεσθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἀναισχυντία, καὶ γὰρ αὕτη δοκεῖ εἶναι μεγίστη ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. Id eſt:
Ingratitudini uerò potiſſimum impudẽtia uidetur eſſe comes, quæ ad omnem turpitudinem maxima dux eſt.

INGRATVS ERGA PARENTES *citò perit, ſuperſtitibus parentibus.*

*Exemplum de Hippotheo, Iliados Homeri ρ.*

οὐδὲ τοκεῦσι
θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών. Id eſt:

*Aſt neq; nutricandi grata parentibus ille*
*Reddidit officia, ſed ei breue contigit æuum.*

κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν.

*Aries nutricationis mercedem perſoluit.*

Prouerbium quadrat: ubi quis pro benefactis maleficium reponit. Allegoria ſumpta ab eo, quod aries cornibus impetat alueum, aut uas, in quo pabulum apponitur, ipſoſq;, quorum opera nutritus eſt, aut etiam nutritur, cornibus inceſſit. Effertur & ad hunc modum: κριῶ διακονία.

νία. Id eſt: Arietis miniſterium: pro officio collocato in ingratum, qui beneficium iniuria penſet. Huic affine, quod apud Ariſtophanem in Veſpis ἡ χάραξ ἄμπελον. Id eſt: Vallus uitem.

*Plautus.*

Si qd iuues, pluma leuior gratia, ſi quid offendas, plumbeas iras gerunt.

*Prouerbium Eraſmi, Chiliadis tertiæ, Centuria 3.*

*Qui canem alit externum.*

Qui canem alit peregrinum, huic præter linum nihil ſit reliqui. ὃς κύνα τρέφει ξένον, τούτῳ μόνον λίνος μένει. Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam. Nam canis alienus, relicto fune, quo alligatur, priſtinum dominum repetit. Sapit & hoc uulgare quiddã mea quidem ſententia.

*Alere luporum catulos.*

Prouerbiũ ſumptũ ex Hodœris Theocriti, θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας ὥς τυ φάγωντι. Id eſt: Paſce canes, qui te lanient, catuloſq; luporum. In eos conuenit, qui læduntur ab ijs, de quibus benè meriti ſunt: aut in ingratos. Dictum Socratis. κακοὺς ποιῶν εὖ, θρέψαι λύκους. Malis faciens benè, lupos nutrit: Nam plerunque ſolet id uſu uenire illis, qui catulos luporum enutriunt,

Pro beneficentia Agamemnonem ulti ſunt Achiui. ἀντ' εὐεργεσίας ἀγαμέμνονα ἀχαιοί. Id eſt: Pro meritis malè tractarunt Agamemnona Græci. In ingratos, qui pro ſummo beneficio, ſummum remetiuntur maleficium. Atq; hoc ferè accidit uiris de Republica benè meritis: ut pro benefactis, peſſimam gratiam retulerint.

*Ingratitudo uulgi.*

Non habetur ratio collatorum officiorum: ob id nunc nihil melius, quàm abſtinere à collatione beneficiorum, cũ nulla ſit hominum gratitudo, & ſæpe pro perca ſcorpium quis auferat.

*Homerus Odiſſeæ ε.*

μή τις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω
σκηπτοῦχος βασιλεὺς μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδώς
ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη καὶ αἴσυλα ῥέζοι. Id eſt:
*Poſthac ne placidus ſit quiſq́, neúe benignus,*
*Nec mitis, iuſtiq́; tenax, rex ſceptriger unquam:*
*Sed ſemper ferus eſto, & ſemper iniqua patrato.*

*Eraſmus Chiliad. tertiæ, cent. 1.*

*Simul & miſertum eſt, & interijt gratia.*

ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. Id eſt: Simul & miſertum eſt, interijtq; gratia. Senarius prouerbialis apud Zenodotũ: dici ſolitꝰ in ingratũ, qui ſimul atq; leuatus eſt malis, deſinit meminiſſe beneficiũ eius, cuius opa reſtitutus eſt, iuxta illud: Si dolet, meminit, ſi placet, obliuiſcitur. χάριν λαβὼν μέμνησο, δοὺς ἐπιλάθου. Id eſt: Memineris accepti, dati obliuiſcere. Seneca in moralibus. At nunc ita ſunt hominum ingenia, ut fragilis ſit beneficiorum memoria, iniuriarum tenax. ἀεὶ δ' ὁ σωθεὶς ἐστὶν ἀχάριστος φύσει. Id eſt: Seruatus uſq; ingratus eſt, & immemor. et μετὰ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις. id ẽ, Poſt munus ilico conſeneſcit gratia.

EXEMPLA INGRATITVDINIS *paſſim ex ſacris literis excerpta.*

*Geneſis cap. 17.*

Agar, quia beneficia dominæ ſuæ acceperat, eleuata eſt contra eam: & beneficij reperta ingrata, à ſcriptura reprehenditur, & extra domum eijcitur.

*Gene. cap. 31.*

Ingratus fuit Laban Iacob pro benedictione, qua benedixit illi Deus propter Iacob.

*Ibidem, cap. 40.*

Præpoſitus, cui per ſomnij interpretationem uitam addixerat Ioſeph, liberatus illius obliuiſcitur.

*Iudicum 2.*

Angelus improperauit filijs Iſraël ingratitudinem.

*2. Regum 10.*

Filij Amon ingrati Dauid, in eo, quod præſciderũt ueſtimenta nuncijs illius in dedecus.

*1. Reg. 19.*

Saul ingratus Dauid pro beneficijs ſuis.

*Ibidem, cap. 32.*

Saluauit Dauid habitatores Zeilæ, & tamen uoluerunt eum tradere in manus Saul.

*2. Reg. 11.*

Ingratus eſt Dauid Vriæ, quando ſtuprata illius uxore, dedit illum in necem.

*2. Reg. 15.*

Abſolon ingratus patri ſuo.

*4. Reg. 12.*

Ingratus Deo Hieroboam, eò quod in regnum ſublimatus, abduxit populum à uero cultu Dei.

*4. Reg. 6.*

Heliſeus multa bona fecerat regi, qui tamen ſollicitauit necem prophetæ, cupiens occidere.

*2. Paralip. 24.*

Ioas rex occidit filium Ioiade ſacerdotis, immemor beneficiorum, quæ contulit in illum Ioada ſacerdos.

*Ibidem.*

Amaſias rex liberatus ab hoſte, Domini manu: ſed immemor Dei, adorat idola.

*Heſter 16.*

Multi bonitate principum & honore, qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam, nec contenti non agere gratias pro beneficijs, & humanitatis iura in ſe uiolare, ſed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur ſe poſſe effugere ſententiam.

*Sapientiæ cap. 16.*

Ingrati ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperibit tanquã aqua ſuperuacua.

*Eſaiæ cap. 2.*

Filios enutriui, & ipſi ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem, & aſinus preſepe domini ſui: Iſraël autem me non cognouit.

*1. Maccab. 12.*

Miſit Ionathas fortes uiros, qui liberauerunt regem, & poſtea abalienauit ſe Demetrius rex à Ionatha, & non retribuit ei ſecundum beneficia, quæ ſibi tribuerat, ſed uexabat eum ualde.

*Matthei 19.*

Seruus ingratus mittitur in tenebras exteriores.

*Ibidem 21.*

Quia ingrati eſtis, auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

*Ibidem 23.*

Hieruſalem, quia ingrata, & occidit prophetas, funditus ſubuerſa eſt.

*Lucæ 17.*

Reprehenduntur nouem leproſi, qui non dederunt gloriam Deo.

*2. Timoth. 3.*

Nota, obſecro. Inter peſtes flagitiorum, quæ adhære būt poſterioris huius ſeculi hominibus, erit etiam ingratitudo.

*Actorum cap. 15.*

Ingrati fuerunt D. Paulo parentes Phytoniſſæ.

*De malo angelo, Sabellicus lib. 7. cap. 2.*

Sed quid hoc? Lucifer, qui multò nobilior ſanctiorque fuit homine, niſi ingrato fuiſſet animo, nunquam meditari cœpiſſet altius ſcandere: Quod ingratè magis, an impiè cogitarit, difficile eſt iudicare. Ingratitudo primi angeli.

*De Adamo protoplaſto.*

Pari exemplo, ſed euentu minus atroci, primus homo concidit terreſtribus delicijs, & immortalitate corporis amiſſa, creatoris ſui immemor fuit: Quippe, qui plus ſcire uoluit, quàm hominem oportebat, ſed noxa hæc minus infelix, quia redemptorem inuenit. Gene. 2. Oſeæ 4.

EXEMPLA INGRATORVM HOminum, *ex hiſtorijs undequaque extracta, Item & poëtis ac alijs.*

Theſeus Ariadnam Minois filiam, cuius beneficio labyrinthum euaſerat, reliquit in Chio inſula.

*Ouid. lib. 8. Metamorph.*

*Comitemque ſuam crudelis in illo littore deſtituit.*

*Calentius.*

*Credidit infelix crudeli Gnoſia Theſeo,*
*Et gemuit rapidis præda relicta lupis.*

Comment. in Odiſſ. α. & Iliad. ι. Boccatius lib. undecimo, cap. 29.

*Sabellicus lib. 7. cap. 2. de ingratitudine.*

Nec meliore exemplo, exituue min' luctuoſo, Theſeus Ariadnam, per quam Minotauri laniatum effugit, ſuos ciues ſeruauit, patriã exitio exemit, in Naxo inſula reliquit, captus ſororis forma: à cuius connubio ſi abſtinuiſſet, nec ipſe filio orbatus eſſet, nec Ægei penates inceſti amoris ſugillati fuiſſent affectu.

M. Portius Cato ſeruos ſenio confectos, tanquam bruta ſolebat eijcere & exponere uenales.

*Herodotus lib. 1. hiſtoriarum.*

Crœſus Lydorum rex, Cyrum Perſarum regem, à quo primum uictus, & impunitatem, & ueniam acceperat, armis iterum laceſſiuit.

Pharnaces in amicitiam à Pompeio receptus, Mithridati patri ſuo bellum intulit.

*Valerius, de ingratis, lib 5. cap. 3.*

Romani Scipionem illum Affricanum, cuius auſpicio æmulam ſui imperij Carthaginem ſub iugum redegerant, & Haſdrubalem ſuperauerant, accuſatũ à Petilio in ius uocauerunt, atq; proſcripſerunt, quod pecuniam Aſiaticam non totam in ærarium retuliſſet.

*Stroza filius.*

*Heu nihil ingratæ fas quenquam fidere plebi,*
*Teſtis Ariſtides, & qui Barcæa ſubegit*
*Caſtella, & uictis accepit nomen ab Afris.*

Ludouicus Pius Caroli Magni filius, à filijs in carcerem coniectus eſt. Ioãnes Nauclerus, 2. uolum. 1. Chronographiæ, gen. 28.

Beatrix Pannoniæ regina, mortuo marito Mathia, Vladiſlaum Caſimiri Poloniæ regis filium in matrimonium & regnum adſciuit, à quo tamen breui pòſt tempore abdicata eſt.

*Fulgoſus lib. 5. cap. 3. de ingratis.*

Iuſtinianus Imperator Beliſarium ducem exoculauit: cuius tamen ductu Perſas in Oriente, Vandalos in Africa, & Gothos in Italia ſuperauerat.

Vox mendicantis: numum puſillum Belliſario date, qui uirtutem extulit, atque in imum inuidiam coniecit.

Sanctius Quartus rex Hiſpaniæ Alphonſum patrem è Germania redeuntem, regno occupato, non admiſit.

Friſſus filius Actij Ferrariæ principis, patrem in carcerem coniectum, ibidem mori coëgit, ob inductam nouercam.

*Valerius lib. 5. cap. 3. de ingratis.*

Cicero iuſſu M. Antonij Triumuiri, interfectus eſt à Popilio Lenate, quem tamen capitis reum defenderat.

Lucius Oſtius, tempore bellorum ciuilium, patrem ſuum Armalim proſcriptum, quem Triumuiri ad ſupplicium perquirebant, latentem prodidit, ut eius bona acciperet.

Darius conſilium cœpit de interficiendo patre Artaxerxe, à quo tamen rex per indulgentiam creatus fuerat.

Imperator Heinricus 5. Heinricum patrem carcere macerauit.

Alphonſus 1. rex Luſitaniæ Tireſiam matrem in uincula coniecit, quòd poſt mariti mortem ſecundas tentaſſet nuptias.

Phraates patrem ſuum Orodem regẽ Parthorum interfecit.

Romanus iunior matrem à ſe reiecit, & animi dolore, quem illa de filij ingratitudine conceperat, ad mortem compulit.

Ioannes Scotus, cum bonas literas profiteretur in Anglia, diſcipulorum coniuratione Graphijs interfectus eſt.

Michaël Traulus Leonem Imperatorem de medio ſuſtulit, cuius tamen beneficio multas fuerat aſſecutus dignitates.

# INIVRIA.

*Conuitium. Contumelia. Calumnia.*

ISIDORVS ait, iniuriam eſſe uerbo uel facto cum aliquo iniuſtè agere, exprobrare, et in faciem maledicere. Iniuria eſt maledicendi aut malefaciẽdi cuipiam uoluptas. Dicitur autem iniuria, omne quod non fit iure. 14. q. 4. c. Quid dicam, Iniuriam facere, eſt ſimpliciter aliquem nolentem lædere, præter illius uoluntatẽ. Ariſtot. lib. 5. Ethic. Iniuriam ſponte præter leges officere. Ariſtoteles lib. 1. Rheto.

*Saluſtius in Catilina.*

Nulli mortalium iniuriæ ſuæ paruæ eſſe uidentur: Multi eas grauius æquo habuêre.

*Seneca in prouerbijs.*

Viri boni eſt, ſcire pati, nec facere iniuriam.

*Idem.*

Difficile eſt iniuriam conuenire cum patientia. Iniuriarum remedium eſt optimum, obliuio. Ariſtoteles lib. 1. Ethicorum: Iniuriam pati melius eſt, quàm alteri nocere.

*Laërtius Diogenes de uita & moribus philoſophorum.*

Iniuria iniuſtè irrogata, eius eſt infamia, qui facit.

*Iuuenalis Satyra 8.*

*Curandum in primis, ne magna iniuria fiat*
*Fortibus, & miſeris, tollas licet omne quod uſquam eſt*
*Auri atq; argenti, ſcutum gladiumq; relinques,*

*Et iacula & galeam. ſpoliatis arma ſuperſunt.*
*Quod modo propoſui, non eſt ſententia: uerùm*
*Credite me uobis folium recitare Sybillæ.*

OVIDIVS *in epiſtolis Helena ad Paridem.*

*Vtilis interdum eſt ipſis iniuria paßis.*

PROPERTIVS *lib. 3. Elegia 7.*

*Non eſt certa fides, quam non iniuria uerſat.*

*Vtilitas conuitiatorum.*

Philippus Macedonum rex aiebat ſe his, qui in Republica Athenienſium adminiſtranda primores eſſent, plurimam habere gratiam, quod ſuis conuitijs efficerent, ut ipſe tum oratione, tum moribus euaderet melior: dum conor, inquit, illos dictis pariter ac factis mendacij conuincere. O uerè philoſophicum principis animum, qui nouit etiam ex inimicis capere utilitatem: nec quod uulgus ſolet hoc tantùm ſpectare, ut maledicos afficeret malo, ſed ut ipſe minus malus redderetur illorum maledictis admonitus. Eraſ. lib. 4. Apophthegmatum.

*Ouidius 3. libro de arte amandi.*

*Quælibet extinctos iniuria ſuſcitat igneis.*

*Plautus in Gurgulione.*

Malè mereri de immerenti, inſcitia eſt: imò ſtultitia maxima.

*Terentius in Hecyra.*

*Offerre iniuriam alicui immerenti, iniquum eſt.*

RABANVS *ſuper 5. Matthæi, Gaudete & exultate.*

Neſcio quis noſtrûm poſſit implere, ut laceretur opprobrijs fama noſtra, et exultemus in domino. Eleganter enim in quodam uolumine legimus: Quod ſi non quæras gloriam, tamen dolebis cũ inglorius fueris.

*Iniuriæ impunitas periculoſa.*

Cato ſenior iniuriam, etiam ſi facienti nihil adferat periculi, uniuerſis tamen periculoſam eſſe dicebat: Sentiens impunitæ iniuriæ exemplum omnibus minari iniuriam. Etenim ſi liceat impunè lædere, nullus erit tutus ab improborum uiolentia. Eraſmus in Apophthegmatibus.

*Innocentia illibata.*

Ariſtophontem Æſchines tradit apud Athenienſes gloriari ſolitum, quod cum nonagies quinquies eſſet uocatus in ius, ſemper fuerit abſolutus. At Cephalus homo popularis iuſtius gloriabitur, quod cum plura decreta ſcripſiſſet, quàm alius ſuorum temporum quiſquàm orator, tamen nunquam coactus ſit cauſam dicere. Certius innocentiæ ſignum eſt, ita rem gerere, ut nemo uelit accuſare, quàm ſi poſtulatus elabaris è iudicio. Elabuntur interdum & nocentes. Atq; abſoluitur, licet pœnam effugiat, cicatricem tamen criminis circumfert. Eraſmus lib. 8. Apophthegmatum.

*Infamia non deletur.*

Claudius Cæſar cum cuidam notam adpoſitam, deprecantibus familiaribus, ademiſſet: litura tamen, inquit, extat. Sentiens etiam remiſſa culpa, manere tamen infamiæ prioris ueſtigium. Alludens ad ſcripturam, quæ licet ſpongia deleatur, aut graphio radatur, relinquitur tamen lituræ raſuræq; ueſtigium. Eraſmus lib. 6. Apophthegmatum.

*Vtilitas calumniatorum.*

Calumniatoris improbitas nihil non reprehendens, reddit nos in gerendis rebus circumſpectiores, nonnunquàm & illuſtrat famam noſtram, quam obſcurare nititur. Eraſmus in lingua ſua.

*Matthæus, cap. 5.*

Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicij. Qui autem dixerit fratri ſuo: Racha, reus erit conſilij: Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

*Iohannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum.*

Parua uerba multoties homicidium perpetrauerunt, & ciuitates integras euerterũt: Nunquàm parum æſtimes fratrem ſtultum uocare, auferens ei prudentiam & intellectum, quo homines ſumus, & ab irrationabilibus diſtamus.

*M. T. Cicero, libro Rhetoricorum.*

In omni iniuria multum intereſt, utrũ perturbatione animi, an conſultè fiat. Pertubatio pleriſq; breuis eſt ad tempus: ideo leuiora ſunt, quæ repentio motu accidunt, quàm ea, quæ præmeditata inferuntur. Grauiter dictum.

Eiſ

*Εἰς ὕβριν, Id eſt.*

*De contumelia.*

*Δύσμορος ἴσθι μᾶλλον ἢ κακηγόρος, Id eſt:*
*Iniqua ſit magis ſors, quàm maledicentia.*
*ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν λόγος, Id eſt.*
*Corpus gladius, ſed uerba mentem uulnerant.*
*οὐδὲν πέπονθας δεινὸν ἂν μὴ προσποιῇ, Id eſt:*
*Paſſus nihil mali es, prius ni feceris.*

*D. Hieronymus lib. 3. ſub Matth. Si peccauerit frater tuus in te.*

Nos in Dei iniuria benigni, & in noſtris contumelijs exercemus odia.

*Ambroſius lib. de officijs.*
*Et habetur 14. q. 5. c. Deniq.*

Qui non repellit à ſocio, ſi poteſt, iniuriam, tam eſt in uitio, quàm ille qui infert.

*Ioannes Chryſoſtomus ſup. 5. C. Matthæi.*

Quicquid à quolibet hominum paſſi fuerimus iniuſtè, aut remiſſionē accipiemus omnium peccatorum: aut ſi tanta in nobis delicta nō fuerint, clarioribus honorabimur coronis.

*Ibidem.*

Si uindicare uis, ſile, & funeſtam ei dediſti alapam.

*Ibidem.*

Diſcamus exemplo Chriſti noſtras iniurias magnanimiter ſuſtinere: Dei autē iniurias nec uſq; ad auditum ſufferre: nā ſi iniurijs proximis patientiam tenere laudabile eſt, iniurias autem Dei ſuſtinere, nimis impium eſt.

*Cicero lib. officio.*

Qui non defendit, nec deſiſtit iniuriæ, ſi poteſt, tā eſt in uitio, quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deferat.

*Idem.*

Nec uerò rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda, ſed fugiēda iniuria ſemper eſt.

*Idem.*

Quum autē duobus modis, aut ui, aut fraude fiat iniuria, fraus quaſi uulpeculæ, uis leonis uideretur: utrunq; ab homine alieniſſimū eſt. Sed fraus odio digna maiore, totius autem iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quàm eorum, qui cum maximè fallunt, id agunt ut uiri boni uideantur. Fraus eſt uulpeculæ.

*Saluſtius in Iugurtha.*

In omni certamine qui opulentior eſt, etiam ſi accipit iniuriam, tamē quia plus poteſt, facere uidetur.

*Valerius Maximus lib. 4. Memor. Rerum urbis Romæ.*

Specioſius aliquāto iniuriæ beneficijs uincuntur, quàm mutui odij pertinacia penſantur.

*Aulus Gellius Noct. Attica lib. 14.*

Veterem ferendo iniuriā, uites nouā.

*Lucius Aruleius de dogmat. Platonis.*

Sapientem perfectum eſſe nō poſſe dicit Plato, niſi cæteris ingenio præſtet, & artibus, & potentiæ partibus imbutus ſit. Aurea uerba. Deniq; ſapiens nec in ſecundis rebus effertur, nec contrahitur in aduerſis: cum ſe ornamentis ſuis ita inſtructum ſciat, ut ab ijs nulla ui ſegregetur. Hunc talē non ſolum inferre, ſed nec quidē referre oportet iniuriam.

*Laërtius de uitis Philoſophorum.*

Iniuria iniuſtè irrogata, ei⁹ eſt infamia, qui facit.

*Seneca cap. 33. de Ira.*

Ira habet aliquam uoluptatē, & dulce eſt dolorem reddere? minimè: Nō enim ut in beneficijs honeſtum eſt merita meritis repenſare, ita iniurias iniurijs: illic uinci turpe eſt, hic uincere inhumanum uerbum eſt, & quidem pro iuſto receptū, ultio & talio non multum differunt niſi ordine: qui dolorem regerit, tantum excuſatius peccat.

M. Catonem in balneo quidam percuſſit imprudens, quis enim illi ſciens faceret iniuriam? poſtea ſatisfacienti, Cato non memini, inquit, me percuſſum. Melius putauit non agnoſcere, quàm uindicare. Nihil inquis, illi poſt tantam petulātiam mali factum eſt? Imò multum boni, cœpit Catonem noſſe. Magni animi eſt iniurias deſpicere. Vltionis contumelioſiſſimum genus eſt, non eſſe uiſum dignū: ex quo peteretur ultio. Multi leues iniurias altius ſibi dimiſēre, dum uindicant: Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ, latratus minutorum canum ſecurus obaudit. Minus, inquit, cōtemnemur, ſi uindicauerimus iniuriam, ſi tanquam ad remedium ſine ira ueniamus, non quaſi dulce ſit uindicari, ſed quaſi utile. Grauiter dictum.

*De diſſimulanda iniuria.*
*eodem capite.*

Sæpius autem ſatius fuit diſſimulare,

 quàm

quàm ulciſci. Potentiorum iniuriæ hilari uultu, non patienter tantum ferẽdę ſunt, uerumetiam facient iterũ ſi ſe feciſſe crediderint, hoc habēt peſſimum animi magna fortuna inſolentes, quos læſerunt & oderunt: nouiſſima uox eſt eius qui in cultu regum conſenuerat: Cum illũ quidam interrogaret, quomodo rariſſimam rem in aula conſequutus eſſet, ſenectutem: iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo de ipſis. Sæpe adeo iniuriam uindicare non expedit, ut ne fratri quidem expediat.

. Seneca in lib. ſecun. cap. quint. in ſapientem nō cadere, ait, iniuriam: iniuria ad ſapientem non peruenit: nam ſi iniuria alicuius mali patientia eſt, ſapiens autem nullius mali non eſt patiens, nulla ad ſapientem iniuria pertinet.

IDEM.

*Iniuria non fit ſine detrimento.*

Omnis iniuria diminutio eius eſt, in quem incurrit: nec poteſt aliquis iniuriam accipere ſine aliquo detrimento, uel dignitatis, uel corporis, uel rerum extra nos poſitarum.

Sapiens autem nihil poteſt perdere, omnia in ſe repoſuit, nihil fortunæ credit, bona ſua inſolidum habet, contētus uirtute, quæ fortunis non indiget: Ideoq; nec augeri, nec minui poteſt, nam in ſummum producta, incrementi non habet locum.

Quod ſi iniuria nihil lędere poteſt, ex ijs quæ propria ſapientis ſunt, quia uirtute ſui ſalua ſunt: Inuidia ſapienti fieri non poteſt.

*Libro 2. cap. 7.* Ex eodem *Seneca.*

Non eſt fortior nequitia uirtute: Non poteſt ergo lędi ſapiens. Iniuria in bonos non tentatur, niſi à malis. Bonis inter ſe pax eſt: mali, tàm bonis pernicioſi, quàm mali inter ſe. Quod ſi lædi niſi infirmior non poteſt, nec iniuria bonis, niſi à diſpari, uerenda eſt: iniuria in ſapiētem uirum non cadit. Illud enim iam non es admonendus, neminem bonum eſſe, niſi ſapientem. Sed iniuſtè, inquit Socrates, damnatus eſt, iniuriam accepit: Hoc loco nos iniuriam intelligere oportet, poſſe euenire, ut faciat aliquis mihi iniuriam, & ego non accipiam, tanquàm ſi quis rē cum in uilla mea ſurripuit, in domo mea ponat, ille furtum fecerit: ego nihil perdiderim. Poteſt aliquis nocens fieri, quāuis non nocuerit: ſi quis cum uxore tanquàm aliena concūbat, adulter erit, quāuis illa adultera non ſit. Aliquis mihi uenenum dedit, ſed uim ſuam remixto in cibo perdidit: uenenum illud dando, ſceleri ſe obligauit, etiam ſi non nocuit. Non minus latro eſt, cuius telum oppoſita ueſte cluſum eſt. Omnia ſcelera & ante effectum operis, quantum culpæ ſatis eſt, perfecta ſunt: quædam eius conditionis ſunt, & hac uice copulantur, ut alterum ſine altero eſſe non poſſit. Quod dico, conabor manifeſtum facere: Poſſum pedes mouere, ut non curram: currere nō poſſum, ut nō moueam pedem. Poſſum, quamuis in aqua ſum, non natare: Si nato, non poſſum non in aqua eſſe. Ex hac ſorte & hoc eſt, de quo agitur. Si iniuriam accepi, neceſſe eſt factam eſſe: ſi eſt facta, non eſt neceſſe accepiſſe me.

Quid uocabulo iniuriæ intelligēdum.

*Hierax in opere de iuſtitia.*

Autor iniuriæ ignorat ſeipſum lædi, pro alijs quibus nocere ſtudet, intelligat, quod duplex eſt iniuſtitia: A qua primum ipſemet læditur, deinde illa pars, quæ iniuria afficitur. Quod ſi non tot paſſionibus, etſi fieri poſſet, nullis malis obrueretur anima: haud tantum in iudicando hallucinaretur. Quare optandum eſt, ne propter ſtupiditatem, eos, qui iniuriam patiuntur, magis quàm ipſos autores lædi exiſtimet. Vna ſanè pars eſt noſtri, quæ ſemper ab omnibus ſic affectis iniuriam accipit, nempe ipſa anima. Id autem quod iniuriam facit, inſidiasq; molitur, eſt malitia, quæ ab autore incipiens, in illum qui afficitur redundat: ſed ipſum autorem iniuriæ illatæ, aut inferre, cogitantem plurimum lædit: minus uerò eum, qui iniuriam accipit, ab autore enim principum fit motus & excitatio, intus uero concitata ſemel iniuria parturientem primum incendit, ac antequàm pepererit, inflammat prurigine, tranſiensq; lædit, & ueneno ſuo pertinaci tīctura imbuit. Quemadmodum enim ignis nō poteſt præterita ſine damno materia, in qua primum conceptus eſt, priuſquàm

pror-

proſſus ipſam conſumat, ad aliorum noxam conuerti. Neq; murena prius aquaticos angues in alienam perniciem parere poteſt, quàm proprium eius uentrem, in quo concepti fuerũt, eroſerint, ut Nicãder Colophonius, & Archelaus Phyſicus teſtatur. Ita quiuis iniuſtus maliciã ſuã primus experitur, antequàm in alios emittat. Vnde multi cõnatã ſibi bilẽ excitãtes, ex iracundia mutua prius obiere, quàm hoſtes ſuos ulti ſint. Hæc ignorãtes plurimi imbecillioribus iniurias impudentur intulerũt: nihil opinantes incommodi in ſeipſos redundare. Proinde ſi hoc concedatur, non minus iniuriã inferre, quàm pati cauendum eſt.

Dignißimum notatu.

Muſonius in ſermone: an Philoſophus actionem iniuriarum contra aliquẽ ſuſcepturus ſit: actiõem iniuriarum, neq; contra alium ſe acturum, aiebat, neq; id ulli Philoſophię uacantium cõſulturum. Siquidem quæ multi iniurias interpretãtur, eorum nihil iniuriam eſſe, neq; contumeliam: ut maledici, conſpui, uerberari, quod poſtremum indigniſſimum uidetur. Quod uerò nihil graue aut iniurioſum contineat, argumento ſunt Lacedęmoniorũ pueri, qui publicè flagellis cæduntur, & id ipſum gaudent. Philoſophi autem ſi uerbera aut contumelias contemnere nequeant, quis nam uſus erit? qui & mortẽ palàm ſpernere deberent. Opus eſt per Iouem, re ipſa ſe talẽ prẹſtare, non irridentem iniuriari, iudicatum uerberibus aut uerbis contumeliæ plenis, alio, alioue modo ulciſci uelle. Demoſthenes etiam oculis quoſdã iniurios eſſe putabat, eamq; rem intolerabilem eſſe, & homines inde plurimum affici: Ita, qui quid honeſtum, quid re uera turpe ſit, ignorãt: iniuriam ſe pati cenſent, ſi quis aut toruum ipſos intueatur, aut irrideat, aut percutiat, aut conuitia iactet. At uir ſapiens & cordatus, qualis Philoſophus eſſe debet, nullo horum perturbatur, non tam ipſa pati, quàm inferre turpe ducẽs: Nam qui peccat, is turpitudini obnoxius eſt: qui uerò patitur, quatenus ipſe peccatum non admittit, eatenus, neq; turpis alicuius dignitatis particeps dicẽdus eſt. Quapropter non ad forum & actiones ullus mente præditus conuertetur: utpote, qui nullam ſibi uideatur iniuriam accepiſſe. Puſillanimitas enim eſt, has ob res indignari, & commoueri intenſius, ſed leuiter & tranquillè tolerabit, quicquid acciderit. Hoc decorum eius eſt, qui ſe magnanimum profitetur.

*Solon ſapiens.*

οὐ γὰρ δὴν θνητοῖς ὕβριος ἔργα πέλει,
ἀλλὰ ζεὺς πάντων ἐφορᾷ τέλος, ἐξαπίνης δὲ
ὥς τ᾽ ἄνεμος νεφέλας αἶψα διεσκέδασεν, *Id eſt:*
*Non enim diu mortalibus iniuriæ opera permanent,*
*Sed Iuppiter finem inſpicit omnium, atq; repentè*
*Vt uentus nubes, illico diſijcit.*

*Miræ patientiæ in ferendis iniurijs, ut Socratis, ac aliorum exempla.*

Ita palàm Socrates erat animatus, qui publica conuitia ab Ariſtophane paſſus, non modo non ægrè tulit, sed obuiũ etiam interrogauit, num ſe rurſus ad ſimilẽ rem aliã opus haberet. Quàm facilè putes inter paucos maledicta ſuſtinuiſſet ille, quem ne publicè quidem in frequenti Theatro iactata commouere potuerunt? Cæterum bonus ille Phocion, iniuria uxori ſuæ facta, tantum ab autoris accuſatione abfuit, ut cum ille ſpõte metu perculſus, Phocionem accederet, & ueniam poſtularet, inquiens, ignoraſſe quod eius uxor fuiſſet, in quam iniurioſus fuerat: hoc ſermone ſit uſus: Mea quidem uxor nihil abs te affecta eſt, ſed fortaſſis alia quæpiam: proinde non eſt cur excuſationem apud me dicas.

*Græcè de Phocione.*

φωκίων δὲ ὁ χρηστός, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προπηλακισθείσης πρός τινος, τοσοῦτον ἐδέησεν ἐγκαλεῖν τῷ προπηλακίσαντι, ὥστε ἐπεὶ δείσας ἐκεῖνος προσῆλθέ τε καὶ συγγνώμην ἔχειν ἠξίου τὸν φωκίωνα. φάσκων ἠγνοηκέναι ὅτι ἦν ἐκείνου γυνὴ εἰς ἣν ἐπλημμέλει: ἥγε ἐμὴ γυνὴ οὐδὲν ἔφη, ὑπὸ σοῦ πέπονθεν, ἑτέρα δέ τις ἴσως οὐδὲ χρὴ ἐμοίγε ἀπολογεῖσθαι

*Idem Muſonius.*

Haberem alios multos ueterum proponendos, qui cõtumelioſe tractati, ſiue uerbis cõuitioſis, ſiue manibus, etiã cum corporis afflictione, nullo modo ultionẽ exequuti ſunt, nec aliud quicq̃ aduerſus ipſos egerunt: ſed æquo, leniq; animo impro-

improbitatem hominũ tulêre. Sanè animo cogitare, qua uia in eum qui momordit, morſũ retorqueas, & retalies iniuriã autori, ferarum quàm hominum magis proprium exiſtimo. Reputandum eſt homini, multa crimina per ignorantiam ac imperitiam committi, à quibus cognitis poſtea mox deſiſtitur.

Mitia & humana ingenia, non efferata nec dura ſunt in eos qui peccarint, ut quę melius ſperent. Quanto ſatius igitur fuerit, ita ſeſe præſtantẽ uideri Philoſophũ, ut uenia dignetur eos, qui aliquid aduerſum ipſum admiſerunt, quàm cauſſas agendo & accuſando, ita quidem ſe ulciſci putare, re autem ipſa præter omne decorũ ſibi, uerbiſq; ſuis pugnare: id quod facit, qui docet bonum uirum ab improbo haud quaquàm poſſe iniuria affici: Ipſe interim malos accuſat, tanquàm iniuriarum ſibi autores, cum ipſe bonus haberi uelit.

Dionem Academicum è conuiuio redeuntem, quidam maledicus inſectabatur, nullas non blaſphemias eructans: tacebat Dion. Ingreſſuro aũt iam domum, conuitiator ille dicebat, nihil uerò reſpõdes: cui Dion, Ne Gry quidem.

*Subſequuntur Græca.*

Δίων τῷ ἀκαδημικῷ ἀπὸ συμποσίου ἀναστρέφοντι, παρεπόμενος κακῶς τὶς ἔλεγε καὶ βλασφημίας οὐδὲν ἀπελίμπανεν, ὁ δ᾽ ἡσύχως εἶχεν, ὡς δὲ καὶ ἐπεὶ τὴν οἰκίαν ἦλθε μέλλοντι αὐτῷ εἰσιέναι ὁ λοιδορῶν τί δαὶ ἔφη, πρὸς ὃν εἶπεν ὁ δίων, οὐδὲ γρῦ

*Herodotus.*

Spartani hoſpites obprobria in animũ deiecta concitatum ipſum efferre ſolent. Cęterum licet tu contumelioſam orationem habueris, non tamẽ mihi perſuaſiſti, ut neglecto decore, paria referre uelim.

*Græcè.*

Ξεῖνοι σπαρτιᾶται, ὀνείδεα κατιόντα ἀνθρώπῳ, φιλέει ἐπανάγειν τὸν θυμόν. σὺ μέν τοι ἀποδέξαμενος ὑβρίσματα ἐν τῷ λόγῳ οὔ με ἔπεισας ἀσχήμονα ἐν τῇ ἀμοιβῇ γενέσθαι.

*Philemon in Ecdicazomeno.*

ἥδιον οὐδὲν οὐδὲ μουσικώτερον
ἔσθ᾽, ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν:
ὁ λοιδορῶν γὰρ ἂν ὁ λοιδορούμενος
μὴ προσποιῆται λοιδορεῖται ὁ λοιδορῶν, Id eſt:
*Nihil eſt iucundius, & docto uiro dignius,*
*Quàm ferre poſſe conuitiantem:*
*Quoniam ſi ille, cui conuitium fit,*
*Diſſimulauerit, in ipſum authorem redundat.*

*Euripides in Proteſilao.*

Δυοῖν λεγόντοιν θατέρου θυμουμένου,
ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις σοφώτερος, Id eſt:
*Altero duorum colloquentium indignante,*
*Is, qui ſe non opponit, plus ſapit.*

Demoſthenes à quodam conuitijs laceſſitus: nolim tecum in hoc genus certaminis deſcendere, dixit, in quo qui uincitur, ipſo uictore melior eſt.

*Græcè.*

Δημοσθένης λοιδορουμένου τινος αὐτῷ οὐ συγκαταβαίνω (εἶπεν) εἰς ἀγῶνα ἐν ᾧ ὁ ἡττώμενος τοῦ νικῶντός ἐστι κρείττων.

Plato quodam ei maledicente, perge, inquit, maledicere, ut qui benè nũquam didiceris.

Λοιδορούμενος ὑπό τινος λέγε ἔφη, καλῶς ἐπεὶ καλῶς οὐ μεμάθηκας.

Ariſtippus contumelijs à quodã petitus, dixit, penes te eſt maledicere: penes me autem rectè audire.

*Græcè ſic ſonant uerba.*

Ἀρίστιππος λοιδοροῦντος αὐτόν τινος ἔφη, τοῦ μὲν λέγειν κακῶς σὺ κύριος εἶ, τοῦ δὲ δικαίως ἀκούειν ἐγώ.

*Plutarchus in libello, quomodo quis ab hoſtibus iuuetur.*

Verborũ rei leuiſſimæ grauiſſima pœna, iuxta Diuum Platonẽ, & apud Deũ, & apud homines, comes eſſe ſolet: Silẽtium uerò cũ ubiq; culpa uacet, tum maximè in aliorum conuitijs, neſcio quid egregium Socraticum, aut potius Herculeum præ ſe fert: Siquidem & ille, non quantũ muſcam, odioſa uerba curabat.

*Thucydides lib. 1. concione Corinthiorum 3.*

Virorum prudentium eſt, ſi non laceſſantur iniuriaſ, quieſcere. Bonorũ autem ſi iniuria afficiãtur, pacem bello mutare, ac ſi benè ceſſerit, iterum pro bello pacem inire: & neque belli ſucceſſu efferri, neque pacis tranquillitate captos iniuriam pati eos decet: nam tum ille, qui uoluptatis cauſſa cunctatur, illicò priuari poteſt oblectatione tranquillitatis, cuius gratia ſegnis eſt, ſi quieuerit, tum qui in bello proſperitate abundat, non cogitat ſe incerta temeritate efferri. Multa enim malè

malè conſultata, eo quod hoſtes inconſultiores fuerint, feliciter euenerunt. Et plura, quæ rectè inſtituta uidebãtur, turpiter in contrarium euẽtum relapſa ſunt. Nullus enim eadem factis præſtat, quæ inter deliberandum ſibi promittit: Nam conſultamus ſecuri, in opere autem cum timore deficimus.

*Græcè poſtrema ſententia.*

*Ἐνθυμεῖται γὰρ οὐδεὶς ὅμοια τῇ πίστει καὶ ἔργῳ ἐπεξέρχεται· ἀλλὰ μετ᾽ ἀσφαλείας μὲν δοξάζομεν, μετὰ δέους ἐν τῷ ἔργῳ ἐλλείπομεν.*

*Plato 5. libro legum.*

Honorandus certè eſt, qui nihil iniuriat: qui uerò nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis eſt honorandus. Ille enim uni, hic multis hominibus comparatur, cum principibus cęterorum iniuriam nunciet. Quia autẽ unà etiam cum magiſtratibus iniuriam, quo ad poteſt, ulciſcit, is magnꝰ, perfectusq́ in ciuitate uir præconio prædicetur.

*Sophocles in Tyranno.*

*ὕβρις φυτεύει τύραννον, ὕβρις εἰ*
*πολλῶν ὑπερπλησθῇ κακῶν,* Id eſt:
*Iniuria & contumelia creat Tyrannum: Iniuria inquam, cum*
*Multis temerè malis ſatiata fuerit.*

*Sabellicus lib. 9. cap. 1. Exemplorum: de iniuria ferenda.*

Iniuriam propulſare fortis uiri eſt, quę etſi depelli poſsit, ferre illatam, multò tutioris ſit: hoc ſapientis eſt, illud ualidi & robuſti corporis, certè aliquid eſt alium uincere, ſed ſeipſum ſuperare, uera indubitataq́ uirtus eſt. Tales fuerunt, qui ſapientes dicti ſunt: talis ipſa ſapiẽtia Chriſtus, Rex & Doctor omium, quippe qui & ferendam eſſe iniuriam præcepit, & illatam uſq; adeo tulit, ut ueniam ſit percuſſoribus precatus.

*De Ioſippo Iſrahelis filio.*

Ioſippus, cuius miſtica uenditio ſacris literis tradita eſt, fratrum iniuriam, non ſolum tulit: ſed beneficio etiam repenſauit.

*De Moſe.*

Quid Moſes? Quis eo uno fortior? qui rurſus minus ultionis cupidus? qui quo populum infeſtiorem habuit, & ad contuitia proniorem, eò impenſius his cœli numen, propitium reddere perſeuerauit, precibus ad Deum effuſis. Nec Aaroni conuitianti conuiciatus eſt: nec ſorori, quæ Aethiopicum ſibi connubium exprobraſſet, correptaq́ eſſet lepra, minus libens opitulatus eſt, præſentem ultionẽ ſuppliciter deprecatus.

*De Saulo Iudæorum Rege.*

Fuit Saulus rex ad bellum exiturus, ſuorum popularium quibuſdam cõtemptui: uictor inde cum triumphanti ſimilis domum reuerteretur, inſtarentq́ milites, ut eam iniuriam ulciſceretur, uim inhibuit: teſtatus turpiſſimũ eſſe, non poſſe ſe paucorum iniuriam ferre, qui tot milia hoſtium tuliſſet.

EXEMPLA ILLVSTRIVM PERſonarum, *quæ patienter iniurias ſuſtinuerunt.*

*De Alexandrina muliere.*

Impetrauit ab Athanaſio Rubis Antiſtite Alexandrina mulier, tam diues, quàm nobilis, ut ex uiduis, quæ eccleſiæ ſumptibus alebãtur, daretur ſibi una aliqua alẽda, data eſt illi mulier miti & ſuaui ingenio, cuius facilitate auctũ eſt matronæ ſtudium in pauperes, popoſcitq́ ſibi alteram dari, caſu an conſilio, non facile dixerim: data eſt peruicax, & inhumana mulier, ex qua cũ ex pio hoſpitio probra & ſęua uerbera reportaret, gratias egit Athanaſio, quod ſibi demũ dediſſet, per quam ad patientiæ cultũ exerceretur.

*De Socrate Philoſopho.*

Ex ethnicis Socrates mortalium ſapientiſſimus, calce à quodam percuſſus in publico, monitus ab uno aſſectatorum, ut hominem repercuteret: An, inquit, ſi aſinus mihi calcem impegiſſet, in eum recalcitrarem?

*De Fabio maximo.*

Nulli hominum prudẽtius, ſedatiusq́ iniuriam tulêre, quàm Romani: quorum propriũ fuit fortia facere & pati: nã quis hominum minus moleſtè tulit ignominiam ſibi publicè iniuſtã, quàm Fabius ille Maximus? qui unus (ut Ennius ſcripſit) cunctando reſtituit rem: Cæterum Minutius, qui illi æquatus eſt, mox paulò cum ſuo exercitu ab eo ſeruatus, patrẽ appellauit, & militum patronum.

*Ariſtoteles in lib. 5. Ethicorum.*

Non

Non idem eſt, quæ iniuſta ſunt facere, quòd iniuriam facere: nec, quæ iniuſta ſunt ferre, quod accipere iniuriam. Eademq; eſt ratio tribuendi, accipiendiq; officij: ut enim iniuria accipi non poteſt, niſi ſit qui inferat: ſic nec officium præſtari, niſi ſit qui tribuat. Quod ſi iniuriã facere non eſt aliud omnino, niſi ſpõte nocere quempiam alteri, ac ſponte quidem ita, ut ſciat & cui noceat, & quam ob rẽ, & quo, quaſi inſtrumento noceat: impotentes autem cum ſponte ac uoluntate ſua, de ſe ipſi malè merentur: efficitur, ut ſponte accipiatur iniuria, & ſibi quis ſponte iniuriam inferat. Eſt autem hoc unum eorum quæ quærebamus: utrum fieri poſſit, ut ſibi quis ipſe faciat iniuriam: iam uero ſponte ſua quis iniuriam accipit: ergo fieri poteſt, ut uoluntate ſua quis iniuriam accipiat, aliter non uera eſt definitio, addendumq; ei eſt: obeſſe quẽpiam ſcientem cui noceat, qua in re, quoquo modo noceat, contra illius cui obſit uoluntatem. Incommodũ igitur quis ſua uoluntate accipit, & rem iniuſtam perfert. At iniuriam nemo ſpontè ſua accipit: nemo eñ uult, ne impotentes quidem: ſed quicquid faciunt, id omne contra ac uolunt, faciunt. Neq; enim uult quiſquàm, quod ſibi bono eſſe non arbitretur, & impotens animi facit, quod ſentit non eſſe faciendum. Nec uerò qui ſua dedit (quemadmodum Homerus ait, Glaucum dediſſe Diomedi, proq; nouẽ centum, pro ferro tradidit aurum) iniuriam accipit: quandoquidem ut det, in illius ſitum eſt poteſtate: ut iniuriam autem accipiat, non eſt in cuiuſquàm ſitum poteſtate, ſed aliter ſit oportet, qui inferat. Illud ergo iam apparet de accipienda iniuria, eam non eſſe uoluntatis.

*Ibidem.*

Accipere autem quàm facere præſtat iniuriam. Et commentatur in eundẽ cap. 15. Peius eſt facere iniuriam, quàm pati. Et ibidem. Nullus propriè ſibi ipſi iniuriam facit.

*Idem lib. 4.*

Et quoniam magnum ei nihil uidetur, nihil mirabile ei uideri ſolet. Non recordatur iniurias: ſiquidem magnanimi nõ eſt, meminiſſe iniurias, ſed potius contemnere: Nec de hominibus ſermonem habet, quandoquidem nec de ſe prædicabit, nec de cæteris. Nam nec ut laudetur ipſe laborat, nec ut alij uitupẽtur: nec laudat alios libenter: itaq; nec conuitiator eſt, ne inimicorum quidem, niſi forte propter contumeliam. Minimè uerò de ijs malis, quæ aut neceſſario, aut exigua interueniunt, quæritur, nec in illis rogare ſolet. boni enim uiri eſt his in rebus, eam animi affectionem conſtantiamq; retinere: Atq; etiam is eſt, qui res honeſtas & præclaras, quamuis inutiles, fructuoſis anteponat. Hoc eñ eum potius attingit, qui ſeipſo contentus eſt.

EXEMPLA VIRORVM CLArorum, *qui iniurias patienter tulerunt.*

*Eraſmus lib. 4. Apophthegmatum de Philippo Macedonum Rege.*

Quidam petulantioris linguæ maledicta conijcere ſolebat in Philippum: Hũc amici hortabantur ut eijceret in exilium, at ille negauit ſe hoc facturum. Demirantibus, quid ita: ne, inquit, oberrans inter plures malè de me loquatur. Quod maledicũ non egit in crucem, uel clemẽtiæ erat: quod ignouit, uel magnanimitatis: quod contempſit, quod noluit expellere, prudentiæ: plus enim nocuiſſet.

*Ibidem.*

Smicythus Nicanorem deferebat apud regem, quod ſine fine de ipſo malè loqueretur: cumq; ſuaderẽt amici, ut hominem acceſſiri iuberet, deq; eo ſupplicium ſumeret, Philippus ita reſpondit: Nicanor non eſt Macedonum peſſimus, uidendum eſt igitur, nec ubi nos ceſſemus in officio. Vt igitur cognouit uehementer afflictum inopia, & tamen à rege neglectum fuiſſe, iuſſit donum aliquod ad illum deferri. Hoc facto cum rurſus Smicythus diceret regi, Nicanorem apud omnes ſine fine prædicare laudes ipſius: Videtis igitur, inquit, in nobis eſſe ſitum, ut benè aut malè audiamus. Immanè quantum abſunt ab huius Principis ingenio, qui nũquàm ſibi uidentur ſatis laudari, cum nihil faciunt laudandum, nec ſtudent

dent beneficijs ſibi cōciliare beneuolē-tiam hominum, ſed metui malunt quàm amari: cumq́ſ ſæpenumero faciant deteſtāda, id'q́ palàm, tamen perijt, quiſquis auſus eſt contra hiſcere.

*Libro 5. De Fabio Maximo*

Fabius Maximus, quoniam cum Hañibale cōfligere detrectabat, ſed mora copias illius, & pecuniarum & cōmeatus egētes adtenuabat, ſequens illū per aſpera, montoſaq́ſ, ac ſubinde obiter ſe opponens, à nonnullis per ludibrium diceba tur Hannibalis pædagogus: hoc cōuitio nihil commotus, pergebat ſuum inſtitutum ſequi, dicens apud amicos: qui dicteria, conuitiaq́ſ metuat, eum ſibi uideri timidiorem ijs, qui fugiant hoſtes. Senſit hoc turpius eſſe timiditatis uitium, quò leuius eſt periculum. Nihil autem leuius dictis, quæ qui formidat, quomodo ſuſtinebit impetum hoſtium?

*Libro 4. de Philippo, conuitiatores eſſe utiles.*

Aiebat ſe his, qui in Repub. Atheni-enſium adminiſtranda primores eſſent plurimam habere gratiam, quod ſuis cōuitijs efficerent, ut ipſe tum oratione, tū moribus euaderet melior: Dum conor, inquit, illos dictis pariter ac factis mendacij conuincere. O uerè Philoſophicū principis animum, qui nouit etiam ex inimicis capere utilitatem: nec, quod uulgus ſolet, hoc tm̄ ſpectare, ut maledicos afficeret malo, ſed ut ipſe minus malus redderetur, illorum maledictis admonitus.

*Ariſtoteles in 4. Ethicorum de defectu.*

Qui non iraſcuntur ob flagitia, ſtolidi uidentur eſſe, infraq́ſ medium ſubſidunt; non indignantes, quemadmodū oportet, ne quando, neq́ſ quibus oportet, qui dum peculiari nomine careant, interim tales circumloquimur, iræ expertes eos uocantes.

*γνώμη.*

*τὸ δὲ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, καὶ τοὺς οἰκείους περιορᾶν ἀνδραποδῶδες.* Id eſt:

Conuitiantem ſeu laceſſentem ferre, adeoq́ſ familiares & domeſticos negligere ſeruile eſt, id eſt, minimè manſuetus iudicandus eſt, qui conuitia dicentē ſufferat, qui non defendat, uel famam, uel honorē ſuum aduerſus calūniatorē. Hanc ad rationem infra manſuetudinē reſidet, qui, ſi animaduertat, uel familię, uel amicis, uel domeſticis ſuis inuri notam, ſeſe non opponat, uel eam ignominiam non amoliatur.

*Seneca lib. 3. cap. 26. de Ira.*

Graue eſt iniuriam pati. mentiris: Quis enim iniuriam non poſſet ferre, qui poteſt iram? Adijce nunc, quod id agis, ut iram feras & iniuriam, quare fers ægri rabiem, & Phrenetici uerba? puerorum proteruas manus? Nempe quia uidentur neſcire quid faciunt, quid intereſt quo quiſq́ſ uitio fiat imprudēs? Imprudentia par in omnibus patrocinium eſt. Quid ergo, inquis, impunè illi erit? puta te uelle, tamen non erit. Maxima eſt enim factæ iniuriæ pœna, feciſſe: nec quiſquam grauius afficitur, quàm qui ad ſupplicium pœnitentiæ traditur.

## *Iracundia. Furor. Inſania.*

IRA eſt accenſio ſanguinis circa cor. lib. 1. de Anima Ariſtote: uel eſt libido puniendi eius, à quo te iniquè putas læſum: ſecundum Poſſidonium.

Cicero in lib. Quæſt. Tuſcul. definit, libidinem puniendi eius, qui uidetur læſiſſe iniuria.

Ira eſt feruor eius, qui circa cor eſt, ſanguinis, euaporatione fellis uel perturbatione fiens.

Ira, ſecundum Ariſt. li. 3. Ethicorum, perturbatio eſt, quæ ex multis rebus uarijſq; gignitur.

Iracundia eſt exceſſus iræ, uitium oppoſitum manſuetudini, quæ appellatur mediocritas irę, ſeu clemẽtia: Ari. ibidẽ. Hinc iram eſſe ex cauſa, iracundiam ex uitio multùm iraſcentis.

*Lib. 5. Ethicorum.*

Cũ quis ſciens, nec tamẽ cõſultò aut cogitãter peccat, iniuria dicit̃: quo in genere ea ſunt oĩa, quæ ira aut alia animi perturbatione fiũt, quæq; neceſſario, & à natura tributa ſunt mortalibus. Nã qui his incitati, nocent alijs ac delinquũt, faciunt illi quidẽ iniuriã, ſed tamẽ nõ idcirco ſunt iniuſti, uel improbi habendi: Neq; enim nocẽdi cauſa de induſtria illata iniuria eſt. At uerò cũ cõſultò et cogitatò fit iniuria, tũ quiſq; iniuſtus et improbus habet̃. Itaq; rectè ea quæ per irã fiũt, nõ ex uolũtate iudicãtur, quippe cũ nõ is auctor, ac caput mali ſit, qui ira incitatus facit, ſed qui incitauit: Præterea nõ id agit̃, utrũ factũ ſit nec ne, ſed utrũ iure, quoniã ira quandã ſpeciẽ fert iniurię: neq; enim ut in cõuentis et pactis ſolet, ſed hic de facto cõtrouerſia eſt, quorũ neceſſe eſt alterum eſſe in uitio, &c.

*Ludo. Viues lib. 3. de Anima in cap. de Enumeratione Affectuum.*

Motus in malũ pręſens, ira, inuidia, indignatio: Itẽ ira eſt cõcitatio animi acerba, quod bona ſua uidet contemni, quæ ipſe putat nõ eſſe cõtemnenda, in quo & ſemetipſum cenſet cõtemni: cuiq; enim precium atq; æſtimatio ex ſuis bonis.

Ira eſt motus, iracũdia habitus, uel ingeniũ naturale: Ira oĩs ex offenſione naſcitur: nõ eſt aũt omnis offenſio ira, differũt enĩ duo hęc, ut generale et ſpeciale: ſed ſermone cõmuni tamen confundũtur, adeo ut altera pro altera ſumatur.

Tributa eſt homini ira, ad appetitũ rerũ excellentiũ, ut cũ uideat ſe, ac doleat ob uiles abiectaſq; actiones reijci, ac cõtemni, det operã, ut ſe ab illis uindicet, trãsferatq; ad præclaras, quę contemni iure non poſſint. Viues lib. 3. de Anima in cap. de ira & offenſione eleganter loquitur, hunc licebit legere.

*Seneca in lib. de Ira*

Nihil ęquè profuit iratis, quàm intueri deformitatẽ rei, id eſt, irę. Nã in ea facies turbatur, ora pulcherrima fœdat, toruos uultus ex tranquillitate reddit. Linquit decor omnis iratos.

*Ibidem.*

Qualem putas animũ, cuius extra imago tã fœda eſt? Et ſequitur: qualia poetæ infernalia mõſtra finxere, ſuccincta ſerpentibus, & igne & flatu, talem nobis iram figuremus.

*Idem lib. 2. de Ira.*

Vindicta ſiue pœna differenda eſt ad emendationẽ eius, qui debet puniri: unde Socrates ſeruo ait, cæderem te, niſi iraſcerer. *Lib. 3. de Platone.*

Maximum remediũ iræ eſt, dilatio: ut primũ eius feruor relãgueſcat, & caligo, quæ mentem premit, aut decidat, aut minus denſa ſit. Ibidẽ: Immodica ira gignit inſaniã: hac ardeſcit affectus ex amore, qui ex odio naſcitur. Nõ uiuimus minꝰ inter ſeria, ꝙ̃ inter luſus et iocos, nec intereſt ex quã magna cauſa iraſcat̃, ſed in qualẽ perueniat animũ: ſic ignis nõ refert ꝙ̃ magnus, ſed quo incidat. Ingentis iræ exitus furor eſt, & ideo ira uitãda eſt, nõ imoderatiõis cauſa, ſed ſanitatis.

*Ibidem.*

Nihil inſanũ et iratũ eſt, nõ unus dies: alter ſemper inſanit, alter ſemper iraſcit̃.

*Idem in prouerbijs:*

Iracundia infelicitas geminatur. Iracũdus cũ iraſci deſierit, tunc iraſcitur ſibi: reſpicere nihil conſueuit iracundia.

*Ibidem.*

Quo minus preſſeris irã, hoc ab ira magis premeris: tunc enim incipimus alijs iraſci, cũ nobis deſinimus: finis irę initiũ eſt

eſt pœnitẽtiæ. Itẽ apud bonũ uirũ, citò moritur iracundia. Breuis mens, eſt ipſa iracundiæ memoria. Fulmen eſt ubi cũ poteſtate habitat iracũdia: grauiſſima eſt probi hominis iracundia, grauis tamen pœna eſt, quem poſt factum pœnitet.

*Ira ſanguine ſuperata neſcit regi, ſed magis magisq; exardeſcit.*

In amore ſemper mendax iracundia eſt: iratũ breuiter uites, inimicum diu. Iracundiã qui uincit, hoſtẽ ſuperat maximũ. iratus etiã facinus conſiliũ putat: Si quis iraſcit̃ ab alio, pœnas à ſe exigit.

*Boni uiri citò moritur iracundia:*
*Animo dolenti nihil oportet credere.*

*Seneca in Tantalo.*

*Quum ſuperat ira ſanguine, neſcit regi:*
*Iratus nihil niſi crimina loquitur.*

*Ibidem.*

*Quos amor uerus tenuit, tenebit*
*Ira, cum magnis agitatur cauſis.*

*Idem Tragœdia 6.*

*Sed regi frenis nequit & ira ardens,*
*Hoſtis & uictoris commiſſa nocti*
*Quicquid indignum: aut ferum cuiquam*
*Videri potuit; hoc fecit dolor, tenebræ*
*Per quas ſe irritat furor.*

*Tragœdia 7.*

*Ira quæ tegitur nocet.*

*Tragœdia 8.*

*Quocunq; me ira, quo dolor, quo ſpes feret, huc ire pergam.*

*Nemo iraſcitur ſine mentis perturbatione.*

*Ariſt. lib. 3. Ethico.*

Iraſci in quib. nõ oportet, inſipiẽtis eſt.

*Ibidem.*

Nõ iraſci in quibus oportet, inſipiẽtis ẽ.

*Idem 2. Rhetoricorum.*

Ad omnem iram ſequitur delectatio, propter ſpem puniendi. Vnde Homerus dicit, iram dulciorem melle ſtillãte.

*Ibidem.*

Iram compeſcit & ſedat tempus.

*Plato de Repub.*

Nihil eſt tam contrariũ Reipub, ꝙ iræ cõmotio, & impetus furoris in ciuibus.

*Bias.*

Conſilio maximè contraria ſunt feſtinãtia, & ira.

*Pithagoras Samius.*

Ignem gladio ne fodias.
Iratus filio, ipſe te coherce. Socrates.
Interrogatus Plato, per quid cognoſceretur ſapiens: ait, ſapiens cũ uituperatur nõ iraſcitur, nec extollitur cũ laudatur.

*Epicurus.*

Ira immoderata inſaniam gignit.

*M. Cic. lib. Officiorum.*

Prohibenda eſt autem ira, maximè in puniendo: nunquã enim iratus qui acceſſerit ad pœnam, mediocritatem tenebit, quæ eſt inter nimium & parum.

*Ibidem.*

Nõ uerò audiendi ſunt, qui grauiter inimicis iraſcendũ putant: idq; magni animi, & fortis uiri eſſe credunt.

*Idem 4. Queſt. Tuſcul.*

Exijſſe ex poteſtate dicimus, qui effrenati ferũtur, aut libidine, aut iracundia: quamq; ipſa iracũdia libidinis eſt pars: Sic enim definitur iracundia, ulciſcendi libido. Qui igitur exijſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicũtur, quia non ſint in poteſtate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum eſt.

*Ibidem.*

An quiſquam poteſt ſine perturbatione mentis iraſci? bene igitur noſtri, cũ oĩa eſſent in morbis uitia, quod nullum erat iracundia fœdius, iracundos ſolos morboſos nominauerunt. Oratorẽ uerò iraſci minimè decet, ſimulare nõ dedecet. An tibi iraſci tũ uidẽtur, cũ quid in cauſſis acrius & uehementius dicimus?

*4. Queſt. Tuſcul.*

Illud laudatur Architæ: qui cũ illico factus eſſet iratior: quo te modo, inquit, accepiſſem, niſi iratus? ubi ergo ſunt iſti, qui iracundiam utilem dicunt? poteſt utilis eſſe inſania? aut naturalis eſt? An quicq; eſſe poteſt ſecundũ naturã, quod ſit repugnante ratione? Quomodo ſi naturalis eſſet ira, alius alio magis eſſet iracundus, aut finem haberet, priuſquam eſſet ulla ulciſcendi libido? aut quenq; pœniteret, quod feciſſet per iram, ut Alexandrũ regem uidemus: qui cum interemiſſet Clytũ familiarẽ ſuũ, uix à ſe manus abſtinuit: tãta uis fuit pœnitendi.

*Non eſt locus conſultationi relictus, ubi furor ac iracundia efferueſcunt.*

*Lib. 1. Rhet. Vete.*

Nam ab iratis ſi perſpicuè pax, & beneuolentia petitur, nõ modo ea non inuenitur, ſed augetur, atq; inflammatur odium.

*Saluſtius in Catilina.*

Quæ apud alios iracundia dicitur: ea

in imperio ſuperbia atq; crudelitas appellatur.

*Poggius lib. 4. de uita Cyri ex Xenophonte.*

Ira atq; indignatio non præſtant conturbato animo, quid tutiſſimum ſit, conſultandi locum.

*Paulus Oroſius de Ormeſta lib. 2.*

Expers conſilij furor, dolorem uirtutem putat, quantumcumq; meditatur, ira tamen promittit audaciam.

*Idem lib. 5.*

Conſiderationem furor adimit.

*Zeno Citticus.*

Ira libido puniendi eius eſt, qui læſiſſe uideatur iniuria.

Iracundia eſt ira inueterata, & plena odij, ulciſcendi tempus obſeruãs: quod hiſce uerbis oſtenditur.

Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ
Ἀλλὰ δὲ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελοσῃ. i.

*Nam ſiquidem ad tempus bilem ſibi concoquat atram:*
*Non tamen ira animo excedet, niſi pœna ſequatur.*

*Laërtius lib. 7. de uita Philoſophorum.*

*Vergil. 2. Aeneid.*

*Furor iraq; mentem præcipitant.*

*Ouidius lib. 8 fab. 4. Metamorph.*

*Tangit & ira deos,*

*Idem. lib: 1. Amo. Elegia 2.*

*Quaslibet infirmas adiuuat ira manus.*

*Elegia 7.*

*Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram:*
*Sæpe ſimultates ira morata facit.*

*Hyſiphile ad Iaſonem.*

*Quelibet iratis ipſe dat arma dolor*

*Idem lib. 1. de Remedio amoris.*

*Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori:*
*Difficiles aditus impetus omnis habet.*

*Medea ad Iaſonem.*

*Sed quid prædicere pœnam*
*Adtinet, ingentes parturit ira minas.*

*Prop. lib. 1. Eleg. 1.*

*Fortiter & ferrum, ſæuos patiemur & ignes:*
*Sit modo libertas, quæ uelit ira loqui.*

*Iræ frena inijcienda ſunt, ne imperet, & rationem deijciat*

*Idem lib. 4. Eleg. 15.*

*Neſcit ueſtra ruens ira referre pedem.*

*Horatius in epiſt. lib. 1. epiſt. 2.*

*Ira breuis furor eſt animum rege: qui niſi paret,*
*Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce cathena.*

*Claud. ad Theodoſium.*

*Si duceris ira,*
*Seruitij patiere iugum: tolerabis iniquas*
*Interius leges.*

*Iuuena: Satyra 6. de ira Muli.*

*Quoties facit ira nocentes.*
*Hunc ſexum & rabie iecur incendente feruntur*
*Præcipites, ut ſaxa iugis abrupta.*

*Idem Saty. 8.*

*Pone iræ frena modumq;.*

*Dantes purgatorij 17.*

*Sentimi quaſi preſſo un mouer dala.*
*Auentarmi nel uiſo: & dir beati*
*Pacifici che ſon ſenza ira mala, Id eſt.*
*Senſi prope me quaſi quandam alæ motionem*
*Aduentantem mihi in uiſum: & dicentem beati*
*Pacifici: qui ſunt ſine ira mala.*

*VINdicta nihil dulcius, ira nihil amarius, nihil pertinacius.*

*Petrarcha Soneto: 186.*

*Vincitor Alexandro l'ira uinſe*
*Et fel minor in parte che Philippo.*
*Ira è breue furor: & chi nol freua.*
*E furor longo: chel ſuo poſſeſſore*
*Speſſo ad nergogna: & talbora morte il merca, id eſt.*
*Victorem Alexandrum ira uicit:*
*Fecitq; eundem in parte minorem Philippo patre.*
*Ira eſt breuis furor, quem qui non reprimit,*
*Eſt furor longus, qui ſuum poſſeſſorem*
*Aut ad dedecus, aut ad mortem ducit.*

*Petrarcha Dialogo 101. de remedio fortunæ.*

Nil dulcius eſt uindicta: ira nihil amarius, quam cur quidam dulcem dixerit, mirari ſoleo: ſin dulce aliquid ineſſe ſenſeris, dulcedo effero uiro indigna, ac propria beluarum: eamq; non omniũ, ſed promordacium atq; ferocium. Nil humanum minus, quàm ſæuitia & feritas: contràq; nil humanum magis, quàm miſericordia & lenitas: quibus nihil tã contrarium, quàm uindicta eſt: & quicquid animi impetu homo in hominem cõmittit aſperi⁹, quod ſi omnino uindictæ non dulce eſt, oſtendã tibi, quo multa cum gloria uti poſſis.

*Nobiliſſimum uindictæ genus eſt, parcere.*

*Idem in dialogo 107.*

Ira æſtuans furit: nam ira furor breuis eſt, ſecundum Flaccum. Fit autem à pleriſq; mala conſuetudine, & impatientia, longus furor.

Ennius autem iram initium dixit inſaniæ, cum pleriſq; minis illam ſequentibus, finis & inſaniæ ſit & uitæ. Siquidem hæc etiam peſtis, ut ſuperior, & ſi ſæpe alios, ſemper tamen ante alios poſſeſſorem ſuũ torquet & cruciat, ut mirer unde quibuſdã uideri potuerit, huic, neſcio

neſcio quid melle dulcius ineſſe: habet fortaſſe ultio dulce aliquid, efferum, inhumanum: Ira nihil niſi amarum habet.

*Cironianum illud tenendum.*

Archites & Platonis moderatio.

Ira procul ut abſit, cum qua nihil recte fieri, nihil conſiderate poteſt. Iure ergo laudatur Architæ Tarentini dictũ, & Platonis amici ſui factum: quorũ primus dum ſe ſtudijs dedito, poſſeſſiones ſuas culpa uillici deſtructas aſpiceret, in eum uerſus, ſummerem, inquit, ex te debitas pœnas, niſi tibi iratus eſſem, alter iratus ſeruo, non impunè te dimiſit, ut Architas: ſed amico commiſit ut ſuppliciũ exigeret, ueritus ne ſe iræ impetus, quò non deceret, impelleret, hæc horũq; ſimilia frenare iram debent, ne ſequaces ſuos, ut ſolita eſt, in infamiam, clademq; precipitet.

IRA CAVSAT INIMICITIAS.

*Horat. epiſt. 20. lib. 1. ad Mæcenatem.*

*Ludus enim genuit trepidum, certamen, & iram:*
*Ira truces inimicitias & funebre bellum.*

*Ira mora euaneſcit. Ouid. in 1. de arte Amandi.*

*Vt fragilis glacies, interit ira mora.*

*Ibidem.*

*Flectitur iratus uoce rogante Deus.*

*Pax decet homines. li. 3. de arte Amandi.*

*Pertinet ad faciem, rabidos componere mores:*
*Candida pax homines, trux decet ira feras.*
*Ore tument ira, nigreſcunt ſanguine uenæ,*
*Lumina Gorgoneo ſæuius angue micat.*
*Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,*
*Et ſtudio mores conuenienter eunt.*

*Ira fortem reddit. Verg. lib. 5. Aeneid.*

*At non tardatus caſu, neq; territus Heros:*
*Acrior ad pugnam redit & uim ſuſcitat ira.*

*Ira animum rodit. Statius lib. 2. The.*

*Exedere animum dolor, iraq; demens:*
*Et quæ non grauior, mortalibus addita cura,*
*Spes ubi longa uenit.*

*Irá defrenanda.*

*Vince animos, iramq; tuam, qui cætera uincis.*

*Seneca in Thebaide.*

*Pone ueſanos precor*
*Animi tumores, teq; pietati refer.*

*Terentius in Adelphis.*

*Tandem reprime iracundiam & redi ad te.*

*Statius 8. Thebaidos.*

*Ille monet ne frena animo permitte calenti,*
*Da ſpacium, tenuemq; moram, malè cuncta miniſtrat*
*Impetus: hoc oro munus concede parenti.*

*Periander Auſonius.*

*Trepidam moderate iram.*

*IRA & uinum non facile retinent ſecreta.*

*Horat. epiſt. 17. lib. 1. ad Quintium.*

*Arcanum neq; tu ſcrutaberis ullius uſquam,*
*Comiſſumq; teges & uino tortus & ira,*
*Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes.*

*Idem 2. Epiſt. lib. 1. ad Lollium.*

*Qui non moderabitur iræ,*
*Infectum uolet eſſe, dolor quod ſuaſerit, & mens,*
*Dum pœnas odio per uim feſtinat inulto.*

*Socrates de Regno.*

Iraſci & aliquid per iram agere, nunquam decet. Simulare cum tempus poſtulat, non dedecet.

*Pœnitentia Iræ comes.*

*Iſocrates de permutatione facultatum.*

Prouidendum nobis eſt, ne tale quid eueniat, aut ipſi ea perpetretis, quæ ab alijs facta reprehenderitis, Opinor aũt uos non ignorare, noſtrã urbẽ ſæpe pœnituiſſe iudiciorum, quæ per iracundiã potius, quàm re examinata, facta ſunt.

Petrus Crinitus in lib. 1. ca. 6. de honeſta diſciplina ſcribit ex Platonis ſententia, in libro de ſcientia, eos maiori memoria: qui ad iram & contentiones facilius excitantur, quàm qui modeſtiam & gratuitatem præ ſe ferunt: illos etenim ſegniores plerumq;, & obliuioni obnoxios eſſe.

*Valerius lib. 9. cap. 3. De ira & Odio.*

Ira quoq; aut odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant: procurſu celerior, illa nocendi cupidine, hoc pertinacius: uterq; conſternationis plenus affectus, ac nunquam ſine tormentormento ſui uiolentus: quia dolorem cum inferre uult, potitur amara ſolicitudine, ne non contingat ultio anxius: ſed proprietatis eorum certiſſimæ ſunt imagines, qua Dij ipſi in claris perſonis, aut dicto aliquo, aut facto uehementer conſpici uoluerunt.

*De Liuio Salinatore C. Figulo*
*Appio Claudio:*

De populo Romano in Cn. flauium de Manlio torquato, de Metello, de L. Sylla, de Alexandro Rege, de Almicare, de Annibale, de Semiramide, de Regina Babilonis.

Exempla ibi ponit externa.

*VNuſquiſq; culpa ſua fit improbus.*

*Exempla iræ, odij, Ex Baptiſtæ Fulgoſi dictis memorabilibus ac factis deſcripta.*

Lib. 9. cap. 3.

De duce Brenno & Gallis: de Cambyſſe Perſarũm rege, de Septimio Seue-

ro de Tertulliano, de Flarico rege Gothorum, de Totila, de Conſtantino militari tribuno, de mõte accola Silicei mõtis, de Ioarme Andatu Lampugnano, de Gualterio comite Breñenſi, de populo Romano in Albertum Ethruriæ Marchionem, de Stephano ſexto Pontifice, de Lothario Gallorum rege, & Sergio tertio Pontifice Maximo, de populo Florẽtino, de Henrico Hiſpaniarum rege, de Stephano Cõth equite Pãnonió, ac comitibus, de Tennenſibus aduerſus Piſanos.

*De iracundia Sabellicus lib. 9. cap. 3.*

Nemo unquam in uitio à primo ortu fuit, ſed ſua quiſq; fit culpa improbus: ſunt medij quidam motus animorum, quibus ſi malè utaris, fiunt uitia: ſin aliter, uirtutes erunt: qui enim peccāti iraſcitur, ut uitium corrigat, nihil inhumanè facit: qui iniuriam damnat aut illatā ulciſcitur, fortis hic & iuſtus. at qui irā non frenat, ſed præceps rapitur, is immani belluæ ſimilior, quàm homini. Extāt uaria & atrocia huius uitij exempla, & in ijs illud Sauli Regis, qui ob Dauidē quem infenſe oderat, quia apud Abimelechum fugiens ille in hoſpicio fuiſſet, regiæ iræ ignarum, non ſolum hoſpitem ipſum, ſed Nobeam etiam hoſpitalem urbem incendit, ciuibuſq; omnis ſexus & ætatis ferro deditis: fuitq; miſerabilis illa clades eò calamitoſior, quod quinq; & octoginta ſapientia & diuinatione illuſtres uiri, Abimelechi cauſa, extremo ſunt ſupplicio affecti. de eodem. de AnnaCaiphæ ſocero. de Ecelino Tyranno, de Suitenſibus, de factioſis Italiæ urbibus, de Alexandro rege, de Pirrho, de Perſe rege, de Nerone, de Mahometo Otthomanno, de Xanthijs, de Xanthia muliere.

*Περὶ ὀργῆς. Id eſt: De ira, loci ac ſententiæ, ex latinis ac græcis autoribus, ſumma diligentia collecta.*

*Eraſ. lib. 8. Apophtegmatum.*

Melanthius negabat eam iram uideri grauem, quæ mentem cogat emigrare, ſed quæ prorſus excludat domo, ſentiens probis etiam ingenijs adiunctam eſſe iracundiam, ſed hoc uitium tolerabile, ſi celeriter animus ad ſe redeat, & pro ira, rationem in conſilium adhibeat: At ſi perturbatio penitus inſideat animo, ita ut excuſſa ratione feratur effreni impetu, certa pernicies eſt.

*Idem lib. 6. Ira impotens.*

Q. Flauius apud populũ reus actus accuſante C. Valerio, cum 14. Tribuum ſuffragijs damnatus eſſet, proclamauit ſe innocẽtẽ opprimi, cui Valerius æquè clara uoce reſpondit, nihil ſua referre, nocens an innocens periret: ea uox tam uiolenta reliquas tribus reconciliauit: itaq; reus, quem proſtratum credebat, abſolutus eſt.

*Lib. 7. de zenone Eleate.*

Zeno cum maledictis laceſſitus incandeſceret, reprehẽſus quod Philoſophus uerbis improborum commoueretur: Si conuitia, inquit, æquo animo admiſero, ne laudes quidem ſentiã. Lapidis eſt, non ſentire diſcrimen inter laudantem & uituperantem: ſed Philoſophi eſt, nõ ita commoueri, ut ab honeſto recedat.

*Idem lib. 4. de Octauio.*

Athenodoro Philoſopho cauſatione ſenectutis flagitanti, ut ſibi liceret redire domũ, Auguſtus conceſſit. At cum ille Cæſari dixiſſet, uale, uolens aliquod Philoſopho dignum monumentũ apud illum deponere, adiecit: Cæſar, cum fueris iratus, ne quid dixeris feceris'ue, priuſquam Græcarum literarum 24. nomina apud te recenſueris: Cæſar autem Philoſophi dexterã amplexus: adhuc, inquit, te præſente mihi opus eſt, totũq; etiam annum apud ſe detinuit, dicẽs græcorum illud prouerbium: Silentij ſunt tuta fidi præmia: ſiue approbans philoſophi dictum, quod tutum eſſet irã premere, ne prorumpat in uerba: ſiue ſentiens, Philoſopho profuturũ fuiſſe, ſi hoc dictum non addidiſſet iã abiturus: quãquam tam ſalubris admonitio magnificum aliquod præmium merebatur. Iræ remedium.

*Idem lib. 5. Apophtegmatum.*

Cotis Thraciæ Rex cum eſſet natura celer ad iram, ſæuuſq; caſtigator eorum, qui in miniſterio deliquiſſent, hoſpes quidam ad illum detulit uaſcula fragilia tenuiaq;, ſed ſcitè curioſeq; elaborata. At is hoſpiti quidem dedit munera,

munera, cæterum uaſcula omnia confregit: demirantibus quur id faceret, ne, inquit, ſæuiam in eos, qui fracturi erant. Prudentis eſt, naturæ ſuæ morbum agnoſcere, & uitio materiam præripere.

Angelus Politianus in quadam epiſtola ad Laurentium Medicem ſcribit: Quod ira in pueris optimæ ſæpe indolis ſit argumentum, & adhibita à natura: utpote quæ quibuſdã quaſi calcaribus fortitudinis incitet: & ob id à nõnullis Philoſophis, & ipſo Ariſtotele in ipſius fortitudinis partem referri.

*Theognis.*

Οὐδὲν κύρν' ὀργῆς ἀδικώτερον, ἣ τὸν ἔχοντα
Πημαίνει, θυμῷ δειλὰ χαριζομένη: id eſt.

Nihil tam ô Cyrne iniuſtum eſt, quàm ira, quæ dominum ſuum lædit, & animo commoto miſerè gratum facit.

*Menander.*

Ὀργὴ παραλόγισμος ποτ' οὐδὲ εἷς φύεται:
Αὕτη κρατεῖ νῦν, ἂν δὲ μικρὸν παρακμάσῃ
Κατόψεταί τι μᾶλλον εἰς τὸ συμφέρον. id eſt.

*Ira non poteſt unquàm falli:*
*Ea nunc imperat, ubi uero modicum deferbuerit,*
*Multo acutius, quod ex uſu eſt, uidebit.*

Εὐήνου.

Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψε
Κρυπτόμενον, μανίας πολὺ χειρότερον. id eſt.

*Sæpe mentem hominum detexit ira*
*Latentem, quæ peior quandoq; eſt inſania.*

Φιλήμονος.

Μαινόμεθα πάντες ὅταν ὀργιζώμεθα:
Τὸ γὰρ κατασχεῖν ἐστι τῆς ὀργῆς πόνος. id eſt.

*Inſanimus omnes, cum iraſcimur:*
*Ira enim difficilimè refrenatur.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἅπανθ' ὅσ' ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ποιεῖ
Ταῦθ' ὕστερον λάβοις ἂν ἡμαρτημένα. id eſt.

*Omnia quæ iratus agit,*
*Errata poſtmodum intelliges.*

*Euripides in Eolo.*

Ὀργῇ γὰρ ὅστις εὐθέως χαρίζεται,
Κακῶς τελευτᾷ: πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς. i.

*Quiſquis iræ præceps indulget,*
*In malum finem exit: plurimum enim hominibus incommodat.*

*Epicharmi.*

Μὴ ἐπὶ μικροῖς αὐτὸς ὀξύθυμον δείκνυε,
Ἐπιπολάζειν ὅτι χρὴ τὸν θυμὸν ἀλλὰ τὸν νόμον:
Οὐδεὶς μετ' ὀργῆς οὐδὲν εὖ βουλεύεται. id eſt.

*Ne tute teipſum ob rem leuem iracundum exhibeas:*
*Superare non iram conuenit, ſed legem:*
*Nemo iratus quicquam rectè deliberat.*

*Eiuſdem.*

Πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσε βροτῶν,
Ἥ τ' ἀσυνεσία δύο κακὰ τοῖς χρωμένοις. id eſt.

*Multos iracundia magna perdidit mortalium,*
*Et imperitia, quæ gemina mala ſunt utentibus ſe.*

*Euripides in Archelao.*

Ὀργὴ δὲ φαύλη πόλλ' ἔνεστ' ἀσχήμονα.
Ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος.
Πόλλ' ἐστὶν ὀργῆς ἐξ ἀπαιδεύτου κακά. id eſt.

*Iræ malæ multa ſunt indecora.*
*Extra iram unuſquiſq; multo ſapientior eſt.*
*Ex ira imperita multum generatur malorum.*

*Eſchylus.*

Ὀργῆς ματαίας εἰσὶν αἴτιοι λόγοι. id eſt.

*Iræ uanæ cauſa ſunt uerba.*

*Sophocles.*

Ὡς οἶδ' ἐν ὀργῇ πάντα γίνεσθαι κακά. id eſt.

*Ex ira ſcio cuncta prodire mala.*

*Cheremon.*

Ὀργὴ δὲ πολλοὺς δρᾶν ἀναγκάζει κακά. id eſt.

*Ira permultos agere cogit mala.*

*Eiuſdem.*

Αὐθάδεια τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει. id eſt.

*Moroſitas obnoxia eſt imperitiæ.*

Εὐριπίδου.

Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ,
Οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν
Ἀθάνατον, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται. id eſt.

*Cæterum ut mortale noſtrum eſt corpus,*
*Ita conuenit iram quoq; non retinere*
*Immortalem, quicunq; ſapientiam intelligit.*

*Soſiphanes.*

Νῦν σοι πρὸς ὄψιν θυμὸς ἡβάτω γέρον
Νυνὶ δὲ ὀργὴν ἔνδικον λαβεῖν. id eſt.

*Nunc in facie tibi iracundia efflorefcat ô ſenex:*
*Nunc iraſci conuenit, iuſticiæ gratia.*

*Menander.*

Ὅσος τὸ κατέχειν ἐστὶ τὴν ὀργὴν πόνος,
Οὐκ ἔστιν ὀργῆς (ὡς ἔοικε) φάρμακον
Ἀλλ' ἢ λόγος σπουδαῖος ἀνθρώπου φίλου. id eſt.

*O quàm cohibendi magnus eſt iram labor.*
*Non eſſe uidetur aliud iræ pharmacum,*
*Oratio niſi grauis amici uiri.*

*Euripides in Hypſipyle.*

Ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμοῦται βροτῶν,
Μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ φάρμακον,
Ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν. id eſt.

*Quiſquis hominum rebus iratus aduerſis,*
*Vehementius ipſo morbo remedium adhibet,*
*Is medicus eſt non peritus naturæ malorum.*

*Archilochus.*

Ὦ μωρέ, θυμὸς ἐν κακοῖς οὐ σύμφορος. id eſt.

*O ſtulte, inutilis eſt ira in malis.*

Menander.

Εἰ καὶ σφόδρ' ἀλγεῖς, μηδὲν ἠρεθισμένος
πράξῃς προπετῶς· ὀργῆς γὰρ ἀλογίστου κρατεῖν
ἐν ταῖς ταραχαῖς, μάλιστα τὸν φρονοῦντα δεῖ,
τὸ δ' ὀξύθυμον τοῦτο καὶ λίαν πικρὸν
δεῖγμ' ἐστὶν εὐθὺς πᾶσι μικροψυχίας. id eſt.
Et ſi doles uehementer, haud quicquàm tamē irritatus
Ages temerè, nam iram rationis inſcitiam refrenare
In perturbationibus, inprimis ſapientem oportet:
Ingenium tam irritabile, & amarulentum
Indicium ſtatim eſt omnibus puſillanimitatis.

Magni laboris & negocij eſt, ſuſtinere iram atq; illi moderari.

Νεόφρων.

Εἶεν, τί δράσεις θυμέ, βούλευσαι καλῶς
πρὶν ἢ ἁμαρτεῖν καὶ τὰ προσφιλέστατα
ἔχθιστα θέσθαι, ποῖ ποτ' ἐξῇξει τάλας,
κάτισχε θέλημα καὶ σθένος θεοστυγές:
καὶ πρὸς τί ταῦτ' ὀδύρομαι, ψυχὴν ἐμὴν
ὁρῶσ' ἔρημον καὶ παρημελημένην
πρὸς ὧν ἐχρῆν ἥκιστα: μαλθακοὶ δὲ δὴ
τοιαῦτα γιγνόμεθα πάσχοντες κακά:
οὐ μὴ προδώσεις θυμὲ σαυτὸν ἐν κακοῖς
οἴμοι δέδοκται, παῖδες ἐκτὸς ὀμμάτων
ἀπέχετ': ἤδη γάρ με φοινία μέγαν
δέδυκε λύσσα θυμόν. ὦ χέρες χέρες
πρὸς οἷον ἔργον ἐξοπλιζόμεθα, φεῦ
τάλαινα τόλμης, ἣ πολὺν πόνον βραχεῖ
διαφθεροῦσα τὸν ἐμὸν ἔρχομαι χρόνῳ. id eſt.
Age uerò quid facies anime? conſulta benè
Priuſquàm pecces, & chariſsima tibi
Reddas infenſiſsima. Quò tandem exis miſer?
Reprime uoluntatem, & uim impiam:
Sed quid hæc lugeo, cum animam meam
Videam deſeri atq; negligi,
A quibus hoc minimè oportebat, molles ſcilicet
Et timidi ſunt huiuſmodi, quod mala tolerantes.
Ne teipſum anime relinquas in malis.
Heu mihi, ô pueri ab oculis diſcedite:
Iam mihi cruenta magnum
Subijt rabies animum, ô manus manus
Ad quale facinus armamur, heu
Quid tantū infelix audebo, quæ breui diuturnū laborē
Perditum meum pergo tempore.

Euripides in Medea.

οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις
τραχεῖαν ὀργὴν ὡς ἀμήχανον κακόν.

Idem & ibidem.

Δεινή τις ὀργὴ καὶ δύσκατος πέλει,
ὅταν φίλοι φίλοισι συνερίσωσ' ἔριν. id eſt.
Non primum nunc uideo, ſed ſæpius antehac,
Aſperam iram quantæ ſit molis ferre.
Grauis eſt & incurabilis ira
Quum inter amicos naſcitur contentio.

Veriſſima ſententia.

Apolonius ad Macedonem.

Τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄνθος μανία. id eſt.
Iracundiæ flos eſt inſania.
Floſculus eſt iræ demens inſania ſæue,
Eſt grauis, atq; adeo nulla curabilis arte
Ira, ubi dilectos lis naſcitur inter amicos.

Homerus Iliados 9. lib.

Ἀλλ' Ἀχιλεῦ, δάμασον θυμὸν μέγαν· οὐδέ τί σε χρὴ
νηλεὲς ἦτορ ἔχειν, στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί.

Idem lib. 15.

οὕτω γὰρ ἄν τοι γαιήοχε κυανοχαῖτα
τόνδε φέρω Διὶ μῦθον, ἀπηνέα τε κρατερόν τε.
ἤ τι μεταστρέψεις, στρεπταὶ δέ τε φρένες ἐσθλῶν. i.
Reprime tuam iracundiam Achilles, haud te decet
Animi crudelis eſſe: Mutabiles etiam ſunt ſuperi.
Siccine tuo nomine, ô qui terram cingis cœrule comā,
Hæc uerba Ioui nunciabo tam ſæua duraq́;,
An placet mutare? mutatur bonorum quoq; animus.

Eobanus ſic uertit.

Verum age uince animū ipſe tuū fortiſsime Achilles,
Vince iram, fera corda doma, ne pectore ſæuo
Eſſe alijs uideare, atq; implacabilis iræ:
Quod minimè decet, atq; indignum eſt laudibus iſtis:
Quum neq; ſint tales, quoniam placantur & ipſi
Dij ſuperi, quorum uirtus, uis, robora uitæ,
Omnia ſunt noſtris meliora, priora, ſed illi
Placantur tamen officijs ſacriſq;, litatis,
Et precibus uotiſq; eadem ſi iuſta feramus,
Ignoſcuntq; malis noſtris, qui offendimus ipſos,

Herodotus.

Ὡς ἐν τοῖς ὠσὶ ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμός
χρηστὰ μὲν ἀκούσας, τέρψιος ἐμπίπλησι τὸ
σῶμα, ὑπεναντία δὲ ἀκούσας ἀνοιδαίνει.

Opprobria in hominē coniecta iracūdiam excitāt. Hominum animus in auribus habitare uidetur: bonis enim auditis, corpus gaudio repletur.

Contrarijs autem ira inflammatur.

Τὰ ὀνείδεα κατιόντα ἀνθρώπῳ φιλέει ἐπανάγειν τὸν θυμόν.

Dionyſius Halicarnaſcus.

Quamuis iram uincere tum magna res uidetur, tum reuera ſit: maius tamē eſt, cauere & prouidere, ne in ipſam incidamus.

Sotion lib. 2. Sermonum De Ira.

Quemadmodū nauigia preclara iudicātur, nō quæ in trāqllitate nauigāt, ſed quæ tēpeſtatibus obſiſtunt, & euadunt: ſic & homines, qui iræ & perturbationibus reſiſtere ualēt, magni forteſq; habētur. Hiſtriones qdē licet ſolū ſimulēt, hominis

hominis irati faciem repreſentant. Viri autem uirtutis ſtudioſi, & ſi reuera iraſcantur, uultu tamē & geſtibus irati abſtinent.

*Ariſtoteles.*

Vt fumus mordicans oculos, non uidere ſinit quæ pedibus adiacent: ſic iracundia oboriens rationem obfuſcat, & quod bonum habitura mens fuerat à ratione, eo non ſinit ipſam iracundia ſine labore ac moleſtia potiri.

*Idem in libello de uirtutibus.*

Iracundia uitium eſt partis animoſę, qua hoīs facile ad iram cōmouentur. i. ὀργιλότης δέ ἐστι κακία τοῦ θυμοειδοῦς καθ' ἣν εὐκίνητοι γίνονται πρὸς ὀργήν.

*Ibidem.*

Iracundiæ ſpecies ſunt tres, excandeſcentia, ſęuitia, & indignatio. Eſt autem iracundi non poſſe ferre, ne modicos quidem ſui contemptus, necꝙ ſortem inferiorem: promptum ad uindictam, & immitem eſſe, & de facili facto, uerbouè quouis moueri. Affectatur autem iracundiam ingenium præceps & inconſtãs, & ſordida illiberalitas, item pœnitentia, & paruas ob res dolere uel gaudere, atꝙ ita temerè, ſubito, & per breue tempus affici.

*Democritus.*

Iracundiam impugnare quidem eſt difficile: ſed uiri præditi ratione bonū eſt ipſam uincere.

*Similia, Exempla moderatæ Iracundiæ.*

Plato iratus olim in famulum, aſſiſtēte Xenocrate: accipe, dixit, & hunc flagris affice, ego enim iraſcor.

ARISTIPPVS Cyrenenſis Philoſophus cum ſuccenſere quendam uidiſſet, ac uerbis indignari, dixit, ne uerba per iram proferamus, ſed uerbis iram compeſcamus.

Naucrates Sapiens iracundis ſimile quid accidere dixit, quod lucernis, quæ copioſo oleo magis inflammantur.

*Ariſtoteles.*

Iracundia eſt perturbatio immanis, affectione dura, & uiolenta potentia, cædium cauſa, calamitatis ſocia, iacturā concitans, & dedecus, pecuniarum pernicies, ad hæc perditionis origo.

*Epictetus Philoſophus.*

Si quem cum minis & impetu uolueris aggredi, memento præmeditari, humanum eſſe tibi, manſuetumꝙ ingeniū: et quod pœnitudo damnūꝙ te ſequutura ſint, ſi quicꝙ immane commiſeris.

*Cato Maior.*

τὸν ὀργιζόμενον νόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν. id eſt, Iratum ab inſano tantum tempore diſtare.

*Plutarchus.*

Quæcunꝙ ira commoti faciunt homines, ea neceſſum & cæca ſint, & imprudentia, & omnio errata: Non enim fieri poteſt, ut concitatus ira ratione utatur. Omne autem quod ſine ratione fit, inartificioſum ac peruerſum eſt. Proinde rationem oportet agendorum ducem conſtituere, ac ita demum actiones uitæ aggredi, iram interea contingentem ſemper caſtigando ac euitando, ut naucleri fluctus, euoluere. Eſt enim ſanè non minor metus, ne ira nimium aduerſa, ceu proræ fluctus & ſui autorem, & familiam funditus perdat euertatꝙ, niſi quis per induſtriam prę̨ternauiget. Cæterum ad iram rectè moderandam, diligentia & ſtudium requiruntur.

*Antiphon.*

οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν ὀργιζόμενος ἄνθρωπος εὐγνοῖν, αὐτὸ γὰρ ὃ βούλεται τὴν γνώμην διαφθείρει τοῦ ἀνθρώπου. id eſt.

Nihil quicꝙ homo iratus rectè poteſt cognoſcere: ulciſcendi enim auiditas iudicium eius corrumpit.

PLATO quondam iratus cuipiam è famulis, gratiam eum Dijs habere iuſſit, quod ſuccenſeret: alioquin enim nō euaſurum fuiſſe ſine caſtigatione, ſi non ſuccenſuiſſet.

*Apolonius ad Ariſtoclem.*

τὸ τῆς ὀργῆς πάθος καθομιλούμενον μηδὲ θεραπευόμενον, φυσικὴ νόσος γίνεται id ē. Affectus iræ niſi curentur, & caſtigentur, in naturalem morbum abeunt.

*Theophraſtus de Characteribus.*

ἡ δ' ἀναισχυντία ἐστὶ καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους, ὁ δὲ ἀναίσχυντος τοιοῦτος οἷος πρῶτον μὲν ὃν ἀποστερεῖ πρὸς τοῦτον ἀπελθὼν δανείζεσθαι.

IVSTI-

- *Iuſticia.*
  - *Diuina.*
  - *Naturalis.*
    - *Religio.* *Pietas.* *Charitas.* *Gratia.* *Vindicatio.* *Fides.* *Obſeruantia.* *Veritas.*
    - *Contraria.*
      - *Superſtitio.* *Dei neglectus.* *Scelus.* *Odium.* *Ingraditudo.*
      - *Abiectio.* *Fraudatio.* *Auerſio.* *Vanitas.*
        - *Diſsimulatio.*
        - *Iactantia.*
  - *Conſuetudi-naria.*
    - *Bella.* *Diſcretæ gentes.* *Regna condita.* *Dominatus diſtincti.* *Termini agris poſiti.*
    - *Aedificia collata.* *Commercia.* *Emptiones.* *Venditiones.*
    - *Locationes.* *Conductiones.* *Obligationes.* *Liberi.* *Serui.* *Libertini.* *Pactum.* *Par.* *Iudicatum.* *Manumiſsio.*
  - *Ciuilis.*
    - *Lex, Senatuſconſulta.* *Iudicatæ res.* *Authoritas Iuriſperitorum.* *Plebiſcita. Decreta.*
    - *Edicta Magiſtratuum.* *Mos.*
    - *Aequitas.*
      - *Vna, legitima.* *Altera, conueniens.*
      - *Tertia, more uetuſto confirmata.*
      - *Modeſtia.*
        - *Opportunitas.*
        - *Ordo.*

IVſticia eſt uirtus, qua cuiq; ſuum penditur: uel certè D. Hieronymo, actio recta.

*Cœlius lib. 12. cap. 48.*

Iuſticia eſt habitus electionis, compos in ijs, circa quæ plurimum obuerſatur uir bonus, ad legum firmiſſimam cuſtodiam, publici boni ergò.

*Cauſa.*

Cauſa eſt uoluntas conſentiens cum legibus & moribus.

*Species.*

Species Commutatiua & Diſtributiua: Duplicitur enim communicamus cũ ciuibus: aut fortunis commutandis, aut humana ciuiliq; conſuetudine.

*Commutatiua.*

Commutatiua eſt iuſticia contractuũ.

*Diſtributiua.*

Diſtributiua eſt iuſticia ciuilis uitæ.

- *Diſtributiua duplex.*
  - *Publica: pietas eſt, imò ominũ uirtutũ corona quædam, ciuilem hominũ inter ſe conſuetudinem, magiſtratuum cum ciuibus, uiciſsim ciuium cũ magiſtratibus conſeruans.*
  - *Priuata, ciuium inter ſe honeſta & tranquilla conſuetudo.*

*Officia.*

Reddere ciui, magiſtratui, patriæ, liberis, coniugibus, amicis, quod debetur.

*Comparatio ſpecierum.*

Commutatiuam Diſtributiua complectitur, indicio ſunt, quæ ab eodẽ argumento trahuntur. Finis Diſtributiuæ potior eſt: Ipſa igitur quàm commutatiua melior. Locus à cauſis, indicio eſt.

*Affinia.*

Fortitudo,

Fortitudo, liberalitas, temperantia, uitam enim pro Repub. exponere fortitudini dant: atqui idem iuſtitiæ diſtributiuæ publicæ: eſt igitur affinis fortitudo iuſticiæ. Egenti ciui opitulari liberale dicunt: atqui idem iuſtum eſt. Liberalitas igitur affinis iuſticiæ: in quem modum & Cicero cũ iuſticia liberlitatem coniunxit, in lib. de officijs. Corporis uoluptates non ſuſpicere, neq; turpibus uoluptatibus animum ſubijcere, temperantiæ adſcribunt, atq; idem iuſticiæ eſt. Igitur temperantia eſt affinis iuſticiæ.

*Contraria.*

Metus, Auaritia, Luxus.

*Exemplum.*

*Baptiſta Fulgoſus, dictorum factorumq; memorabilium lib. 6. cap. de Iuſticia.*

Cum Tullus Hoſtilius Mancinus Aedilis curulis Maniliam meretricem ad populum accuſaſſet, ꝙ nocte pręteriens eius ædes ſaxum in ipſius caput demiſiſſet, uulnuſq; ad faciendam acceptæ iniuriæ fidem oſtendiſſet: Manilia autẽ ad Tribunos appellaſſet, dicens: Mancinum poſt cænæ tempus fortaſſe plus æquo potum, ad eius ædes acceſſiſſe, ut ingrederetur, & quia non admittebatur, fores euertere molientem, ſaxis ab ijs eſſe repulſum. Tribuni maiore iuſticię, quam dignitatis ac magiſtratus Mãcini, aut etiam ꝙ Maniliæ turpis uitæ ratione habita, pronunciarunt: Iure eo loco ædilem eſſe depulſum, quem adire iſti non honeſtè licebat, & propterea ꝓhibuerunt Mancinũ ad populum in iudicium trahere.

*Loci de Iuſticia, ex ſacra ſcriptura paſsim deſumpti.*

*Solomon Prouerb. 10.*

Non affligit Dominus fame animam iuſti, & inſidias impiorum ſubuertit.

*Ibidem.*

Memoria iuſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcit.

*Item.*

Opus iuſti ad uitam, & fructus impij ad peccatum.

*Item.*

Argentum electum lingua iuſti, cor impiorum pro nihilo.

*Item.*

Quod timet impius, ueniet ſuper eũ: deſiderium ſuum iuſtis dabitur.

*Ibidem.*

Lingua iuſti conſiderat placita, & os impiorum peruerſa.

*Item 11.*

Iuſtus de anguſtia liberatus eſt, & traditur impius pro eo.

*Item 12.*

Verte impios, & non erunt: domus autem iuſtorum permanebunt.

*Item 14.*

Domus iniuſtorum delebitur: tabernacula uerò iuſtorum germinabunt.

*Item 12.*

Semen iuſtorum ſaluabitur: deſiderium iuſtorum omne bonum eſt.

*Eccleſia: 7.*

Summum ius, ſuma iniuria.
Noli eſſe nimium iuſtus.

*Prouerb: 15.*

Domus iuſti plurima fortitudo, in fructibus impij conturbatio.

Abominatio eſt Domino uia impij: Qui ſequitur iuſticiam, diligitur ab eo.

*Eccleſia. 9. ca.*

Sunt iuſti ſapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamẽ neſcit homo, utrũ amore, aut odio dignus ſit, ſed omnia in futuro reſeruantur incerta.

*Idem 8. cap.*

Sunt iuſti, à quibus multa bona proueniunt, quaſi opera impiorum egerint: & ſunt impij, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant.

*Prouerb. 18. cap.*

Fugit impius nemine perſequente: Iuſtus autem quaſi leo confidens abſq; terrore erit.

*Eccleſia: 4.*

Ieſus Syrach. In iuſticia agonizare ꝓ anima tua uſq; ad mortem: certa pro iuſticia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

*Ibidem.*

Datio Dei permanet iuſtis.

*Ibidem.*

Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat.

*Ibidem.*

Ante iudicium para tibi iuſticiam.

Eccle-

*Eccleſ. 17.*

Si ſequeris iuſticiam, apprehendes illam, & indues quaſi pudore honorem. Qui cuſtodit iuſticiã, ipſe exaltabitur.

*D. Auguſt.*

Si enim iuſtus ſum, nihil timeo, nemo me terrere poteſt. Iuſtus, inquit, confidit, ut leo. Prouerb. 18.

*D. Gregorius.*

Iuſticia ſi modum non habet, in crudelitatem uadit.

Sic iniuſtis iraſcitur Deus, ut tamen eorum corda per iuſtorum conſortium conſolentur.

*Iſidorus in libro Clementis.*

Perfectio legis pax eſt: Ex peccatis bella naſcuntur & certamina: ubi autẽ peccatum nõ fit, pax eſt animæ; ubi autem pax eſt, in diſputationibus ueritas, in operibus iuſticia iuuenitur.

*Sapientiæ cap. 1.*

Diligite iuſticiam, qui iudicatis terram: Iuſticia enim perpetua & immortalis eſt: Iniuſticia autem mortis acquiſitio.

Ex 3. *Epigram.*

*ὄμμα δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γιγνόμενα:* i. *Oculus iuſticiæ inſpicit omnia, quæ fiunt.*

*Iuſticia omnes in ſe uirtutes complectitur.*

Iuſticia omnium uirtutum princeps, tuta & fida comes humanæ uitæ: Ea enĩ imperia, regna, populi, ciuitates regũtur: quæ ſi e medio tollatur, nec conſtare poſſet hominum ſocietas.

Ἀπόφθεγμα.

*Cœlius lib. 12. cap. 46.*

Ageſilaus interrogatus, fortitudo ne præſtaret an iuſticia? Fortitudine, inqt, nihil opus foret, ſi iuſtè ageremus omnes.

HISTORIA SIVE EXEMPLVM.

*Lib. 3. Reg. cap. 3. Sabellicus. lib. 4. cap. 3. Exemplorum.*

Ecquando iuſtius quiſq́ decretum tulit, quàm Solomõ, cum mulieres duę utraq́ puerpera ancipitem partum ſibi uendicarent? pro Tribunali inteſtatus, ceu res æquius decerni non poſſet: Dimidiatum, inquit, puerum habete: aſſenta eſt, quæ calumniam de puero alteri intẽderat: Contrà, quæ conſcia ſibi erat ſui partus: quin uiuat, inquit, potius puer, & illa totum habeto, quem mulieris affectum ſecutus Solomon, puerum huic, cuius erat, reſtituit.

FORMA IVTSICIAE.

*Cœlibus lib. 12. cap. 48.*

Procl᷑ iuſtitiã uirginẽ eſſe ſcribit, q̃m dicaſticum genus eſſe deceat *καθαρὸν*, id eſt, integrum purumq́, cuius ſit uirginitas ſymbolum. Dici porrò Iouis filiam declarat Heſiodus hoc uerſu *ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ δίκη διὸς ἐκγεγαυῖα*: id eſt: Virgo iuſticia eſt prognata Ioue: & ob id, quod Nomothetes ſit *κοσμικὸς* uelut princeps Imperatorq́ uniuerſorum.

*Γνώμη Antiphontis.*

*Volater lib. 29. De Iuſticia.*

*οὐ δίκαιον οὔτ' ἔργον ἁμαρτόντα ῥήματι σωθῆναι οὔτ' ἔργον ὀρθῶς πράξαντα, διὰ ῥήματα ἀπόλεσθαι: τὸ μὲν ῥῆμα τῆς γλώσσης ἁμάρτημα ἐστὶ τὸ δὲ ἔργον τῆς γνώμης:* id eſt.

Non fas peccantem ob uerba ſeruari, ſicut neq́ rectè agentem ob uerba tantũ perire: uerbum enim linguæ peccatum, res uero animi.

*Reddita latinè.*

*Vt minus, ob uerbum peccantem ſoluere noxa,*
*Aequum eſt: Sic ob uerba parum mulctare pudica,*
*Si quis agat rectè, & uitam ſine crimine ducat.*
*Verbum etenim linguæ peccatum eſt, uanus & error:*
*At uitium eſt index animi, mentiſq́ nefandæ.*

ADAGIVM.

*Eraſmus Chiliad. 2. Centur. 3.*

Iuſticia in ſe uirtutem complectitur omnem. Ariſtoteles lib. Moral. Nicomacho. 5. uerſum hunc ut prouerbialem refert. Extat autem in Elegijs Theognidis his uerbis.

*ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετ' ἐστίν.* Plato etiam uniuerſæ uirtutis nuncupatione complectitur.

*Veteres cur Iuſticiæ libram adſcripſerint.*

Iuſticiæ ueteres adſcribũt librã, ſignificantes omnia diligentia & ſummo ſtudio expendenda, nec huc nec illuc declinare iudicẽ. Gręcis *τάχνη* hæc libra appella-

appellatur. Tradunt itaq; nobis ueterũ monumenta, Ægyptijs regibus ex præſcripto legis antiquiſſimæ moris fuiſſe, Iudices mox futuros iureiurando adigere: ne ſi rex quidem iniuſti quippiam iniunxiſſet, à uirtutis medio declinaturos, nec lineam omnino (quod dicitur) moturos.

*Ἀπόφθεγμα.*

*Eraſ. lib. 1. Apophtheg.*

Agis Archidami filius, quibuſdam Eleos hoc nomine prædicantibus, quod in certaminibus Olympiacis eſſent iuſtiſſimi: Quid, inquit, magni miriúe faciunt, ſi intra quinq; annos uno tantùm die ſe iuſtos præſtant? Non putabat uir ſapientiſſimus in eum competere iuſtitiæ laudem, niſi qui per omnem uitam in omnibuſq; actionibus iuſticiam coleret.

Semel iuſtus, non dicitur iuſtus.

*Γνώμη.*

*Plato in lib. de Republica.*

*τὴν δίκην διδόναι μεγίστου κακοῦ ἀπαλλαγής: σωφρονίζει γὰρ καὶ δικαιοτέρους ποιεῖ, καὶ ἰατρικὴ γίνεται πονηρίας ἡ δίκη, ἐκεῖνο γε οὐδεὶς οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων τολμᾷ λέγειν ὡς ἀδικοῦντι οὐ δοτέον δίκην.* Id eſt:

Dare pœnas maximi mali euitatio eſt: Facit enim alibi prudentiores & iuſtiores, & medicina quædam iniquitatis, ipſum eſt iudicium. Illud uerò neq; deorũ, neq; hominum ullus dicere audebit, ut ab eo, qui iniuſtè egerit, pœna non ſit exigenda.

*In uerſus tranſlata.*

*Hercle mali eſt dare pœnas euitatio magni,*
*Quæq; etiam iuſtos pòſt facit eſſe uiros:*
*Et uelut eſt quædam medicina ſalubris iniqui,*
*Iudicium iuſtum, & tradita pœna fori.*
*Illud non hominum ſuperorum aut dixerit ullus,*
*Noxia quod non ſit digna petenda malis.*

*Sententia Senecæ in Thyeſte.*

*Vbi non eſt pudor,*
*Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides,*
*Inſtabile regnum eſt.*

*Parœmia.*

Ne moueto lineam. *μὴ κίνει γραμμήν.* Quod ſignificat, non eſſe mutandas leges, neq; prætereundos fines rerum præſcriptos. Eraſ. Chiliadis primæ, centuria nona. Cœlius lib. 12. cap. 46.

*Budæus in Græcis Commentarijs.*

*κρίσεις*, uel *γραφαὶ*, interdum *δίκαι*, dicuntur accuſationes.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Accuſator apud Oratores uocatur* | *διώκων, κρίνων, κατήγορος, εὐθύνων, αἰτιώμενος, γραφόμενος* | *Reus* | *κατηγορούμενος, γεγραμμένος, κρινόμενος, εὐθυνόμενος, ἀπολογούμενος, ἀντιαθεὶς* |

*Definitio Iuſtitiæ per iureconſultos, ff. de iuſt. & iure.*

Iuſtitia eſt conſtans & perpetua uoluntas, ius ſuum unicuiq; tribuens. Voluntas genus eſt: ſpecies ſunt fortitudo, modeſtia: ſuum cuiq; tribuere, eſt differentia, quæ à fortitudine & modeſtia diſcernitur.

Conſtans & perpetua uoluntas. Id eſt: Idæa ſeu forma, in animo æqua præſcribens, nunquam refugiens: ſicuti oculis à natura eſt indita uis, quę colores à ſe inuicem ſecernit: Hæc iuſtitiæ Idæa eſt immutabilis, certa & perpetua. Vt enim corpus non poteſt non dolere, cum uulnus accipit: Ita animus perpetuò improbat, quoties alicui ius ſuum non tribuitur: Item, quàm certus eſt animus, hanc notionem certam eſſe ueramq;: Totum maius eſſe ſuis partibus: Ita ſemper ſentit iuſtitiam eſſe, neminem lædere. Polyphemus familiariter interrogatus, an putet iuſtitiæ eſſe deuorare homines, nõ poteſt non fateri ſe iniuſtè id facere. Ius itaq; unicuiq; tribuere, eſt neminem lædere: Et inde aſſeritur iuſtitiam eſſe, quæ neminem lædit. Plato in 1. de Repub. hanc ſtatuit definitionem, quam tamen uult eſſe Simonidis, ab eo poſtea mutuatus eſt Vlpianus iureconſultus in l. Iuſtitia. ff. & Iuſtinianus, Inſtitutis de iuſtitia & iure, in principio.

EXEMPLVM MEMORABILE.

*Valerius, lib. 5. cap. 6. De iuſtitia. Plutarchus in Camillo. Liuius, lib. 5. ab urbe condita. Plinius, cap. 21. uirorum illuſtrium. Florus, lib. 1. Epitomatum.*

Camillo conſule Phaliſcos circumſedente, magiſter ludi plurimos & nobiliſſimos inde pueros uelut ambulandi gratia eductos, in caſtra Romanorum perduxit: quibus interceptis non erat dubium, quin Phaliſci, depoſita belligerãdi pertinacia, tradituri ſe noſtro imperatori eſſent. Ea re cognita, ſenatus cenſuit, ut pueri uinctum magiſtrum uirgis cædentes, in patriam remitterentur. Qua

Iuſtitia animi eorum ſunt capti, quorum mœnia expugnari non poterant: Namq; Phaliſci beneficio magis, quàm armis uicti portas Romanis aperuerunt.

*Ἀπόφθεγμα.*

*Plutarchus in Apophtegmatibus Laconicis. Eraſ. lib. 1. Apophteg:*

Anaxandridas cuidam ab eo ſuſpicanti, quamobrem ſeniores apud Lacedæmonios plures dies ſumerent ad cognoſcendum in cauſis capitalibus, & ſi quis fuerit abſolutus, nihil minus ſit obnoxius legi. Ideo, inquit, pluribus diebus cognoſcunt, quoniam ſi in capitis diſcrimine errauerint, non eſt corrigendi conſilij poteſtas, oportet autem à cauſa liberatum obnoxium manere legibus, quod fieri poteſt, ut ſecundum eandem legem liceat aliquid rectius de reo ſtatuere: Hoc temperamento prouiſum eſt, ne uel occidatur innocens, uel effugiat nocens: Qui quamuis errore iudicum ſit abſolutus, poteſt eadem lege denuo conueniri, pœnaſq; dare legibus.

*Γνώμη Græca.*

*Homerus, lib. 22. uerba Vlyßis ad Eurydeam uetulam, deplorantem procos occiſos.*

οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι τοὺς δὲ μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν καὶ σχέτλια ἔργα. Id eſt:

*Hoc lugere nefas, qui dijs ultoribus ipſis,*
*Ob ſua dementes perierunt impia facta.* Vel ſic:
Dignum obſeruatu *Non optare uiros fas eſt, quos ultor Olympus,*
*Et meritò perdunt fato ſimul impia facta.*

*Plautus in prologo Amphytrionis.*

*Iuſtam rem & facilem eſſe ratam à uobis uolo.*
*Nam iuſtè à iuſtis, iuſtus ſum orator datus:*
*Nam iniuſta à iuſtis impetrari non decet:*
*Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia eſt.*

*Adagium.*

Trutina iuſtius. δικαιότερον σαχάνης. Doricum prouerbium de ijs, qui inſigni incorruptaq; ſunt æquitate. Dores enim τὴν τρυτάνην, id eſt, trutinam σαχάνην uocant. Eſt autem id libræ genus, quo uel minutiſſimum ponderis momentum ſentitur, dignoſciturq;: atini quoq; exactam æqualitatem æquilibrium appellant. Vnde & æqua lance fieri dicitur, quod pari iure fit, citra perſonarum reſpectum.

Budæus in Græcis Commentarijs.

Ἐν αἰτίᾳ ποιεῖσθαι *Crimina dare. In crimẽ uertere. Vt crimen obijcere. Crimen deferre.*

αἰτίαν ὑπέχειν, *Cauſam ſuſtinere. Cicero ad Atticum, lib. 13.*

αἰτίαν ἐνδέχεσθαι. *In ſe crimen recipere. Agnoſcere rem perpetratam, quod & ἀναδέχεσθαι τὸ ἔγκλημα dicitur.*

Iuſticia eſt uis ipſa æqui & honeſti, qua boni cauere ſolent, ne alteri faciant, quod ſibi fieri nolunt. Huic pudor comes eſt, qui continere ab omni re hominem ſolet, quæ etiam ſi lege permittatur, aut in ea utilitatis ſpecies ſit, honeſtati tamen prorſus coniuncta non uidetur.

EXEMPLVM.

*Danielis 13. Sabellicus, cap. 4. quarti libri de Iuſtitia.*

Iuſta Danielis inquiſitio, qua periculum, quod Suſannæ intendebatur, in accuſatores uertit, inuenitq́; fraus pœnam, quam pudicitiæ adſtruebat, ceſſitq; ſimulatæ uirtus innocentiæ. Reperit Deus nocentem.

*Apophthegma.*

*Plutarchus in Laconicis Apophtheg.*

*Eraſmus lib. 5. Apophtheg.*

Quum Satibarzanes Artoxerxis à cubiculis quiddam minus iuſtum ab ipſo peteret, ſentiretq; rex illum hoc facere ſollicitatum triginta Daricorum milibus, quæſtori ærarij ſui mandauit, ut Daricorum triginta millia ad ſe deferret, ea dedit Satibarzani, dicens: Accipe, inquit, ò Satibarzanes: nam hæc tibi quũ dedero, non ero pauperior, iniuſtior futurus, ſi illa, quæ petebas, feciſſem. Cõmentus eſt rex egregius, ut nec amicum contriſtaret, nec à iuſto deflecteret.

*Apologus.*

Ruſticus equum uacuum, aſinumq; ſarcinulis egregiè onuſtum, producit ad uiam: defeſſus aſellus equum ſibi onera ut adiuuet, orat, ſi ſaluum uelit. Negat facturum equus, aſellus tandem ſarcinæ pondere grauatus procumbit, et moritur. Herus omne onus, mortui quoq; aſelli corium, in equi dorſum reclinat: Quibus cum ille deprimeretur: me miſerum, inquit, merito meo ſic nunc exerceor, qui dudum laboranti aſino opitulari nolui.

*Morale.*

Monemur hac fabula, ut oppreſſis ſubueniamus amicis. ortus noſtri (inquit Plato) partem ſibi patria uendicat, partem amici &c̃.

*Sententia Græca.*

*Homerus 14. Odyſſeæ.*

Οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν
Ἀλλὰ δίκην τίουσι καὶ αἴσιμα ἔργ᾽ ἀνθρώπων. Id eſt:
*Cœleſtes hominum non impia facta tuentur:*
*Quin plectunt æquamq́; ferunt pro crimine pœnam.*

ADHORTATIO AD IVSTICIAM.

*Verg. 6. Aeneid.*

*Diſcite iuſticiam moniti, & non temnere diuos.*

SENTENTIA PHILOSOPHICA.

*Seneca epiſtola 140. ad Lucilium.*

Sacra res iuſticia eſt, quæ alienum bonum ſpectat, nihil ex ſe petens, niſi uſum ſui.

*Simile.*

In aquam demiſſa quædam cum ſint rectiſſima, ſpeciem curui pręfractiq; uiſentibus reddunt: ita ſi de rebus perperam iudicamus, noſtrum eſt uitium, non rerum.

PROVERBIVM.

*Eraſmus Chiliadis tertiæ, centuria 5.*

Ingredi uiam rectam τὴν ὀρθὴν βαδίζειν ὁδόν. Eſt nuſquam ab honeſto & æquo deflectere.

*Aenigma.*

Ægyptij æquale unicuiq; diſtribuentem ſignificare uolentes: Strothocamili pennam pingunt: Hoc animal etenim habet undiq; pennas æquales. Ex Hieroglyphicis ori Apollinis Niliaci, lib. 2. Strothocamilus.

*Budæus in græcis commentarijs.*

αἱρῶ τὴν δίκην. Vinco iudicio. Reum perago: & de actore tantùm dicitur.

ἁλίσκω. Conuinco, corripio, & in carcerem conijcio.

μιᾷ ἁλῶναι ψήφῳ. Vnica ſententia damnari.

ἀσεβῶν οὗτος ἥλωκε. Impietatis manifeſtus eſt, & damnatus.

*Statuæ magiſtratuum ſine manibus.*

Traditum eſt memoriæ, magiſtratuum ſtatuas à Thebanis ita ſolere formari, ut ſine manibus eſſent: principum uerò clauſis oculis, nimirum eam iuſticiæ naturam eſſe oſtendentes, ut incorrupta ſit, nec precio, precibuſue, aut alienæ ulli uoluptati cedat.

INIVSTICIA ADMINISTRANDA *ſecundum merita cauſæ, non ſanguinis gradum, affinitatem, nobilitatemq́;.*

*Ouidius lib. 13. Metamorph.*

*Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,*
*Vix ea noſtra uocò.*
*Propoſita arma peto, meritis expendite cauſam.*
*Nec ſanguinis ordo,*
*Sed uirtutis honos, ſpolijs quæratur in iſtis,*
*Ergo operum, quoniam nudum certamen habetur:*
*Plura quidem feci, quàm quæ comprendere dictis,*
*In promptu mihi ſit, rerum tamen ordine ducar.*

IVSTICIA FONS OMNIS *uirtutis.*

*Lactantius lib. 5. de iuſticia.*

Iuſticia eſt ſumma uirtus & fons uirtutis, quam non modo philoſophi quæſiuerunt, ſed poëtæ quoq;, qui priores multò fuerunt, & ante natum philoſophiæ nomen pro ſapientibus habebantur. Hi planè intellexerunt, abeſſe hanc à rebus humanis: eamq; finxerunt offenſam uitijs hominum ceſſiſſe à terra, in cœlumq; migraſſe. Atq; ut docerent quid ſit iuſtè uiuere (ſolent enim præcepta per ambages dare) à Saturni temporibus, quæ illi uocant aurea, repetunt exempla iuſticiæ, narrantq; in quo ſtatu fuerit uita humana, dum illa in terra moreretur: Quod quidem non pro poëtica fictione, ſed pro uero habendum eſt. Saturno enim regnante nondum deorum cultibus inſtitutis, nec adhuc ulla gente ad diuinitatis opinionem conſecrata, Deus utiq; colebatur. Et ideo non erant, neq; diſſenſiones, neq; inimicitiæ, neq; bella.

*Nondum ueſanos rabies nudauerat enſes,*
*Nec conſanguineis fuerat diſcordia nata.*

Vt Germanicus Cæſar in Aratæo loquitur carmine. Imò nec alienigeni quidem, neq; ulli omnino gladij, qui nudarentur, fuerunt. Quis enim præſente & uigente iuſticia, aut de tutela ſui, cum nemo inſidiaretur, aut de pernicie alterius cogitaret, cum nemo quiſq; concupiſceret? Malebant tenui contenti uiuere cultu: ne ſignare quidem aut partiri limite campum fas erat: quippe cum Deus communem omnibus terram dediſſet, ut communem degerent uitam: non ut rabida, & furens auaritia, ſibi omnia uendicaret, nec ulli deeſſet, quod omnibus

Germanicus Cæſar

Iuſticia.

Cicero in Arato.

Cõmunis terra omnibus data.

bus naſceretur. Quod poëtæ dictum ſic accipi oportet, non ut exiſtimemus nihil omnino tunc fuiſſe priuati, ſed poëtico more figuratum, ut intelligamus tam liberales fuiſſe homines, ut natas ſibi fruges non includerent, nec ſoli abſconditis incubarent, ſed pauperes ad communionem proprij laboris admitterent.

*Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.*

Probitas primi æui hominũ. Nec mirum, cum promptuaria iuſtorum benignè paterent omnibus, nec auaritia intercipiens beneficia diuina, famem, ſitimq́; uulgo faceret: ſed omnes æqualiter abundarent, cum habentes non habentibus largè copioſeq́; donarent.

EXEMPLVM.

*Camillus Gilinus lib. 6. cap. 5. de iuſticia.*

Antiochus tertius Aſię rex, omnibus regni ſui urbibus ſcripſit: ſi quid in literis, quæ eius nomine ſciberentur, eſſet, quod legibus aduerſum uideretur, crederent ignaro ſe eiuſmodi literas ſcriptas fuiſſe, & propterea eis non parerent. Sanctiſſimũ profectò uerbum, & quod iuſto regi maximè cõueniat: ut quemadmodum ipſe populis præeſt, ita ipſi leges atq; æquitatem præeſſe intelligatur.

APOPHTHEGMA.

*Eraſ. lib. 5. Apophthegmatum.*

Simonidi petenti ut in negocio quodam ſententiam iniuſtam pronunciaret Themiſtocles: Neq; tu, inquit, bonus poëta fueris, ſi præter muſicæ modulos caneres: neq; ego princeps bonus, ſi contra leges pronunciem.

*Iudex incorruptus.*

Alexander magnus, cum initio in cauſis capitalibus ſederet iudex, accuſatori alterã aurem occludebat. Rogatus, quur id faceret: alteram, inquit, integram ſeruo reo.

GNOMA GRAECA.

*Homerus 2. Odyſſea.*

ἔιπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ᾽ ὀλύμπιος
οὐκ ἐτέλεσσεν ἔκ τε καὶ ὄψε τελεῖ σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν. Id eſt:

*Iuppiter haud quamuis ſubitò ſit criminis autor,*
*Fœnore poſt illud longè grauiore recenſet.*

LATINA.

*Cæſar in commentarijs.*

Conſueuêre dij immortales, quo grauius homines ex mutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum ulciſci uelint, iis ſecundiores interdum res ac diuturniorem impunitatem concedere.

DE AVREA AETATE.

*Ouid. lib. 1. Metamorphoſeos.*

*Aurea prima ſata eſt ætas, quæ uindice nullo*
*Sponte ſua ſine lege fidem, rectumq́; colebat.*
*Pœna metuſq́; aberant, nec uerba minantia fixo*
*Aere ligabantur, nec ſupplex turba timebat*
*Iudicis ora ſui, ſed erant ſine iudice tuti.*
*Nondum cæſa ſuis, peregrinum ut uiſeret orbem,*
*Montibus in liquidas pinus deſcenderet undas.*
*Nullaq́; mortales, præter ſua littora, norant,*
*Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ,*
*Non tuba directi, non æris cornua flexi,*
*Non galeæ, non enſis erat, ſine militis uſu*
*Mollia ſecuræ peragebant ocia gentes.*
*Ipſa quoq; immunis, raſtroq́; intacta, nec ullis*
*Saucia uomeribus, per ſe dabat omnia tellus,*
*Contentiq́; cibis nullo cogente creatis,*
*Arbuteos fœtus, montanaq́; fraga legebant,*
*Cornaq́;, & in duris horrentia mora rubetis,*
*Et qui deciderant, patula Iouis arbore glandes.*
*Ver erat æternum, placidiq́; tepentibus auris*
*Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.*
*Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,*
*Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis,*
*Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,*
*Flauaq́; de uiridi ſtillabant ilice mella.*

VALERIVS, *lib. 1. cap. 2. de neglecta religione.*

Lento gradu ad uindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemq́; ſupplicij grauitate compenſat.

ADAGIVM.

*Eraſmus Chiliad. 3. centuria 6.*

*Prienenſis iuſticia.*

Πριήνη δίκη. Id eſt: Prienenſis iuſticia. Suidas oſtendit conuenire, cum ſignificamus aliquem in iudicando plurimum excellere. A Biante Prienenſi ſumptum, cuius integritas in iudicandis cauſis in prouerbium abijt, ut dicatur, Δικάζειν Βίαντος τοῦ πριηνέως κρείσσων: Id eſt: In iudicando præſtantior Biante Prienenſi. Citatur ex Hipponacte Iambographo, à Strabone lib. Geo. 14. & in uita Biantis à Diogene Laërtio.

VOCABVLA.

καταγινώσκω σου θάνατον. Morte te mulcto.

κατέγνωσταί σου θάνατος. Rei capitalis damnatus es, & ultimo ſupplicio.

κατεγνωκέναι ἑαυτοῦ Dicitur quem facti ſui pœnitet,uel qui factum ſuum improbat.

IVSTICIAM VIRI IVSTI *ac æqui obſeruantes.*

Ripheus Troianus fuit quiſpiam,quē Vergilius lib.2.Æneid.iuſtiſſimum fuiſſe ait his uerbis.

*Cadit & Ripheus iuſtiſſimus unus*
*Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui.*

Idem lib.3. ait,Galeſum fuiſſe quendam in terra Italiæ iuſtiſſimum.

*De Emathione,Ouid.lib.8.Metamorph.*

*Emathion æqui cultor,timiduſq; deorum.*

*Idem,lib.6.Metamorph.de Ericteo ſic meminit.*

*Sceptra loci rerumq; capit moderamen Ericteus:*
*Iuſticia dubium eſt,ualidiſne potentior armis.*

Hermes Aegyptius tanta fuit æquitate & iuſticia,ut cum quid emeret, iuſtum ſemper exolueret precium, cariuſq; emerit, quàm uenditor æſtimaret.

Bocchyris rex fuit Ægyptiorum, adeò incorruptæ in iudicandis litibus iuſticię, ut ſi quem magnoperè iuſtum ſignificare uellent, Bocchyrim appellarent: Autor Suidas,& Eraſmus in Chiliadibus.

*De Chirone.*

*Germanicus in Arato.*

*Hic erit ille pius Chiron,iuſtiſſimus omneis*
*Inter nubigenas, & magni doctor Achillis.*

Ariſtophanes Meſſenius quoſdam ex ſocijs interfecit, quòd puellas uirgines ſtuprare uoluiſſent. Maris Philoſophus ex Laodicæa.

Philippus Macedo cum in tribunali dormitans, aduerſus Machetam quendam pronunciaſſet: ubi uigilantior factus,cognouit factam Machetæ iniuriam, non reſcidit quidem iudicium, ſed iniuſtam ipſe exoluit mulctam.

Idem rogatus ab Harpalo, ut Cratetam eius familiarem iudicio liberaret: Eum, inquit, rectius eſt, quàm nos ob ipſum malè audire.

Ariſtides ab incorrupta æquitate,iuſti cognomen apud Athenienſes meruit.

Idem interrogatus,quid eſſet iuſticia: Nihil,inquit,alienum deſiderare.

*Eraſmus in chiliad.*

Biantis Prienei integritas in iudicandis cauſis ſequenti prouerbio locum fecit:Prienenſi pollere iuſticia. Πριηνὴ δίκη.

Alexander Seuerus imperator tanta fuit æquitate,ut nullas unq; ſanciret leges,nullam conſtitutionem ſacraret ſine uiginti iuris peritiſſimis, & doctiſſimis, ac ſapientiſſimis uiris,nec in ulla re iudicium ferret, quin prius iret per ſententias ſingulorum,& ſcriberetur quid quiſq; dixiſſet. Cum de iure aut negocijs tractabat,ſolos adhibebat doctos & diſertos:Si de re militari,milites ueteres et ſenes:Si unquam furem uidiſſet iudicem, paratum habebat digitum, ut illi oculum erueret, tanto odio proſequebatur iudices,qui furtorum fama laboraſſent, ut ſi eos caſu aliquo uideret, commotione animi choleram ſtomacho euomeret, toto uultu inardeſcēte.Autor eſt Lampridius in eius uita.

Titus Manilius iuris Pontificialis peritus iudex, inter Macedonas accuſatores & filium conſtitutus,audita cauſa ita pronunciauit:Quum probatum ſit Silanum filium meum pecuniam accepiſſe, ipſum repudio,& ꝓ re mea indignū iudico,ꝓtinuſq; à cōſpectu meo abire iubeo.

Camillo Phaliſcos obſidenti, ludimagiſter liberos Phaliſcorum tanq; ſpaciādi cauſa extra murum eductos, tradidit, dicens:Repetendis obſidibus ciuitatem imperata facturam.Camillus non ſolùm ſpreuit perfidiam, ſed magiſtrum,reuinctis poſt terga manib9, pueris dedit uerberandum,& ad parentes cum plagis reducendū.Phaliſci ob hanc iuſticiā ſponte deditionem fecerunt.

*Claudianus in Ruffinum.*

*Ductoſq; Camillus*
*Trans murum pueros, obſeſſæ reddidit urbi.*

Timochares,ſeu,ut alijs placet, Nicias Pyrrhi Epyrotarum regis medicus, cum ad Fabricium acceſſiſſet, promiſiſſetq; pacta mercede præminiſtraturum Pyrrho uenenum: Fabricius non tantùm auerſatus eſt facinus,ſed etiam Pyrrhum hoſtem literis monuit,ut à domeſticis caueret inſidijs. Autor eſt Valerius Ancias apud Gellium 7.

*Claudianus,lib.3.in Ruffinum.*

*Romani ſcelerum ſemper ſpreuère miniſtros.*
*Noxia pollicitum domino miſcère uenena.*
*Fabricius rerum nudata fraude remiſit:*
*Infeſto quem Marte petit,bellumq; negauit*
*Per famuli patrare nefas.*

VARIAE DEFINITIONES, ITEM *& effectus atq; officia iuſticiæ.*

*Hierax in lib. de iuſticia.*

Agedum uideamus, quid pleriſq; uideatur de iuſticia: Sunt igitur qui ipſam habitum eſſe dicant animæ, muneribus incorruptum, & quantum unuſquiſq; poſſit, coniectantem. Alij habitum animæ definiunt, qui neq; ſuperiori, neq; inferiori fortunæ plus minuſue tribuat, ſed æqualitatem omnibus ſeruet. Videntur autem mihi priores quidem admirari illum, qui alienas pecunias non concupiſcat, & quod unuſquiſq; poſſit obſeruet, ſi quibus præficiatur. Poſteriores illum magnifacere apparent, qui non maiori fortunæ plus attribuat, ſed omnes eiſdē rebus dignetur. Sed ſi quiſpiam prędicta quidem teneat, in alijs autem iniuſtiſſimus ſit: nam ſi pecunias rapiat, deſideret aliena, iniurius & luxurioſus ſit circa uoluptates, his, inq;, malis ſi plenus ſit, poteritne iuſtus eſſe? Quod ſi etiam omnes eiſdem rebus dignos æſtimet, ut ſi eodē honore & temperantem, & luxurioſum proſequatur, & inſipientem & prudentem, quo pacto non imprudens, iniuſtuſq; fuerit.

*Ariſtoteles in libello de uirtutibus.*

*Δικαιοσύνη δὲ ἐστιν, ἀρετὴ ψυχῆς διανεμητικὴ τῶν κατ᾽ ἀξίαν.* Id eſt: Iuſtitia eſt uirtus animi, qua tribuitur, quod cuiq; par eſt.

Iuſtitiæ eſt diſtributiuum eſſe eius, quod eſt ſecundum cuiuſq; dignitatem, & tueri patrias conſuetudines, & inſtituta, & ſeruare ſcriptas leges, & ueridicum eſſe in controuerſijs, & ſtare conuentionibus. Eſt aūt prima iuſticiarum, aduerſus Deos, proxima in dæmones, deinde in patriam & parentes, deinde erga defunctos, in quibus eſt pietas, uel pars iuſticiæ, uel eius comes. Sectatur autem iuſticiam & ſanctitas, & ueritas, & fides, & uitiorum odium. Multa Ariſtoteles de iuſticia & iniuſtitia, in 5. Ethicorum.

SENTENTIAE VEL GNOMAE DE *iuſtitia, ex Græcis autoribus decerptæ.*

*Incertus autor.*

*ὄμμα δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γινόμενα.* Id eſt:
*Oculus iuſtitiæ omnia, quæ fiunt, inſpicit.*

*Euripides.*

*Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεσ᾽ ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν.* Id eſt
*Iuſticia non eſt in oculis mortalium.*

*Sophocles in Haleaſi.*

*τοῖς γὰρ δικαίοις ἀντέχειν οὐ ῥᾴδιον.* Id eſt:
*Iuſto reſiſtere non eſt facile.*

*Euripides.*

*Κέκτησο δ᾽ ὀρθῶς ἄνευ ψόγου,*
*καὶ μικρὰ σῶζον τῇ δίκῃ ζυνὼς ἀεί.* Id eſt:
*Poßideto res tuas iure, ſine reprehenſione:*
*Et in humili ſorte maneto, ſemper cum iuſticia coniuncta.*

*Idem in Hecuba.*

*ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τῇ δίκῃ θ᾽ ὑπηρετεῖν.*
*καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.* i.
*Boni uiri officium eſt iuſticiæ inſeruire,*
*Et malos ubiq; ſemper afficere malis.*

*Sophocles in Aiace.*

*μηδ᾽ ἡ βία σε μηδαμῶς νικησάτω*
*τόσον δ᾽ μισεῖν ὥστε τὴν δίκην πατεῖν.* Id eſt:
*Ne te uiolentus animus ullo modo cogat*
*Odiſſe quenquam tantoperè, ut iuſticiam conculces.*

*Euripides in Theſeo.*

*κρεῖσσον δὲ πλούτου καὶ πολυχρύσου χλιδῆς*
*ἀνδρῶν δικαίων κ᾽ ἀγαθῶν περουσίαι.* Id eſt:
*Potiores ſunt diuitijs, & luxuria affluente auro,*
*Bonorum uirorum & iuſtorum conuerſationes.*

*Menander Comicus.*

*Δίκαιος ὢν ἧς τῷ τρόπῳ χρῆσαι νόμῳ,*
*χρηστοῦ πρὸς ἀνδρὸς μηδὲν ἐννόει κακόν:*
*δίκαιος ἀδικεῖν οὐκ ἐπίσταται τρόπος.* Id eſt
*Si iuſtus fueris, mores habebis tanquam leges,*
*De probo uiro mali nihil cogites.*
*Iuſti mores iniuriam facere neſciunt.*

*Senarij ex Græcis tranſlati.*

*Viri iuſti fructus non perit.*
*I rectam uiam, ſi iuſtus es.*
*Vitæ iuſtæ bonus ſit exitus.*
*Iuſtus eſto, ut iuſta etiam conſequaris.*
*Iuſtus eſſe malis, quàm benignus.*
*Iuſta faciens, Deum auxiliatorem conſequeris.*
*Iudicare uelis iuſti reſpectu non utilis.*
*Mores iuſti poſſeßio precioſißima ſunt.*

*Menander.*

*ἐν παντὶ δεῖ καιρῷ τὸ δίκαιον ἐπικρατεῖν.* Id ē
*Cum tempore, quod iuſtum eſt, uincere debet.*

*Euripides.*

*εἷς τοι δίκαιος μυρίων οὐκ ἐνδίκων*
*κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβόν.* Id eſt:
*Vnus iuſtus infinitos non iuſtos*
*Vincit, Deo & iuſticia adiuuantibus.*

*Idem.*

*φεῦ φεῦ τὸ νικᾶν τὰ δίκαι᾽ ὡς καλὸν γέρας*
*τὰ μὴ δίκαια δ᾽ ὡς ἅπανταχοῦ κακόν.* Id eſt:

*Papè quàm ualde pulchrum eſt uincere iure,*
*Iniuſtè autem, quàm ubiq; malum eſt.*

*Antiphon.*

ὁ μηδὲν ἀδικῶν, οὐδενὸς δεῖται νόμου, *id eſt,*
*Qui nemini facit iniuriam, non indiget ulla lege.*

*Menander in Cithariſtis.*

Εἰ τοὺς ἀδικηθέντας πάτερ φευξόμεθα,
τίσιν ἂν βοηθήσαιμεν ἄλλοις ῥᾳδίως, *Id eſt:*
*Si affectos iniuria ô pater fugerimus,*
*Quibus num facile alijs feremus opem?*

*Philemon in Palamede.*

τοῦ γὰρ δικαίου καὶ βροτοῖσι καὶ θεοῖς
ἀθάνατος ἀεὶ δόξα διατελεῖ μόνου, *id eſt:*
*Iuſtitiæ tum apud mortales, tum apud Deos*
*Immortales perpetuò gloria ſolius perdurat.*

*Idem.*

τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ φιλανθρώπους ποιεῖ, *id eſt:*
*Nihil iniuriari parit humanitatem.*

*Idem.*

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
ἀλλ᾽ ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται
οὐδ᾽ ὃς τὰ μικρὰ λαμβάνειν ἀπέσχετο,
ἀλλ᾽ ὃς τὰ μεγάλα καρτερεῖ μὴ λαμβάνων
ἔχειν δυνάμενος καὶ κρατεῖν ἀζημίως,
οὐδ᾽ ὃς γε ταῦτα πάντα διαθηρώμενος,
ἀλλ᾽ ὅστις ἄδολον γνησίαν τ᾽ ἔχων φύσιν,
εἶναι δίκαιος κοὐ δοκεῖν εἶναι θέλει, *Id eſt*
*Vir iuſtus eſt, non, qui non facit iniuriam,*
*Sed qui cum iniuriam poſſit, non uult tamen:*
*Nec qui à paruis capiendis abſtinuit,*
*Sed qui magna ſuſtinet non accipere,*
*Quamuis habere queat, & poſſidere ſine periculo:*
*Nec qui iſta facit omnia, ut gloriam uenetur,*
*Sed qui ſyncero & candido præditus ingenio,*
*Eſſe iuſtus, non modo uideri, uult.*

*Aeſchylus.*

ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός, *Id eſt:*
*A fraude iuſta non alienus eſt Deus.*

*Plato.*

Ne dubita, ſi aurum quidem inquirendum proponeretur, nūquàm alterum alteri ſponte conceſſurum in inquiſitione, & inuentionem eius perditurum. Cū autem inueſtiganda ſit iuſtitia, res auro lōgè precioſior, an non abſurdum eſt tam temere alios alijs inuicem cedere, non autem unumquemq; id ſtudere, ut ſibi in primis ſtudeat?

*Ageſilaus.*

Ἀνδρείας μὲν γὰρ οὐδὲν ὄφελος μὴ παρούσης δικαιοσύνης· εἰ δὲ δίκαιοι πάντες γίνοιντο μηδὲν ἀνδρείας δεήσεσθαι, Id eſt:

Fortitudinis quidē abſente iuſtitia nullus eſt uſus: at ſi omneis iuſti fierent, fortitudine nihil indigeremus.

*Socrates contra Sophiſtas.*

καὶ μηδεὶς οἰέσθω με λέγειν ὡς ἔστι δικαιοσύνη διδακτόν· ὅλως μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἡγοῦμαι τοιαύτην τέχνην εἶναι, ἥ τις κακῶς πεφυκόσι πρὸς αὐτὴν δικαιοσύνην ἂν ἐμποιήσειαν, Id eſt:

Nemo autem me dicere cenſeat, iuſtitiam acquiri doctrina: prorſus enim nullam huiuſmodi artem eſſe puto, quę iuſtitiā in illis ingenijs parere queat, quæ infeliciter ad ipſam nata ſunt. Iuſtitia nō eſt ars aut ſcientia.

*Demoſthenes.*

ἄξιον τούτους ἐπαινεῖν τῶν ἀνθρώπων, οἳ μηδεμίαν ὠφέλειαν προαιροῦνται τοῦ δικαίου, χρήματα μὲν γάρ ἐστι κτήσασθαι, δόξαν δὲ χρημάτων οὐ ῥάδιον πρίασθαι, Id eſt:

Homines illi ſanè laudari merētur, qui nullā utilitatē iuſto præferunt: pecunias enim non adeo difficulter comparare licet: bonam autem famam pecunijs redimere non facile licet. Fama non redimitur pecunijs.

*Plato.*

πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς πανουργία, ἀλλ᾽ οὐ σοφία φαίνεται, Id eſt:

Sciētia quęuis à iuſtitia & reliqua uirtute ſeiuncta, calliditas, non autem ſapientia uidetur eſſe.

*Democritus.*

ἀγαθὸν οὐ τὸ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλειν, Id eſt:
*Bonum eſt, non iniuriam non facere, ſed ne uelle quidē.*

*Idem.*

Μοῦνοι θεοφιλέες ὅσοις ἐχθρὸν τὸ ἀδικεῖν, *Id eſt:*
*Soli Deo chari ſunt, qui iniurias oderunt.*
Πιττακὸς ἔφη· ἡδονὴ σὺν τῷ καλῷ, δικαία, *id eſt.* Pittacus.
*Honeſta uoluptas iuſta eſt.*

Ariſtides ille iuſtus interrogatus, quid eſſet iuſtum, aliena non concupiſcere, reſpondit.

*Plato in Protagora.*

Equidem mea ſententia iuſtitiam eſſe ſanctam, & ſanctitatem iuſtam eſſe dicā. Arbitror enim te permiſſurum, ut pro te illud ipſum reſpondeam, quod uidelicet aut idem ſit iuſtitia, quod ſanctitas, aut inuicem quàm ſimillima: ut maximè omnium, qualis iuſtitia, talis ſanctitas, & qualis ſanctitas, talis iuſtitia ſit.

*Iamblichus, ex epiſtola ad Anatolium, de iuſtitia.*

Qui ad iuſtitiam perducitur, hic ad

Iuſtitia in ſe uirtutes complectitur omnes.

omnium finem uirtutum & uniuerſarum collectionem, in qua cunctæ comprehēſim inſunt, ut uetus eſt dictum, peruenire poterit.

*Ibidem.*

Diſtributio in humana uita ſecundum cuiusq; dignitatem operum & bonorum & aliarum rerū, quæ ſingulis cōueniunt, iuſtitiam, quæ ad hominum uitam pertinet, conſtituit: Proinde opera ſtudiaq; illa iuſtitiæ propria ſunt, quæ liberaliter ac facilè in cōuentibus cōmercijsq; uerſantur, & quæ familiariter, benignè, ac utiliter fiunt: deniq; actiones prohibent noxias, utilium uero totam cōſtitutionem decentem moliuntur.

*Epictetus in Enchiridio.*

Sicut uera trutina neq; à bona & concinna corrigit, neq; per falſum examinatur: ſic etiā iuſtus iudex, neq; à iuſtis caſtigatur, neq; apud iniuſtos iudicatur.

*Iuſtitia non ſolum alijs, ſed & ſibi ipſi etiam utilis eſſe ſolet.*

*Idem.*

Vt rectum non eget recto, ita neq; iuſtum iuſto.

*Idem.*

Ne prius in alio tribunali iudicaueris, quàm ipſe coràm iuſtitia iudicatus fueris.

*Idem.*

Εἰ βούλει τὰς κρίσεις δικαίας ποιεῖσθαι, μηδένα τῶν δικαζομένων ἢ δικαιολογούντων ἐπιγίγνωσκε, ἀλλ' αὐτὴν τὴν δίκην, Id eſt:

Si iudicia rectè proferre uoles, nullum contendentium & cauſam dicentium, ſed ipſam cauſam cognoſcas.

*Idem.*

ἥκιστα πταίσεις ἐν ταῖς κρίσεσιν, ἐὰν αὐτὸς ἐν τῷ βίῳ ἄπταιστος διατελῇς, Id eſt:

Minimè in iudicijs delinques, ſi ipſo in uita tua delicta caueris.

*Idem.*

Melius eſt ſentētia iuſtè pronunciata, reprehendi ab eo, qui merito ſuo damnatus eſt, quàm ſi iniuſtè iudicaueris, iure à natura uituperari.

*Idem.*

Καθάπερ ἡ τὸν χρυσὸν δοκιμάζουσα λίθος οὐκέτι καὶ αὐτὴ πρὸς τοῦ χρυσοῦ δοκιμάζεται, οὕτω καὶ ὁ τὸ κριτήριον ἔχων, Id eſt:

Lydius lapis.

Quemadmodum Lydius iudicat aurū, non autem uiciſſim ab auro examinatur: ſic & homo, qui iudicandi facultate pollet.

*Diogenes.*

Iuſtitia multam adfert animo tranquillitatem: Neminem enim timentem, nec apud ullum erubeſcentem uiuere, uoluptas quædam eſt, & quaſi ſufficiētia ſiue perfectio uitæ. Cæterum qui iuſtitiam animo complectitur, non ſolum alijs utilis eſt, ſed etiā ipſe ſibi: nō enim conabitur ulla ex parte ſeipſum offendere, neq; ullius ſibi doloris, aut morbi autor erit: ſed naturæ inſtrumenta ſenſibus deſtinata, Deos exiſtimās eſſe, iuſtè ipſis utetur: & ne quid ſupra ipſorum uires agat, maximè cauebit, uoluptatem, utilitatemq; ex eis capiēs. Etem ab auditu, uiſu, alimentis & Venere cōtingunt uoluptates ei, qui ſe ipſo iuſtè uſus fuerit. Pericula uero, etiā circa maximi momenti & omnino neceſſarias res, quādoq; contingunt. An non uidiſti quoſdam noctes dieſq; animo perturbatos, in mare tādem ſe temere præcipitaſſe?

IVSTITIA LONGE PRAECIOſior eſt omnibus diuitijs ac opibus.

*Lycurgus legiſlator.*

Ζηλωτὸν ἴσως ὁ πλοῦτος: τίμιον μὲν τοι καὶ θαυμαστὸν ἡ δικαιοσύνη. Id eſt:

Diuitiæ forſan magna ęmulatione deſiderabiles ſunt: ſed iuſtitia precioſa & admirabilis res eſt.

*Demoſthenes 2. Olynthiaca.*

Quemadmodum domus & nauigij & aliorum huiuſmodi partes inferiores, firmiſſimas oportet eſſe: ſic & actionū initia, fūdamētaq; uera & iuſta cōuenit eſſe.

*Nicolaus de collectione morum.*

In Pædalijs Indica gente, nō ſacerdos, ſed qui præſentium prudētiſſimus fuerit, ſacris pręficitur: petit autem ſemper à dijs nihil aliud, quàm iuſtitiam.

*Plato in Theocreto.*

Deus nullo uſpiam modo iniuſtus eſt: ſed planè iuſtiſſimus. Nec ei ſimilius inueniri poteſt quicquàm, quàm qui inter uos iuſtiſſimus fuerit.

*Polus Pythagoricus in libro de iuſtitia.*

Iuſtitia inter homines uidetur mihi mater & nutrix cæterarum uirtutum appellanda: nam ſine illa neq; temperantē, nec prudentē, neq; fortem eſſe quēquàm fieri poteſt: quippè harmonia & concordia

cordia totius animæ eſt cũ concinnitate.

Fiet autem eius utilitas euidentior, ſi alios habitus conſiderauerimus, utpote qui particularem ſolum ſui uſum, & ad unum quempiam præbeant. Iuſtitia uerò utilitatẽ in multitudine, & uniuerſas rerum comprehẽſiones præſtat, ſiquidẽ in mundo principatum omnem obtinens.

Prudentia uocatur & harmonia, & cõſtitutio generis cuiuſdam Deorum, qui ipſam ita diſpoſuerunt: in ciuitate autem pax & ęquitas meritò nominatur: in domo autem hæc eſt uiri & uxoris concordia mutua: item famulorum in heros beneuolentia: dominorum autem erga famulos benigna curatio, in corpore autẽ ſanitas & perfectio membrorum, quę, tãquàm præcipua, cunctæ animantes maximè diligunt. Cæterum in anima eſt ſapientia, quæ per ſciẽtiam & iuſtitiam hominibus comparatur: cum igitur hęc uirtus totũ ſimul ac partes ſingulas ita moderetur, & in concordia conſeruet, quomodo non mater & nutrix tum uirtutum tum rerum omnium communi iudicio dici deberet?

*Exempla bellorum, uictoriæ, & triumphorum iuſtorum uirorum contra impios, Gen. 14.*

Capto Loth cognato Abraham à quatuor regibus gentium, Abrahamus inito fœdere cum Eſchol & Aner, numerauit expeditos uernaculos trecentos decẽ & octo, & perſequutus eſt quatuor reges uſq; Dan. Et diuiſis ſocijs irruit in eos, & percuſſit eos, & perſecutus eſt eos uſque Heba, reduxitq; omnem ſubſtantiam, & Loth fratrem ſuum cum ſubſtãtia illius, mulieres quoq; & populum.

*Geneſ. 34.*

Simon & Leui fratres Dinæ, gladijs ingreſſi urbem Sichimorum confidẽter, cum iam eſſent in extremo dolore ciues propter circumciſionem, interfectis omnibus maſculis, Hemor & Sichem principes urbis interfecerunt, quibus occiſis, irruerunt ſuper occiſos cæteri filij Iacob, & depopulati ſunt urbem, in ultionẽ ſtupri cuncta uaſtantes, quæ in urbibus, & agris erant.

*Exod. 2. cap.*

Moſes egreſſus ad fratres ſuos, cum uidiſſet afflictionem eorum, & uirũ Aegyptium percutientem quendã de Hebręis fratribus ſuis, circumſpexiſſetq; huc atq; illuc, percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo.

*Exod eod. c.*

Idem cum uidiſſet paſtores eijcere filias ſacerdotis Madian à fonte, defenſis puellis, adaquauit oues earum.

*Exod. 17.*

Cum ueniſſent in Raphidiem filij Iſraël expugnaretq; eos Amalec, aſcẽdit Moſes in mõtem, & cum leuaret manus, uincebat Iſraël: ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec.

*Num. 21.*

Idem cum ſe uoto obligaſſent duo filij Iſraël, ſi tradidiſſet Cananeum in manu eorum, quod deleturi eſſent urbes eius, dominus exaudiẽs preces eorum, tradidit illum, quẽ interfecerunt, ſubuerſis urbibus eius, uocantes nomen loci illius Horma, id eſt, Anathema.

*Numeri, eod.*

Seon Rex Amorreorum cum pacificè eſſet interpellatus, ut pateret tranſitus filijs Iſraël per terram ſuam, atq; ille conſentire noluiſſet, percuſſus eſt in ore gladij, & poſſeſſa eſt tota terra eius.

*Numeri 31.*

Duodecim millia uirorum expeditorum ad pugnam filiorũ Iſraël, deleuerunt totum regnum Balac Regis Madianitarum, & ne unus quidem cecidit de filijs Iſraël: & tulerunt ſubſtantias eius, & omneis maſculos interfecerunt. Reliqua lege apud Brunfelſium lib. 5. de uiris illuſtribus.

## AVARITIA. ἈΔΙΚΊΑ, ΦΥΛΑΡΓΥΡΊΑ ΚΑῚ πλεονεξία.

Euripides in Heraclide.

Πάλαι ποτ᾽ ἐστὶ τοῦτο μοὶ δεδογμένον,
ὁ μὲν δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκ᾽ ἀνὴρ,
ὁ δ᾽ εἰς τὸ κέρδος λῆμ᾽ ἔχων ἀνειμένον
φίλοις τ᾽ ἄχρηστος, καὶ συναλλάξαι βαρὺς, Id eſt,
*Equidem hanc ſententiam iam olim approbaui,*
*Quod uir iuſtus natus ſit in proximi commodum:*
*Contra cuius animus inclinatus eſt in lucrum,*
*Et amicis inutilis eſt, & difficilis in commercijs.*

Menander.

Πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν:
Οἱ γὰρ θέλοντες προσλαβεῖν τὰ τῶν πέλας,
Ἀποτυγχάνουσι πολλάκις νικώμενοι
Τὰ δὲ ἴδια προστιθέασι τοῖς ἀλλοτρίοις, Id eſt:
*Auaritia mortalibus eſt maximum malum:*
*Nam qui ſuis aliena quoq; uolunt adijcere,*
*Hi ſæpius uicti ſua ſpe fruſtrantur,*
*Adduntq; alienis, quæ prius erant propria.*

Diphilus.

Εἰ μὴ τὸ λαβεῖν ἦν οὐδὲ εἷς πονηρὸς ἦν,
φιλαργυρία τοῦτ᾽ ἐστὶν ὅταν ἄφῃς σκοπεῖν
τὰ δίκαια, τοῦ κέρδους διὰ παντὸς δοῦλος ᾖς. i.
*Accipere ſi non eſſet, nullus foret malus.*
*Iſtud eſt auaritia, cum neglecta conſideratione*
*Iuſti, quauis in re lucro ſeruieris.*

Menander.

Λέγεις ὅ δὲ λέγεις, ἕνεκα τοῦ λαβεῖν λέγεις. i.
*Dicis, ſed quicquid dicis, accipiendi cauſſa dicis.*

Euripides in Ixione.

ὅστις γὰρ ἐπὶ τὸ πλέον ἔχειν πέφυκ᾽ ἀνὴρ,
οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον οὐδὲ βούλεται,
φίλοις τ᾽ ἄνικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει, Id eſt:
*Quiſquis ambitioſum & auarum ingenium habet,*
*Nihil ille iuſtum ſapit, neq; cupit,*
*Difficilisq; eſt amicis, & toti ciuitati.*

Heſiodus in operibus.

χρήματα δ᾽ οὐχ ἁρπακτὰ θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω: Id eſt,
Pecuniæ non raptæ, ſed datæ diuinitus, multò ſunt potiores.

Ibidem.

Νήπιοι οὐδ᾽ ἴσασιν ὅσον πλέον ἥμισυ παντὸς,
οὐδ᾽ ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ, Id eſt,
*Dimidium ignorant ſtulti magis utile toto,*
*Maluaq; quos uſus, quos haſtula regia præbet.*

Idem.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ᾽ ἄτῃσι. i.
*Turpia lucra fuge, nam ſunt æqualia damnis.*

Pindarus Lyricus.

Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται, Id eſt:
*Vincta etiam ſapientia lucro.*

Euripides in Danae.

Κρείσσων γὰρ οὐδεὶς χρημάτων πέφυκ᾽ ἀνὴρ,
Πλὴν εἴ τις ὅστις δ᾽ οὗτός ἐστιν οὐχ ὁρῶ, Id eſt:
*Nullus eſt, quem non uincant pecuniæ,*
*Niſi forte quiſpiam, quem ego quiſnam ſit haud uideo.*

Menander in Leucadia.

ὅστις ὑπέχει χρυσίῳ τὴν χεῖρα κ᾽ ἂν μὴ φῇ, πονηρὰ βουλεύεται, Id eſt,
Quicunq; manum auro ſupponit, ille, quamuis non dicat, mala conſilia molitur.

Antipho.

Τὰ πονηρὰ κέρδη, τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει
Μικρὰς, ἔπειτα δ᾽ ὕστερον λύπας μακρὰς, Id eſt:
*Lucra malè quæſita, uoluptates quidem pariunt*
*Breues, longam uerò deinde triſtitiam.*

Euripides in Ino.

Βίᾳ νῦν ἕλκετ᾽ ὦ κακοὶ τιμὰς βροτοὶ
καὶ κτᾶσθε πλοῦτον πάντοθεν θηρώμενοι,
σύμμικτα μὴ δίκαια, καὶ δίκαι᾽ ὁμοῦ,
ἔπειτ᾽ ἀμᾶσθε τῶν δὲ δύστηνον θέρος, Id eſt:
*Ite nūc ô mali homines, parate uobis honorē per uim,*
*Et contrahite diuitias undecunq; uenantes,*
*Per fas ſimul atq; nefas:*
*Deinde meſſem ipſarum infelicem metite.*

Menander in Adelphis.

ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ πένητός ἐστιν:
οὐδεὶς γὰρ ὁμολογεῖ αὐτῷ προσήκειν,
τὸν βοηθείας τινὸς δεόμενον,
αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ, Id eſt:
*Difficile fuerit inueniſſe pauperi cognatum:*
*Nullus enim fatetur ad ſe pertinere*
*Illum, auxilio qui egeat aliquo,*
*Nimirum ſtatim aliquid à ſe poſtulandum metuens.*

Sophocles in Tereo.

φιλάργυρον μὲν πᾶν τὸ βάρβαρον γένος, Id eſt:
*Auarum eſt omne genus Barbarorum.*

*Iudicis officium. Iudicium.*

IVDEX eſt uir bonus, iuriſdicēdi & æquitatis peritus, ad id muneris publica autoritate uocatus. Claudius Cantiūcula de officio iudicis li. 9. qua autoritate nitatur iudex, ibidem cap. 8. Quos & quę ſint iudicum ſpecies, lib. 2. cap. 2.

Ordinarius iudex eſt, qui iuriſdictionem iure ſuo, nō alieno beneficio habet. Vel ex ſententia Iuliani & Papiniani is dicitur, qui natiuam non datiuam modo iuriſdictionem habet, hoc eſt, qui eā iure magiſtratus, non mandato ſpeciali obtinet. Vel uocatur ordinarius apud quem legis actio eſt: ex definitione Modeſtini, & Vlpiani uerbis.

Ordinariorum omnium non æqualis eſt natura, poteſtas, aut iuriſdictio: quidam enim maius, quidam minus imperium, aut etiam ſimplicem habent iuriſdictionem.

Iudex delegatus eſt is, qui iuriſdictionē non ſuo iure, ſed alieno beneficio habet: Horum quidē alij à fortuna, ſeu culmine imperiali dati, ſimplici alij appellatione principis delegati, quidam ex ſacra iuſſione dati, quidam pedaneo. De quibus Cantiuncula affatim refert.

*D. Auguſtinus 14. q. 3. c. quamuis.*

Non ideo debet iudex uendere iuſtum iudicium, aut teſtis teſtimonium uerum, quia uendit aduocatus iuſtū patrociniū, iuriſperitus uerum conſiliū: illi eñ inter utrāq; partem ad examen adhibentur: iſti ex una parte conſiſtunt. Cum autem iudicia & teſtimonia, quæ nec iuſta, nec uera ſunt, uendendo iniqua & falſa, uendūtur multo ſceleratius, utiq; pecunia ſumitur: quia ſcelerate etiam, quamuis à uolentibus datur.

*Idem contra Macedonum.*

Iuſti eſt incedere recta intentione: Iudicis autem eſt iudicare recto & iuſto ordine: Modus rogandi iudicem eſt, ut faciat, quod ſalua fide facere poteſt.

*Hieronymus ſup. epiſtolam ad Galatas et habetur 23. q. 5. ca. Iudex.*

Iudex non eſt autor ſceleris homines uincendo.

*Ibidem.*

Homicidas, ſacrilegos, & fœneratores punire non eſt effuſio ſanguinis.

*D. Ambroſius 3. q. c. Iudicis.*

Bonus Iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticæ uoluntatis: ſed iuxta leges & iura pronunciat, ſtatutis iuris obtemperat, & æquitatis: Non indulget propriæ uoluntati, nihil præparatum, & meditatum de domo defert, ſed ſicut audit, ita iudicat, & ſicut ſe natura habet, decernit, obſequitur, legibus non aduerſatur, examinat cauſę merita, non mutat. Diſcite iudices ſęculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam ſocietatem, quam ſobrietatē, quam ſynceritatem.

*Euertunt recta iudicia pecuniæ. Eccleſiaſti. 20.*

Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quaſi capiſtro frenant, ne uitia caſtigare poſſint.

*Rhythmicōs.*

*Excæcant oculos data, munera ſæpe ſophorum,*
*Inijciunt labijs dura lupata ſuis.*
*Libera iudicij non poſſunt promere uerba,*
*Nec reprobare queunt, quæ reprobanda uident.*

*Eſaiæ 5. cap.*

Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponētes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarū in dulce, & dulce in amarum. Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſticiam iuſti aufertis ab eo.

*In uerſus ſententia poſterior redacta:*
*Ex eiconibus mortis.*

*Væ nimium uobis, qui iuſtificatis iniquum,*
*Erigitisq; malos, deprimitisq; bonos.*
*Donaq; ſectantes fallacis inania mundi,*
*Iuſtitiæ uerum tollere uultis iter.*

*Item cap. 10.*

Væ qui condunt leges iniquas: & ſcribentes, iniuſtitiā ſcripſerūt, ut opprimerent pauperes in iudicio, ut uim facerent cauſę humilium populi mei, ut eſſent uiduæ pręda eorū, & pupillos diriperent.

*Item 59. cap.*

Conuer-

Conuerſim & retrorſim iudicant: & iuſtitia lōge ſtetit: quia corruit in plateis ueritas.

*Hieremiæ 5.*

Cauſam uiduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt. Num quid ſuper his nō uiſitabo, dicit Domin⁹: aut ſuper gentem huiuſcemodi non ulciſcitur anima mea?

*Ibidem 22.*

Facite iudicium & iuſtitiam: & liberate ui oppreſſum de manu calumniatoris: & aduenam, pupillū, & uiduam nolite contriſtare, neq; opprimere iniquè, & ſanguinem innocentē ne effundatis in loco iſto.

*Officium iudicis boni & Chriſtiani.*

*Exodi cap. 23.*

Ne ſequeris turbam ad faciendum malum: neq; in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut à uero deuies. Pauperis quoq; non miſereberis in iudicio.

*Ibidem.*

Non declinabis in iudicium pauperis, inſontem & iuſtum non occides, nec accipies munera, quę excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt uerba iuſtorum.

*Leuitici 19. cap.*

Non facies, quod iniquum eſt, neque iniuſtè iudicato. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores uultum petentis. Iuſtè iudica proximo tuo.

Noli facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura &c.

*Deuteronomij 1.*

Audite illos, & quod iuſtum eſt iudicate: ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrin⁹. Nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audietis & magnum.

*Ibidem 16.*

Iudices & magiſtratus conſtitues in omibus portis tuis, quos dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ut iudicēt populum tuum iuſto iudicio.

Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientū, & mutāt uerba iuſtorum. Iuſtè, quod iuſtum eſt, perſequeris, ut uiuas, & poſſideas terram, quam dominus Deus tuus daturus eſt tibi.

*Deutero. 24.*

Non occidentur patrꝫs pro filijs, nec filij pro patribus: ſed unuſquiſq; pro peccato ſuo morietur.

*4. Regum 14.*

Non peruertes iudiciū aduenæ, & pupilli, & uiduæ: & dicet omnis populus. Amen. Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam ſanguinis innocentis, & dicet omnis populus: Amen.

*2. Paralypo. 10.*

Non hominis exercebitis iudiciū, ſed domini, & quodcunq; iudicaueritis, in uos redundabit: ſit timor Dei uobiſcum, & cum diligentia facite cuncta. Non eſt enim apud dominum Deum noſtrū iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.

*Pſal. 2.*

Et nūc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.

*Pſal. 81.*

Vſq; quo iudicatis iniquitatē, & facies peccatorum ſumitis? Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperē iuſtificate, eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate

*Prouerb. 4.*

Oculi tui recta uideant.

Qui iuſtificat impium, & condemnat iuſtum: Vterq; abominabilis apud Deū.

*Prouerb. 18.*

Accipere perſonam impij in iudicio, non eſt bonum, ut declines à ueritate iudicij.

*Item 24.*

Qui dicunt impio, iuſtus es: maledicēt eis populi, & deteſtabuntur eos tribus.

*Sapien. 1.*

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

*Eccleſiaſti. 5.*

Iuſtifica puſillum & magnū ſimiliter.

*Item 4.*

In iudicando eſto pupillis miſericors ut pater, & pro uiro mater illorum: & eris tu uelut filius altiſſimi obediens, & miſerebitur tui, magis quàm mater.

*In uerſus ſuperiora redacta.*

*Intrepidus, quod recta monet ſententia, profer,*
*Hinc etiam nullis dimoueare minis.*

*Vt genitor uerus defende parentibus orbos,*
*Diſce tuæ uiduam matris habere loco.*
*Sic eris excelſi proles accepta parentis,*
*Et te quam genitrix diliget ille magis.*

*Septimo Eccleſiaſtici cap.*

Noli quærere fieri iudex, niſi ualeas uirtute irrumpere iniquitates: ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.

*Rhythmicôs.*

*Iudicij tibi nec libeat reſidere cathedra,*
*Nec propera cauſas mox agitare graues.*
*Tu mala non poteris conuertere cuncta repente,*
*Continuo ut fiant munera grata Deo.*
*Inſuetus uultum metues fortaſſe potentis,*
*Proq; illo fædè, iura ſacrata feres.*

# LEX.

## DEFINITIO LEGIS EX VARIIS *authoribus ſumpta.*

*Papinianus lib. 1. definitionum.*

LEX eſt commune præceptum, uirorum prudentium conſultum, delictorum, quę ſponte uel ignorantia contrahuntur, coërtio: cōmunis Reip. ſponſio.

*Demoſthenes in Ariſtogitonem.*

Νόμος ἐστὶν ᾧ πάντας προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλά, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστι νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ᾽ ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. Id eſt:

Lex eſt, cui omnes homines decet obedire, propter multa & uaria, & maximè quod omnis lex eſt inuentio quidem & donū Deorū, dogma aūt hominum ſapientum: Coertio autem uoluntariorum, & inuoluntariorum peccatorum, ciuitatis compoſitio communis, ſecundū quā omnes decet uiuere, qui in ciuitate ſunt.

Lex donū Dei.

*Chryſippus de legibus.*

ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων: δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον. Id eſt.

Lex eſt omnium diuinarum et humanarum rerum regina. Oportet autem eā etiā præſtare & bonos & malos, et principem & ducem eſſe: et ſecundum hoc regula eſt, iuſtorum & iniuſtorum, & eorum, quæ natura ciuilia ſunt, præceptrix quidem faciendorum, prohibitrix autem non faciendorum.

Lex. Regula iuſtorum & iniuſtorum.

Lex eſt regula, per quam omnia totius mundi negocia & animalia politica reguntur.

Lex eſt princeps, cui obedire debemus: eſt dux, quem ſequi cōgruit: Eſt regula, quam faciendis quibuſcunq; applicare decet. Ariſtoteles 3. Politicorum: Lex non eſt tantum donū Dei, ſed ipſe Deus, qui donum dedit, quia qui paret legi, Deo paret & obtemperat.

Lex donū Dei.

Lex eſt communis ciuitatis conſenſus, qui ſcriptis præcepit, quomodo unumquodq; agendum ſit. Ariſtoteles de cauſis ciuilibus.

*Lex non inuentum hominum ſed Deorum, & orta cum mente diuina.*

Lex nec hominnm ingenijs excogitata eſt, nec ſcitum aliquod populorum: ſed æternum quiddā, quod uniuerſum mundum regeret, imperandi prohibendiq; ſapientia: eſt itaq; lex princeps, & ultima mens, omnia ratione aut cogentis, aut uetantis Dei.

Lex eſt ratio, mensq; ſapientis ad iubendum & ad deterrendum idonea.

Lex orta eſt cum mente diuina: Quamobrem uera atq; princeps, apta ad iubendum, & ad uetandum, ratio recta ſummi Iouis.

Lex eſt iuſtorum & iniuſtorum diſtinctio, ad illam antiquiſſimam & rerū omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, & defendunt & tuentur bonos.

Lex eſt naturæ uis, mens, ratioq; prudentis, iuris atq; iniuriæ regula.

*Cicero 1. de legibus.*

Lex eſt ratio ſumma, inſita in natura, quę iubet ea quę faciēda ſunt, & prohibet cōtraria: eſt aūt lex à legēdo dicta.

*Legis & iudicij differentia.*

Lex differt à iudicio: Cicero pro Publio Sylla. Itaq; hac ratione, non iudicū ſentētiā, ſed legis uitiū corrigebat. Nemo iudiciū repræhēdit, cū de pœna quę

V ritur,

ritur,ſed legem:dãnatio enim eſt iudicũ quæ manebat, pœna legis, quæ leuabatur.

*Cicero 1. Tuſc. Quæſt.*

Lex naturę eſt oĩm gentium conſenſus.

Lex eſt recti præceptio,prauiq́ depulſio.Cic.2.de natura deorum.

Lex,ex ſententia Platonis,eſt gubernandi ratio,formulaq́ uera, finẽ ad optimũ per cõmoda media nos perducẽs, tranſgredienti pœnã, parenti præmium pręfigens : Quæ quia à ſumo eſt bono, ac rurſum in idem refluit, hinc ueteres legum latores, earum inuentiones eſſe diuini muneris arbitrati,in diuerſorum numinũ uim referre adorti ſunt:ueluti Zoroaſter Bactrianis Perſisq́ leges tradens in Oromaſin, Triſmegiſtus Ægyptijs in Mercuriũ, Charondas Carthaginenſibus in Saturnum,Draco & Solon Athenienſibus in Mineruã, Mahumet Arabibus in Gabrielẽ, Zamolxis Scythis in Veſtã,Plato Magneſijs et Siculis in Iouem & Apollinẽ,Minos Cretenſibus,ut uulgatior fama tenet,ac Parrhaſij monumẽtis traditur,in Iouẽ eundẽ:Euſebius famẽ à Platone falſum eſſe id,peruinci tradit, ſed uerũ cõprobat Ariſtoteles 2. Politicorum: meminit & in moralibus. Sed & Euſebius mox paulò Minos, inquit, leges,ac fora cõſtituit:uerũ etiam primo legum, Plato ipſe non abnuere uidetur.

Lex,inquit Marc.Tull.uinculum eſt ciuitatis,libertatis fundamentum, fons æquitatis,mens,animus,conſiliũ.Sentẽtia ciuitatis poſita eſt in legibus:ut corpora noſtra ſine mente : ſic ciuitas ſine lege,ſuis partibus ac neruis,ſanguine et membris uti non poteſt.

Chryſippus legẽ eſſe oĩm diuinarũ humanarũq́ rerũ notitiã ſtatuit.Lex oĩs eſt inuentio quædam & donum Dei, ac ſapientum dogma,ciuitatis compoſitio.

*Lex differt à Pſephiſmate.*

Quoniã ψύφισμα ad tẽpus eſt,ſiue πρὸς καιρόν.Lex aũt perpetua eſt ὁ πρὸς ἅπαντα χρόνον. Poſtremo uelut auctariũ adijciamus & illud ex Seneca : Legẽ oportere eſſe breuẽ, quo facilius ab imperitis teneatur,uelut emiſſa diuinitus uox iubeat,nõ diſputet. Nil uidetur mihi ineptius,quã lex cũ prolegomenis. Hinc iacta tũ forte Platonicarũ legũ frigus : Gnoſtici,ueluti ex Platonicis legimus,ut per uincerent,boni prorſum nihil eſſe in mũdo,nullas adſtruebãt,uel naturę uel hominum leges eſſe bonas,& quæ dicãtur uirtutes, eſſe nihil.

*Nomina Nomothetarum diuerſorum populorũ, ex pandectis de origine Iuris.*

Leges accedunt etiã Iuſtitiæ,quas alij alij populis dedêre.Gymnoſophiſtę Indis,Prophetæ ſeu ſacerdotes Aegyptijs, Chaldei Babilonijs,Magi Perſis,Druidę Gallis, Zaleucus Locrenſibus,Moyſes hebræis,Solon Athenienſibus, Lycurgus Lacedęmonijs,Minos Cretenſibus, Phido Corinthijs, Zamelſis Getis, Androdomus Rheginis,Mileſijs Hippodamus,Carondas Thurijs,Philolaus Thebanis,Phaleas Carthaginenſibus. Legum cõditores.

Apud Rhomanos uerò primus P. Papirius regias leges in unum contulit: deinde Appius Claudius Regilianus decẽuir, cuius maximũ conſiliũ in 12. tabulis conſcribẽdis fuit: Poſt hũc eiuſdẽ familiæ Appius Claudius Cẽtimanus, qui R.literã inuenit,actiones ſcripſit:et primũ de uſurpationibus:qui liber non extat:poſt hos Sẽpronius Catus, deinde Scipio Naſica, qui optimus à ſenatu iudicatus,& cui publica domus in ſacra uia data eſt, quo facilius cõſului poſſet. Demũ Q. Mutius,qui ad Carthaginenſes miſſus eſt legatus:quũ eſſent duę teſſerę poſitæ, una pacis,altera belli, arbitrio ſibi dato,utrã uellet,referret Romã, utramq́ ſuſtulit,& ait,Carthaginẽſes petere debere,utrã mallent accipere : Poſt hos fuit T. Corũcanus,qui primus profiteri cœpit,cuius tamẽ nullũ ſcriptũ extat:Deinde ſextus Aelius,& frater eius P. Aelius, ambo cõſules: deinde Cato Portiæ familiæ princeps, cuius extant libri:Poſtea M. Mutius,& Lucius Brutus pretorius,P.Manilius ius ciuile ſundauerũt:Ex his Mutius cõſularis fuit,& decẽ libros reliquit: ab ijs profecti ſunt P.Rutilius, Rufus Coſ. Romæ, & Aſię proconſul:Et P. Virginius,& Q.Tubero ille Stoicus Pãſæ auditor ac cõſul: Et ſextus Pompeius,Pompeij magni patruus:Eodem tempore Cœlius,qui plus eloquentię,quàm ſcientiæ iuris operam dedit:Et L.Craſſus Mutianus,P. Mutij frater illius,quem Cicero iuriſcõſultorũ diſſertiſimũ dicit: poſt, Q. Mutius P. filius.

filius. P, Mutius ius ciuile in 18. libros redegit: Mutij auditores fuere cōplures, ſed præcipuæ autoritatis Aquilius Gallus, L. Balbus, Sextus Papirius: deinde Seruius Sulpicius, qui in cauſis peiorādis poſt Ciceronē primū obtinuit locū. Reprehenſus à Q. Mutio, quod ius nō intelligeret, iuri operā dedit, reliquitq́ 180. libros de Iure ciuili: à Seruij diſciplina manauerūt Alphenus Varus, C. Flaui⁹, A. Ophili⁹ et Celſus, Aufidius Sura, Aufidius Mamuſa, Flauius Priſcus, C. Atteius, Antiſtius Labeo Paternus, P. Celſus. Libri digeſti fuerūt ab Aufidio Mamuſa: Ex ijs Alphenus cōſul fuit, & Ophilius equeſtris ordinis, qui edictū prætoris diligēter primus cōpoſuit: Fuit eodem tempore Trebanus, Cornelij Maximi auditor, A. Ceſellius, Q. Mutius Voluſij auditor: Quæſtorius conſulatū enim renuit offerēte Auguſto. Ex ijs Trabatius peritior, Ceſellius eloquentior, Ophilius utroq; doctior: deinde Aelius Tubero, qui poſtquā accuſauit Q. Ligariū, nec obtinuit apud cæſarē à cauſis agendis, ad ius ciuile trāſijt: poſt hūc Atteius Capito, qui conſul fuit, Ophilij imitator, et annū ſic diuiſit, ut Romę ſex menſibus cū ſtudioſis eſſet, & totidem in ſeceſſu in conſcribendis libris, ideo uolumina ſexaginta reliquit. Labeo ingentis doctrinæ fiducia, ut qui operam Philoſophiæ dederat, plurima innouare inſtituit. Maſuri⁹ Sabinus eques Romanus, publicè primus ſcripſit: Hoc beneficiū à Tiberio cæſare dari cœpit: nā ante Auguſti tempora publicè reſpondendi ius à principe nō dabatur, ſed qui fiduciam ſtudiorū ſuorū habebāt, cōſulentibus reſpōdebant reſponſa utiq; ſignata dabāt, ſed plerunq; ipſis iudicibus ſcribebāt, aut teſtabant, qui illos cōſulebant.

*Sabinus prius de iure reſpōdit.*

Primus Auguſtus, ut maior iuris authoritas haberetur cōſtituit, ut ex autoritate iuris reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit: quapropter optimus princeps Hadrianus, quum ab eo uiri prætorij peterent, ut ſibi reſpondere liceret: reſpōdit eis, hoc non peti, ſed præſtari ſolere, & ideo ſi quis ſui fiduciā haberet, ſe populo ad reſpondendum præſtaret: igitur Sabino conceſſum eſt à Tyberio, ut populo reſponderet, cui cum amplę facultates nō eſſent, à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt. Sabino ſucceſſit Caſſius Lōginus Tuberonis ex filio nepos, quæ neptis fuit Seruij ſulpitij: & conſul extitit in Cintino ſub Tyberio, à quo propter autoritatem è ciuitate pulſus fuit, & ab imperatore Veſpaſiano reuocatus, diē obijt. Neruæ ſucceſſit Proculus: Fuit & eodē tempore Nerua alius Longinus eques Romanus, & prætorius, ſed Proculi autoritas maior extitit: nam qui ſucceſſere, partim Proculani, partim Caſſiani appellati ſūt, quę origo à Capitone, & Labeone cœperat. Caſſio Celius ſabinus ſucceſſit, qui plurimū ſub Veſpaſiano potuit: Proculo ſucceſſit Pegaſus, qui ſub Veſpaſiano præfectus urbis fuit: Cælio Sabino Priſc⁹ Labienus: Pegaſo Celſus: Celſo patri, Celſus fili⁹ & Priſcus Nerati⁹: qui utriq; cōſules fuerūt: Priſco Labieno Eburnus Valēs, et Tuſſianus, ac Salui⁹ Iulianus. poſt hos uerò turba plurima: quorum princeps Papinianus Sceuolæ diſcipul⁹, Fiſci aduocatus ſub Seuero imperatore: deinde Vlpianus, Paulus, Modeſtinus, Caius, alijq; cōplures, qui ſub Alexandro fuere, quos et in Vlpiano refert ac commemorat Volateranus in cōmentarijs.

*Hadrianus princeps.*

*Memorabile exemplum gratitudinis diſcipulorum.*

*Variæ leges fuerunt.*

Ius in primis naturale omnibus cōmune animantibus: ius gentium, quo humanæ gentes utuntur: ius ciuile, quod ex legibus, plebiſcitis, ſenatusconſultis, decretis principum, & autoritate prudentium uenit ff. de leg. Iuſt. de iure naturali, gentium, & ciuili.

*Quatuor ſpecies legum ſecundum Platonem.*

Plato, ut ex Timæo, Phedro, & Gorgia colligitur, quatuor legis ſpecies ponit: Diuinam, quam prouidentiam uocat, cœleſtem, quod fatum, tertiam mouentem, quę eſt naturæ, quartam humanam, quę prudentium ſit.

*Cicero pro A. Cluentio.*

Eſt enim magiſtratus legum index, legis interpres ſummus, nos ſerui legum ſumus, ut liberi eſſe poſſimus.

*Idem pro P. Sextio.*

Quodam tempore homines, nondū neq; naturali neq; ciuili iure deſcripto, fuſi per agros, atq; diſperſi uagabātur, tā-

tumq́ꝫ habebunt, quantum manibus & uiribus per cædem eripere potuiſſent: Qui uero ingenio ac uirtute præſtiterunt, genus indocile, unum in locum cō gregauerunt, eosq́ꝫ ex feritate illa ad iuſticiam & manſuetudinem tranſtulerunt. Hinc Reſp. domusq́ꝫ cœptæ, leges ac iudicia ſeuera Rempublicam romanorum olim ſeruauerunt.

*Cicero in proœmio Rhetoricæ artis.*

Fuit quondam tempus, cum in agris homines paſſim beſtiarum more uagabantur, & ſibi uictu ferino uitam propagabant, nec ratione animisq́ꝫ quicquā, ſed pleraq́ꝫ uiribus corporis adminiſtrabant: Nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur, nemo legitimas uiderat nuptias, nō certos quiſquam inſpexerat liberos, non ius æquabile, quid utilitatis haberet, acceperat: ita propter errorem atq́ꝫ inſcitiam cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad ſe explendam uiribus corporis abutebatur, pernicioſis ſatellitibus.

Ruditas hominum primi æui.

Legis uirtus eſt imperare, uetare, permittere, punire.

*Cicero 2. de Legibus.*

Legis uirtus eſt perſuadere aliquid, non omnia ui ac minis cogere.

*Omnis lex eſt laudabilis.*

Id quod huiuſmodi argumentis docetur. Conſtat profecto ad ſalutem ciuiū, ciuitatumq́ꝫ incolumitatem, uitamq́ꝫ hominum & quietam, & beatam, conditas eſſe leges: eosq́ꝫ, qui primum eiuſmodi ſcita ſanxerint, populis oſtendiſſe ea ſe ſcripturos atq́ꝫ laturos, quibus illis aſcriptis ſuſceptisq́ꝫ honeſtè beateq́ꝫ uiuerēt: quæque ita compoſita ſancitaq́ꝫ eſſent, eas leges uidelicet nominarunt. Ex quo intelligi par eſt, eos qui pernitioſa & iniuſta populis iuſſa deſcripſerint, cum cōtrafecerint, quàm pollicití profeſſiq́ꝫ ſint, quiduis potius tuliſſe, quàm leges, ut perſpicuū eſſe poſſit, in ipſo nomine legis interpretando ineſſe uim, & ſententiam iuſti, & iuris colendi.

*Legum inuentores.*

Qui primus inter mortales inuenerit, inſtituerítq́ꝫ leges, non eadem omnium eſt opinio. Hebræi hunc Moyſen fuiſſe uolunt, Athenienſes Cecropa, Argiui Phoroneū, à cuius nomine forū nō min⁹ cōmodè acceptum reor, quàm ob eam rē ita nominatum, quod eò lites controuerſiæq́ꝫ ferantur. Cretenſes Minoa atque Rhadam ātum: Lacedæmonij Lycurgū, Ægyptij Mercurium Nili filium, cui Vulcanus ſucceſſit in regnum: Perſæ Zeroro Zoraſtren: nam latini, qui in legibus ferendis iuniores extiterunt, eò cæteris hominibus in hoc doctrinæ genere mirificè omnibus præſtiterunt. Quod autem ad Moyſen attinet, hunc alij legum latorem (ut Philo Iudeus eſt locupletiſſimus teſtis) alij ſacrarum legum interpretem prodiderunt: claruitq́ꝫ eadem tempeſtate apud ſuos, qua Cecrops apud Athenienſes: Quos Ceropridas ab ipſius conditoris & legumlatoris nomine, appellatos eſſe conſtat: et id quidem annis à mundi creatione tribus milibus ſexcētis quinquaginta. Et Phoroneus, qui Inacho natus, regnauit Argis ſecundus annos circiter trecentos: Poſtea legib⁹ Argiuos ac iudicij muniſſe: nam Rhadamantum, ac ipſius fratrem, qui Ganimædem rapuit, Europo & Aſterio natos fuiſſe, lōge his tribus poſteriores conſtat: Lycurgum uerò, quas leges Lacedæmonijs tradidit, à Cretenſibus accepiſſe. At Zoroaſtres rex Bactrianorum, qui primus omnium magicam illuſionem reperit, quibus fuerit temporibus, ſatis ea ratione patet, quod aduerſus eum Ninus rex Aſſyriorum dimicauit: & ne ſim narrādo prolixior, neminem inter legum latores inuenio, quēmodo antiquitate Mercurio cōparem: Hunc alijs omnibus legumlatoribus ꝙ longiſſimè ſuperiorem reperio: idcirco Ioue Maiaq́ꝫ natū poetæ cecinere, quod & mētis acumine uiguerit, & prudentiſſimus fuerit, Mercurium enim auditorē fuiſſe aiunt eloquentiæ, quæ ex intellectu gignitur, & prudentia: eundemq́ꝫ & paleſtræ, & lyræ, & præſtigiorum peritiam primum tradidiſſe. Sunt etiam qui hanc laudem legum ferendarum dent Aeaco Achillis auo, cuius filium Peleum cum argonautis aduerſus Cholcos nauigaſſe oſtendit Orpheus: Quàm plurimos præterea legimus, qui Cererem omnium primam extitiſſe arbitrentur ferendæ legis autorē, quod eo argumento reuelli poteſt: q̄d Cererē fuiſſe conſtat, annis ab initio

Mercurius autor eloquentiæ ſecundum ueteres.

initio mundi tribus milibus ſeptingentis octoginta. Sed qui omnem illam ſuperiorem antiquitatem legalis ſapientię gloria ſuperarit, Solona fuiſſe cōtendūt, qui antiquitatis omnibus Draconis legibus, præter eas quas de cęde tuliſſet, ipſe leges Athēienſibus dedit, quas ob eā rationē axes nominauit: quoniā in lignis axibus ſcriptę eſſent. Et floruit quidem Solon inter ſeptem Græciæ ſapiētes Olympiade quadrageſima ſeptima, uel ut alij perhibent quinquageſima ſexta, Piſiſtrato Athenis regnante. Huius autē unius Philoſophi leges, adeò apud omne penè hominum genus illuſtres, atq; preclaræ ſunt habitæ, ut ne Romanos quidem puduerit, poſt exactos reges, easq; leges omneis penitus ſublatas, quę prius ab ipſo uſq; Romulo latæ fuerant, Athenas mittere legatos decē, qui inclytas leges Solonis peterent, quibus Romana Reſpub. fundaretur, his in decem eburneas tabulas perſcriptis, in urbemq; allatis, & pro roſtris ad apertiorem uolentium perceptionem poſitis: Propterea duæ poſtea tabulæ Hermodoro Epheſio autore, in annum proximum ex publica poteſtate adiectæ ſunt: quoniam ad tantæ ciuitatis imperium pluribus legibus eſſet opus, & ita leges 12. tabularum appellatæ. Deinde ſecutū eſt ius ciuile, legis actiones, ius Aelianū, plebiſcita, quę poſtea lege Hortēſia, pro legibus habita obſeruataq; ſūt: Poſt hæc ius id additum eſt neceſſariò, quod ſenatus conſultum nominatur: deinceps adiecta oportunè ſunt Edicta prætorum, à quorum honore, ius eſt appellatū honorarium: Ad poſtremum autem, principe conſtituto accepto'ue, illud eſt ius introductum, quod ab unius principis uoluntate manans, principale uocatū eſt. Quid enim ſingillatim memorem, aut de publicis, aut de priuatorum legibus, quę priuilegia dicuntur? Quid de conſularibus & Tribunitijs? quid de ſatyra? quid de iure militari? quid de iure quiritium? quid de cōſtitutionibus? quid de prudentiū reſponſis? Nulla eſt prorſus, neq; legis, neq; æquitatis, neq; iuris pars, quam Romani, aut legum latores, aut iureconſulti intactam, indiſcuſſamq; reliquerint: Non enim in tot Corrūcanis, Brutis, Sceuolis, Paulis, Labeonibus, Pomponijs, Trebatijs, Tullijs, atq; alijs propè infinitis, unum aut Lycurgum, aut Solona inuenias: Quam enim gentē unquā in uniuerſo terrarum orbe excelluiſſe meminerimus, quę cùm in omnis laude uirtutis, tum maximè in ſplendore iuſticiæ cum Romanorum imperio comparari queat? Hæc autem non natura ſed diſciplina primum acquiritur, & ea quidem diſciplina, quam nobis legum & iuris ciuilis ſcientia ſubminiſtrat. Hęc ſanè ea eſt iuſticia, quam, ait Euripides, Heſpero atq; Lucifero magis eſſe mirabilem: hæc, inquam, una uirtus ita cunctis uirtutibus antecellat, ut qui eam adeptus ſit, ſolus bonitatis cognomentum adeptus exiſtimetur.

*Leges 12. tabularū cur dicta.*

*Iuſtitia ex legum diſciplinis diſcitur non autem natura.*

*Cælius lib. 10.*

Lex non eſt uera, aut legitima, quę inauſpicata, improſpera, impiaq; uel percipit, uel quod paulò minus eſt, fert. Eſt autem lex, Pindari ſententia, Deorum atq; hominis regina: Item legis finis eſt iuſticia. Lex, principis opus: principis dei uniuerſa exornantis ſpirans imago: ubicunq; ergo principum inſtitutiones, aut ciuitatum ueræ non ſunt, id eſt, ad optimum ratione certa non dirigant, legis haudquaquam uideri nuncupatione, ſacroue dignas titulo: quinimo, Decreta dici uerius, edicta'ue, ac iuſtitia: Lex enim uera bona eſt, lex ęterna, item & mutationis prorſum neſcia, immò eadem ubiq;, ſi modo uera: nam quæ ingeniorum afflatu ſubinde locis, temporibuſq; interpolata diſtinguitur, & Prothei modo formam euariat, neutiq; lex dicenda eſt.

Plutarchus inquit, in ciuitatibus alia ad honeſtatem pertinent, quædam & ad neceſſitatem: honeſtorum uero omniū illud multo maximum eſt ἐυνομία, id eſt, legum bonitas: neceſſariorum autem ἐυπορία, id eſt, rerum affluentia.

Qui Locris leges conſtituit Zaleucus, cum ſanxiſſet ne quis armis obſeptus ſenatum ingrederetur: poſteaquam urgente bello armatus ſenatum adijt, ſucclamauit quidam: legem ſoluit Zaleucus, at is conuerſus non ſoluturum quidem, ſed corroboraturū pronunciauit, moxq; eum gladio ipſum ſe tradens uitam abrupit

rupit, quæ tranſgredienti ſanciebatur pœna.

*Simile.*

Vt corpora noſtra ſine mente non eſſe poſſunt, ſic ciuitates ſine legibus conſiſtere nequeunt; ergo leges ſunt ciuitatis fundamentum.

*Valerius lib. 1. cap. 3. de ſimulata Religione.*

Minos Cretenſium Rex nono quoq; anno, in quoddam præaltum, & uetuſta religione ſacratum ſpecus ſecedere ſolebat, & in eo moratus, tanquam à Ioue, quo ſe ortum ferebat, traditas ſibi leges prærogabat. Plutarchus in Minoe, Diod. lib. 2. de legum latoribus, Halicarnaſſeus de legib. Romuli lib. 2. Antiquitatum.

*De Lycurgo Lacedæmoniorum legiſlatore cap. 3. lib. 1. Valerij.*

Lycurgus conſilio Apollinis grauiſſimæ Lacedæmoniorum ciuitati leges compoſitas ferre ſe perſuaſit.

*Eraſmus lib. 1. Apoph.*

Archidamus Zeuxidami filius cuidã roganti quinã eſſent Spartanæ ciuitatis prę fecti: Leges, inquit, ac legitimi magiſtratus. Grauiter cenſuit, in Repub. bene inſtituta, ſupremã autoritatem eſſe legib. defendendam, nec ulli magiſtratui fas eſſe, quicquam contra leges publicas tentare.

*Idem Eraſmus lib. 1. Apoph.*

Legum au-ctoritas. Pauſanias Pliſtonactis filius cuidam roganti, quam ob rem apud Spartanos nephas eſſet ullam priſcarum nouare legum: Quoniam, inquit, legibus conuenit autoritas in homines, non hominibus in leges.

*Eodem lib.*

Chilo Lacedæmonius monuit obtẽperandum legibus. Hoc autem ad principes præcipuè pertinet, qui ſe credunt non teneri legibus. Nec aliũde magis florent Reſpub. quam ſi legum uigeat auctoritas. Nec ibi tyrannis oriri poteſt, ubi ex arbitrio priſcarum legum geruntur omnia.

*Diodorus lib. 6.*

Non uidentur omittenda huius Deæ erga homines beneficia: Nam præter ab ea repertum frumentum, leges ædidit, quibus iuſtè pieq; homines uiuere aſſueſcerent, ex quo & legiſeram dixerunt. Quibus inuentis, haud facile quis maiora reperire poſſet: Quum in ijs ſita ſit, nõ uiuendi tantum, ſed benè honeſtèq; uiuendi inſtitutio. De legum inſtitutoribus apud Aegyptios multa Diodorus lib. 2. de fabulis antiquorum geſtis.

*Idem lib. 2. in fine.*

Optimæ leges ſunt habendæ illæ, quibus non diuites, ſed honeſti prudẽteſq; fiunt homines.

De legibus à Lycurgo & Solone traditis, Plutarchus multa in eorum uitis.

*Plutarchus in Solone 26.*

Leges Aranearum telis comparabat Anacharſis: ijs enim imbecilles detineri, fortes perrumpi. Quid ſit lex, Aleander, lib. 6. cap. 23.

*Iſidorus lib. 2. Ethymologiarum.*

Factæ ſunt leges, ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis reformidato ſupplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. Cur factæ leges.

*Ibidem.*

Erit autem lex honeſta, iuſta, poſſibilis ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinem patriæ, loco temporiq; conueniens, neceſſaria & utilis, manifeſtataq;, ne aliquid per obſcuritatem incautum captione contineat, nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium utilitate conſcripta. Ideo in illa conſtitutione, iſta conſideranda ſunt, quia cum leges inſtitutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipſis, ſed oportebit iudicare ſecundum ipſas.

*Idem lib. 3. Etimolog.*

Omnis lex permittit aliquid: ut uir fortis petat prėmium: aut uetat, ut ſacrarum uirginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, ut qui cædem fecerit, capite plectatur. Eius enim præmio, aut pœna, tota humana uita continetur & regitur. Legis prę mio & pœna tota humana uita continetur

*Idem lib. 1. Ethimolog, dict. 1. in prin. decreti.*

Omnes leges, diuinæ ſunt, aut humanæ:

næ: Diuinæ, natura humanis moribus conſtant. Ideoq́ hæ diſcrepant, quoniã aliæ gentibus, aliæ alijs placent. Fas lex diuina eſt. Ius lex humana: tranſire per agrum alienum, fas eſt, ius non eſt.

Fas. Ius.

*Valerius libro ſeptimo, titulo. De ſapienter dictis aut factis.*

Quàm porro ſubtiliter Anacharſis leges Aranearum telis comparabat: Nã ut illas infirmiora animalia retinere, ualentiora tranſmittere: ita his humiles & pauperes conſtringi, diuites & prępotentes non alligari aiebat.

Leges aranearũ telis ſimiles.

*Laërtius de moribus & uita Philoſophorum.*

Interrogatus Solon, quid eſt Rex? Reſpondit, fortis poteſtas: Quid lex? Araneæ tela: Quia ſi in eam inciderit quid debile, retinetur: graue autẽ pertranſit, tela reciſſa.

Lex, Araneæ tela.

*Præmijs & pœnis continentur Reſpub. omnes.*

Solon dicere ſolebat, his duobus ſcilicet præmio & pœna, omnem Remp. contineri.

Plato, Ariſtoteles, & omnes alij rerũ publicarum conſtitutores admonent: Nihil optimas prodeſſe leges, niſi ab ineunte ætate, ciues bonis moribus inſtituantur.

Salomonius li. 1. ff De iuſti: & iure.

*Ariſtoteles lib. 6. Politiciorum.*

Non facile eſt permanere ciuitatẽ, nõ legibus & conſuetudinibus compoſitã.

*Cicero Rhetorico. Veterum lib. 1.*

Quamobrem leges ſeruari oportet, & ad eam cauſam ſcripta omnia interpretari conuenit. h. e. Quoniam Reip: ſeruimus, & ipſius commodo atq́ utilitati ſtudemus: Nam ut ex medicina nihil oportet putare proficiſci, niſi q̃d ad corporis utilitatem ſpectet, quoniã eius cauſa eſt inſtituta: Sic à legibus nihil conuenit arbitrari, niſi quod Reip. conducat, proficiſci: Quoniam eius cauſa ſunt comparatæ.

*Idem lib. 2. Rhetorico.*

Nulla eſt lex, quæ aliquam rem inutilem, aut iniquam fieri uelit. Omnia ſupplicia, quę à legibus proficiſcuntur, culpæ aut maliciæ uindicandæ cauſa cõſtitutæ ſunt. Nullæ res neq́ legibus, neq́ ſcriptura ulla, deniq́ neq́ in ſermone quotidiano, atq́ imperijs domeſticis poſſũt adminiſtrari, ſi unuſquiſq́ uelit uerba expectare, & non uoluntatem eius, quæ ea uerba habuerit, accedere.

*Cicero eodem libro.*

Leges nobis charæ eſſe debent, non propter literas, quæ tenues & obſcuræ notæ ſunt uoluntatis, ſed propter earũ rerũ, quibus deſcriptũ eſt, utilitatem, & eorum qui ſcripſerunt, ſapientiam & intelligentiam.

*Idem lib. 1. de legibus in fine.*

Profectò ſic ſe res habet, ut quoniam uitiorum emendatricem legẽ eſſe oportet, commendatricemq́ uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur.

*Idem 2. de legibus.*

Sed intelligi ſic oportet, & hæc & alia iuſſa ac uetita populorum uim habere ad rectè facta uocandi, & à peccatis auocandi, quæ uis non modo ſermo, quam ætas populorum & ciuitatum, ſed ęqualis, illius cœlum atq́ terras tuentis & regentis Dei eſt.

*Ibidem.*

Conſtat profectò ad ſalutem ciuium ciuitatũq́, incolumitatem, uitamq́ hominum & quietam & beatam, inuentas eſſe leges.

*Idem 3. de legibus.*

Quum dico legem à me dici, nihil aliud intelligi uolo, quàm imperium, ſine quo, nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt.

Lex imperium.

*Menander comicus.*

ἰσχυρὸν ὁ νόμος ἐστὶν, ἢν ἄρχοντα ἔχῃ: id eſt.
*Validum, quid lex eſt, ſi regentem habeat.*
Νόμοι τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται. id eſt.
*Lege omnia fiunt & iudicantur.*
Νόμοις ἕπεσθαι ἐγχώροις καλόν, id eſt.
*Leges regionis ſequi pulchrum eſt.*
Βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος id eſt.
*Vi præſente nihil poteſt lex.*
ῥήτωρ πονηρὸς τοὺς νόμους λυμαίνεται. id eſt.
*Malignus Rhetor corrumpit leges optimas.*
*Princeps modo adſit, nihil eſt lege firmius:*
*Diſponit lex, & rite cuncta iudicat,*
*Alias ſequi leges, locis alijs decet.*
*Multum ualet lex, adſit ni uiolentia.*

Alia locaalias ſibi, leges uendicant.

*Leges ab eloquentia tanquàm à fonte manant.*

Vbi orationis facta nobis poteſtas ē, qua alius aliũ perſuadere poſſemus, interq́ꝫ nos uiciſſim certò iudicare datum eſſet, quæ uellemus: à Brutorum uiuendi ratione deſtitimus, & unà congregati, ordineq́ꝫ collecti, urbes incoluimus, leges tulimus, artes reperimus, ferèq́ꝫ omnium, quæ humano artifico conſtāt, nobis fons atq́ꝫ origo ſermo extitit. Siquidem is & de iuſtis & iniuſtis, turpibus & honeſtis ſanciuit leges: Quæ niſi ſancitæ, rectæq́ꝫ fuiſſent, fieri non poterat, ut familiari conuerſacione inter nos duceremus uitam.

Sermo omnium rerum autor.

*Quales leges eſſe debeant.*

Leges quære prorſum iuſtas, & conducentes, ſibiq́ꝫ ipſis cōuenientes: præterea quæ dubitationes q̃ minimas, earumq́ꝫ diſſolutiones, quam fieri poteſt, celerrimas Reipub. faciant. Nã hæc omnino legibus benè conſtitutis adeſſe cōuenit: Quæſtum illis utilem conſtitue: Negotiationes uero noxias ꝓhibe, ut ne legibꝰ negotiatione abutantur Rabulæ, neuè deprauent: Ad æquam uero illarũ mentem, acriter animum intendant.

*Legum Pietatis fructus.*

Quicunq́ꝫ res diuinas ita adornarũt, ut ſolicitudo, acriuſq́ꝫ ſupplicium appareat imminere peccantibus, illi plurimũ humanæ uitæ proſunt: etenim timorem primum nobis efficientes, in cauſa ſunt, quò minus beſtiarum inſtar, alius erga alium ſeſe habeat. Illi ergo tam ſanctè tàmq́ꝫ maturè in his ſe gerunt, ut et iuramenta per ſua ſacra firmiora ſint, quàm quæ ſunt apud alios: utq́ꝫ commiſſorum ſuorũ quilibet protinus dare pœnam iudicetur, neq́ꝫ præſens fallendo tempus, neq́ꝫ in pueros differendo ſupplicium: quæ illi non iniuria magnifaciũt: ſiquidem non parum multas, imò nullius non generis exercitationes diuinitatis Buſiris erexit, qualis et animalium apud nos contemptorum eſt, quæ colere, uenerariq́ꝫ lege ſtatuit, nihil illorum uim ignorans. Enimuero putans operępretium, uulgus cunctis aſſueſcere magiſtratuum edictis, atq́ꝫ in ijſdem permanere, ac iuxtà manifeſtis experiri cupiens, quid ſententiæ de non conſpicuis haberẽt: putbat enĩ qui huiuſmodi flocci pẽderẽt, forte & his maiora deſpecturos: Atqui in omnium æquè ordinatione perſiſterent, ſuæ religionis obſtinationem & ſtabilitatem commonſtrare.

Imo Reſp. conſtant pręmijs bonorum, ac pœnis malorũ.

IN BVSIRIDAE ORATIONE SEXta, ex uerſione Lonceri.

*Multæ leges iudicia ſunt malæ adminiſtratæ ciuitatis.*

Qui meliores apud eos fieri homines exiſtimarent, apud quos leges eſſent repoſitæ, plurimum falli iudicabant: nihil enim prohibere, quo minus omnes ſint græci æquales, quod facile ſit alios ab alijs literas accipere, legem continẽtes; Sed ex huiuſmodi nulla fit acceſſio uirtuti, uerum è quotidianis exercitijs: pleroſq́ꝫ enim illis moribꝰ æquales reddi, quibus pro ſe quiſq́ꝫ inſtituti fuerint. Multas enĩ exquiſitas leges, argumentũ eſſe, malæ adminiſtratæ ciuitatis. Quod qui oppilationes peccatis faciant, multas fieri leges cogant. Operepręcium autem eſt, eos qui benè Reipub. præeſſe ſtudent, non implere porticus literis, ſed animo iuſticiam poſſidere: non enĩ decretis, ſed moribus commodum gubernari ciuitates. Malè educatos quidẽ exquiſitè ſcriptas etiam uiolare leges auſuros. Liberaliter uerò inſtitutos, honeſtate permanſuros.

In oratione decima Areopagitico.

Ex legibus datis nulla fit acceſſio uirtuti.

Leges nulle ſine honeſtis moribus.

*Ex oratione. 8. Panegyrico.*

Cæterum is tutiſſimas obtinuiſſe diuitias atq́ꝫ pulcherimas iudicabatur, quĩ huiuſmodi perficeret, ex quibus uirtutes eius conſpicerentur, cunctiſq́ꝫ maximam gloriam relicturus eſſet, neq́ꝫ temere mutua flagrabant æmulatione, neq́ꝫ audacia contra ſe ſe perpetrabant. Enimuero grauius putabant eſſe, malè apud ciues ſuos audire, quàm honeſtè pro patria mori: maiore quoq́ꝫ ob publica crimina rubore ſuffundebantur, quàm ob priuata nunc ſua uitia: cuius rei cauſa eſt, quod leges ob ſeruabant, ut exquiſitè, pulchrèq́ꝫ tenerentur, non adeo eas, quæ de ſuo quæſtu, quàm eas, quæ de ſingularum dierum actionibus ſancitæ fuerunt: norant enim honeſtis & bonis ciuibus nihil opus eſſe, multis legũ tabulis; Paucis enĩ cōſtitutionibꝰ,

tam

tam de publicis, ꝗ priuatis, facilè eos ad unanimitatem & pacem perductum iri.

*Stephanus Niger, in expoſitione Carminum Pythagoræ.*

Neq; enim maiorum leges contemnendæ, quarũ latores uſq; adeo ſancti, ac pij inter mortales habiti, ut commercium cũ dijs immortalibus habuiſſe crediti ſint, eorumq; nonnulli Deorum nomen, ac cultum uiuendo quoq; ſibi compararuerint. Nam apud Aegiptios Minos ſuarum legum Mercurium autorẽ finxit, Minos apud Cretenſes Iouẽ, Lycurgus apud Lacedæmonios Apollinem, Zamolxis apud Getas Veſtam, Moyſes apud Iudeos Biaum Deũ: Darius Xerxis pater ſextus apud Aegiptios legum lator, Deus appellatus eſt, Numa Pompilius Rhomanorum Rex, ſecundus à Dea Aegeria, uel ut alij uolunt, ab una ex muſis leges accepiſſe dicitur. Quod ſi tantum & legibus, & legum latoribus à ueteribus illis tributũ eſt, nonne & nos maiorum noſtrorum ueſtigia ſequentes, eas & obſeruare & uenerari debemus, illiſq; ſemper parere? Nam ad mortalium emolumentum, conditæ ac perlatæ ſunt, nullaq; eſt lex, quæ, Plutarcho affirmante, ad humanæ uitæ non ſpectet utilitatem: Ait enim Νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων, δύναται δὲ ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν: ἐν τοῖς γὰρ πειθομένοις ἐνδείκνυται τὴν ἰδίαν ἀρετήν. id eſt: Volunt quidem leges uitæ prodeſſe hominum, non poſſunt autẽ, cum ipſę pati concupiſcunt: in ijs enim, qui libenter parent, ſuam indicant uirtutem.

*Legibus parendum eſt.*

Eſt igitur legibus parendum, Dijq; legitimi colẽdi, ut bonã nominis coronã, Euripide iubẽte, cõſequamur: Ait enĩ Τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ ἃς χρή σ' ἀσκεῖν τέκνον, θεούς τε τιμᾶν, τούς τ' ἐτρέψαντας γονεῖς, νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος. καὶ ταῦτα δρῶν κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί. id eſt. Tres ſunt uirtutes, ꝗs te fili meditari oportet. Deos colere, & qui te genuerunt parentes, leſeſq; Græciæ communes. Quod ſi hæc feceris, pulcherrimam gloriæ coronam conſequeris ſemper. [Dij & parentes colendi, Leges cõmunes obſeruandæ.]

*Seneca in epiſtola nonageſima quinta.*

Leges, inquit, ut faciamus quod oportet, non efficiunt. Et quid aliud ſunt, quàm nimis mixta precepta? Primum omnium ob hoc illæ non perſuadent, [Leges qd.] quia minantur: at hæc cogunt, ſed non exorãt: Deinde leges à ſcelere deterrẽt, præcepta in officium adhortantur. his adijce, ꝗd leges ꝙq; ꝓficiunt ad bonos mores utiq;, ſi non tantum imperant, ſed docent: in hac re diſſentio à Poſſidonio, pro eo, quod Platonis legib⁹ adiecta principia ſunt. [Leges ad bonos mores proficiunt.] Legem enim breuem eſſe oportet, quo facilius ab imperitis teneatur: uelut emiſſa diuinit⁹ uox ſit, iubeat, non diſputet. [Lex debet eſſe breuis] Nihil mihi uidetur frigidius, nihil ineptius, quàm lex cum Prologomone, dic quid me uelis feciſſe, nõ diſco, ſed pareo. Proficiũt itaq; malis moribus, ut uidebis, ciuitates uſæ malis legibus, at non apud omnes proficiunt, ne Philoſophia quidẽ, nec ideo inutilis, & formandis animis inefficax. [Leges non reijciendę, etiam ſi nil in nobis efficiunt.]

*Seneca de legum latoribus, epiſtola. 91.*

Legem ſtatuens legi ſe ſubijcere debet, & ad hoc exhortatur Auſonius: Pareto legi, quiſquis legem ſanxeris.

*Lucanus lib. tertio.*

Pereunt diſcrimine nullo amiſſæ leges.

*Plautus in Ciſtellaria.*

Quem hominem inueniemus ad eam rem utilem? Epidicus hic erit optimus: Hic poterit cauere rectè iura, qui & leges tenet. [Egregia ſententia.]

CVR LEGES DATAE SINT.

*Ouidius, 3. Faſtorum.*

*Inde datæ leges, ne fortior omnia poſſet,*
*Cœptaq; ſunt purè tradita ſacra coli.*
*Exuitur feritas, armiſq; potentius æquum eſt,*
*Et cum ciue pudet conſeruiſſe manus.*

*Leges moribus ſuccumbunt.*

Nunc mores nihil faciunt quod licet, niſi quod lubet. Ambitio nunc ex more ſancta eſt, libera eſt legibus, mores leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuã, Eæ miſeræ etiam ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis, ubi malos mores affigi fuerat æquius.

*Leges uanæ, ſi non obſeruentur.*

*Horatius Oda 24. lib. 2.*

*Quid triſtes querimoniæ,*
*Si non ſupplicio culpa reciditur?*
*Quid leges ſine moribus*
*Vanæ proficiunt? ſi neq; feruidis*
*Pars incluſa caloribus*
*Mundi, Nec Boreæ finitimum latus,*
*Durataeq; ſolo niues,*
*Mercatorem abigunt? horrida callidi*
*Vincunt æquora nauitæ.*

*Terentius in Phormione.*

*Mihi non uidetur, quod ſit factum legibus*
*Reſcindi poſſe, & turpe inceptum eſt.*

*Ouidius in 9. Metamorphoſeos.*

*Iura ſenes norint, & quid liceatq;, nefaſq;*
*Faſq; ſit inquirant, legumq; examina ſeruent,*
*Quid liceat neſcimus adhuc, & cuncta licere*
*Credimus.*

*Idem 10. Metamorph.*

*Vitijs, quæ plurima menti*
*Femineæ natura dedit, humana malignas*
*Cura dedit leges: & quod natura remittit,*
*Inuida iura negant.*

*Lactantius 4. lib. Iuſtitutio Diuinarum.*

Quicunq; dat præcepta hominibus, ad uitam moreſq; fingit: aliorum ſiquidem bona ſunt, quæ pręcepit: at ipſi eodem modo uiuendum eſt, quo docet eſſe uiuendum: ne ſi aliter ille uixerit, p̄ceptis ſuis fidem detrahat, leuioremq; doctrinam ſuam faciat, ſi re ipſa reſoluat, quod uerbis nitatur aſtringere. Cū igitur quis nō faciat, quæ præcepit, quę inſolentia eſt, ut homini libero imponere uelit leges, quibus ipſe nō pareat? Homines enim malunt exempla, quàm uerba: Quia loqui facile eſt, præſtare difficile. *Idem lib. 6.*

Exempla plus mouēt quàm doctrina.

Suſcipienda lex Dei eſt, quæ nos ad hoc iter ſummumq; bonum dirigat, illa ſcilicet lex ſancta, illa cæleſtis, quā. M. Tullius in lib. de Repub. 3. penè diuina uoce depinxit in hęc uerba: Eſt quidem uera lex recta ratio, naturæ congruens, diffuſa in omneis, conſtans, ſempiterna, quæ uocet ad officium iubendo, uetando à fraude deterreat: quæ tamen neq; probos fruſtra iubet, aut uetat, nec improbos iubendo, aut uetando monet. Huic legi nec propagari fas eſt, neq; derogari aliqd licet, nec tota abrogari poteſt, nec uerò aut per ſenatum, aut per populum ſolui hac lege poſſumus: nec eſt quærendus explanator, aut interp̄s alius, nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſt hac, ſed & omnes gentes, & omni tempore una lex, et ſempiterna, & immutabilis continebit, unuſq; erit communis quaſi magiſter, et imperator omnium Deus, ille legis hui' inuentor, diſceptator, lator, cui qui non parebit, ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernetur: hoc ipſo luet maximas pœnas, etiam ſi cætera ſupplicia, quæ putantur aufugerit.

Cicero 3. de Repub. Egregia definitio legis.

LEX VTILITATI CAEDIT.

Valerius Maximus lib. 3. cap. 9.

*Omnia in legibus ſunt poſita.*

Vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine legibus, ſuis partibus, ut neruis ac ſanguine, & membris uti non poteſt.

Vt corpora ſine ſanguine, ſic ciuitas ſine legibus.

Leges Solonis & Lycurgi enumerat Laertius, in eorum uitis. Solō interrogatus, qualiter ciuitas benè regi poſſet, reſpondit, ſi princeps & maiores ſecundum leges uixerint.

*Campanus in oratione ſtudij.*

Leges primum explicabimus, rem mehercle pro ipſius magnitudine atq; excellentia uberiore dicendi fonte exhauriendam: neq; me latet plurimos in Triſmegiſtum atq; in Phoroneum regē legū ciuilium inuentionem, initiaq; referre: Sed tamen compertum eſt, illarū originem Dijs potius immortalibus cōſecratū, Cereremq; primas leges dediſſe hominibus, eamq; ob rem legiferam à poētis, ac doctiſſimis ac ſapientiſſimis uiris appellatam. Digna ſanè res, quæ diuinitati adſcriberetur: quippe quæ Dea fruges nobis, alimentaq; dediſſet, leges quoq; dare uoluit, ſine quibus aut conſtare, aut ſaltem honeſtè conſtare nō poſſemus, ut uitam corpuſq; nō ſolū ſuſtentaremus cibo, ſed legum etiam defenſione tueremur. Athenienſibus autē Solō, qui & ipſe unus ex ſeptem ſapiētibus habebatur, nouas deinde leges inſtituit: primam, ut qui parentes ſuos nō alerēt, patrimoniumue diſſiparēt, illi p̄petuo obſcuri atq; ignobiles haberētur. Alteram, qui otiū ſectarētur, & inertiæ dediti eſſet, atq; deſidię, eos iure ab omnibus, tāq; nocētiſſimos accuſari poſſe. De p̄mijs eorū q in olympia atq; Iſtmia uiciſſēt, tertiā p̄mulgauit: & qui in p̄lio mortui p̄ patria cecidiſſent, eorū filios publicè

Legifera Ceres.

Ceres ſit gū quoq; Dea.

Solō Athenienſis legis lator.

Ocioſos omnibus accuſare licitum fuit.

Egregia lex.

publicè nutriendos, erudiendosq́ pręcepit: Item curatorem unà cū matre pupillorum nequaquàm habitare: cū præterea curatorem eſſe non poſſe, ad quem eſſet hæreditas pupillorum morte peruentura. Cæterum annularium eius annuli, quem uendidiſſet, ſigillum apud ſe non retinere. Quæ abs te aliquo in loco poſita non eſſent, ea inde tollere nō auſis. Poſtremo ſtatuit, ebrium & temulētum principem non pecunijs eſſe mulctandum, ſed duriſſima atq; ignominioſiſſima more puniendum.

Cōtra fures.

Notatu dignum.

*Lycurgus Lacedæmoniorum legis lator.*

Lycurgus quoq; ſuis Lacedęmonijs leges condidit, quarum prima populū ad obſequium principum, atq; optimatum, principes atq; optimates ad iuſticiam hortabatur: altera temperantiam omnibus in rebus ſuadebat, & parſimoniam auri atq; argenti penitus ſubmouebat, ut nihil à quoq; emeretur, ſed inter ſeſe communicarent omnia: Quod etiam p belli Troiani tempora fieri ſolitum ſcribit Homerus: Item iuuenibus non amplius una ueſte, toto anni tempore permittendū: Pueros inopes atq; egenos non in urbe fouendos eſſe, ſed in agros ad uſum rei ruſticæ deducendos, ut ab ineunte ætate laboribus aſuefacti, paratiores ad paupertatē atq; inopiam tolerandam per reliquum tempus efficerentur: Virgines non dote maritandas, ut non ducerentur pecunijs, ſed uirtutis gratia expeterentur: Poſtremò ſtatuit maximum quenq; honorem, nō diuitijs, aut potentiæ, ſed ſoli ætati eſſe tribuendum, atq; alia multa, quæ nos prętereunda conſultò duximus.

Temperantia. Parſimonia.

Omnia olim communia fuerunt.

Initium uerò legum Romanarum, atq; originem uobis multò, quàm mihi notiorem eſſe non ambigo: pulſis uidelicet Tarquinijs ſuperiorum Regum leges abrogatas omneis, nouas deinde ꝓmulgatas, latam legem manumiſſionis, Vindicium Bruti ſeruū, quod coniurationem patefeciſſet, primum apud Romanos fuiſſe manumiſſum, & etiam ciuitate donatum, ab eoq; prætoriam uindictam appellatam: miſſos deinde Appium Claudium, atq; alios, ad leges ab Athenienſibus capiendas: quo in loco Accurſium ueſtrum ualde equidem demiror, optimum uirum illum quidem, ſed in inquirendis rerum antiquarum hiſtorijs perparū, ut mihi uidetur, exercitatum, qui cum iuris Romani orginem interpretatur, rem affert ueritati, atq; hiſtoriæ minimè conſentaneam, ſtultum quendam (neſcio quid de noſtra religione blaterantem) dignos feciſſe Romanos legibus, quum planè conſtet, multis antè Chriſtianam religionē ſeculis, Romanos leges ab Athenienſibus tranſtuliſſe, eas deinde duabus ſuperadditis, leges duodecim tabularum appellatas, pro roſtris ante oculos omnium in foro, atq; in curia poſuere: Pontifices deinde maximos, legum & cuſtodes, &, ſi opus eſſet, interpretes ſtatuerūt. Hinc ſcientia ciuilis, hinc iura Romana, & ſanctiſſimæ leges emanarunt: hinc Sceuola Manilius, Labeo, Papinianus, Pompeius, Sextus, Lelius, atq; alij ſapientiſſimi uiri, iuris ac legū inſtituta condiderunt: Nam ius quidē Pontificium à Numa Pompilio Romanorum rege, ſanctiſſimo atq; optimo uiro proceſſit: niſi altius repetentes, Tagetē illum in Hetruria extra natum, autorem Pontificij cenſeamus. Quod ad noſtrum adtinet, nemo eſt ueſtrum, qui eius originem ignoret, atq; proceſſum: Sed ego ſatis demirari non poſſum, qui diuina humanaq; cōfundentes, ut leges dicant in ſapientum inuentione nequaquàm eſſe reponendas, ſed ab imperatoribus & Pontificibus nō ratione cōſtitutas aliqua, ſed ſolo imperio, uoluntateq; confictas, facile ad nutum regum ac principum permutari poſſe. O capita ridicula, & ceruices illepidas: nam ut Pythagoram pręteream⁹, à quo Metapontini leges accepēre, ut Eudoxū Protagoram, Ariſtotelemq; pręteream⁹, Quorum primus Guindes dedit leges, alius Turijs cōdidit, tertius ſuis Stragiritibus promulgauit: ut deniq; exteros pręteream⁹, quis hoc pręterire poſſit, magnos illos & diuinos homines, quos, uehementer admirata Græcia, ſeptē ſapientes appellarunt, omnes, Plutarcho teſte, legum conditores fuiſſe? Qui obſecro leges condiderunt, nonne Philoſophi? at quales Philoſophi? ij, qui ſoli appellabantur ſapientes, qui

Vindicius Bruti ſeruus.

Appius Claudius ad Athenienſes miſſus.

Deorum

Septem ſapientes leges condiderunt

Deorum immortalium oraculis ſapiētiſſimi iudicabantur, atq; optimi, qui p populos & ciuitates tanquàm Dij alteri colebantur. Quis prętera leges ac iura permutauit? An ſi medicamentum ueneno inficiatur, mutatam non peruerſam dicemus medicinam? enimuero peruerti poſſunt leges, permutari non poſſunt: Totæ ſunt in æquitate & moderatione, totæ in prudentia, totæ deniq; in Philoſophia, & in prudentiſſima ſapientia conſtitutæ, totæ ad genus humanum regendum, gubernandum, defendendum excogitatæ, totæ ad uitam benè beateq; agendam inuentæ. Poſſūt imperatores leges peruertere, ſed ſuum unà cum legibus imperium peruertetur. quamobrem? Quia nullum imperium, nulla Reſp. ſine legibus poteſt eſſe diuturna: Arma enī imperia parāt, leges parta cōſeruāt: ſicut ſine armis regna acquiri non poſſunt, ita nequiuerut eadem ſine legibus cuſtodiri. Quæ porro uita iucunda? quæ honeſtæ ac ſecurę rationes ſine legibus? utiliſſimum eſt ad merces tranſportandas nauigare maria, id leges pręſtant, quę piratas duriſſimis undiq; ſupplicijs perſequuntur. Optimum eſt & neceſſarium, commeatus, profectiones, itineraq; conficere: Id leges efficiunt, quæ latrones arcent, & graſſatores, & inſidiarum pericula longè lateq; repellunt. Iucundiſſimum eſt liberè in ciuitate uerſari, leges obtinēt ſummam libertatem: neq; enim ſublata libertate leges, neq; rurſus ſublatis legibus poteſt eſſe libertas. Nullis uim, nullis iniuriam, nullis impetum fieri patiuntur: unū quemq; in ſuo gradu, ſuaq; dignitate tuentur. Sunt enim leges muri & fundamenta ciuitatum, in quibus bonos quàm diutiſſime detinent, malos arcent, & ijs appropinquare nō ſinunt: in his ſalus bonorum, in his conſilia ciuitatis, in his pacis præſidia continentur. Nihil boni, tuti, honeſti eſſe poſſet, ſi iura contemnerentur & leges. Quod ſtamus, ac incedimus, quod dormimus, quod deniq; ſecurè uitam agimus, id totum eſt iuris ac legū defenſioni tribuendum: Quæ niſi flagrantiſſimas hominū libidines, atq; auaritiam cohiberent, nō mulieres pudicas, non agros, non domos, non uitam tutam haberemus: uirgines è parentum amplexibus eriperētur, per uias, per uicos, per plateas, homines percuterentur, exſpoliarentur, crudeliſſimè interficerentur, furum, latronum, ſiccariorum, parricidarum plena eſſent omnia: Bonis uiris aut nullus eſſet locus in ciuitate, aut turpiſſimis ſēper afficerētur iniurijs. Leges ſunt, quæ nos à tantis periculis, tantaq; atrocitate ignominiaq; tuentur, & quæ in ſummo nos otio, atq; in ſuma tranquillitate cuſtodiunt, fortunas unicuiq; ſuas conſeruant, honorem conſeruant, dignitatē conſeruant, uitam corpuſq; animamq; conſeruant. Quid præterea cenſemus aliud eſſe Philoſophum, niſi uirtutem, ac uitia diligēti ratione diſcutere norit. Id præcipue legum eſt opus, quæ uirtutem non quærunt ſolum, ſed exornant pręmijs: Non ſolum caſtigant uitia, ſed ulciſcuntur ſupplicijs. At ſi quæ eſt alia Philoſophia, quod equidem eſſe non arbitror, illa hortatur ad uirtutem, leges impellit, illa uitia monet eſſe fugienda, leges deteſtantur & fugant. O igitur uitæ cuſtodes leges, uel ueriſſimam Philoſophiam, uel omni Philoſophico iure optimo anteponendas. Quantam pręterea utilitatem afferat ſcientia ciuilis, quantum honorem, gloriam, authoritatem? diuitias accumulat ingentes, undiq; ad iurecōſultos confluunt pecuniæ, domos ædificant marmoreas, hortos, ac porticus dealbant, ianuas, feneſtras, trabes, laquearia, totaq; tecta deaurant, ut ignem aqua, ſic omnem paupertatē extingunt Leges, uiam faciunt ac aperiūt ad ſummas dignitates, neminem inopem, atq; egenum eſſe patiuntur. Quid dicam honores ampliſſimos? Solę ſunt, quæ dignitates maximas cōſequuntur, ſolæ, quibus ciuitatum committantur gubernacula, ſolæ, quæ apud Reges, Pontifices, Imperatores in altiſſimo rerum, dignitatumq; uaſtigio collocantur: His officia parantur & magiſtratus, his contentiones & lites, cauſæq; delegantur, his & rerum iura permittuntur & hominum: Solis enim, qui ciuilem ſcientiam ſunt adepti, poteſtas & in hominum capita animaduertendi: Soli tanq; Dij errores flagiciaq; corripientes, rebus conſulunt humanis, ad uitam dirigunt, hortantur ad uirtutes, ad iuſticiam

Leges peruerti non autē permutari poſſunt.

Leges totæ ſunt in æquitate.

Leges ſūt muri & fundamēta ciuitatum.

Leges à periculis nos cuſtodiunt.

Tyrius Philoſophus de uita actiua.

Leges uitæ cuſtodes.

ciam impellunt & cogunt. Eſt enim, ut apud Ciceronem ait Craſſus, domus iuriſconſulti totius oraculum ciuitatis: ab illo tanquam ab Apolline reſponſa, uitæque conſilia poſtulantur: illi aurea munera, tanquam Delphico Apollini deferuntur: illius ianuam frequens ſemper turba frequentat: & qui dubij atque incerti ad eum accedunt, acceptis tanquam à Deo reſponſis, firmi atque certiſſimi reuertuntur. Quas ob res iureconſulti, & ſacerdotes, & pontifices appellati, & humanarum diuinarumque rerum interpretes, duces uitæ, diuitiarum dignitatumque poſſeſſores, Deorum immortalium uicem in terris agere iudicantur.

*Domus iuriſconſulti oraculum totius ciuitatis.*

*Iureconſulti ſacerdotes & pontifices dicti.*

*Sabellicus.*

*Legiſlatores ad Deos relati.*

Legiſlatorũ mores referendi ad Deos, autores legum ſuarum. 76.
Leges per Moyſen populo datæ. 24.
Leges complures centum ſeptuaginta duæ.
Leges à Romulo latæ. 84.
Legum Lycurgi capita. 66.
Leges Draconis, & earum capita. 103.
Legum Romanarum origo. Ibidem.
Legum uetuſtas. 335.
Leges Lycurgi ſublatæ. 373.
Leges, res ſurda & inexorabilis. Liuius lib. 2. ab urbe condita.

*Hermolaus Barbarus, lib. 12. epiſtolarum, ad Georgium Merulam. Eſt autem ea inter epiſtolas Marſilij Ficini.*

*Magnus error.*

Ex hoc fonte perſuaſio illa exitialis & monſtroſa manauit, philoſophos, iureconſultoſque, non poſſe eoſdem eſſe & eloquentes. Quã ſententiam, quia multis locis tum fando coràm, tum ſcribendo taxauimus, nõ dubito, quin odia & offenſionem multorum incurrerim, aut, quod tibi frequens prouerbium eſt, irritauerim crabrones.

*Prouerb.*

*Angelus Politianus in Panepiſtemon.*

Ciuilis res triplex, regnũ, optimates, Reſpublica. Cuius exceſſus totidem, tyrannis, oligarchia, democratia: Diuiditur à Platone trifariam, quemadmodũ & etiam: nam ratione congruere philoſophos, ire milites, cupiditatis uoluit artifices. E philoſophis principes, magiſtratus, ſacerdotes, ſenatores, iudices leguntur, qui leges uel ferant, uel exerceant: Itaque locus hic eſt, in quo ius ciuile, non quidem in titulos, quod longum foret nimis, ſed in ſumma genera partiamur. Ius igitur ciuile Romanorum, tametſi uoluminibus quoque alijs continetur, tamen pandectis ipſis in ſuas partes diſtributis, utpote omnia genera complectentibus, plena digeſtio reſultabit. Septem igitur in ijs articuli ſunt, quorum primus ea continet, quæ græce τὰ πρῶτα uocãt: ſecũdus, iudicia: tertius, res: quartus, hypothecas: quintus, teſtamenta: quæque teſtamentis accedunt: in ſexto tituli continentur bonorum poſſeſſionis uarij, neque nõ operis noui nunciationes, damnique infecti, & pro ædificijs dirutis, & eorum inſidijs, & de aqua pluuiæ arcenda, de publicanis, donationibus, manumiſſionibus, liberalique cauſa: tum de dominij & poſſeſſionis acquiſitione, deque ijs, qui iudicati, uel in iure confeſſi ſunt, de bonorum detentionibus, & ne quid in fraudem creditoris fiat, interdicta, exceptiones, temporum prolixitates, & actiones: ultimus, ſtipulationes, fideiuſſiones, acceptationes, & titulos illos ad municipales, de decurionibus & muneribus, de publicis operibus, nundinis, pollicitationibus, cognitionibus, cenſibus, uerbornm ſignificatione, iuriſque regulis.

*Diuiſio totius iuris.*

Pontificium ius, quaſi ſuccentiuũ ciuilis eſt, & ad eius exemplum, quatenus ratio patitur, diuidendum.

*Ius Canonicum.*

De laudibus legum uide Philippũ noſtrum, & Alciatum, in oratione, quam habuit apud Bituriges, in ſtudio ciuilis initio: Cornelium Agrippam de uanitate ſcientiarum: Ludouicum Viuem de cauſis corruptarum artium: Budæum in annotacionibus in pandectas.

Donactis ſententia fuit, leges omnes inutiles & ſuperuacuas eſſe, ut quæ nec bonis, nec malis rogentur, quum illi non egeant legibus, hi uerò per eaſdem nihilo fiant meliores. Cato apud Liuium fatetur, uix ullam legem fieri poſſe, quæ omnibus commoda ſit, & ex qua non ſæpiſſimè contingat, æquitatem cum rigore iuris pugnare.

*Plato in epiſtola ad familiares Dionis.*

Accipite, ô Syracuſani, primum eas leges, quæ uobis cudebuntur nõ ad quæſtum & diuitias, conuerſuræ animos ueſtros cum nimia cupiditate: Sed quæ

inter hæc tria, animum dico, corpus & pecuniam, animæ uirtutem precioſiſſimam efficiant: Secundum uerò corporis, animæ uirtute inferiorem: Tertium uerò & poſtremum pecuniæ ſtudium, quod corpori ſimul & animæ inſeruiat: Hæc quidē efficiens conſtitutio, lex nobis erit optimè condita, utentes re uera felices reddens. Sermo autem qui diuites nominat felices, & ipſe miſer eſt, à mulieribus ac pueris profectus, & credentes ei homines, miſeros ſecum facit.

De Perſarum legibus, & de Laconum Republica, uide librum primum Xenophōtis de Cyri Pædia, quam tranſtulit in latinam linguam è græca Franciſcus Philelphus.

*Ibidem hæc.*

Ex Pædia Cyri hæc deſumpta ſunt.

A Lycurgo multa ſunt pulchra inuenta, quibus inducebat ciues, ut libentius latis legibus parerent. Hoc tamen longè pulcherrimum, quod non ante multitudini leges exhibere ſolebat, quam cum præſtantiſſimis uiris Delphos petens Deum rogaſſet: An eſſet futurum conducibilius & melius Spartæ uti legibus, quas ipſe tulerit, obedirēt. Cum autem reſpondiſſet Deus: id prorſus melius fore, tum demum leges ſuas propoſuit, non modò iniquum, uerùm & impium ſtatuens, ſi quis legibus Pythio roboratis oraculo minus paruiſſet.

*Cherundas Catanæus in proœmio.*

Τοὺς βουλευομένους καὶ πράττοντάς τι, ἀπὸ θεῶν ἄρχεσθαι χρή. τὸ γὰρ ἄριστον (ὥσπερ ἁ παροιμία φατὶ) τὸν θεὸν ἡμεν αἴτιον πάντων τούτων· εἶναι. δὲ φαύλων πράξεων ἀπέχεσθαι, καὶ μάλιστα διὰ τὰν πρὸς τὸν θεὸν ξυμβουλίαν· οὐδενὸς γὰρ ἀδίκου θεὸν κοινωνεῖν. Βοηθοίη ἕκαστος ἑαυτῷ, καὶ ποτικελεύεσθαι κατ' ἀξίαν τῶν δικαίων μεταλαμβάνειν καὶ πράσσειν· τὸ γὰρ ὑπὲρ μικρῶν καὶ μεγάλων ὁμοίως διατείνεσθαι ἄγαν μικροπρεπὲς δοκεῖ ἦμεν καὶ ἀνελεύθερον. διὸ φροντίζειν τῷ μὴ σφόδρα ἐς τὰ μάκιστα καὶ τὰ μεγάλα ἐμπίπτειν, ἀλλὰ κατ' ἀξίαν τὰν ἑαυτῷ καὶ δυναμίαν μετρέον τὰ ἑκάστῳ πρᾶγμα ἐπιβάλλειν, ὅπως τίμιός τις καὶ σεμνός. Id eſt-

Conſultantes agenteſq; aliquid à Dijs auſpicari debent: Optimum enim eſt (ut parœmia fert) Deum cauſam eſſe & autorem illorum omnium: Præterea à malis facinoribus abſtinendum eſt, idq; maximè propter concordiam cum Deo: Cū nullo enim iniuſto Deus commertium habet. Adiuuet autem unuſquiſq; ſeipſum, & incitet ad iuſta, ſecundum dignitatem capeſcenda, agendaq;: Nam in paruis & magnis æqualem conatum et contentionem adhibere, nimis humile & illiberale uidetur eſſe. Quare curandū, ne nimis negligenter ad res magnas & grauiſſimas feramur: Sed pro dignitate tua, & uiribus ſingula perpendere aggrediq; debes, ut honorificus & grauis permaneas.

*Plato in dialogo 9. de legibus.*

Legum: aliæ ad bonorum hominum doctrinam ponuntur, ut per eas intelligant, quo pacto inter ſe amicè uerſentur: aliæ ad cōpeſcendam illorum pertinaciam, qui indomiti natura ſunt, ſpretaq; omni diſciplina, nulla ratione mouentur, quum in omnem ruant improbitatem.

*Idem 2. de legibus.*

Refert lege ſanciendum, ut pueri uſq; ad 18. annum uini uſum prorſus ignorēt, eoſq; monēdos eſſe, nō oportere ignē igni in corpus atq; animā ſuggerere, antequ; uiri effecti laborēs ſubire incipiant: deinde uino moderatè utantur, uſq; ad ætatis annum trigeſimum: Ab ebrietate uerò iuuenes omnino abſtinere debere. Sed cum ad quadrageſimum peruenerint, tūc in conuiuijs liberius diſcumbere, & Deos ac Dionyſium ad ſacra, ſenum & ludos inuocare conceſſum, qui hominibus uinum quaſi remedium aduerſus ſenectutis duriciem eſt largitus, ut reiuueneſcere uideamur, & mœſticiæ nos obliuio capiat, ipſaq; affectio animi ſicut ferrum in igne ex duricie in mollitiem deducta, flexibilior fiat.

*Euripides.*

Gubernari oportet malos à bonis, & parēre ſe melioribus.

*Idem in Dictye.*

*O ſenex, ne cum regibus contenderis:*
*Venerandos enim eſſe principes antiqua lex eſt.*

*Idem in Erectheo.*

*Et improbos in ciuitate nunquam promoueris*
*Mali enim uel pecunijs ditati,*
*Vel aliquo Reipublicæ magiſtratu aucti,*
*Exultant repentè, fortunatis ipſorum domibus factis.*

*Idem in Supplicibus.*

*Nihil eſt ciuitati præſtantius, quàm leges*

Rectè

*Rectè poſitæ: Nam & inferioris homo fortis,*
*Et qui ditior eſt, æquale ius experiuntur:*
*Vincit autem minor maiorem, ſi iuſtã cauſam habeat.*

*Menander in Adelphis.*

*Non omnino concedendum eſt malis,*
*Sed reſiſtendum: Sin minus, ſurſum atq; deorſum*
*Vita noſtra inopinatè tota peruertetur.*

*Idem in Androgyno.*

τὸ γὰρ σύνηθες οὐδαμῶς προπετέον. Id eſt: *Nunquam negligenda eſt conſuetudo.*

*Idem.*

*Leges perquàm egregia res ſunt, ſed is, qui legibus utitur nimium exactè, Sycophanta eſſe uidetur.*

*Plato in Minöe.*

Quodcunq; rectum eſt, regia lex extitit: non rectum uerò, nequaq; lex regia (quia ſcientia deeſt) eſſe uidetur: quippe cum illegitimum ſit. Sic probè confeſſi ſumus, legem eſſe ueritatis inuentionem. Spargendorum in terram ſeminum peritus eſt agricola: ob id cõuenientia ſemina unicuiq; ſolo diſtribuit. Qui pecudum gregem paſcere nouit, eſt paſtor: paſtoris itaq; leges ouibus optimæ, & bubulci bobus: Ita regis boni leges, animis hominum optimæ ſunt. Eſt autem lex oratio grauis & recta, quæ facienda imperat, non facienda prohibeat, ſecundum opinionem Stoicorum.

# LOQVACITAS.

ΛΑΛΙΑ. ΠΟΛΥΛΟΓΙΑ.

*Garrulitas. Vaniloquentia.*

*Theophraſtus in Notis.*

LOQVACITAS nihil aliud uidetur, quàm ſermonis incontinentia. Loquax uerò ille, qui cum aliquo colloquẽs, quicquid alter attulerit, nihil illum dicere aſſerat, & quod ipſe rem omnem calleat, atq; illum, ſi audire uelit intellecturum, loquente altero ſæpe interpellat.

*Idem.*

Importunitas eſt longæ & inconſideratæ orationis expoſitio. Importunus uerò is eſt, qui cum in hominem uel ignotum inciderit, huic iuxta aſſidens primum coniugis ſuæ laudes tollit, tum quæ per noctem ſomnia uiderit, enarrat: Deinde fercula, quot in cœna habuerit, ſingillatim percurrit: deinde in progreſſu addit, quàm noſtri temporis homines ſint ueteribus illis uirtute inferiores, & ut in foro annona cara, quàm multi peregrini in ciuitatem ueniant. Et huiuſmodi homines reijciẽdi, ac procul amouendi ſunt: Difficile enim eſt illis loquẽtibus diutius intereſſe, qui ocij & negocij diſcrimen neſciunt.

Iſocrates orator, cum loquutuleius quidam nomine Careon in diſciplinam eius recipi uellet, duplicem mercedem poſtulauit. Illi uerò cauſam interroganti, dixit, alteram quidem peto, ut loqui diſcas: alteram autem, ut tacere.

Zenon è diſcipulis ſuis aliquos aiebat eſſe φιλολόγους, id eſt, uariæ rerum cognitionis ſtudioſos: alios uerò λογοφίλους, id eſt, loquendi tantùm ſtudioſos.

*Apollonius ad familiares.*

πολυλογία πολλὰ σφάλματα ἔχει τὸ δὲ σιγᾷν ἀσφαλές. Id eſt: Loquacitas multos habet errores, tacere autem tutum eſt.

*Theocritus.*

Quum uir quidam litigioſus interrogaret Zenonem, an uirtus eſſet utilis, renuit, non uolens reſpondendo ei occaſionem dare litigandi.

*Euſebius.*

Homines magnum poſſident uallum dentium, ad coërcendos leues ſermones: uerùm in omni re iudicio mentis indigemus, quæ ſi uerba non correxerit, ſæpius ante conſultationem effugiunt: & tanto uallo neglecto, citra iudiciũ ante tempus forás ruunt.

GARRVLITAS. *Loquacitas.* ἀδολεσχία. *Dicacitas. Linguacitas.*

*Viues lib. 3. de Anima.*

Loquacitas eſt ſtulta & inanis loquendi copia: Vel eſt uitium, quo mentes circumſpectæ temerè proferunt aliquid, anteq; quid ſit, uel quale ſit, examuſſim perpenderint: Virtus autem taciturnitas, eſt contraria. Inter manſuetas uirtutes eſt ſobrietas, item taciturnitas: tales diligimus, minimè autem loqua-

 ces,

ces, aut futiles, aut in malis amicorum ſcrutatores, quæ improbi homines non ad ferendam opem inquirunt, ſed ad curioſam quandam cognoſcendi auiditatem, plerunque etiam ut habeant, quod cum notis poſſint garrire ac arrodere, de quibus eſt illud Horatij:

*Percunctatorem fugito, nam garrulus idem.*

Et hi ſunt in perquirendis familiarium damnis uehementer ſolliciti, in proſperis uerò remiſſi ac ſecuri.

*Ariſtoteles lib. 3. Ethicorum.*

Qui fabellarum cupiditate ducuntur, uel ſtudio narrandi trahuntur, & qui in rebus quibuſlibet dies totos conterunt, eos loquaces, non intemperantes dicimus.

Dicaces, linguaces, locutulei, bambaliones ac futiles à ueteribus appellantur Græcis σιππολόται,

*Theognides poëta.*

πολλοῖς ἀνθρώπων γλώσσῃ θύρα οὐκ ἐπίκειται
ἁρμόδιος, καὶ σφιν πόλλ' ἀλάλητα μέλει·
πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδοθεν
ἄμεινον·
ἐσθλὸν δ' ἐξελθεῖν λώϊον ἢ τὸ κακόν. Id eſt:

*Multis hominibus nulla ianua linguæ obditur*
*Conueniens, et multa in ipſis occultanda comparet:*
*Sæpius enim malum latitans intrinſecus, proceſſit:*
*Melius autem fuerit, bonum quippiam egredi, quàm malum.*

*Euripides in Hippolyto coronato.*

γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστόν, ἣ θυραῖα μὲν
φρονήματ' ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται,
αὐτὴ δ' ὑφ' αὑτῆς πλεῖστα κέκτηται κακά. Id eſt:

*Nulla fides linguæ eſt, quæ alienos quidem*
*Animos hominum admonere callet,*
*Ipſa uerò ex ſeſe plurima mala poßidet.*

*Idem in Medea.*

οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις Κρέον
ἔβλαψε γλῶσσα μεγάλα τ' εἴργασαι κακά. .i.

*Non primum nunc mihi, ſed ſæpius, ô Creon,*
*Lingua nocuit, & ingentia mala tulit.*

*Aſtydamas.*

γλώσσης περίπατός ἐστιν ἀδολεσχία. Id eſt:

*Garrulitas eſt deambulatio linguæ.*

ODIOSA EST LOQVACITAS, *& immoderata uerborum effuſio.*

*Homerus.*

καὶ δ' ἔπος προΐεσκεν ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον
ἀλλ' αἰεὶ μύθους λαβρεύεαι, οὐδέ τί σε χρὴ
λαβραγόρην ἔμεναι. Id eſt:

Verbum aliquod protulit, quod melius eſſet indictum, ſed ſemper immodeſtè uerba fundis, non te poſthac oportet intempeſtiuum eſſe loquendo.

*Nicoſtratus poëta.*

εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέως λαλεῖν
ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες
ἐλέγοντ' ἂν ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ. Id eſt:

*Si continuò & multa celeriterque loqui,*
*Signum eſſet prudentiæ, tum hirundines*
*Dicerentur multò ſapientiores nobis.*

*Euripides in Penthea.*

Σὺ δ' εὔτροχον μὲν γλῶσσαν ὡς φρονῶν ἔχεις,
ἐν τοῖσι λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες. Id eſt

Tu uerò linguam quidem uolubilem habes, uti uir prudens: ſed in ſermonibus tuis nulla mens ineſt. Eſt ſine mente ſonus.

*Idem in Antiope.*

Κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ
τὸ δ' ἐκλαλοῦν οὐδ' ἡδονῆς μὲν ἅπτεται,
κακὸν δ' ὁμιλεῖν καὶ ἄδικον δὲ καὶ πόλει. Id eſt:

Decorum ſilentium corona eſt uiri boni: Loquacitas autem neque iucundum aliquid habet, & mala eſt conuerſationi, & inutilis ciuitati.

*Sophocles in Aleadis.*

τί ταῦτα πολλῶν ῥημάτων ἔτ' ἐστί σοι;
τὰ γὰρ περισσὰ πανταχοῦ λυπηρὰ ἔπη. Id eſt:

*Quid tibi uis amplius cum tanta garrulitate?*
*Verba enim nimia ſunt moleſta ubique.*

*Menander Comicus.*

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις εὐστομῶν γλώσσῃ φύσεις,
γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίζεται λόγους. Id eſt:

Turpe eſt cum quis diſertus, dicendo inanes lingua ſermones eiaculatur.

*Idem.*

οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
ῥᾷον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον. Id eſt

*Neque ex manu dimittentem ponderoſum lapidem*
*Facilè eſt cohibere, neque ex lingua ſermonem.*

*Aeſchylus Tragicus.*

τυραννικόν τ' πολλ' ἐπίστασθαι λέγειν. Id eſt:

*Tyrannicum quiddam eſt, multa ſcire loqui.*
*Duæ aures homini datæ ſunt, una autem tantùm lingua.*

*Euripides in Dyctye.*

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγων ἀεὶ
λέληθεν αὑτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς. Id eſt:

*Quiſquis multa loquendo delectatur,*
*Is non intelligit præſentibus ſe eſſe moleſtum.*

*Philemon Syracuſanus Comicus.*

τὸν μὴ λέγοντα τῶν δεόντων μηδὲ ἓν
μακρὸν νόμιζε κἂν δύ' εἴπῃ συλλαβάς,
τὸν δ' εὖ λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρὸν
μηδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ καὶ πολὺν χρόνον,
τεκμήριον δὲ τοῦδε τὸν Ὅμηρον λάβε·

οὗτος

οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει:
ἀλλ' οὐδὲ εἷς ὅμηρον εἴρηκε μακρόν. Id eſt:
*Eum, qui nihil opportune dicit,*
*Lōgū exiſtima, licet duas tātum ſyllabas pronūciarit:*
*At benedicentem ne longum exiſtimes,*
*Etſi permulta dixerit, & longo tempore,*
*Huius indicium, Homerum accipe:*
*Is enim nobis Myriades ſcribit uerſuum,*
*Nullus tamen Homerum apellauit longum.*

Ζήνων πρὸς τὸν πλείω λαλεῖν θέλοντα ἢ ἀκούειν, νεανίσκε εἶπεν ἡ φύσις ἡμῖν γλῶτταν μὲν μίαν, δύο δὲ ὦτα πάρεσχεν, ἵνα διπλασίων ὧν λέγομεν ἀκούωμεν. Id eſt:

Zeno ad uolentem plura loqui, quàm audire: Adoleſcens, dixit, natura nobis linguam unam, aures uerò binas dedit, ſcilicet, ut duplo plus audiamus, quàm loquamur.

Theocritus, cum Anaxomenes orationem habiturus eſſet, incipit uerborum quidē flumen, mētis autem gutta, dixit.

Plato, cum Antiſthenes aliquando in Diatriba longam orationem habuiſſet, ignoras, dixit, quod dicendi modus nō penes loquentem, ſed audientem eſt.

Adoleſcens quidam in Academia de ſtultis quibuſdam rebus ſeu negocijs loquebatur, cui Zenon dixit, niſi in mentem lingua intincta diſſerueris, adhuc multò amplius dicendo delinques.

*Democritus.*

πλεονεξίη τὸ πάντα λέγειν μηδὲν δὲ θέλειν ἀκούειν. Id eſt: Auaritia quædam eſt, omnia uelle dicere, & nihil audire.

LINGVA NON DEBET ESSE *uaga & libera, uerùm modeſta & modulata.*

*Ariſtoteles 5. Topicorum.*

Conturbat audientem, quod frequenter dictur.

*Aulus Gellius lib. 1. cap. 15. Noct. Atticarum.*

Qui ſunt leues & futiles, & importuni locutores, quiq; nullo rerum pondere innixi, uerbis humidis et lapſantibus defluunt, eorum orationē benè exiſtimatū eſt, in ore naſci, nō in pectore: Linguam autem debere aiunt non eſſe liberam, nec uagam, ſed uinculis de pectore, imò ac de corde apertis moueri, & quaſi gubernari.

*Ibidem.*

Heſiodus poëtarum prudentiſſimus, linguam non uulgandam, ſed recondendā eſſe dicit, perinde ut theſaurum, eiuſq; eſſe in promendo gratiam plurimam, ſi modeſta & modulata ſit.

*Ibidem. Sunt autem Heſiodi uerſus.*

*Optimus eſt homini linguæ theſaurus, & ingens*
*Gratia, quæ parcis menſurat ſingula uerbis.*

*Borbonius.*

*Nobile lingua bonum, quæ fari in tempore nouit:*
*Nobile lingua malum, quæ fari in tempore neſcit.*

*Bias Prienæus.*

ἄκουε πολλά, λάλει δ' ὀλίγα, Id eſt:
*Audi multa, loquere pauca.*

*Pittacus Mytilenæus.*

γλῶττα μὴ προτρεχέτω τοῦ νοῦ. Id eſt:
*Lingua ne præcurrat mentem.*

*Idem.*

μὴ σπεῦδε λαλῶν. Id eſt:
*Noli feſtinare loquendo.*

*Menander.*

ῥῆμα παρὰ καιρὸν ῥηθὲν ἀνατρέπει βίον. Id eſt
*Verbū importunè et intēpeſtiuè dictū, ſubuertit uitā.*

*Idem.*

ῥίψας λόγον τις οὐκ ἀναίρεται πάλιν, Id eſt:
*Cum emiſerit aliquis uerbum, non reſumet rurſum.*

HVIC *cōuenit Horatianū de arte poetica.*

*Neſcit uox miſſa reuerti.*

*Idem in epiſtola 19. lib. 1. ad Lollium.*

*Quid de quoq; uiro, & cui dicas, ſæpe uideto.*
*Percunctatorem fugito, nam garrulus idem eſt,*
*Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures,*
*Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.*

MANET IRREVOCABILE VERBVM.

*Ouidius lib. Amo. 2. Eleg. 2.*

*Vidi ego compedibus liuentia crura gerentem,*
*Vnde uir inceſtum ſcire coactus erat.*
*Pœna minor merito nocuit, mala lingua duobus,*
*Vir doluit: famæ damna puella tulit.*
*Crede mihi, nulli ſunt crimina grata marito,*
*Nec quenquam, quamuis audiat, illa iuuant.*

*Idem de Ponto, lib. 2. Elegia 2.*

*Lingua ſile, non eſt ultra narrabile quicquam.*

*Idem lib. 2. Faſtorum.*

*Et feruet multo linguaq;, corq; mero.*

*Propertius lib. 2. Elegia 31.*

*Sed tu non debes inimicæ credere linguæ,*
*Semper formoſis fabula pœna fuit.*

*Tibullus lib. 1. Elegia 2.*

*Et mea nunc pœnas impia lingua tulit.*

*Græca.*

γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος,
φειδωλῆς πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.

*Menander.*

πρὸς εὖ λέγοντας οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω. Id eſt:

*Aduerſus benedicentes, nihil habeo, quod dicam.*

*Ouid. lib. 2. de arte amandi.*

*Eximia eſt uirtus præſtare ſilentia rebus:*
*At contrà grauis eſt culpa tacenda loqui.*

*Menander.*

δύσμορος ἴσθι μᾶλλον ἢ κακήγορος. Id eſt:
*Infelix ſis potius, quàm maledicus.*

*Idem.*

ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. Id eſt:
*Viri character ex ſermone cognoſcitur.*

*Apollinarius.*

ἂν μὲν ἀπόντα λέγῃς με κακῶς, οὐδὲν ἀδικεῖς. i.
*Si de me abſente dixeris malè, nulla afficis me iniuria.*
ἂν δὲ παρόντα καλῶς ἴσθι κακῶς με λέγων. .i.
*Si de præſente benè, ſcias te malè de me dicere.*

*Theodorides.*

θνητοῖς ἐν γλώσσᾳ δολίᾳ, νόσος ἀχάλινος
ἀφροσύνη τίκτει πολλάκις δυστυχίαν. Id eſt:
*Mortalibus in lingua doloſa morbus effrenis,*
*Stultitia parit ſæpe infelicitatem.*

*Menander.*

ἰσχυρότερον δ᾽ οὐδὲν ἐστι τοῦ λόγου. Id eſt:
*Sermone nihil eſt potentius.*

*Dantes Pugatorij cant. c. 4.*

*Et pero quando ſode coſa ò uede.*
*Che tenga forte à ſe lanima uolta*
*Vaſſenel tempo e lhom non ſenauede.* Id eſt:
*Ea propter cum auditur aliquid, aut uidetur,*
*Quod detineat fortiter ad ſe conuerſam animam:*
*Fugit tempus, nec id percipit homo.*

*Franciſcus Petrarcha in triumpho mortis, cap. 2.*

*Se dire hac altro ſtudia deſſer breue:*
*Et col tempo diſpenſa le parole.* Id eſt:
*Si quippiam aliud dicturus es, ſtude breuitati:*
*Et cum tempore diſtribue uerba ipſa.*

IDEM FRANCISCVS PETRAR*cha lib. 1. epiſtola 5. de rebus familiaribus, ad Iacobum Columnæ Lombericenſem præſulem.*

An timuiſti ne ſecretum tuum ex me in uulgus erūperet? itane rimoſum expertus es, ita infirmi ac futilis animi, cui tam facilè commiſſa diffluerent? egiſti incautè, qui mihi toties grauiora crediderís: Sed crede mihi, quoniã hodie (ut uideo) dolor uerecundiam ſuperat, crede, inquã, mihi pater optime, nulli (quem quidem ego nouerim) fide, ſilentio ſecūdus ſum: Nemo me ideo, quod ſecreta non teneam, ne dicam fideli amicitiæ, ſed uel ſenatorio gradui, uel ſacerdotio Cereris inhabilem arguerit. Legimus apud Perſas, nihil fide ſanctius, nihil pulchrius ſilētio, nihil loquacitate deformius: Itaque illud uel morte cuſtodiunt, hanc morte caſtigant. Non eſt qui quocunque ſupplicio ſui regis pandat arcanum: ſi quis autē fortè contrà fecerit, nullo non ſupplicio dignus habebitur. Preclarè: quid enī omnino facilius, quàm tacere? Ad quid ergo utilis, aut cui magnæ rei ſit habendus idoneus, qui rem longè facilimam implere nequiuerit?

Sacerdos Cereris.

Deformius nihil ã loquacitate.

*Idem, epiſtola 2. libri primi.*

Summæ quidem dementiæ uidetur, in id niti, ad quod fortè nunquam ſis uēturus, & quod paucis accidit, quodque cum adeptus fueris, modicum proſit, fortaſſis & multum noceat: Illud uerò negligere, quod & omnibus promptum, præ omnibus utile, damnoſumque nunquam eſſe poſſit. Scimus autem magnorum autoritate hominum, experimentoque rerum edocti, quoniam paucis benè loqui, benè uiuere autem omnibus datum eſt: & tamen plures illud amplectuntur, hoc fugiunt. Ita eſt natura hominum, difficultatibus incumbere, & ea cupidius appetere, quæ laborioſius parantur.

Benè loqui paucis, benè uiuere omnibus datū eſt.

*Item de rebus memorabilibus, lib. 3. cap. 49.*

Quàm uoluptatis patronus Epicurus, tam hoſtis Xenocrates, nec minus loquendi, quàm agendi abſtinens. Hic ergo cum caſu inter maledicos quoſdã, atque illis ex more obtrectantibus abſentium famæ, ſolus conticeſceret, interrogatus, cur id faceret? Quia locutum, inquit, me aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam. Laudatum hoc à ſapientibus reſponſum, mihi plenius probaretur, ſi ſermonum ſæpe, taciturnitatis rarò pœnituiſſe dixiſſet.

*Eraſmus lib. 1. Apophtheg.*

Peculiaris erat Lacedæmonijs uerborum paucitas, unde & ab ea regione breuiloquentia Laconiſmus dicitur: Cum igitur Abderitarum legatus apud Agidem multa loquutus, uix tandem dicendi finem feciſſet, rogaretque, quid ciuibus ſuis eſſet renunciaturus: Ages illud, inquit, renuncia: quantùm temporis tibi fuit opus ad dicendum, tantùm me ſilētem audiſſe. Hoc dicto exprobrauit ſtolido oratori inanem loquacitatem, reſponſo indignam.

Idem

*Idem lib. 1.*

Quum ſophiſta quiſpiã apud eũ dixiſſet, orationẽ eſſe rerũ omniũ prẹſtantiſsimã, uidelicet prẹdicãs artem, quã profitebatur: ergo, inquit, agis tu, cũ taces, nullius es precij: ſignificans multò prẹclarius eſſe, res magnificas gerere, q̃ habere linguã ad magnificè loquendũ expeditam.

*In eodem libro 1.*

Quũ quidã Ephoris opportuna quidẽ loqueretur, ſed pluribus q̃ ſat erat, Anaxãdridas hoſpes inquit, re neceſſaria in non neceſſario uteris: ſignificãs quod per ſe rectum eſt & utile, non egere prolixa oratione, quòd ipſa cauſæ bonitas facilè ſeipſam commendet. Quod ſi uſquàm locus eſt loquacitati, eam oportet ad honeſtas cauſas adhibere.

Gellius lib. 12. cap. 2. Noct. Atticarum recitat uerba M. Catonis, contra quendã Albinum, breuiloquentiã quiſquis in dicendo colat. Laconiſmus, prouerbiũ pro breuiloquẽtia, pro eo quod eſt, paucis & cõpendio dicere. Vide Chiliad. Eraſmi.

*Adagia in garrulos ac futiles homines torquenda, ex Eraſmo deſumpta.*

Breuitas grata. Laconiſmus. Trib' bolis minore finire pomerio. Numero dicere. Vno faſce cõplecti. Tribus uerbis.

Pauciloquus, ſed diſertus. In eum, qui pauca quidẽ, ſed tamen auditu digna loquitur: conuenit Homericum illud: παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, id eſt: Non is multa quidem, uerùm argutiſſima, quippe pauciloquus: Menelaus dicit.

*Garrulitas.*

Archytæ crepitaculũ. Ciſteria loquacior. Arabicus Tibicen. Menander. Turture loquacior, Prolixius Iliade. μακρότερα τῆς ἰλιάδος λαλῶν. Cornicari, id eſt, ineptè garrire. Daulia cornix. Hirundinum muſæa. Luſciniæ nugis inſidẽtes. Dodonæum æs. Caute loquacior. Littore loquacior. Cicada uocalior. Non eſt eiuſdem & multa & opportuna dicere. Cõuenit Hebreorũ prouerbiũ, in multiloquio non deeſſe peccatũ. Græcè χωρὶς τὸ τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια. Telenicia Echo, id eſt, oratio fatui, Battologia.

*Horatius.*

*Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet*
*Plus dapis, & rixæ multò minus inuidiæq́.*

Quadrat in eos, qui ſi quid bonę rei nacti ſunt, continuò iactant oſtentantq́, atq́ ad eum modũ efficiunt, ut alij tũ obſiſtant, quo minus eiuſmodi cõmoda nãciſcantur, tũ quę nacti ſunt interuertant. Quicquid in buccam uenerit, uel in linguam. Cicero, Plato, uſi ſunt.

Meliacum nauigium. futilis, & rimarum plenus, hac atq́ illac perfluens.

Interſecta muſica: quoties aliquis interueniens ſermonem inſtitutum interpellet.

Lingua quo uadis? γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; πόλιν ὀρθώσουσα, καὶ ἀνασρέφουσα.

Lingua quo uadis? erectũ ciuitatem, eandem denuo ſubmerſura. Docet linguam plurimum utilitatis adferre mortalibus, & eandem rurſus plurimam adferre perniciem, tametſi membrum corporis ſit per quam exiguum.

Sine capite fabula: pro ſermone imperfecto ac mutilo.

Leuiſſima res, oratio. Homerus ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, Id eſt: Verba uolucria dixit, uel alata, quòd facilè euolent atq́ reuolare neſciant.

*Horatius.*

*Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.*

*Apophthegmata.*

Labotus, cuidã apud ipſum prolixiore utenti ſermone: quid mihi, inquit, de re puſilla longa texis prooemia? Quãta res eſt, tantã oportet & orationem eſſe, qua uteris. Eſt hoc omnibus Spartanis peculiare, offendi ſermone, q̃ cauſa poſtulat, lõgiore: adeo nunq̃ non placebat frugalitas. Nam ad cauſam nõ magnam, adhibere ſuperuacuam uerborũ copiã, luxuriæ genus eſt. Eraſ. li. 1. Apophthegmatũ.

*Ἀνωνυμόν. Ibidem lib. 2.*

Alius cum in luſcinia plumis reuulſis minimum reperiſſet carnium: uox, inquit, tu es, prætereà nihil. In eos dici poteſt, qui præter garrulam linguam, ac magnifica uerba nihil habent.

*Libro 1. Ibidem.*

Charillus interroganti, quã ob cauſam Lycurgus tã paucas leges tuliſſet Lacedęmonijs: quoniã, inquit, pauca loquẽtib', paucis eſſe legibus eſt opus: ſenſit nimirũ pleraq́ mala ex multiloquio naſci: Laconibus autẽ peculiaris erat breuiloquẽtia.

*Idem libro 2.*

Alius Laconũ, cũ audiret Rhetorẽ magnos

gnos ſermonis circuitus cõnectentẽ : per geminos, inquit, fortis ſanè homo, qui cũ nullum habeat argumentũ, tamẽ egregiè uoluit linguam.

*Ibidem.*

Chteſiphontem Lacones eiecerũt, qui ſe profitebatur de re quauis totum diem poſſe dicere, dicẽtes boni oratoris eſſe, ſermonẽ habere rebus parẽ : nulla in re iuſtius putarunt adhibẽdam frugalitatem, quàm in oratione, quam Heſiodus non aliter quàm precioſum theſaurum parciſſimè cenſet eſſe depromendam ad uſum, non ad oſtentationem.

*Idem autor lib. 4.*

P. Sextius Cice. cum alijs quibuſdã ad cauſæ patrociniũ adhibuerat: cumq́; ipſe uellet omnia dicere, nec cuiquàm locum dicendi daret, ubi iam conſtaret illum à iudicibus abſoluendum, ferreturq́; ſentẽtia: utere, inquit Tullius, tẽpore hodie, cras enim priuatus eris : Notãs hominẽ, quòd in cauſa ſuo arbitratu ſolus egiſſet omnia.

*Prouerbium.*

Canere Tellinis cãtilenas: de ineptè loquaculis, item mordacibus & dicacibus dici ſolitum. Eraſ. in Chilid. indicat.

*Apophthegmata ex Eraſmo educta, contra garrulos & loquaces.*

*Thales Mileſius.*

Multa uerba nequaq̃ arguunt ſapientẽ opinionẽ. Græcis carmen eſſe uidetur. *ὄυτι τὰ πολλὰ ἔπη φρόνημον ἀπεφήνατο δόξαν*, id eſt: Sapiens enim non, niſi cum res poſtulat, pluribus utitur uerbis, quàm opus eſt: quemadmodum Deus omnium ſapientiſſimus ſermonis eſt parciſſimi. Eraſ. lib. 7. Apophthegmatum. Paucíloquium.

*Eodem libro.*

Antiſthinem, quoniã multa cõſcripſit uolumina, Timon appellare ſolet *παντοφυῆ φλέδωνα*, id eſt: ingenioſum nugatorẽ. Nõ tamẽ dixit *ἐυφυῆ* ſed *παντοφυῆ*, quòd ingenio ad quiduis uerſatili uaria tractaret argumenta, & in his quædam parum digna Philoſopho.

*Ibidem.*

Bion Boryſtenites cuidam immodicè loquaci, ut ſibi ſubueniret, oranti reſpõdens, abunde tibi morem geram, ſi aduocatos miſeris, non ueneris ipſe.

*Ibidem.*

Zeno Cittieus ad Ariſtonem diſcipulũ multa temere garrientem, quædam etiã præcipitanter, confidenterq́; fieri: inquit, nõ poteſt quin te pater ebri' proſeminarit: oderat futilem loquacitatem, ipſe in dictis tum breuis tum grauis. Idem & Diogeni adſcribit.

*Idem*

Elegãter ac politè loquentium ſermones, aiebat, eſſe ſimiles pecuniæ Alexandrinæ, oculis blandienti, ac undiq; ſcripturã habenti, more nomiſmatis, nihilo tñ eſſe meliorẽ. Rurſus qui magis ſtuderẽt utilia dicere q̃ nitida, ſimiles eſſe dicebat, tetradrachmis, temere ac ruditer percuſſis, quę ſępe picturatis illis numis pręponderarent. In nũmo non ſpectatur elegantia ſcripturæ, ſed pondus ac materia: ita non refert quàm ſit elegans oratio, ſed quàm grauis & utilis. Oratio grauis.

*Idem*

Ad quendam dicentẽ, breues eſſe philoſophorum ſentẽtias, uera prædicas, inquit, oportet enim & ſyllabas illorum, ſi fieri poſſet, eſſe breues. Veritas multis uerbis non eget, & rectius meminimus, quæ paucis uerbis cõprehenſa ſunt. Breues philoſophorũ ſententiæ. Paucíloquus.

*Euripides.*

*Simplex ueritatis oratio.*

LINGVA LVBRICA ET PRAECEPS.

*Eraſmus lib. 7. Apophthegmatum.*

Zeno Cittieus dicere ſolebat : ſatius eſſe labi pedibus, quàm lingua: eoq́; conuiuia quantum poterat uitabat, quod ibi ſolutus uino, & aliorũ fabulis prouocatus, facilius labi poſſet.

*Idem lib. 2. Apopthег.*

Chilo Lacedæmonius ſapiẽs dicebat, non committendum, ut lingua præcurreret animum: admonens prius cogitandũ, quid loquaris, quàm lingua prorumpat in uerba. Neſcit eñ uox miſſa reuerti: Cogitatio prior poteſt corrigi poſteriore meliore, ut habet prouerbium, uox non item.

Idem pręcipiebat linguam, quum aliâs ſemper, tum præcipuè in conuiuio continendam, quòd illic cibus ac potus inuitet ad intemperantiã. Porrò ubi plus eſt periculi, ibi maior adhibenda eſt ratio.

*Ibidem.*

Idẽ rogatus, q̃d eſſet difficile : arcanũ, inquit, reticere. Tãta eſt linguæ omnium maximè uolubilis incõtinentia, quũ alioqui nihil uideatur facilius, quàm tacere.

*Idem.*

Adole-

Adoleſcenti cuidam multa garrienti, aures, inquit, tuæ in linguam defluxere: ſubmonens adoleſcentis eſſe audire multa, loqui pauca.

*Ibidem.*

Idem adoleſcentem multa temere garrientem, hoc dicto corripuit: ob id binas habemus aures, os unicũ, ut plurima audiamus, loquamur pauciſſima.

*Ibidem.*

Idem iuueni confidenter loquenti, nõ dixerim, inquit, O adoleſcens, quæ mihi ſuccurrunt: ſubnotans è ſermonis procacia colligi & morum impudicitiam.

*Ibidem.*

Ptolomęi legatis, qui multos eruditos ad conuiuiũ inuitarũt, percunctantibus, quid de ipſo regi ſuo eſſent renũciaturi, ait, uidiſſe uos ſenem, qui in conuiuio tacere nouerit: quum enim cæteri ad oſtẽtatiõem multa dixiſſent, unus Zeno perpetuum tenuit ſilentium.

Theophraſtus Oreſius dicere ſolitus eſt, potius eſſe fidendum effreno equo, quàm uerbo incompoſito: nemo nõ metuit inſidere equo infreni, at plus eſt periculi à lingua effreni. Lingua effrenis.

*Eraſmus lib. 7. Apopthegmatum.*

Ariſtoteles, cum apud eũ garrulus quidam multa eſſet nugatus, & tandem dixiſſet, fortaſſis obſtrepo tibi nugis meis, non hercule, inquit, neq; enim aduerti animum.

*Ex lingua propagantur plerunq; bona, ſæpe etiam magna mala.*

Ægyptiorum regẽ periclitandi gratia, cuiuſmodi foret in Pittaco prudẽtia, proditum memoriæ eſt, integri animalis carnes ad eum tranſmiſiſſe, petentem, ſecerneret inde quod optimum cenſeret, rurſusq; quod peſſimum. At is unam modo linguam eximens ad eũ referri iuſſit: ſymbolicè innuẽs atq; opertè, in ea corporis parte portioneq;, ingẽtium ſæpe bonorũ latere fomites, nec deeſſe tamẽ, ſi prodigi ſit & infrenis, maximarum cladium organũ: Hinc apud Euripidẽ, Ino audacius aſtruit, tenere ſe tacendi tempora, atq; itẽ loquẽdi. Cœlius Rodiginus li. 7. lectionum antiquarum cap 26.

Nauem uentis abreptam anchoris infrenamus, ad rapiditatis hebetandã uim, ſermo ex ore uelut portu excurrens, ſtationem nanciſcitur nullam, neq; ut Gręci dicunt, ἀγκυροβάλλειν, id eſt, anchoræ iactum fruſtra ſuccinueris communem futilium locutorum ἐπωδὸν, dum uerbis humidis & lapſantibus defluunt. Hæc nemini dixeris, ſile, apud te ſint iſta.

Sacris ſilentij myſterijs initiari præſtiterit, ac altius cõtemplari, quãto maiore proſequamur admiratione, ampliusq; amemus, ſapientiores arbitrati, uerbis parcentes: & ut græci expreſſius dicũt στρογγύλους καὶ βραχυλόγους, quàm hoſce effrenes, quos raptari temerè uideas, dũ ſenſuum efficiunt inuolucra, & uerborum inſtrepunt uoluminibus, ac uocum turba. At illorum præparcus ſubſtrictusq; ſermo, uerbis eſt modicus, ſenſu latè ſeſe fundit, & expatiatur. Hoſce admirans Plato ita laudat, ut acerrimis iaculatoribus perſimiles dicat οὖλα καὶ πυκνὰ καὶ συνεστραμμένα φθεγγομένους.

A ſapientibus rectè dictum eſt, dicẽdi quidẽ homines eſſe nobis magiſtros, tacendi autem Deũ nos habere præceptorem: quãdo in ſacris myſterijsq; fauere linguis iubemur.

*Theognides.*

Ἀργαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πόλλ' ἀγορεύειν, καὶ σιγᾶν αἰεὶ· τοῦτο γὰρ ἀδύνατον, id eſt: Indecorum eſt apud prudentes multa loqui, perpetuo autem tacere impoſſibile eſt.

*Tutius eſt tacere quàm loqui.*

Egregia eſt Simonidis ſententia, quem dicere ſolitum Hiſtorici referũt, ὅτι λαλήσας μὲν πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δ' οὐδέποτε, Id eſt: Locutum eſſe pœnituit ſæpe, tacuiſſe nunquàm. Hinc & Pythagoricos Atheneus ſcribit, animantes quidem attigiſſe reliquas, uerum moderatè quaſdam immolaſſe: Piſces autem nec guſtaſſe omnino, Echemythiæ, id eſt, ſilẽtij ratione: quippe ſilentium eſſe opinantur quiddam diuinum, piſces uerò proſfus ſine uoce animaduertuntur: uel paræmia ſuffragante apud Lucianũ, cæteroſq; item magis mutos piſce. Taciturnior Pythagoreis: de uehementer taciturnis prouerbium hoc dicitur, ſumptum à Pythagoræ ſcola, in qua quinquenne ſilentium indicebatur auditoribus. Eraſmus in Chiliadibus, Laërtius lib. 8. De uitis Philoſophorum.

*Seneca epiſtola centeſima decima ad Lucilium.*

Nihil æquè proderit ad quietem cōmodam retinendā, quàm quieſcere, & minimū cum alijs loqui, plurimum ſecum. Eſt quędam dulcedo ſermonis, qui irrepit & blāditur, & nō aliter, quàm ebrietas aut amor, ſecreta producit. Nemo quod audierit tacebit, nemo quātum audierit loquetur: qui rem non tacuerit, non tacebit autorem: habet unuſquiſqꝫ aliquem cui tantum credidit, quantum ipſi creditum eſt, ut garrulitatem ſuam cuſtodiat, & cōtentus ſit, unius auribus populū faciet: ſic quod modo ſecretum erat, rumor eſt.

*Cantor Solenſis.*

Adoleſcente quodam audacius q̄ par erat loquēte. Nullus ne, inquit, hūc ἀστραγάλῳ, id eſt, talo excipiet? Verboſo item cuidam, ignauo & moleſto:

Ἀκολας, *inquit,* ὁμιλεῖν γίνεται δουλῶν τέκνα. *i.*
*Obſcena nati ſeruorum loqui ſolent.*
*Loquaci item obtundenti, nimio uerborum ſtrepitu:*
*Ne malam quidem, inquit, nutricem nactus es,*

Laërtius de uitis Philoſophorū li. 4.

Refert idē Anacharſis Scythæ imagini inſcriptum fuiſſe, continēdum ſcilicet eſſe lingua, uentre, & pudendis, id eſt, abſtinendum à loquacitatē, gula, & uenere.

# LVCTVS.

DEFVNCTI NON SVNT DEflendi, *nec contumelijs lacerandi.*

*Homerus 24. Iliad.*

Ἴσχεο μηδ᾽ ἀλίαστον ὀδύρεο σου κατὰ θυμόν,
οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχήμενος υἱέος αἰνῶς,
οὐδέ μιν ἀνστήσεις πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθησθαι, Id eſt:

*Suſtineas, neq; uiuus in animo tuo lugeas:*
*Nihil enim proficies, utcunq; grauiter ob filium dolēs,*
*Nec excitabis eū prius, quàm et alia calamitas accidat.*

*Volateranus ita uertit, capite de uitæ fragilitate lib. 31. Philologiæ.*

*Deſine, nec doleas, nil ſemper proficis uſq;,*
*Nec ſemel extinctum lachrymis reuocabis ab* Orco:
*Fata dedere homini, patientius omnia ferre.*

Ibidem Homerus.

Μέλλει μέν που τίς καὶ φίλτερον ἄλλον ὀλέσσαι,
ἠὲ κασίγνητον ὁμογάστριον, ἠὲ καὶ υἱόν,
Ἀλλ᾽ ἤτοι κλαύσας καὶ ὀδυράμενος μεθέηκε.
τλητὸν γὰρ μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποις. *i.*
*Perditurus eſt aliquis olim etiā chariorem ſibi multò,*
*Siue fratrem germanum, ſeu filium quoq;,*
*Veruntamen luctum, doloremq; remittit:*
*Patientem namq; hominibus facta dedēre animum.*

*Idem 19.*

Γαστέρι δ᾽ οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς, Id eſt:
*Non licet inani deflere mortuum uentre.*

*Steſichorus.*

Ἀτέλεστα γὰρ καὶ ἀμήχανα τοὺς θανόντας κλαίειν, Id eſt:
*Lugere mortuos, res eſt infinita, & inops conſilij.*

*Euripides in Menalippe.*

τί τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς τεθνηκέναι
καὶ τὰ ἐκχυθέντα συλλέγεις ἀλγήματα, Id eſt:
*Quin tu defunctos obijſſe ſinis,*
*Et effuſos dolores colligis?*

*Idem.*

τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισιν κατθανεῖν μένει κοινά·
δ᾽ ἔχοντες αὐτὸ κοινὰ πάσχομεν πάντες· τὸ
γὰρ χρεὼν μεῖζον, ἢ τὸ μὴ χρεών, Id eſt.
*Omnibus hominibus obeunda mors eſt:*
*Quum igitur communis ſit, patimur etiam communia*
*Omnes: fati enim maior ius eſt, quam ubi fatum abeſt.*

*Archilochus.*

Κήδεα μὲν στονόεντα, Περίκλεες, οὔτε τις ἀστῶν μεμφόμενος θαλίῃς τέρψεται, οὐδὲ πόλις· τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης ἔκλυσεν, οἰδαλέους δ᾽ ἀμφ᾽ ὀδύνῃ ἔχομεν πνεύμονας· ἀλλὰ θεοὶ γὰρ ἀνηκέστοισι κακοῖσιν ὦ φίλ᾽ ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν φάρμακον, ἄλλοτε δ᾽ ἄλλος ἔχει τόδε· νῦν μὲν ἐς ἡμέας ἐτράπεθ᾽ αἱματόεν δ᾽ ἕλκος ἀναστένομεν, ἐξαῦτις δ᾽ ἑτέρους ἐπαμείψεται· ἀλλὰ τάχιστα τλῆτε, γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι. Id eſt.

*Aerumnis luctuoſis ô Pericles, neq; ciuis aliquis,*
*Neq; ciuitas laborās & conquerēs, epulis delectabitur:*
*Illos enim fluctus tumultuoſi maris*
*Fregit: nos autem tumidos præ doloribus habemus*
*Pulmones, uerum dij maximis malis*
*O amice, duram patientiam addiderunt,*
*Remedium: quod aliàs alius habet: nunc quidē ad nos.* Patientia mala anchora: Itali cū Prouer.
*Verſum eſt, & cruentum ulcus ſuſpirijs gemimus:*
*Aſt aliàs uiciſsim alios afficit, ſed age ſtatim*
*Patientes eſtote, muliebri luctu depulſo.*

Plato

*Plato in lib. 10. de repub.*

ἀνὴρ ἦν δὲ ἐπιεικὴς, τοίας δὲ τύχης μετασχὼν, υἱὸν ἀπολέσας ἤτι ἄλλ' ὧν περὶ πλείσου ποιεῖτε ἐλέγομεν που καὶ τότε ὅτι ῥᾷστα οἴσει τῶν ἄλλων, id eſt:

Vir probus, menteq́ prӕditus tali, ſi filium amiſerit, aut aliquid aliud ſibi chariſſimum: facilius quàm cӕteri feret, quẽadmodum diximus.

*Ibidem.*

Quum homo circa idẽ ſimul cõtrarijs motibus agitetur, neceſſario duo quædã illa eſſe dicimus: alterum quidẽ legi obtemperare paratum eſt, utcunq; iniunxerit. Quo pacto? Lex utiq; dicat optimũ eſſe, in aduerſis quàm maximè fieri poteſt, quietem agere, neq; conqueri: quod incertum ſit, bonũmue id ſit, aut malum quod accidit: tum quod nihil dolor ad ſequẽtia conferat, neq; ulla humanarum rerum magnipendẽda ſit ei; quod ſubito prӕſidio eſſe poteſt, dolor impedimẽto ſit. Cui inquis? Conſultare, inquam, circa ea quӕ acciderunt in primis oportet, & tãquàm in teſſerarum iactu, prout cecidit, quomodocunq; ratio rem melius habere dicat, negocia diſponere. Neq; uerò ſi quid aduerſi inciderit, proſternere nos debemus: atq; ut pueri ſolent, cũ offendunt in lapidem procidentes circa id quod læſit, eiulando moram trahere: ſed animum adſuefacere, ut ad ſanãdum preſto adſit, & quicquid ęgrotat, dimiſſis lamentationibus corrigat. Opportunũ hoc quidem eſt, aduerſus fortunę ictus remedium. Quod ſanè optimũ eſt ratiõi, huic libenter obtemperat, conſtat: quod uerò ad perturbatiõis recordationem, luctũq; rapit, in eiſq; diutius detinet irrationale eſt, languidum, formidulosum, ita dicendum.

*Dolor nihil facit ad exterminãdas aduerſitates.*

*Ennius.*

*Nemo me lacbrymis decoret, nec funera fletu.*
*Faxit, cur? uolito cuncta per ora uirum.*

*Cicero in quæſt. Tuſ. Volateranus lib. 31. Philologiæ.*

*Solon Athenienſis.*

*Mors mea non careat lacbrymis, linquamus amicis*
*Mærorem, ut celebrent funera cum gemitu.*

IN DEFVNCTOS NON EST *exercenda contumelia.*

*Volateranus lib. 31. Philologiæ.*

Memoriã defunctorũ uenerari omnes ſcriptores ferè prӕcipiunt.

*Demoſthenes.*

τοῖς ζώοις πᾶσι ὕπεσι ἢ πλεῖον ἢ ἔλαττον φθόνος, τοὺς τεθνεῶτας δ' οὐ τῶν ἐχθρῶν τις ἀτιμάζει, id eſt: cuncta quidem animalia, inuidiam aliquam, ſiue paruam, ſiue magnã ſubeunt. Mortuis etiam inimici parcũt.

*Timocles.*

Mortuis miſericordia Deusq́ propitius optandus: uiuis innocua inuidia.

*Steſichorus.*

θανόντος ἀνδρὸς οὐ πᾶσα ἀπολείπεται χάρις, Id eſt: Morientem hominem, non omnis gratia deſerit.

*Archilochus.*

οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπὶ ἀνδράσιν, Id eſt: Ne mortuorum hominum bonis obtrecta: quę quidem res maximè damnatur. Ex quò Sophocles quæritur φεῦ φεῦ τοῦ θανοντος ὡς ταχὺς βροτοῖς χάρις διαῤῥεῖ, Id eſt: Heu, heu, quàm cito mortuorum gratia mortalibus defluit. Homerus de corpore Hectoris dehoneſtati: κωφὴν γὰρ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων, Id eſt. Quid niſi mutatam, fœdat moribundus harenam. Moſchion eãdem ſecutus ſentẽtiam, uanum, inquit, defuncti hominis umbram laceſſere. Et Plautus, ait, nõ niſi laruas, cum mortuis luctari, cum Pollio orationem aduerſus eum ſcriptam reſeruaret, poſt mortem ædendam.

*Cũ laruis luctari dictum prouerbialiter.*

Zoilus Homeromaſtix librũ, in Homeri uituperationem Ptolomæo Philodelpho dicauit: cumq́ diu premiũ fruſtra expectaſſet, petere cœpit. an, inquit, Ptolomæus egere potes? Qui maior ſis Homero, ac uiuus: quum ille te inferior, ac mortuus, tot hominũ milia diu paſcat?

*Homerus 10. Odyſſeæ.*

οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν καυχάασθαι, *id eſt.*

*Nefas eſt, ſuper uiros defunctos gloriari.*

*Moſchion in Pheræis.*

Κενὸν θανόντος ἀνδρὸς αἰκίζειν σκιάν, *Id eſt.*

*Temerarium eſt, umbram hominis mortui affligere.*

Ζῶντας κολάζειν, οὐ θανόντας εὐσεβὲς, *Id eſt.*

*Viuos caſtigare decet, non mortuos.*

*Archilochus.*

*Malum eſt uiris defunctis conuiciari.*

*Euripides in Antigone.*

θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων τέλος
ἔχει, τί γὰρ τοῦδ' ἔστι μεῖζον ἐν βροτοῖς;
τίς γὰρ πετραῖον σκόπελον οὐτάζων δορὶ
ὀδύναισι δώσει. τίς δ' ἀτιμάζων νέκυς,
εἰ μηδὲν αἰσθάνοιντο τῶν παθημάτων, *Id eſt:*

*Mors hominibus contentionum finem.*

Habet:

*Habet: quid enim inter mortales morte maius eſſe pōte*
*Quis durum ſaxum haſta uulnerans*
*Dolore afficiet? & quis in mortuos contumelius dolorem eius cieat,*
*Quum nullam affectionem ſentiant?*

Aeſchilus in Hectore.

καὶ τοὺς θανοῦντας εἰ θέλεις εὐεργετεῖν
τὸ γοῦν κακουργεῖν ἀμφιδέξιως ἔχει,
(καὶ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι βροτούς:)
ἡμῶν γε μὲν τοι νέμεσις ἐσθ' ὑπερτέρα,
καὶ τοῦ θανόντος ἡ δίκη πράσσει κότον, Id eſt:

*Vita functos, ſi libet, beneficijs perſequere:*
*Nam iniuriam illis inferre, facile quidem factu eſt,*
*(Neq; gaudio neq; dolore mortales afficiantur.)*
*Verum Nemeſis ſuperior nobis eſt,*
*Et ipſa iuſtitia mortuum uindicat.*

Dionyſius in Sotera.

πρὸς τὸν τελευτήσαντα ἕκαστος κ' ἂν σφόδρα
ὢν ἐχθρὸς ἤ τις, γίνεται φίλος τότε, Id eſt:

*Homini mortuo unuſquiſq; licet admodum*
*Inimicus antea fuerit, conciliatur.*

Euripides in Phœniſſis.

τοῖς γὰρ θανοῦσι χρὴ τὸν ἐν τεθνηκότα,
τιμὰς διδόντα χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν, id eſt.

*Decet ut qui uiuunt, mortuis*
*Honores tribuendo, infernale numen colant.*

Archilochus, alias Timocles.

τοῖς μὲν τεθνεῶσιν, ἔλεος ἐπιεικὴς θεός,
τοῖς ζῶσι δ' ἕτερον ἀνοσιώτατον, φθόνος, id eſt.

*Mortuos miſericordia benignum numen ſequitur:*
*Viuentes autem aliud infeſtiſſimum, inuidia.*

Sophocles in Lariſſæis.

μηδὲ τῷ τεθνηκότι
τὸν ζῶντ' ἐπαρκεῖν αὐτὸν ὡς θανούμενον, id eſt:

*Oportet autem mortuo*
*Viuentem inſeruire, & auxiliari, utpote moriturum & ipſum.*

Mimermus in Neoptolemo.

δεινοὶ γὰρ ἄνδρι πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ
ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι, id eſt:

*Inſigni cuipiam uiro proni ſumus omnes*
*Inuidere uiuo, mortuum autem laudare.*

Sophocles in Aiace.

μενέλαε μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφὰς
μὴ τ' αὐτὸς ἐνθανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ, id eſt.

*O Menelae, qui ſermonem habuiſti ſequentem, uide*
*Ne tu ipſe fias iniurius mortuis.*

Moſchion Poëta Syracuſanus Ariſtarchi familiaris.

τί κέρδος οὐκ ἔτ' ὄντας αἰκίζειν νεκρούς;
τί τὴν ἄναυδον γαῖαν ὑβρίζειν πλέον;
ἐπὰν γὰρ ἡ κρίνουσα, καὶ τὰ ἥδιω
καὶ τὰ νιαρὰ, φροῦδος αἴσθησις φθαρῇ,
τὸ σῶμα κωφοῦ τάξιν εἴληφε πέτρου.
τὸν τετελευτηκότα, χίλον μὴ κακολόγει, ἀλλὰ μακάριζε, id eſt.

*Quid iuuat mortuos, qui non amplius ſunt, affligere,*
*Aut mutam terram contumelijs afficere?*
*Poſtquàm enim, qui iucunda diſcernit*
*Et moleſta, ſenſus iam interierit,*
*Corpus in poſterum inſtar eſt ſurdæ petræ.*
*Defunctum Chilon non maledictis afficias, ſed beatum prædices.*

Plato lib. 5. de republica.

Ἀνελεύθερον δὲ δοκεῖ καὶ φιλοχρήματον νεκρὸν συλᾶν, καὶ γυναικείας, καὶ σμικρᾶς διανοίας τὸ πολέμιον νομίζειν τὸ σῶμα τοῦ τεθνεῶτος, ἀποπταμένου τοῦ ἐχθροῦ λελοιπότος δὲ ᾧ ἐπολέμει: ἢ οἴει τι διάφορον δρᾶν τοὺς τοῦτο ποιοῦντας τῶν κυνῶν, αἳ τοῖς λίθοις οἷς ἂν βληθῶσι χαλεπαίνουσι, τοῦ βάλλοντος οὐχ ἁπτόμεναι: οὐδὲ σμικρόν ἔφη, ἐατέον ἄρα τὰς νεκροσυλίας, καὶ τὰς τῶν ἀναιρέσεων διακωλύσεις, Id eſt:

An non illiberale quiddam, cogitationiſq; auaræ, muliebris, ac uilis eſſe uidetur, cadauer expoliare, hoſtemq; putare mortui corpus, cū aduerſarius ipſe abierit, eo quo pugnabat relicto? Num cenſes eos, qui hoc agunt, differre à canibus, aduerſus iactos lapides iraſcentibus, eo qui iacit dimiſſo? nihil equidem differre arbitror, quare à rapinis huiuſmodi abſtinē dum eſt, uictoriæ namq; obſunt.

*Item libro undecimo legum.*

Opportunè uidemur in ſuperioribus narraſſe, defunctorum animas uim quādam habere, qua de reb' humanis curam habent: id uerum quidem, ſed longa oratione approbatur. Quamobrem & alijs tritis, antiquiſq; de hac re ſermonibus, & legum latoribus ſic ſe habere iſta ſanciētibus credere debent, niſi omnino demētes ſint. Cum uerò hæc ita natura ſint, primum Deos maximè ſuperos timeāt, qui de puerorum deſolatione procurāt: deinde etiam mortuorum Manes, quibus natura ineſt, ut præcipua illorum cura teneantur, qui ab eis geniti ſunt, adeo ut honorantibus eos propitij, contēnentibus infenſi ſint.

*Prouerbium.*

Mortuū flagellare, pro uita defunctos inſectari, ac lacerare. Grecè νεκρὸν μαστίζειν. Eraſ. Chil. 1. Centuria 4.

*Euripides.*

τύμβῳ γὰρ οὐδεὶς πιστὸς ἀνθρώπων φίλος, id eſt:
*Nullus hominum fidus eſt amicus tumulo.*

*Menander.*

θανόν-

θανόντων δὲ καὶ λόγοι φίλων προδόται. id eſt:
*Mortuos etiam grati ſermones deſerunt.*

*Archilochus,*

οὔτις αἰδοῖος μετ' ἀστῶν καὶ περίφημος θανὼν γίγνεται. χάριν δὲ μᾶλλον τοῦ ζωοῦ διώκομεν ζωοί, κάκιστα δὲ τῷ θανόντι γίγνεται id eſt.
*Nullus inter ciues à morte honorabilis, aut clarus*
*Fit, ſed potius uiuentis gratiam aucupamur*
*Viui: peßimè autem erga mortuum agitur.*

*Sophocles in Aiace.*

φεῦ τοῦ θανόντος, ὡς ταχεῖα τοῖς βροτοῖς χάρις διαῤῥεῖ καὶ προδοῦσ' ἁλίσκεται. id eſt.
*Pape, quam cito apud homines mortui*
*Gratia diffluit, & deſerta apparet.*

*Steſichorus poëta Lyricus Volaterranus lib. 19. Philolog.*

Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ὄλλυτ' ἀνθρώπων χάρις. id eſt.
Quum defunctus eſt quiſpiam, omnis hominum gratia perit.

*Euripides.*

Ως σκαιὸς ἀνὴρ καὶ ξένοισιν ἄξενος,
καὶ μνημονεύων οὐδὲν ὧν ἐχρῆν φίλον:
Σπάνιον δ' ἄρ' ἦν θανοῦσιν ἀσφαλεῖς φίλοι
Κἂν ἀμόθεν ὦσι: τὸ γὰρ ἔχειν πλέον κρατεῖ,
τῆς εὐσεβείας ἣδ' ἐν ὀφθαλμοῖς χάρις.
Ἀπόλωλ', ὅταν τις ἐκ δόμων ἔλθῃ,
Χρόνος δ' ἀμαυροῖ πάντα κ' εἰς λήθην ἄγει.
id eſt.
*Quam agreſtis hic uir eſt, & hoſpitibus inhoſpitalis,*
*Et nulla in re ubi oportebat amici memor.*
*Rari planè ſunt amici, poſt funus conſtantes*
*Etſi prius coniunctißimi: Nam in præſentia habere præ pollet.*
Pulchra ſententia. *Gratia pietatis, quæ coràm fieri ſolebat,*
*Interit, cum quibus domo effertur.*
*Tempus obſcurat omnia & obliuione inuoluit.*

Laudare defunctos uetus eſt conſuetudo, cœpitq; apud Græcos iam inde à Pericle, qui, teſte Thucydide, prius defūctos in bello Peloponeſiaco pro concione laudauit. Apud Romanos uero Valerius Publicola primus collegam ſuum Brutum, (ut eſt apud Liuium) commendauit. Volaterranus li. trigeſimo primo Philologiæ, hæc & alia de ritibus antiquis mortuorum ſepeliendorum.

# MAGNANIMItas & contra Puſillanimitas.

MAGNANIMITAS uirtus eſt animi quæ ferre fortunā, infortuniūq; nomen & ignominiam, poteſt. Μεγαλοψυχία δέ ἐστιν ἀρετὴ ψυχῆς, καθ' ἣν δύναται φέρειν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν, καὶ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν.

Magnanimitas autem eſt ſtantem, reſtantemq; fortunam, nomen & ignominiam præclarè ferre, ac neq; uoluptatem neq; clientelam, neq; poteſtatem, neq; uictorias eas, quę certando parantur, mirari: ſed aliquod in animo profundum ac ueluti pondus eſt, habere: id eſt.

Μεγαλοψυχίας δέ ἐστι τὸ καλῶς ἐνεγκεῖν καὶ εὐτυχίαν, καὶ ἀτυχίαν, καὶ τιμήν, καὶ ἀτιμίαν, καὶ τὸ μὴ θαυμάζειν, μήτε τρυφήν, μήτε θεραπείαν, μήτε ἐξουσίαν, μήτε τὰς νίκας τὰς ἐναγωνίους, ἔχειν δέ τι βάθος τῆς ψυχῆς καὶ μέγεθος, ἔστι δὲ μεγαλόψυχος, ὁ οὔτε τὸ ζῆν περὶ πολλοῦ ποιούμενος οὔθ' ὁ φιλόζωος ἁπλοῦς δὲ τὸ ἦθος, καὶ γενναῖος ἀδικεῖσθαι δυνάμενος καὶ οὐ τιμωρητικός: ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἁπλότης καὶ ἀλήθεια. Magnanimus quis ſit.

Eſt autem magnanimus is, qui nec uiuere faciat plurimi, nec uitam ipſam uehemēter amet, ſed ſimplici quodam animo, generoſoq; cum ſit ferre iniuriam abſq; uindictæ ſtudio, poteſt. Comes huius ſimplicitas & ueritas. Hæc Ariſtoteles in libello de uirtutibus, quem uir doctiſſimus Symon Gryneus, latinum fecit, ſummus meus amicus ex græco.

*Magnanimitas fortiter ſuſtinet & tolerat omnes fortunæ deterioris caſus.*

Democritus λύπην ἀδέσποτον ψυχῆς ναρκούσης, λογισμῷ ἔκκρουε id eſt.
Dolorem immorigerum, animæ torpentis ratione expellas.

*Idem.*

Μέγα δ' συμφοραῖς φρονεῖν ἃ δεῖ id eſt.
Magna res eſt in calamitatibus, ut par eſt ſapere.

*Idem.*

Μεγαλοψυχίη τὸ φέρειν πρᾴως πλημμέλειαν. i.

Magnanimitas eſt, leuiter ferre fruſtrationem.

Diogenes cum in caſus quoſdam aduerſos incidiſſet, dicebat, benefactum ô fortuna, quòd tam uiriliter præfueris. Idē, in huiuſmodi caſibus, alta uoce cātillabat.

Chilon Lacedæmonius ſapiens, cum quidam propter ſua mala doleret, dixit, ſi aliorum omnium mala perpenderis, minus ægrè feres tua.

Pithacus Mitilenæus, prudentium & magnanimorum uirorum officium eſſe dixit, ne quid màli fiat, cauere: fortium autem, id, quod factum eſt, moderatè & leniter ferre.

*Theobulus.*

τὰς δὲ τύχης μεταβολὰς γενναίως πειρῶ φέρειν καὶ μήτε εὐτυχῶν ὑπερήφανος ἴσο, μήτε ἀπορῶν ταπεινός, ἀλλὰ γίνου ταπεινὸς ἐφ' ἑκατέρας τύχης. id eſt.

Fortunæ mutationes fortiter ſuſtinere conator: Et neq; bona fortuna affluēs ſuperbias, neq; pauper animū deijcias, ſed in utraq; fortuna moderatus eſto.

*Phauorinus.*

Ἀνὴρ ἐν δὲ μεγαλοψυχίᾳ ἀληθινῇ καὶ φιλοσοφίᾳ τετραμμένος πρὸ τῶν ξυμφορῶν τὴν εὐθυμίαν ἐν τῇ γνώμῃ ἀπόθετον ἔχει: τὸ δὲ ἐξ ἑτέρου παρηγορίας χρήζειν, τὸν καιρὸν τῆς εὐθυμίας ὑπερβαίνει. Id eſt.

Vir in magnanimitate uera, & philoſophia educatus, antequam calamitates ingruant, animi tranquillitatem intra ſe reconditam habet: at in rebus aduerſis, aliena conſolatione opus habere, animi tranquillitatis modum excedit.

Dionyſius Halicarnaſſæus in Eglog. Xantippe, dixit, cum infinitæ mutationes, & remp. & ipſos occupaſſent, in omnibus ſimilem ſe uidiſſe Socratis uultum, & exeuntis domo, & denuo redeuntis: ad omnia enim moderatus & concinnus erat, quamobrem nihil unquam ipſum triſticia affecit.

*Seneca de uirtutibus.*

Magnanimitas ſi ultra modum ſuum ſe extollat, faciet uirum minacem, inflatum, tumidum, turbidum, inquietum, & in quaſcunq; excellentias dictorum & factorum neglecta honeſtate feſtinum, qui momentis omnibus ſupercilia ſubrigens, ut beſtiarius, inquietat, excitat, alium ferit, alium fugat: ſed talis, aut miſerum appetit finem, aut ærumnoſam ſui memoriam relinquit. menſura ergo magnanimitatis eſt, nec tumidum eſſe hominem, nec audacem.

*Ibidem.*

Eris magnanimus, ſi pericula nō appetas ut temerarius, nec formides ut timidus: nam timidum non facit animū, niſi reprehenſibilis uitæ conſcientia.

*Idem in epiſtola 37.*

Magnanimi eſt magna contemnere, & mediocria malle, quàm nimia.

*Epiſtola 66. idem.*

Magnanimo de rebus magnis iudicandum eſt: fortunacior eſt, qui omnia rerū diuerſarum onera rigida ſuſtollit ceruice, eo, qui ſupra fortunam extat: non mirum eſt in tranquillitate non concuti, illud mirari, ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur, ibi ſtare, ubi omnes iacent.

*Idem epiſtol. 22.*

Magnanimus ſtat rectus, ſub quolibet pondere: nulla res illum minorem facit, nil illi eorum, quæ ferenda ſunt, diſplicet. quicquid in hominem cadere poteſt, in ſe cecidiſſe non conqueritur, uires ſuas nouit, uincit fortunam uirtute.

*Idem lib. de moribus.*

Nihil magnum eſt in rebus hnmanis, niſi magno animo deſpicias.

*Ibidem.*

Magnanimitatis eſt proprium uerè, ſe nō ſentire percuſſum, in magnis enim ſera ad latratum canum, & lenta reſpicit.

*Cicero lib. 1. officiorum.*

Viros fortes magnanimos eſſe, eoſdem uolumus ueritaris amicos, minimèq; fallaces.

*Ibidem.*

Ad magnanimum pertinet, neq; pertur-

perturbatione animi neq; hominis, neq; fortunæ ſuccumbere.

Item ad talem pertinet, ea, quę uidentur acerba, ita ferre, ut nihil à ſtatu naturæ diſcedat, nihil à dignitate ſapientis.

*Ibidem.*

Magnanimitas eſt uirtus ſpontanea, difficilium aggreſſio, & rationabilis.

*Ariſtoteles.*

Cum autem animæ partes, ut Plato opinatur, tres ſint, partis illius, quę de agendis, omittendiſq; diſpicitur, prudentia uirtus eſt: qua ſuſtinentur infeſta, Manſuetudo & robur: qua adſciſcēdis idoneis cupiditas regitur, Sobrietas ac Cōtinentia: cōmunesq; partium omniū harum, iuſticia, liberalitas, ac magnanimitas. Stobeus in collectaneis, loco uel ſermone de uirtute.

Puſillanimitas eſt animi uitium, per quod neutram fortunam, nec honorem nec ignominiam ferre poſſunt, id eſt. *Μικροψυχία δέ ἐστι κακία ψυχῆς καθ' ἣν ἀδύνατοι εἰσὶ φέρειν, καὶ εὐτυχίαν, καὶ ἀτυχίαν, καὶ τιμὴν, καὶ ἀτιμίαν*. Ariſtoteles in libello de uirtutibus.

*Ibidem.*

Puſillanimitatis eſt, neq; honorem, neq; ignominiam, neq; felicitatem, neq; infelicitatem, neq; infortunia poſſe ferre: ſed honoratum quidem tumeſcere, & leui ſucceſſu proſpero auctum efferri, & ſubſultare: ignominiam autem ne minimam quidem ferre poſſe: & fruſtrationem quamuis, damnum & infortunium ingens exiſtimare, & de rebus conqueri omnibus, ac animo ferre iniquo.

Cæterum puſillanimis talis eſt, ut omnes neglectus contumeliam uocet & ignominiam, quamuis per imprudentiam uel obliuionem admiſſos. Comitantur autem puſillanimitatem ſordes, querimonia, diffidentia, humilitas, id eſt.

*ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μικροψυχίᾳ μικρολογία, μεμψιμοιρία, δυσελπισία, ταπεινότης.*

# MALEVOLENtia. *Gaudia capta ex malis alienis. Indignatio.*

*Cicero Tuſcul. Quæſt.*

MALEVOLENTIA eſt ex malo alterius uoluptas, ſine emolumento ſuo: Græcis dicta *χαιρεκακία* Indignatio eſt mediocritas inuidiæ et maleuolentiæ.

Gaudium captum ex alienis malis ac calamitatibus, eſt execrabile, & aduerſus naturam.

*Ariſtoteles lib. 2. Ethicorum.*

Cernuntur autem in ijs ægritudinibus & uoluptatibus omnibus, quæ ob eas res ſuſcipiuntur, quæ proximè eueniūt: qui enim indignatur, is dolet illorū rebus ſecūdis, qui iniuria ijs fruūtur: inuidus hunc uincens, dolet rebus omnibus: at maleuolus tantum abeſt ut doleat, ut etiam capiat uoluptatem.

*Menander.*

*Ταῖς ἀτυχίαις μὴ ἐπίχαιρε τῶν πέλας,*
*Πρὸς τὴν τύχην γὰρ ζυγομαχεῖν οὐ ῥάδιον.* i.
*Ne gaudeas ob infortunia proximorum:*
*Fortunæ enim reluctari difficile eſt.*

*Idem.*

*Οὐκ ἐμὸν αὖ οἴγειν λανθάνουσαν ἀτυχίαν*
*ἐστ', ἀλλὰ κατακαλύπτειν φημὶ δεῖν* id eſt.
*Non meum eſt, latentem calamitatem*
*Aperire, ſed occultandam eſſe aio.*

*Euripides in Inone.*

*Μὴ σκυθρωπὸς ἴσθ' ἄγαν πρὸς τοὺς κακῶς*
*πράσσοντας, ἄνθρωπος γεγὼς* id eſt.
*Ne nimium ſeuerus & grauis eſto, ergo infeliciter*
*agentes, cum homo ſis.*

*Idem in Andromache.*

*Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων*
*οὐ πώποθ' ὕβρισ', αὐτοὶ ὀρρωδῶν παθεῖν.* id ē.
*Calamitatibus hominum infortunatorum*
*Nunquam inſultaui, metuens ne quid ipſe patiar.*

*Ibidem.*

*Εἰ δ' ἐγὼ πράσσω κακῶς*
*Μηδ' ἐν τῷ αὔχει, καὶ σύ τοι πράξειας ἄν.* id eſt.
*Quamuis autem ego ſim infortunatus,*
*Ne propter id glorieris: Nam tu quoq; talis fieri potes.*

*Alexis in Mileſijs.*

Ἐι μὴ γὰρ ὢν ἄνθρωπος ἀνθρώπου τύχαις
ὑπηρετήσω, οὐ φανήσομαι φρονῶν. id eſt:
*Niſi, cum homo ſim, humanis fortunis*
*Me accommodem, deſipere uidebor.*

*Nemini ſuæ calamitates exprobrandæ*
*ſunt, communis enim eſt for-*
*tuna.*

*Heſiodus in operibus.*

Μὴ ποτέ δ᾽ οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
τέτλαθ᾽ ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.
id eſt.

Ne unquam cuiquam ſeram pauper-tatem animum rodentem obijcere ſuſtineas, donum immortalium Deorum.

*Sophocles in Aiace.*

Πρότερα δ᾽ εἰπέ μοι τίν᾽ αἵρεσιν λάβοις
φίλους ἀνιῶν αὐτὸς ἡδονὰς ἔχειν,
ἢ κοινὸς ἐν κοινοῖσι λυπεῖσθαι ξυνών; id eſt:
*Dic mihi primum, utrum malles,*
*Amicos moleſtando, uoluptates habere ſolus,*
*Aut unà cum ipſis communi dolore affici.*

*Iſocrates ad Demonicum.*

Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς: κοινὴ γὰρ ἡ τύχη
καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον. id eſt:

Nemini calamitatem obieceris: communis enim fortuna eſt, & quid futurũ ſit, non liquet.

*Democritus Philoſophus.*

Οἷσιν ἡδονὴν ἔχουσιν αἱ τῶν πέλας ξυμφοραί, οὐ ξυνιᾶσι μὲν ὡς τὰ τῆς τύχης κοινὰ πᾶσιν, ἀπορέουσι δὲ οἰκίης χαρᾶς. id eſt:

Quibus infortunia proximorum uoluptati ſunt, illi non intelligunt, fortunæ caſus omnibus eſſe communes, & propriam gaudendi cauſſam non habẽt.

*Chilo Sapiens.*

Ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα, κοινὴ γὰρ ἡ τύχη.
id eſt:

Infortunatum ne irriſeris, communis enim eſt fortnna.

*Aeſchylus in Agamemnone.*

Τῷ δυσπραγοῦντι δ᾽ ἐπιστενάχειν πᾶς τις
ἕτοιμος.
Δῆγμα δὲ λύπης οὐδὲν ἐφ᾽ ἧπαρ προσικνεῖται,
καὶ νυκτὶ δὲ χαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς, id eſt.

Infeliciter agenti quiuis condolere, & unà ſuſpirare promptus eſt.

Morſus doloris autẽ nullus ad hepar penetrat: ſic multi etiã gaudia præſeferũt nocti ſimiles, & riſum uultu inuito ui exprimunt.

*Philemon in Anacalyp.*

Λυπούμενος δ᾽ ὅταν τις ἀκολουθῶν λέγῃ,
Χαῖρε, ἐξ ἀνάγκης οὗτος οἰμώζειν λέγει. id eſt.
*Si quis triſtantem aliquem ſequutus, ei dixerit:*
*Salue, neceſſario ipſum lugere iubet.*

ὅτι οὐ χρὴ ἐπιχαίρειν τοῖς ἀτυχοῦσιν
*Id eſt. Non eſſe gaudendum*
*ob alienas cala-*
*mitates.*

*Demoſthenes in oratione pro Corona.*

Ἐγὼ δὲ ὅστις ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπῳ
τύχην προφέρει, παντελῶς ἀνόητον
ἡγοῦμαι: ἣν γὰρ ὁ τὰ βέλτιστα πράττειν
νομίζων καὶ ἀρίστην ἔχειν οἰόμενος, οὐκ
οἶδεν εἰ τοιαύτην διαμενεῖ μέχρι τῆς
ἑσπέρας, πῶς χρὴ περὶ ταύτης λέγειν
ἢ πῶς ὀνειδίζειν ἑτέρῳ. id eſt.

*Ego illum plane ſtolidum eſſe iudico,*
*Qui cum homo ſit, homini fortunam exprobrat.*
*Quomodo enim conuenit de fortuna gloriari,*
*Vel eam obijcere alteri, illum qui ipſe neſciat, an ſibi*
*conſtans uel ad ueſperum*
*Permanſura ſit, quamuis in præſentia ſe quàm*
*Optimè, & uitam feliciſsime agere putet.*

*Herodotus lib. 3. hiſtoriarum.*

Ἄμασις Πολυκράτει ὧδε λέγει. ἡδὺ μὲν πυνθάνεσθαι ἄνδρα φίλον καὶ ξεῖνον εὖ πρήσσοντα· ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσιν, ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον ὡς ἔστι φθονερόν. καί κως βούλομαι καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἂν κήδωμαι, τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δὲ προσπταίειν, καὶ οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων, ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα. οὐδένα γάρ κω λόγῳ οἶδα ἀκούσας ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε πρόρριζος, εὐτυχέων τὰ πάντα. id eſt.

Mihi quidem feliciter agi cum uiro amico meo & hoſpite audire uoluptati eſt, tamẽ tuæ magnæ proſperitates mihi non placent, qui intelligo quàm inuidũ numen ſit. Quod ad me attinet, malim tum meas ipſius, tum eorum, qui mihi curæ ſunt res nunc proſperas ire, nunc contra, & per uarias fortunæ uices æuum traducere, quàm in omnibus mihi

bus mihi proſperè cedere. Nullius enim unquam mentionem audiui, qui ubiq; ſucceſſus ex animi ſententia habuerit, & tandem malè finiens non funditus ſit euerſus.

*Socrates.*

τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατρούς, τοῖς δ᾽ ἀτυχοῦσι φίλους δεῖ παραινεῖν. id eſt.

Medicos egrotis, amicos infortunatis conſulere oportet.

*Cicero lib. 3. epiſt. familiarium ad Appium Pulchrum.*

At mihi tamen antequam in prouinciam uenirem, redditæ ſunt à te literę, quibus etſi Tarſum proficiſci demonſtrabas, tamen mihi non dubiam ſpem cōueniendi mei afferebas, cum interea, credo equidem maleuoli homines (latè enim hoc patet uitium, & eſt in multis) ſed tamē probabilē materiā nacti ſermonis, ignari meæ cōſtantiæ, conabātur alienare à te uoluntatem meam, qui te forum Tarſi agere, ſtatuere, decernere multa, iudicare dicerent, quum poſſis ſuſpicari iam tibi eſſe ſucceſſum, quę ne ab ijs quidem fieri ſolerent, qui breui tempore ſibi ſuccedi putarent: Horum ego ſermone non mouebar, quum etiā credas mihi uelim, ſi quid tu ageres, leuari me putabam moleſtia, & ex annua prouincia, quæ mihi longa uideretur, propè iā undecim menſium prouinciam factam eſſe gaudebā, ſi abſenti mihi unius menſis labor detractus eſſet.

*Infortunatos opus habere condolentibus.*

*Sophocles in Thyeſte.*

Ἔνεστι γάρ τις καὶ λόγοισιν ἡδονή,
λήθην ὅταν ποιῶσι τῶν ὄντων κακῶν. id eſt.
*Ineſt etiam uerbis quædam uoluptas,*
*Cum obliuionem inducunt malorum.*

*Menander.*

*Plurimum poteſt apud infortunatos*
*Præſentes ſibi uidere qui condoleant.*
*Cui corpus malè affectum eſt,*
*Is opus habet medico: qui autem animo amico*
*Triſtitiæ mederi nouit, beneuolus amicus eſt.*

*In Olynthiacis Philippus.*

*Non difficile eſt alicui male affecto,*
*Illum qui bene appetit cibum, dicere, ne doleas,*
*Et pugilem increpari ab illo, qui illum*
*certamen ſubeat, ipſum uero pugnare*
*non eſt facile: adeo inter ſe differunt, dictum & factum.*

*Sotion in lib. de Ira.*

*Conſolatio maximum eſt remedium triſtitiæ,*
*Luctum depellens, iramq́; obliuio cunctis*
*Naſcitur inde malis: ſed hoc etiam ſcitè dictum eſt,*
*Triſtanti quidem gratus & iucundus amici ſermo eſt,*
*Nimis autem deſipienti admonitionem & conſilium*
*præſtat.*

*Non gaudendum eſſe, ſed condolendum calamitoſis hominibus.*

*Euripides in Oeneo.*

Σχολὴ μὲν οὐχί, τῷ δὲ δυστυχοῦντί πως τερπνὸν τὸ λέξαι, κἀποκλαύσασθαι πάλιν. id eſt.

Non quidem uacat, ſed neſcio quomodo homini infelici, iucundū eſt narrare ſua mala, & ea denuo plorare.

*Idem in Andromeda.*

Συνάλγησον, ὡς ὁ κάμνων δακρύων μεταδοὺς ἔχει κουφότητα μόχθων. id eſt.

Condoleto, nam lachrymis fuſis ab ærumnis leuatur.

*Idem in Oeneo.*

Ἀμουσία τοι, μηδ᾽ ἐπ᾽ οἰκτροῖσι δάκρυ στάζειν. id eſt:

Ruſticitas quædam eſt, ne in miſerabili quidē fortuna lachrymas fundere.

*Idem in Ione.*

Σὺν τοῖς φίλοισιν ἡδὺ μὲν πράσσειν καλῶς, εἰ δ᾽
ἄρα συμβαίνοι τι δυσχερέστερον,
εἰς ὄμματ᾽ εὔνου φωτὸς ἐμβλέψαι, γλυκύ. id ē.
*Cum amicis proſperè agere iucundum eſt,*
*Siquid autem (quod abſit) malè contingat,*
*Viri beneuoli faciem coràm intueri iuuat.*

*Idem.*

Οὐκ ἔστι λύπης ἄλλο φάρμακον βροτοῖς,
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ φίλου παραίνεσιν,
ὅστις δὲ ταύτῃ τῇ νόσῳ ξυνὼν ἀνὴρ
μέθῃ τε ταράσσει καὶ γαληνίζει φρένα,
παραυτὰ δ᾽ ἥσθεὶς ὕστερον στένει διπλᾶ. id eſt
*Nullum eſt aliud hominibus remedium doloris,*
*Quàm boni, & amici uiri adhortatio:*
*Si quis autem hac ægritudine laborans*
*Solus perturbat, & uerum componit animum,*
*In præſentia gaudens, duplo poſtea dolore afficitur.*

*Callimachus.*

Κουφοτέρως τότε δειλὸν ἀποθλίβουσιν ἀνίαι,
ἐκ δὲ τριηκόντων μοῖραν ἀφεῖλε μίαν
ἢ ὅτ᾽ ἐς ἄνδρα συνέμπορον, ἢ ὅτε κωφαῖς
ἄγγελα μὰψ αὔραις ἔσχατον ἐξέρυγη. id eſt.

*Leuius tunc hominem dolores affligunt,*
*Et una pars ex multis aufertur:*
*Quum quis aut comiti ſuo, aut ſurdis*
*Auribus dolores poſtremo, quamuis temere narrauit.*

*Apollodorus in Lacana.*

Omnibus hoc innatum eſt, ut in fortunij tempore ſuauiſſimè afficiantur ab alijs condolentibus.

*Græce ita ſonant.*

φυσικὸν τοῦθ᾽ ἕκαστον ἐν ταῖς ἀτυχίαις, ὅς τοὺς ὁμοπαθεῖς ὀδύρεται ἥδιστα τοῦθ᾽.

*Sophocles in Aiace.*

Ἀλλ᾽ ὦ φίλοι, τούτων γὰρ οὕνεκ᾽ ἐστάλην
ἀρήξατ᾽ εἰσελθόντες εἰ δύνασθέ τι:
φίλων γὰρ τοῖοι δὲ νικῶνται λόγοις. id eſt.
*Sed ô amici, huius enim gratia ueni,*
*Opem ingreſſo ferte, ſi quam poteſtis:*
*Tales enim uincuntur amici ſermonibus*

*Menander comicus.*

Δερκίππη καὶ Μνησίππη τοῖς εἰρημένοις
ἡμῶν ὑπό τινος ἢ πεπόνθασι κακῶς,
Ἐστὶ καταφυγὴ πᾶσιν οἱ χρηστοὶ φίλοι:
Καὶ γὰρ ἀποδύρασθαι τὸ μὴ γελώμενον
Καὶ συναγανακτοῦνθ᾽ ὁπότ᾽ ἂν οἰκείως ὁρᾷ,
ἕκαστος αὐτῶν, τὸν παρόντα πάνυ τι
Τοῦτον μάλιστα τὸν χρόνον τοῦ δυσφορεῖν.
id eſt.
*Dercippe ac Mneſippe quicunq; noſtrum audiuerunt,*
*Aut affecti ſunt malè ab aliquo,*
*Omnibus confugium patet ad benignos amicos:*
*Nam cum abſq; ludibrio caſus ſuos lugere poteſt,*
*Et alium ſibi condolentem familiariter uidet,*
*Vnuſquiſq; præſenti maximè,*
*Quo minus ægrè ferat, leuatur tempore.*

*Philemon.*

τί ποτ᾽ ἐστὶν ἄρα διότι βούλεταί με ἰδεῖν
ἢ καθάπερ οἱ νοσοῦντες ἀλγοῦντες σφόδρα,
τὸν ἰατρὸν ἂν ἴδωσιν οὐκ ἀλγοῦσ᾽ ἔτι
οὕτως ἐπάν τις τυγχάνῃ λυπούμενος,
ἧττον ὀδύνεται φίλον ἐὰν παρόντ᾽ ἴδῃ. id eſt.
*Quid rei eſt, quod me uidere uult:*
*An ſicut ægrotantes in magno dolore,*
*Vbi uiderint medicum, non amplius dolent:*
*Ita cum quis triſticia dolet,*
*Minus habet doloris, præſentem intuitus amicum.*

*Menander.*

ἡδύ γε φίλου λόγος ἐστὶ τοῖς λυπουμένοις.
id eſt.
*Suaue quid eſt amici ſermo triſtantibus*

# MEDICINA,

*laus eius.*

MEDICINA, ſecundum Celſum li. 1. definitur, quaſi uia quædam (quã μέθοδον Græci nominant) eorum, quæ in morbis cõmunia ſunt, uel contemplatrix.

*Aſclepiades.*

Officium eſſe medici dicit, ut celeriter, ut iucundè curet. Idem Celſus lib. 3. ca. 4. de cur, diuer. gene.

*Laertius lib. 3. de uitis Philoſophorum.*

Architas Tarentinus dicebat 5. ſpecies eſſe medicinæ, aliam dici pharmaceuticen, quæ morbis medicata potione ſubueniat: aliam chirurgicam, quæ ſectione & uſtione curet: tertiam, quæ ſola uictus ratione & ordine arceat ægritudinem, appellariq; Dieteticen: quartam, quæ ex celeri diſcretione morborũ ſuccurrat ægris, uocariq; νοσογνωμικὴν: quintam, adiutricem dici, quod ſtrenuo auxilio, doloribus continuò liberet.

*Homerus lib. 11. Iliados.*

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
ἰούς τ᾽ ἐκτάμνειν ἐπί τ᾽ ἤπια φάρμακα πάσσειν. ſ.
*Vir medicus enim aliorum inſtar multorum eſt*
*In excidendis telis, & benigna pharmaca inſpergendo.*

*Eobanus ſic uertit.*

*Vir medicus ſiquidem multis uirtutibus unus*
*Præualet, ante alios multos, ſeu tela ſagaci*
*Corporibus defixa manu trahit, intima ſcrutans,*
*Mitia ſeu docta miſcet medicamina dextra.*

*Euripides.*

*Medicus ægritudini futurum tempus producens,*
*Melius ita medetur, quàm ſi corpus ſecaret.*

*Mimnermus contra medicos.*

*Sicut medici ſolent dicere,*
*Leues affectus multò maiores eſſe, & graues pluſquã*
*timendum ſit, exaggerant, ſeipſos ut extollant.*

*Philemon.*

ἀνθρώ-

ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι
ἐστίν, ποιῆσαι δ᾽ αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον. id eſt,
*Homini facilè eſt alij conſulere,*
*Ipſum uerò præſtare difficilis res eſt.*
*Quod in medicis apparere uideo,*
*Qui de continentia apud ægrotos per quàm benè*
*Omnes loquuntur: Deinde ubi morbo afficiuntur,*
*Ipſos facientes uidere eſt, quæ prohibebant:*
*Non eiuſdem eſt, ſcilicet dolere poſſe & contemplari.*

*Idem.*

*Nam neq; medicus ullus ſi diligenter circumſpicias,*
*Amicos ſuos benè ualere cupit:*
*Neq; miles ciuitatem ſine malo aliquo uidere.*

Philemon Iunior.

Τίς ἐστιν οὗτος; ἰατρός, ὡς κακῶς ἔχει
πᾶς ἰατρὸς ἂν κακῶς μηδεὶς ἔχῃ:
Μόνῳ δὲ ἰατρῷ τοῦτο καὶ συνηγόρῳ
ἔξεστιν ἀποκτείνειν μὲν ἀποθνήσκειν δὲ μή. i.
*Quiſnam hic eſt medicus? O quàm male habet*
*Quiuis medicus, ſi nemo male habuerit.*
*Soli medico & aduocato*
*Occidere licet impunè.*

*Medicus non poteſt omnes morbos curare.*

*Ouidius lib. 1. De Ponto, ad Ruffinum.*

*Non eſt in medico ſemper releuetur ut æger:*
*Interdum docta plus ualet arte malum.*
*Adferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,*
*Sanabit nulla uulnera cordis ope.*
*Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,*
*Nec formidatis auxiliatur aquis.*
*Cura quoq; interdum nulla medicabilis arte,*
*Aut ſi ſit, longa eſt attenuanda mora.*

*Medicina tempeſtiuè adhibenda, Ouidius libro 1. De remedio amoris.*

*Principijs obſta, ſerò medicina paratur,*
*Quum mala per longas conualuere moras.*

*Ibidem.*

*Temporibus medicina ualet, data tempore proſunt,*
*Et data non apto tempore uina nocent.*

*Libro 2. ibidem.*

*Nam quoniam uariant animi, uariabimus artes:*
*Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.*

*Demoſthenes in Olynthiaca.*

Καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγέντες· ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε, καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτε ἰσχὺν ἐντίθησιν, οὔτ᾽ ἀποθνήσκειν ἐᾷ. hoc eſt.

Miſſa facite huiuſmodi lucra, alimentis ſimilima, quæ medici ægrotantibus exhibent: nam illa nec uires augent, neq; mori ſinunt.

*Plutarchus in ſalubribus præceptis.*

Τῶν δ᾽ ἐλευθερίων τεχνῶν ἰατρική, τὸ μὲν γλαφυρὸν καὶ περιττὸν καὶ ἐπιτερπὲς εὐδοκιμίας οὐδενὸς ἐνδεέστερον ἔχει: θεωρητικὸν δὲ μέγα τοῖς φιλομαθοῦσι τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν ὑγείαν: id eſt.

Omnium artium liberalium nulla, quàm medicina, quæ minus elegantiæ, ornatus & iocunditatis complectatur: magnã tamẽ contemplationẽ de ſalute & ſuauitate ſui ſtudioſis exhibet.

Trochilus medicus interrogatus, qs perfectus medicus fieret, dixit, ille qui poſſibilia & impoſſibilia diſcernere poteſt. Stobeus in collectaneis Grȩcis, de medicina. Sermo. 100.

*Euripides in Bellerophonte.*

Πρὸς τὴν νόσον, τοι καὶ τὸν ἰατρὸν χρεὼν ἰδόντ᾽ ἀκεῖσθαι, μὴ ταὔτα τῇ νόσῳ πρέπῃ. id ē.
*Ad morbi naturam medicum quoq; oportet*
*Reſpicientem mederi: non imparata pharmaca*
*Exhibenda, niſi morbo conueniat.*

*Periſaulus Fauſtinus Poëta de Medicina ſic ſcribit.*

*Artem aliam Deus, & rerum natura repertrix*
*Inſtituere ſacram, quæ languida corpora morbo*
*Eriperent quouis, propriæ reditura ſaluti:*
*Hæc tibi ſi placeat, placet ars, quæ digna polito*
*Ingenio ſapiat, quodcunq; humana ſapit uis.*
*Omnia aperta tibi, quicquid medicina recondit,*
*Intima naturæ, uel rerum pondera noris,*
*Hippocrates fias, fiaſq; Machaone maior:*
*Quas & Phyllirides, uel quas Epidaurius herbas*
*Noueris, & quidquid præſagus nouit Apollo:*
*Siſq; ſalus orbi, fas ſit tibi ducere ab Orco*
*Extinctos homines, iterumq; animare ſepultos:*
*Nomen, opes, famam, cumules hac arte perennem.*
*Sed quoniam dulcor de uertice prodit eodem*
*A quo & amarities, ſeries quàm longa malorum*
*Mixta uoluptati paruæ eſt, incommoda multa*
*Sunt ſubeunda tibi, ſubeundi mille labores,*
*Voluendi aſſiduò libri, ſemperq; ſtudendum,*
*Quæ noceant ægris, uel quæ ſibi pocula proſint:*
*Dum paſcis uentrem, dum mitia uina refugis,*
*Dum gratus ſopor eſt, dum molliter ipſe quieſcis,*
*Nuncius ecce fores pulſat, medicumq; requirit,*
*Accelerare iubet, iaſam properare, uenite,*
*Rumpitur ægrotus, iactat, uexata dolore*
*Membra thoro, moritur, ſurgendum nocte dieq;,*
*Tangendi pulſus, aut olfacienda matella eſt,*
*Suntq; paranda citò antidota, & catapotia mille,*
*Pharmaca, pyriaſes, fomenta, enchriſta, malagma,*
*Titrundæ, emplaſtrũ, ſtrigmenta, amuleta, trochiſci,*
*Nunc curanda Phthyſis, cauſam nunc Hemitritæi*

*Nūc ſtupor, aut Spaſm⁹, Myrmetia, puſtula, phlegmō,*
*Pappula, tonſillæ, uel pſora. Epmytitides, Antram,*
*Tormina, uel ramex, uel Syncopis, Enterocele,*
*Nauſea, Pituita, & mentagra, algema, Synanchis,*
*Feceris & poſtquàm, quicquid iubet ipſe medendi*
*Norma, niſi ualeat, ſubitoq; reuixerit æger,*
*Murmurat inſipiens uulgus, linguaq; oquaci*
*Et loquitur de te Conuitia talia iactans,*
*Heu mihi quàm ſtultum eſt, medicorum credere nugis,*
*Quàm ſæpe hos uideas morbo laborare moleſto,*
*Pallere aſsiduè, uultuq; referre cadauer.*
*Nec ſibimet, proprias alijs prodeſſe nec artes:*
*Quare nulla ſuis ſuccis adhibenda fides eſt,*
*Quum raro proſint, lateatq; abſtruſa ſub his mors.*
*Adde quod eſt grauius, uerſari ſemper oportet*
*Inter funeſtos, inter contagia morbi:*
*Solari afflictos, ſemperq; leuare dolores.*
*Nec naſum criſpare licet ſtimulante Cachinno.*
*Si quandoq; furit uitiatis ſenſibus æger,*
*Hic labor, hoc ſtudum, quidnam niſi fabula uana eſt?*

*Marſilius Ficinus lib. 1. Epiſtolarum, Ad Thomam Valerium Phyſicum.*

Ars Medica, & diuinitus accepta eſt, & diuinitus exercetur. Atq; animus ex Deo, corpus pendet ex animo. Nonne Raphaëlem archangelum Hebræi uolunt huius artis opus exercuiſſe? mittamus reliquos. Chriſt⁹ ipſe, tanq; generis humani Medicus, ægros, ægrotoſq;, quotcunq; offerebantur, curabat, diſcipuliſq; tradidit poteſtatem medendi. Hanc igitur artem utpote nobiliſſimam reges meditari & exercere quondam nequaq; dedignabantur. Quales fuerūt Sabor & Giges Medorum reges. Sàbid rex Arabum, Mithridates Perſarum rex, Ægyptiorum uerò Hermes, Meſue regis Damaſci nepos. Volunt nonnulli & Auicennam fuiſſe Cordubæ principem, Democritus, Timeus, Locrus, Plato, Ariſtoteles, philoſophi illuſtriſſimi in hac arte ſcripſerūt, innumerabileſq; alij philoſophi non ignobiles. Ibidem legito de utilitate medicinę.

Contra peſtem remedium excellens Ruffus medicus, qui uixit tēpore Traiani imperatoris, tradidit: quod fruſtra nunq; adhibitum teſtatur. Aloes partes duas, Ammoniaci Thymiamatis totidē, myrrhæ partem unam contuſam ex uino colluito, deinde dimidium quotidie Cyathum ſumito. Volaterranus lib. 19. anthropologiæ, & 24. Philologiæ.

# MEMORIA.

*Porphirius de anima & eius potentijs.*

Qvemadmodum & reliquas animæ facultates ex actionibus ipſarum deprehendimus, ita memoriam quoq; à poſteriori conſyderātes poſuim⁹ animæ facultatem eſſe, quæ per relationē ad alia conſiſtat, ex rebus, ſiue ſenſu, ſiue cogitatione perceptis: atq; hæc animæ potentia, quæ ſemper ad alia refertur, memoria appellatur.

Ariſtoteles memoriam habitū imaginationis eſſe definit, tanq; ſimulachri illius rei, à qua orta eſt imaginatio: cum enim ad facultatem imaginandi ſenſus peruenit, tum illa quæcunq; tandem affectio, phantaſma dicitur. Excitata igitur ſentiendi facultate à ſenſu, id q̄d effert rei ſenſilis imaginē, à qua re phātaſma natum eſt, imaginis & ſimulachri rationem habet, ad ipſam rem phantaſia perceptam: & ſic imago quædam in facultate phantaſtica rei, quæ ſub ſenſum cecidit. Quum autem circa phantaſticam facultatem retentio & habitus phantaſmatis fit, memoria nominatur, quæ quidem brutis quoq; communis ē: Illa uerò diſcreta facultas, qua reminiſcimur, ſolis ratione præditis cōtingit: nam quod diſcretum eſt, ad rationem pertinet: proinde Ariſtoteles ait, animalia bruta meminiſſe quidem, non autem reminiſci: ſolum uerò hominem utrumq; facere. Quid memoria ſecundum Ariſtote.

*Lodouicus Viues lib. 2. De anima.*

Memoria eſt facultas animi, qua quis ea quæ ſenſu aliquo externo, aut interno cognouit, in mente continet. Itaq; actio huius tota eſt introrſum conuerſa. eſt enim memoria uelut picta tabula, quæ ut aſpectu oculorum efficit actum notitiæ, ſic illa intuitu animi intelligentis, aut cognoſcentis: Quæ noticia non eſt

eſt ſimplex. Nam conſyderatio eſt, cum inquirit & ſcrutatur: Recordatio uerò, cum ad id peruentũ eſt, ꝗd uolumus. Eſt & in recordatione recultus, cum anim' inſiſtit in recordatione rei alicui', multùm eam retractans cogitatione, & reuoluẽs, quod recolere nominatur. Quæ recordatio ſimplici gignitur intuitu animi, in memoria, ea communis eſt nobis cum beluis: quæ autem fit per gradus quoſdam, & diſcurſum à rebus, quę ante animum obſeruantur, ad ea quæ ſubterfugerãt, hominis eſt propria, qui ſolus diſcurſu utitur, reminiſci à Philoſophicis nuncupatur. Reminiſcentia nobis eſt, quod Græcis *ἀνάμνησις*, quæ eſt in recordationem reductio, quaſiq; recordationis recordatio. Habemus igitur memoriam, recordationem, & reminiſcentiam.

Memoriæ ſedes ac uelut fabrica, in occipitio eſt à natura collocata, admirabili ſapientia, quòd preterita cernat. Illic uelut oculum habemus quendã multò præſtantiorem, quàm ſi corporalis aliquis eſſet aſtructus, qualis in fronte: quod in fabulis eſt de Iano.

Memoriæ, ſicut & manus, duę ſunt uires: apprehendere, et retinere. Apprehendunt facilè, qui humido ſunt cerebro.

Memoriæ plurimum confert naturalis contemperatio corporis, quali fuiſſe prędito illos credibile eſt, quorũ magnitudo memoriæ monumentis literarũ celebrãt: Themiſtocles, Cyrus, Cyreas, Hortẽſius. Adiuuãt tota ratione uict', cibis, potionibus, exercitamentis, quiete, ſomno moderatis, & ad facultatis illius inſtrumenta accommodis.

*Plato in Cratylo.*

*ἡ μνήμη παντίπου μένει, ὅτι μονὴ ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ οὐ φορά.* id eſt.

Memoria uel nomine ſuo Græco cuiuis oſtendit, quod manſio quædam ſit, non autem motio.

*Idem in Epiſtola ad Dionyſium.*

Maxima ſtudiorum eſt conſeruatio, ſi non ſcribantur, ſed ediſcantur: fieri enim non poteſt, quin ſcripta nobis excidant. Id eſt.

*Μεγίστη δὲ φυλακή, τὸ μὴ γράφειν ἀλλ' ἐκμανθάνειν: οὐ γὰρ ἔστι τὰ γραφέντα μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν.*

MEMORIA LITERARVM FIDE*liſsima cuſtos, & quaſi theſaurus.*

*Sabellicus lib. 10. cap. 9. Exemplorum De Memoria.*

Sunt his memoriæ exempla ſubtexenda, quia ſecundũ rationem, nil Deus dedit homini ſanctius, nihil utilius et ad eruditionem aptius. Eſt hæc theſaurus diſciplinarum omnium, artumq; ſtudio & labore quæſitarum cuſtos fideliſſima. Aliquid certè uidit ſapiens poëta, qui muſarum memoriam dixit matrem: nec min' prudens, qui Lethen, quę huic contraria eſt, apud inferos ſtatuit. Conſtat id bonum naturę beneficio, augetur tamen & excolitur arte, in quo genere unum exemplum, et ſingulare uidit noſtra ætas in Antonio Rauennate, qui multa milia rerũ ſtans percipiebat animo, & eo quo accepta eſſent ordine, memorier reddebat: ſed hæc artificij ſunt, non naturæ.

*De Mithridate rege.*

Maiore admiratione dignus Mithridates rex Ponti, quo nullus regum diutius, grauiuſq; exercuit Romana arma. Fertur is duabus & uiginti diuerſis rationibus, quibus imperabat, ſua cuiq; lingua ius dicere ſolitus, & pro concione ſingulas ſine interprete affari. Gellius & Plinius autores.

Cyrus rex, qui immenſos ductauit exercitus, omnib' militibus nomẽ reddidit. Sic L. Scipio, quod æquè mirum uideri poſſit populo Romano.

Cyneas Pyrrhi regis legatus, poſtridie quàm Romam uenerat, ſenatum & equeſtrem ordinem proprio nomine ſalutauit.

Superfuit & Cæſari Dictatori id bonum, qui ſcribere & legere uno tempore, dictareq; & audire ſit ſolitus: Epiſtolas magni põderis quaternas pariter dictabat,

dictabat, aut ſi aliud non egiſſet, ſeptenas. Plinius hoc refert.

Carmides in terra Græcia, quæ quis uolumina exegiſſet in Bibliothecis, legentis modo repręſentauit. Autor Plinius.

Aelius Adrianus tāta fuit memoria, ut locos, negocia, milites abſentes ꝗꝗ nominibus ſuis recenſeret.

Themiſtocles tanta fuit memoria, ut Simonidi artem memoriæ pollicenti, dixerit, ſe malle artem obliuionis, quod etiam meminiſſet quæ nollet, & obliuiſci non poſſet, quę uellet. Autor Cicero lib. 2. De oratore.

Aiunt & Theodecten Ariſtotelis diſcipulum multæ fuiſſe memoriæ. Habuit & Lucullus diuinam quandam rerum memoriam, maiorem uerborum Hortenſius. Autor Cicero. 4. Tuſ. quæſt.

Seneca de ſe ipſo ſcribit, eius memoriā adeo excelluiſſe, ut non ad uſum modo ſufficeret, ſed in miraculum uſq; procederet: nam duo milia nominum recitatā, quo ordine erant dicta, referebat. cc. uerſus, ab ultimo incipiens, recitabat.

Eſdras Sacerdos uniuerſas Hebræorum doctrinas habuit in memoria. Ioſephus lib. 11. cap. 5. Antiquitatim Iudaicarum.

Tanta fuit Portio latroni memoria, ut quæ dicturus erat, ediſcendi cauſſa nunquàm relegeret, edidiceratcū ſcribebat: dicebat ita, ut in nullo unq; uerbo memoria eū deciperet. iubebat aliquē nominari ducē, ſtatim illius geſta ad unguem reddebat.

Memoriam definit Cicero lib. 2. de inuentione rhetorica eam, per quam animus repetit illa quæ fuerunt.

Artis memoriæ inuentor fuit Simonides. Cicero lib. 2. de Orati. Ordo maximè adfert memoriæ lumen. De memoria elegāter & copioſe ſcripſit Cicero libro 3. Rhetoricorum ad Herennium.

Memoria eſt duplex: naturalis, ea quæ noſtris animis eſt inſita, & ſimul cum cogitatione nata: artificioſa uerò illa, quam confirmat inductio quędam, & ratio perceptionis. Sed quia in cæteris rebus ingenij bonitas imitatur ſæpe doctrinam: ars porrò naturæ commoda confirmat, & auget: ita fit in hac re, ut nonnunq; naturalis memoria, ſi cui data eſt egregia, ſimilis ſit artificioſæ.

Memoria eſt rerum & uerborum cuſtos, ſecundum Ciceronem in Particio. Orator. in principio.

*Memoriæ uis ac potentia admiranda.*

Memoria, neceſſarium maximè uitæ bonum, & theſaurus eloquentiæ, ac tāquàm lumē aliquod: res eſt ex omnibus partibus animi maximè delicata & fragilis, in quam primū ſenectus incurrit, ſæpeq;, ut Plini' inquit, deficere tentat, & meditatur uel quieto corpore, ac ualido: ſomno quoq; ſerpente computat, ut inanis mens quærat, ſit ubi loci: Imò uero huic Adagioni occaſio data, ut eū, qui memoria ſit nulla, ſepulchra legiſſe dicamus. Nec ſepulchra legens (inquit apud Ciceronem Cato) uereor, quod aiunt, ne perdam memoriam: his enim ipſis legendis, redeo in memoriā mortuorum. Eſt profectò huius potentiæ natura miranda, ſubitò uetuſta ex longiore interuallo reuocata ingerūt ſe ſe, atq; exhibent, interim ſponte, interim idipſum agentib' nobis ac meditātib', ſæpe & interquieſcentibus: Excidunt quādoq; proxima, inhærent affixa, quæ uetuſta ſunt. Heſternorum obliti, acta pueritiæ in digitos mittimus: Quod requiſiueris, altius illatebrare ſeatq; recōdere animaduertitur: mox aliud agēti reddit ſe, atq; offert: nec manet ſemper memoria, ſed aliquādo ueluti poſtlimino redit.

Galenus poſt Hippocratem ſumnus artis medicæ princeps, in Microtechne cerebrum tenuitatis contemperatæ eſſe memoriæ fomitem, cauſſamq; pręcipuā arbitratur: quoniam craſſiore parte illa obrepat obliuio, quā humectiore, item hebeſcunt ſenſus: ſicciore autem, euadant liquidiores. Porrò Auicenna 6. Naturaliū tradente, egregia illis ſuppetit memoria, quorū animę multis nō diſtrahunt motib', nec cōuellit cogitatio: quæ ratio planè efficit, ut pueri quāuis

humectioris ſint naturę, pertinaciter tamen retineāt quæ imbiberint, ſimul & propter motus uehementiam, ut adijcit Thomas: nam & quæ miramur, amplius animæ adglutinantur, adfiguntur〈que〉: admirantur autem ferè omnia pueri, ut quibus noua, ac inſolita ſint. Hoc uerò eſt, quod ſignificat Quintilianus, ubi natura eſſe nos tenaciores ait, eorum quæ à teneris annis imbibimus: contrà uero in ſenioribus redundante humoris ui, contingit memoriam eſſe nullam: ſed & timentibus excutitur memoria propter frigiditatem humores congelantem, quibus coëuntibus, concreſcentibuſq́, nulla recipi impreſſio poteſt. &c: De reminiſcētia & memoria uide Platonem in Philebo, ac Phedro, dialogis: item, & in Phedone.

Docilitatis partes tres eſſe apud Græcos traduntur: Anchinæa, id ē ſolertia, Memoria, Oxytes: Memoria eſt eorum, quæ quis didicit, conſeruatio. Oxytes mentis intelligitur celeritas. Anchinæa uerò, ubi ex ijs quę didicim⁹, etiam quę non didicimus, uenamur: quam Quintilianus mentis agitationem uocauit. Ariſtoteles. 6. Moralium Anchinæam ab Eubulia, id eſt conſultandi præſtantia, diuerſam facit: quoniam ſit Anchinæa Euſtochia quædam, id eſt, coniectandi excellentia.

Differunt aut memoria & reminiſcētia: nā eſt in brutis memoria, unde et prudentiam quoq́ habere in Philoſophia prima colligit Ariſtoteles, uerùm imperfectam, ſicut & memoriam. In hominibus enim tantum eſt reminiſcentia: Ea uerò eſt diſcurſus rerū cum ratione ab uniuerſalibus ad particularia, & à remotis à ſenſu: uel indeptio, ac recenſitio eorum, quæ in ſe memoria reſeruarit. Memoriæ plerumq́ uegetandę gratia, ſexto naturaliū Auicenna ſcribit, cognoſcere aliquid ſibi fuiſſe, quod iam ſit abolitum. In homine eſt tantum, & in rationali uirtute.

Memoriæ uirtus ex quorundam ſententia duplex uidetur: facile percipere. diu retinere: illud ex humecta contingit natura, hoc ex ſicca. Inde euenit ut nonnulli facilius diſcant, quàm percepta cuſtodiunt: Alij uerò ſecus, ut ad humiditatem uergant, uel ad ſiccitatem: & propterea Ariſtoteles. ὀυ γὰρ ὁι ἀυτοὶ εἰσὶ μνημονικοὶ, καὶ ἀναμνηστικοὶ, ἀλλ᾽ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μνημονικώτεροι μὲν ὁι βραδεῖς ἀναμνηστικώτεροι δὲ ὁι ταχεῖς καὶ ἐυμαθεῖς. id eſt. Non ijſdem memoria uiget, ac reminiſcentia: cuius ratio eſt, quia diuerſæ hominum habitudines ad animæ operationes ex diuerſa proueniunt corporis diſpoſitione. Videm⁹ autē ea quæ difficulter ac tardè impreſſionem recipiunt, ualidè perſeueranterq́ eandem cuſtodire, ut lapis: quæ uero nullo admittunt negocio, haud pertinaciter retinere, ut cera, aut aqua. Et quia nihil prorſus aliud memoria eſt, quàm præceptorum conſtans retentio, inde eſt, quod hebetū adminiculatior, firmiorq́ memoria eſt: acutorum uerò, ac uelocium imbecillior & magis lubrica: cæterum in his reminiſcentia longè pręcellens. Hæc & alia plura Cœlus Rodiginus lib. 6. Antiquarum lectionum, capite 15.

MENS.

## *Anima. Vita. Intellectus. Iudicium. Voluntas.*

*Viues lib. 2. de anima.*

Mens humana eſt ſpiritus, per quem corpus, cui eſt connexus, uiuit, aptus cognitioni Dei propter amorem, atq; huic coniunctioni cum eo, ad beatudinem æternam.

Anima eſt agens præcipuum, habitãs in corpore apto ad uitam. Agens nominatur, quaſi artifex: Nã quod agit quippiã per inſtrumenta, in eo ipſo uis ineſt agendi illud ipſum, ut in pectore pingẽdi, præcipuum additur: Nam ſi quis calorem, uel humorem, uel ſpirit⁹ aliquid dicat agere in corpore, ſciat illa omnia non per ſe agere, ſed ab anima id habere, ut agant. Ergo anima ipſa artifex eſt agens, non aliunde: in eo utiq; corpore uim ſuam mutuans.

Habitare dicitur in corpore: Nã De⁹ eſt in illo corpore, non tamẽ habitat: & Dæmon ſe inſinuare poteſt in corpus animantis, ſed habitat anima, quod illic eius eſt manſio, tanq̃ in ædibus, cum tota ſupellectile & domeſtico inſtrumento.

In corpore: Cæterum corpus hoc aptum deſcriptũq; eſſe conuenit, quemadmodum illius ſpeciei effectioni conſentaneum eſt: Neq; enim promiſcuè in quacũq; forma & figura corporis, quæuis anima poſſet hærere ad uitæ operationes edendas, hoc certè naturæ ordine, & his legibus, quas autor uniuerſitatis à condito orbe ſanxit. Viues lib. 1. de Anima.

Anima eſt ſubſtantia creata, inuiſibilis, immortali Deo ſimillima, imaginem nullã habens, niſi creatoris ſui. D. Auguſtinus in lib. definitionum.

*Ariſtoteles.*

Anima eſt principium quo uiuim⁹, ſentimus, intelligimus, nutrimur, & ſecundum locum mouemur primum 2. de Anima.

*Eodem loco.*

Anima eſt actus primus, ſubſtantialis, corporis Phyſici, organici, in potentia uitam habentis.

*Secundum Eundem.*

Anima eſt, quod naturaliter mouet uiuum corpus.

Philippus de anima refert eam eſſe definitionem nominis: Adhuc enim quæri poſſe, quæ res ſit anima: an ſit corpus, an oriatur ex elementis, an ſit aliud quàm ſpiritus uitalis.

Vita eſt conſeruatio eorum inſtrumentorum, quibus anima utitur in corpore.

Præcipuũ illorum eſt calor, & propter calorẽ humidum calori congruens paſtus, & conſeruatio illius. Quæ igitur uiuentia, duas has qualitates, diutiſſimè poſſunt conſeruare, uiuaciſſima ſunt.

*Viues lib. 2. de anima.*

Intellectus uel intelligentia, eſt prima illa & ſimplex apprehenſio eorum, quę menti proponuntur: Nec aliter ſe habet in mente, quàm oculus in corpore, imaginatio in animo. Sed neq; ob id ſimplex uocatur, quod ſimplicia tantũ cognoſcat, id eſt, ſingula rerum, ut ſenſus: Sed ꝙ nihil aliud quàm ea cõprehendit, ac uelut intuetur, quæ offeruntur: ea uero quantumlibet uaria, compoſita, connexa, ut ratiocinationes, ſermones longos & multiplices, uiſa confuſiſſima. Viues. 2. de anima:

D. Auguſtinus. De ſpiritu & anima, definit eſſe intellectum, uim animæ, quę inuiſibilia percipiat. Ariſtoteles. 6. Ethicorum, definit habitũ principiorũ.

Idem lib. Magnorum Moralium. Habitum circa principia intelligibilia.

Cicero, Definit intelligentiã eſſe eã, per quam animus perſpiciat ea, quę ſũt. 2. lib. De inuentione Rhetorica.

*Viues lib. 2. de anima.*

Ratio eſt collationis progreſſio, ab uno in aliud: uel à quibuſdam ad aliud, uel alia. Ideoq; etiã diſcurſus nominat̃, & reputatio: quòd ſicut in uite putan- Ratio diſcurſus uocatur.

tur

tur ſarmenta inutilia, ita in ratione, ut ſolùm utile retineatur, parum (quod dicitur) & purum quoad eius præſtari poſſit.

D. Auguſtinus de ſpiritu & anima, definit aſpectum mentis, quo bonum malumq́ diſcernit, uirtutes eligit, Deumq́ diligit.

Ratio & intellectus non ſunt idem: Ratio enim quandoq; recta, quãdoq; nõ recta, tam in ſpeculatiuis, quàm practicis: Sed intellectus ſemper eſt rectus: & ita diſtinguuntur, nõ ſicut duæ potentiæ, ſed ſicut diuerſi actus eiuſdem potentiæ: quia intelligere eſt intelligibilem ueritatem ſimpliciter apprehendere: ratiocinari autem eſt procedere de uno intellectu ad aliud intellectum, ad ueritatem intelligibilem cognoſcendã.

*Macrobius in Commentarijs in ſomnium Scipionis.*

Ratio, ut eſt pars prudentiæ, eſt diſcurſus intellectus, quo applicantur uniuerſalia principia agibilium, ad particularia uaria, & incerta agibilia.

Ratio eſt motus animi, uera à falſis diſtinguens: à qua fit ratiocinatio, quæ à Græcis συλλογισμὸς dicitur. Vide Ciceronem lib. 1. de inuentione Rhetorica.

*Viues 2. de Anima.*

Eſt autem ratio data homini, ad inquirendum bonum, ut id uoluntas amplectatur. Et eſt duplex decurſus: ratio ſpeculatiua, cuius finis eſt ueritas, & ratio practica, cuius bonum. Prior ſiſtit ibi, altera tranſit ad uoluntatem. Speculatrix autem non eſt ſimplex, nam eſt uel in ueritatibus, quæ ſenſu aut phantaſia, aut ex ijs collectis rationibus licet conſequi, quæ uocatur inferior: uel in ijs, quæ ſunt ſeu altiora, ſeu magis abdita, quæ ſuperior.

*Idem, eodem libro.*

Iudicium eſt cenſura, id eſt, approbatio, & improbatio rationis: diſcurſus uidelicet, & clauſulæ, q̃d eſt in mente uelut amuſſis quædã & norma, aut ut examen in libra. Itaq; dum ratio eſt in actione ſua, quieſcit iudicium: ea ubi functa eſt ſuo munere, exurgit cenſura, & iudicat primum de connexione, hinc de diſcurſu, quem ſi approbet, non poteſt reprobare clauſulam: hæc ſi abſurda uideatur, & receptæ, infixæq; prius ſententię contraria, hęret iudicium, ſeq; falſum eſſe ſuſpicatur: ſin autem nihil metuit fallaciæ, tranſit in ſententiam diuerſam, ui argumentationis impulſum. Eaq; eſt maxima uis, ſeu unica potius, quæ poteſt menti adferri, ſi ueriſimilis ratio oſtendatur, ad reliquas omnes uiolentias immobilis: Quod ſi non rectè eſſe diſcurſum, & quæ oporteat arbitretur, continet ac cohibet ſe, nec quoquam inclinat: Et ſicut ratio utitur formulis dialecticis, quæ ſunt de probabilitate, ita iudicium ijs, quæ de argumentatione exiſtunt.

*Viues eodem libro.*

Iudicium rectum & ſanum eſt, quod aptè circumſpicit, quid ex quoquo naſcatur, quid cuiq; ſit conſequens, quid alienum, quid repugnans, quid congruens, & conſentaneum.

*Viues lib. 2. de Anima.*

Voluntas eſt facultas ſeu uis animi, qua bonum expetimus, malum auerſamur, duce ratione.

Sunt autem duo actus in uoluntate, propenſio ſeu amplexus boni, & auerſatio mali: orbatio eſt utriuſq;, cum illa querida neutram in partem inclinat.

Voluntas ipſa domina eſt omnium & imperatrix, ſed per ſe nihil habet lucis: illuminatur à mente, id eſt, ratione ac iudicio, quæ appoſita eſt illi, ueluti conſultrix ductrixq;, non ut regat, aut torqueat, ſed ut dirigat, & meliorum admoneat. Itaque nihil uoluntas appetit, aut deuitat, niſi à ratione præmonſtratum. Quocirca actus uoluntatis à uoluntate quidem producitur, à ratione autem iudicatur, & ſuadetur. Atq; (ut ita dicam) à ratione gignitur, à uoluntate paritur. Magiſtra eſt igitur & præceptrix uoluntatis ratio, non domina.

Voluntas, ſecundum Ciceronem libro 4. quæſtionum Tuſculanarum, eſt, quæ quid cum ratione deſiderat: quæ autem aduerſus rationem incitata eſt uehementius, ea libido eſt, uel cupiditas infrenata, quæ in omnibus ſtultis inuenitur.

Natura omnes ea, quæ bona uidentur, ſequuntur, fugiuntq; contraria. Quamobrem ſi ſimul obiecta ſpecies cuiuſpiam eſt, quod bonum uideatur ad

id adipiſcendum impellit ipſa natura : id cum conſtanter prudenterq́; fit. Eiuſmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant uoluntatem: eam illi putant in ſolo eſſe ſapiente.

Ariſtoteles 1. Rhethoricorum definit uoluntatem, appetitũ boni cum ratione.

Idem tertio Ethicorum uocat uoluntarium id, cuius principium ſit in ipſo agente, ſciente ſingula quæ agit.

*Seneca 15. epiſt. 95. ad Lucilium.*

Virtus & aliorum ſcientia eſt, & ſui. Diſcendum de ipſa eſt, ut in ipſa uoluntas diſcatur. Actio recta non erit, niſi recta fuerit uoluntas: Rurſus, uoluntas nõ erit recta, niſi habitus animi rectus fuerit: ab hoc enim eſt uoluntas. Habitus porrò animi non erit in optimo, niſi totius uitæ leges perceperit, & quid de quoq; iudicandum ſit exegerit, niſi res ad uerum redegerit.

AMORIS VIRES ATQVE *actiones hæ ſunt.*

Primùm, uoluntas eſt animi uniuerſi dominatrix et rectrix: uoluntatis, amor: rapit enim illam amor ad ſuum bonum, qui motus eſt omnium citatiſſimus, quoniã celerrimus per ſe et in præcipiti uoluntatis: naſcitur enim & gliſcit uolente ipſa ac libente, ut tanquam impelli uideatur per pronam. Viues in lib. 3. de anima.

RATIO EST SAPIENTIA, ET *quæ hominem purum reddit ac confirmat.*

*Flauius Ioſephus de Machabæis.*

Ratio ſapientia eſt : nam nemo inter bonum malumq́; definiendi poteſt habere conſilium, niſi ſapientia radicitus fulciatur. Iam ipſam ſapientiam ſequitur ſemper ſociata iuſticia, iuſticiam uirtus animi non relinquit, uirtutem comitatur caſtigata ſobrietas. Quadripartita itaq; eſt iſta ſapientia. Duo præterea ſunt, quæ aut faciunt paſſionem, aut impediunt, dolor, & uoluptas : quorum unum ſemper reſpuit, alterum ſemper exoptat: Sed ubi uoluptas inſurgit, et ratione ſtatim eijcitur , confirmatur animus, & pœna trutinata cum gloria, ſpe maioris præmij contemni incipit, antequàm ueniat : cum autem uenerit, erubeſcit animus non ſufferre, quod uoluit.

Ratio eſt itaq; cuius eſt omne quod facimus: per illã animi punitio, omniũq; uitiorum deteſtatio eſt, quæ officio periti functa cultoris inutilia ſarmenta ſuccidens, & omnem ſpiritum noxij humoris enecans, illud ſolùm, quod profuturum intelligit, manere permittit. Sic ratio hominem paſſione depurandum, purum reddens, & ante paſſionem confirmat, & in ipſa paſſione corroborat. Quis non uenationis, quis non piſcium eſcis delectetur? quem non grata diuerſarum auium ſagina ſollicitet? an exquiſiti terra mariq; cibi, uſq; quo non eſurire compellant? da rationem, quę abſtinentiam imperat: concupiunt quidem omnes, ſed nemo attingit: doceturq́; his rebus animus delectationem ſuam uincere, & imperari protinus uoluptati, ut dũ ad occaſionem martyr uenerit, reiectis hiſce uitijs, præſentem pœnam præteritis uirtutibus non præponat. Inde Ioſeph iuſti nomine uel uoce laudatus, quod libidinem in puerili ætate flagrantem ratione reſtinxerit. Deus itaq; humani artifex corporis, cum hominem fundauit, & mores, hæc ſingula membrorum liniamenta componens, perfecto iam corpori dominam ( quæ in ea eſſet, & imperio quodam uteretur) mentem dedit, cui quædam in ipſa poteſtate obſeruationis mandata conſtituit, ut ſobrietatem teneat, diligat bonum, iuſticiam non relinquat, & ipſa imperij poteſtate qua corpori imperat, imperia tamen diuinæ poteſtatis obſeruet. Etenim dicet aliquis: Si ratio principatum obtinet paſſionis, cur habemus ſæpius impiã uoluntatem? Si hoc exiſtimas eſſe, ridiculum eſt : nam ratio non poteſt obtinere ne deſideretur aliquid, ſed poteſt cogere, ut q̃d deſideratũ fuerit, prudentis conſilio ratione uincatur: ut puta, obtinere non poteſt, ne iraſcaris, ſed cogere poteſt, ut nullum ſcelus iratus admittas: Turpiſſimas quoq; ſimiliter uoluptates non , ne concupiſcas, ſed ne his ſatisfacias, obtinebit. Non ergo extingit penitus uitia, ſed repellit.

Ratio uitiorũ deteſtatio eſt.

Plato dicit tres animas eſſe in homine: ἡγεμονικὸν, ſeu λογιστικὸν, id eſt, rationalẽ, quæ ( ut Galenus diſertè dicit in 7. de Hippocratis & Platonis dogmatibus) in capite eſt, et ſunt eius opera: imaginatio, memoria, intellectio, iudicium, præ-

præterea ſenſibus ſuppeditare motum, & uoluntarios motus regere: deniq; tribuit ἡγεμονικῇ eam uirtutem, quam uocant animalem.

Alteram animam uocat θυμοειδὲς, huius ſedem ait eſſe cor, & tribuit ei uirtutem, quam uocant uitalem, & adfectus, hoc eſt motus ſenſitiui appetitus.

ἐπιθυμητικὸν uocat tertiam animam, cuius ſedem eſſe inquit hepar: huius officia ſunt, nutrire, gignere. Hæc uocatur ab alijs uirtus naturalis. Vide Philippum in libello de anima.

Anima rationalis, quantum ex ſacris literis conſtat, eſt ſpiritus intelligens, qui eſt altera pars ſubſtantiæ hominis, nec extinguitur cum à corpore diſceſſit, ſed immortalis eſt.

*Geneſis 2.*

Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ.

*Et in Euangelio Matthæi cap. 10.*

Corpus poſſunt occidere, animam autē non poſſunt occidere.

*Item Lucæ 23.*

Hodie mecum eris in paradyſo.

Eſt igitur anima ſpiritus, qui diſcedens à corpore, tamen non extinguitur. Voco autem ſpiritū, ſubſtantiam quandam ſpiritualem.

An una ſit tantùm hominis anima, ſcilicet rationalis, continens ſimul uires aliarum animarum, ſentientis & uegetatiuæ: an uerò ſint diſtinctæ animæ in homine, uegetatiua, ſentiens, & rationalis, ſicut Plato, Ariſtoteles, & Galenus loquuntur, multæ & uariæ ſunt quæſtiones, ut Philippus latius diſputat.

# MENDACIVM.

## ψεῦδος.

MENDACIVM eſt falſa uocis ſignificatio, cum intentione fallendi. D. Auguſtinus lib. de mendacio.

*Ariſtoteles 4. Ethicorum.*

Arrogans appellatur is, qui ſibi res magnas & præclaras ſumit & uendicat, cū nō inſint uel maiora, quàm quæ inſunt.

Diſſimulator contra, qui, quæ inſunt, negat ineſſe, aut extenuat.

Medius & perfectus uir: quoniam uerè de quaq; re ni is uerax eſt, & uita & oratione, ea in ſe ineſſe confirmans, quæ inſunt, nec maiora, nec minora.

*Euripides.*

Δύστυνος ὅστις καὶ τὰ καλὰ ψευδῆ λέγων
οὐ τοῖς δὲ χρῆται τοῖς κακοῖς ἀληθέσιν. Id eſt:

*Infelix eſt, qui mendacia, etſi bona ei uidentur,*
*Potius uſurpat, quàm, quæ mala eſſe iudicat, uera.*

*Sophocles.*

Ἀλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου,
κακὸν τὸ κεύδειν, καὶ οὐ πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς. Id eſt:

*Nullum mendacium procedit ad ſenectutem æui.*
*Malum eſt, facta celare, nec uirum decet ingenuum:*

*Idem in Creuſa.*

Καλὸν μὲν οὖν οὐκ ἔστι τὰ ψευδῆ λέγειν
ὅτῳ δ' ὄλεθρον δεινὸν ἡ ἀλήθει' ἄγει,
συγγνωστὸν εἰπεῖν ἐστὶ καὶ τὸ μὴ καλόν. Id eſt:

*Haud quidem honeſtum eſt, mendacia loqui:*
*Cui tamen diram perniciem ueritas affert,*
*Huic uenia danda, licet inhoneſta loquenti.*

*Piſander Camireus uates.*

οὐ νέμεσις καὶ ψεῦδος ὑπὲρ ψυχῆς ἀγορεύειν. Id eſt:

*Non reprehendendus eſt, qui mendacium pro uita dixerit.*

*Menander Comicus poëta.*

ἤπουχα χαλεπὸν ἔστι τὸ ψευδῆ λέγειν. Id eſt:

*Profectò intolerabilis res eſt, mendacia loqui.*

*Diphilus in theſauro.*

καιρῷ τε θέμενον κέρδος ὡς καρπὸν φέρειν. Id ē:

*Mendacium poſitum in tempore, lucrum ſeu fructum adfert.*

*Ibidem.*

ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ
λεγόμενον, οὐδὲν περιποιεῖσθαι δυσχερές. Id eſt:

*Ego exiſtimo, mendacium ſalutis gratia*
*Prolatum, nihil adferre mali.*

*Phocylides.*

ψεύδεα μὴ φάσειν τὰ δ' ἐτήτυμα πάντ' ἀγορεύειν. Id eſt:

*Mendacia ne dixeris, ſed omnia uera loquaris.*

*Cleobulus.*

Mendacium odit quiuis prudens & ſapiens.

*Ibidem.*

Qualis eſt quiſq;, talia ſunt eius facta, & oratio. Ac per ſe quidem, omne in malo uitioq; mendacium eſt: ueritas honeſta & laudabilis. Ita etiam uerus homo, quoniam medium locum obtinet, eſt omnis laudabilis: qui autem mentiuntur, utriq; ſunt illi uituperandi, ſed maiore quadam ratione arrogans.

*Ibidem.*

Qui maiora ſibi, quàm quæ inſunt, uẽdicat, & ſumit, rei nullius cauſa: eſt ille quidem ſimilis improbo (neq; enim mendacio delectaretur) ſed tamen ſtulti potius, quàm praui ſpeciem gerere uidetur. Qui autem alicuius rei cauſa id facit, ſi gloriæ uel honoris, non eſt ille admodum uituperandus, qualis eſt arrogans: at qui pecuniæ, uel earum rerum, quæ ad pecuniam ſpectant, is multò deformior eſt. Nec uerò facultate ac poteſtate arrogans, ſed animo ac uoluntate cernitur. ex animi enim habitu, & quia talis ſit, omnis arrogans iudicatur. Ita mendax alius mendacio ipſo delectatur, alius gloriæ, quęſtusue cauſa mentitur: atque ij quidem, qui cupiditate gloriæ aliquid ſibi tribuunt, ea ſibi ſumunt omnia, quæ uel ad laudem, uel beatam uitam pertinent: qui autem ſpe quęſtus, ea ſibi uendicant, quæ etiam uſui ſunt proximis, quæq; ſi minus adſint, cęlare & occultare licet, uelut ſi ſe medicos ac uates nobiles eſſe profitentur.

Thales Mileſius rogatus, quantum à uero diſtaret mendaciũ, quantum oculi, dixit, ab auribus.

*Cheremon Comicus poëta.*

ψευδῆ δὲ τοῖς ἐσθλοῖσιν οὐ πρέπει λέγειν. Id ē:

*Bonis falſa dicere non conuenit.*

*Homerus Iliados 9. lib.*

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ. Id eſt:

*Ille mihi tam exoſus eſt, quàm inferni portæ,*
*Qui aliud animo occultat, aliud ore profert.*

*Verſibus reddita.*

*Is mihi iuxta inuiſus, ut atri limina ditis:*
*Qui uerbis aliud prodit, quàm mente uolutat.*

*Theophraſtus de diſsimulatione.*

τὰ δὴ τῶν μὴ ἁπλᾶ ἀλλ' ἐπίβουλα φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ, ἢ τὰς ἐχίδνας. Id eſt:

Ingenia non aperta, non ſimplicia, ſed aſtuta & callida, & ad decipiendum parata, magis quàm uiperas fugere debemus.

*Phocylides.*

μηδ' ἕτερον κεύθῃς καρδίῃ νοῦν ἄλλον ἀγορεύων. Id eſt:

*Noli aliam in corde occultare ſententiam, & aliam proferre.*

*Menander.*

*Mendacium odit quiuis prudens & ſapiens.*

*Idem.*

*Mendacij calumnia uitam hominum lædit.*

*Idem.*

ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον. .i.

*Mentiens nullus multum temporis latet.*

*Theognis.*

*Principium mendacij exiguum habet gratiæ:*
*Circa finem uerò,*
*Lucrum turpe, multumq; pariter*
*Naſcitur: Eſt autem planè inhoneſtum, ſi cui mendacium adhæreat*
*Viro, & ab ore primùm egrediatur.*

*Græcè ſic ſonat.*

Ἀρχὴ ἐπὶ ψεύδους μικρὰ χάρις, εἰς δὲ τελευτὴν
αἰσχρὸν δὴ κέρδος καὶ κακὸν ἀμφότερον,
γίνεται οὐδέ τι καλὸν ὅτῳ ψεῦδα προσομαρτῇ
ἀνδρὶ, καὶ ἐξέλθῃ πρῶτον ἀπὸ στόματος.

*Demetrius Phalereus.*

ἐρωτηθεὶς, τί φαῦλον τοῖς ψευδομένοις παρακολουθεῖ, εἶπε, τὸ μηδ' ἂν τ' ἀληθῆ λέγωσιν, ἔτι πιστεύεσθαι. Id eſt:

Interrogatus, quid mali mentientes ſequeretur, dixit, quod ne uera quidem dicentibus deinceps fides adhibeatur.

*Theophraſtus.*

Ex calumnia & inuidia mendacium paruo tempore durans paulatim extinguitur.

*Idem. Alij Aeliano aſcribunt.*

Vir quidam Chius ſenex in Lacedæmonem peruenit, qui quidem alioquin erat arrogans, ſed ſenectutis ſuæ ipſum pudebat, quare canos tinctura oblitterare conabatur. Progreſſus autem in publicum, de rebus orationem habuit, quarum gratia uenerat: Tum ſurgens Archidamus dixit, quid ille tandem rectè diceret, qui mendacium non in anima, ſed capite quoq; circumfert.

*Lyſias Orator.*

ψεύδεσθαι προχειρότατον τοῖς πολλάκις ἁμαρτάνουσιν. Id eſt:

*Sæpè delinquentibus promptiſsimum eſt.*

*Herodotus, lib. 3. Hiſtoriæ.*

ἔνθα γάρ τι δεῖ καὶ ψεῦδος λέγεσθαι λεγέσθω, Id eſt:

*Sic, ubi etiam mendacium dici opus eſt, dicatur.*

*Themiſtius in libro de mediocritate affectuum.*

Eſt genus quoddam medacij, quod cæteros quidem non admodum lædit, ſed dedecus ipſius utentis eſt. Committitur enim non dicendo, faciendoue quicquam in alterũ, ſed de ſeipſo & rebus

bus ſuis. Et hoc duplex eſt, aut enim committitur leuiora & minora dicendo, quàm reuera ſint, aut maiora & ſplendidiora. Hoc quod fit circa minus, diſſimulatio dicitur, illud quod circa maius, arrogantia, quod inferius eſt, quàm uerum ſit lautum & elegans eſt, ac interdum philoſopho non inutile: Quamobrem etiam à Socrate uſurpatur, in dicendo cum opus erat illudere ſuperciliosum aliquem ſophiſtam, ſibiq́ plurmum de ſua doctrina placentem: tum enim uanitatem ſuam magis ſentiunt, cum indoctiores deprehenduntur illo, qui ſe nihil ſcire ſimulat.

*Idem ibidem.*

τὸ δ' ἕτερον τὸ ὑπερβάλλον βαρύ τε καὶ ἐπαχθές, καὶ οὐδὲν οὕτως ἄκουσμα φορτικόν, ὡς ὁ καθ' αὑτοῦ ἔπαινος, καὶ ταῦτα ἐπὶ παιδείᾳ (ἔφη) καὶ ἄλλων ἐπαινούντων ἐρυθριᾶν χρεὼν τοὺς ἀληθινῶς αὐτῆς ἐπιβάλλους. Id eſt:

Supra modum uerò ſe ſuaq́ iactare, auditu graue ac moleſtum eſt, nec ulla narratio tã odioſa, quàm ſuiipſius laus. Decet enim præſertim in laude doctrinæ noſtræ, etſi ab aliis prædicetur, ingenuo pudore ſuffundi reuera doctos.

*Plato de iuſto.*

Mentiri, decipere, lædere, offendere iniuſtum eſt: hoſtes autem offendere, iuſtum, item per fraudes decipere.

*Lucianus in philopſeude.*

Multa ſunt, quæ nonnullos mortales mentiri compellunt: quia in rem uident conducere: qui etiam cum uſus poſtulat, mentiuntur, non tantùm uenia, ſed & laude digni ſunt: ut qui hoſtes fefellerunt, uel ad ſalutem tali quopiam pharmaco uſi ſunt in neceſſitatibus. Cuiuſmodi multa Vlyſſes etiam fecit, ut & uitam ſuam, & ſociorum reditum redimeret.

# MILITIA; ET
## *uires corporis, item, Audacia.*

*Menander Paracatatheca.*

*Militia non fert ullam opulentiam,*
*Sed uitam, quæ in diem uiuitur, ac temerariam,*
*Quam experimur minimè ſalutarem eſſe.*

*Apollodorus in Aphanizomeno.*

*Difficile eſt militem inuenire, cui ad ſenectam*
*Vſq; omnia benè ſucceſſerint, niſi timidus ſit.*

*Menander in Aſpide.*

Non parua eſt difficultas, militem ſalutis inuenire cauſam: perditionis autem facilè.

*Idem.*

Elegans miles, etiam ſi Deus ipſum formaret, haud ullus effici poſſet.

*Philemon.*

Στρατιῶτα κ' οὐκ ἄνθρωπε, καὶ σιτούμενε ὡς τὰ ἱερεῖα, ἵν' ὅταν ᾖ καιρὸς τυθῇς. Id eſt:

*O miles, non homo, qui paſceris,*
*Quemadmodum uictima, ut cum tempus fuerit, immoleris.*

*Antiphanes.*

τίς δ' οὐχὶ θανάτου μισθοφόρος ὦ φίλτατε,
ὃς ἕνεκα τοῦ ζῆν ἔρχετ' ἀποθανούμενος. Id eſt:

*Quis non mercenarius eſt mortis, ô chariſſima,*
*Quæ gratia uiuendi accedit morituris?*

*Iſocrates ad Dæmonicum.*

*Robur prudentiæ coniunctum conducit, ſine ipſa uerò plus lædit poſſidentes.*

*Idem.*

*Corpora quidem exercentium ſe ornat,*
*Animi uerò ſtudia obtemperat.*

*Idem in epiſtola ad Amicum.*

*Ineuitabilis pœnæ timor, cauſa eſt deſperationis:*
*Qui enim interitum ſuum præuidit, pericula ultrò ſequitur.*

Archidamus Lacedæmoniorum rex, cum uidiſſet filium ſuum nimis temerè contra Athenienſes pugnantem: aut uires tibi ſunt augendæ, dixit, aut minuenda audacia.

Clitarchus hiſtoriographus dixit: Omnis audacia uirium menſuram excedit.

Aratus Sicyonius, laudante quopiam uirum deſperatum, & audacem, ac idcirco & in bellis eximium: Differre dixit, magnifacere uirtutem, & uitam nihili facere.

*Plutarchus in libro contra uires corporis.*

Quænam tibi tanta felicitas uidetur, ut eius gratia naturam exiſtimes hominibus nouercam, brutis uerò parentem eſſe? an propter magnitudinem, celeritatem, uiſusq; aciem ita cenſes? at hominum propria uis in animi ratione cōſiſtit, qua & elephantos per ſyluas pedicis capit, frenat equos, ſubiugat boues aratris, uolucria deijcit arundinibus, & in profundo ſubmerſa retibus extrahit. Hæc eius uis eſt, quæ multò ulterius ſe profert, cum ambitus terræ, cœli magnitudines, & ſtellarum circulos perſequendo non fatigat. Hæc erant Hercule digna. quis enim non Vlyſſes, quàm Cyclops eſſe malit?

*Euſebius.*

Homines uiribus tantùm, robori & uelocitati augendis ſtudent: & quo pacto hæc habentes ex ipſis ſolis clari fiant: animum uerò, per quem exiſtunt, negligunt, ignorantes ſe illa ſolùm excolere, quæ cum brutis communia habent, & quidem imbecilliora, quàm multa ex brutis: diuiniſſimam uerò ſui partem, & ſecundum quam Dijs aliquo modo ſimiles reddi poſſent, neglectum habere.

*Idem.*

*θάρσος τὸ πρὸς τὰ φοβερὰ σὺν λόγῳ αἴνει: ἀνδρεία γὰρ τὴν δὲ μετὰ ἀλογίας ἐπ' αὐτὰ ὁρμὴν θράσος νομίζε, καὶ ἀποσύγει.* Id eſt: Animi præſentiam in periculis cum ratione coniunctam laudato: impetum

Audacia. uerò ad ea ſine ratione audaciam uocato, & oderis.

De re militari, de dictis egregijs ducum, de ſtratagematis, de more antiquæ militiæ, de diſciplina, pœnis, & premijs militaribus, de celeritate in bellis, ordinibus, & militum exercitatione, de ſignis, tropheis, ac triumphis &c. uide Volaterranum, lib. 30. Philologiæ.

# MONARCHIA.

## QVOD OPTIMVM SIT MONARCHIA.

*Homerus 2. Iliad.*

*οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔστω Εἷς βασιλεύς.* Id eſt:

*Non bonum eſt multorum dominium, ſit dominus*
*Vnus, & unus rex.*

*Eobanus ſic uertit.*

*Nec multos regnare bonum, rex unicus eſto,*
*Vnius imperium, cui Iuppiter aurea magnus*
*Sceptra dedit, iuſſitq; ſuis dare iura tuendis.*

*Eraſmus ſic uertit.*

*Multos imperitare malum eſt: rex unicus eſto.*

*Prouerbium.*

Multitudo imperatorum Cariam perdidit. Id eſt: Multi duces deperdidere Cariam. Admonet Senarius nihil eſſe pernicioſius licentia multitudinis, dum nulli paretur, ſed pro ſua quiſq; libidine rem gerit.

*Iſocrates in Nicocle.*

Oligarchiæ & Democratiæ ciuibus in reipub. æqualitatem comparant, & hoc in ipſarum ſtatu egregiū eſt, ſi alter præ altero in nulla re polleat, quod ex uſu eſt improbis. Monarchiæ uerò plurimum tribuunt optimo, deinde ſecundo, quod poſt primum eſt, deinde tertio ac quarto, ac reliquis eadem ratione pro meritis cuiq;. Atq; hæc etſi non ubiq; ita ſe habeant, intentio tamen reipub. talis eſt.

*Ibidem.*

Atqui ſi hominum inſpicienda ſunt ingenia & actiones, omnes potius adprobabunt tyrannides. Quis uerò rectè ſapiens non malit in huiuſmodi repub. degere, in quo cuiuſq; uirtus eluceſcit, potius quàm agere in media plebe, & qualiſnam ſit non cognoſci? quin etiam tantò faciliorem non immeritò ipſam iudicauerimus, quantò facilius eſt animum ſuum unius uiri inſtituto accommodare, quàm multis, uarijſq; opinionibus placere conari.

Qui magiſtratus per uices annorum ſubeunt, prius fiunt iterum priuati, quàm reipublicæ negocia cognoſcant, eorumq; ſibi experientiam comparent: Qui uerò ſemper ijſdem officijs fungitur,

gitur, licet ingenij fuerint inferioris, experientia tamen uſuq́ rerum longè cæteris præferendi ſunt. Adhæc populus multa negligit, dum alter reſpicit alterum, illi uerò nihil per neglīgētiam delinquūt, cum per ipſos omnia fieri oportere ſciant. Item qui paucorum, aut populari uerſantur imperio propter cōtentiones priuatas, reipublicæ damnum inferunt: qui uerò in monarchia uiuūt, quia non eſt cui inuideant, omnia quā fieri poteſt optimè agunt. Pręterea populus maleuolentia mutuò laborat, & optarēt ſinguli, ut & qui ante ſe rempublicam geſſerunt, & qui in præſentia gerunt, peſſimè ciuitatem gubernaſſent, ut eò maior in ſe gloria redundaret: monarchæ autē cum per omnem uitam domini ſint rerum, perpetuam beneuolentiam retinent. Cęterum hoc maximum, quod uulgus applicat animum ad publica, tanquàm aliena, monarchæ tāquàm propria. Et in rebuſpublicis conſiliarij adhibentur, illic quidem ciuium audaciſſimi, hic uerò ex omnibus delecti ſapientiſſimi, & uulgus illos maximè colit, qui in turba oratione ualent: monarchæ autem in rebus agendis reuera doctos. Non modo aūt in uulgaribus & quotidianis rebus monarchię præcellunt, ſed etiam militiæ commoditates omnes potiores habēt: eſt enim facultas, tum ad apparatū, tum ad uſum illarum ſiue latentem, ſiue manifeſtum: item ad perſuadendum nonnullis, alios cogendum, alios precio, alios alijs obſequijs alliciēdum, plus monarchiæ quàm cæteræ reſpub. poſſint. Et hæc non minus quiſpiam ex ipſis factis, & euentu, quàm uerbis adductus crediderit.

*Ibidem.*

*μὴ μόνον δὲ τὰς φύσεις αὐτὰς νομίζετε τοὺς χαλεποὺς, ἢ πράους εἶναι τοὺς τυράννους, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τῶν πολιτῶν: πολλοὶ γὰρ ἤδη διὰ τὴν κακίαν τὴν τῶν ἀρχομένων τραχύτερον ἢ κατὰ τὴν αὐτῶν γνώμην ἠναγκάσθησαν,* id eſt:

Non ſolum conſiderandum eſt ingenium tyrannorum cur benigni, aut difficiles ſint; ſed ciuium quoq; mores. multi enim hactenus propter malitiam ſubditorum aſperiores ſe dare, quàm pro ingenio ſuo coacti ſunt.

*ὅτι κάλλιστον ἡ μοναρχία,* id eſt:

*Nihil melius monarchia.*

De monarchia & eius ſpeciebus uide Volaterranum lib. 36. Philologiæ, in titulo de Politicis.

*Democritus.*

*φύσει τὸ ἄρχειν οἰκήιον τῷ κρέσσονι,* id eſt:
*Imperare natura proprium eſt præſtantiori.*

*Seruius in Aponemoneumatibus.*

Quū Lydis Cræſus imperaret, fratrem in conſortium imperij aſſumpſit: Tūquidam ex Lydis accedens dixit: Omnium in terra bonorum, ô rex, autor eſt ſol, neq; quicquàm extaret in terra ſole non illuſtrante: at ſi gemini ſoles forent, periculū immineret ne omnia cōflagrantia peſſum irent: ita & regem unum quidem accipiunt Lydi, & ſeruatorem eſſe credunt: duos uero ſimul tolerare non poſſent.

*Criſpinus contra Dionyſium.*

*ὅτι βασιλέως μὲν καὶ τὸ βλέμμα ἀρκεῖ μόνον, κἂν ἴδῃ μόνον τὸ ἀληθὲς βεβασάνισται,* id eſt:

Quoniam regis uel ſolus aſpectus ſatis eſt, etſi tantum fuerit intuitus, explorata eſt ueritas.

*Ecphantes de regno.*

Homines in terra tanquàm in exilio ſunt, & eſſentia puriori multū inferiores, plurima terra grauantur, adeo ut à parēte ſua ægrè extollātur, niſi quis diuinior flatus, miſerum hoc animal meliori parti coniungat, ſacrum genitoris aſpectum monſtrans, qui à nomine conſpici poteſt. In terra quidem & apud nos optimum ſanè ingenium præ cæteris animātibus homini datum eſt. Diuinior autem inter homines rex eſt, ut qui multum ſupra communem naturam emineat: corpore reliquis non diſſimilis, utpote natus ex eadem materia, ſed ab optimo artifice factus, qui fabricauit ipſum, archetypo ex ſeſe ſumpto. Vtinam fieret, ut humana natura nulla perſuaſione egeret: reliquiæ enim terreſtris malitiæ, quæ animal efficiunt mortale, cauſſa ſunt, ut ſine ipſa degere nequeat: ſi quis uerò animo fuerit præ alijs diuinior, ille nulla in re perſuaſione opus habebit.

*Plato in epiſtola ad familiares Dionis.*

Ego perſonam arbitri mihi aſſumens, quemadmodũ iam diu conſueui, utriſq;, & ei qui tyrãnidem gerit, & qui patitur, conſulam: & in primis cuiuis tyranno conſuluerim, ut nomẽ iſtud, remq́; ipſam declinet, ac in regnum, ſi fieri poteſt, conuertat. Poteſt autem fieri, ſicut re ipſa oſtendit ſapiens, bonuſq; uir Lycurgus: qui cum uideret genus proprium in Argo & Meſſena, ex regno in tyrannidem eſſe translatum, & utroſq; cùm ſeipſos, tum ciuitates ſuas perdere: metuens ciuitati ſuæ, & generi, remedium ſalubre imperio regio adhibuit ſenatum, & ephororum principatum in regni ſalutẽ: itaq; per tot iam ſecula durat cum inſigni gloria, quandoquidem dominus & rex effecta eſt hominum, non autem homines tyranni legum.

*Herodotus lib. 3. Hiſtoriarum.*

Oſtanes hortabatur, rem Perſicam in medium conſtitui. Mihi uerò quę Megabyzus dixit, quatenus ad ſtatum popularem pertinent, rectè dicta uidentur, quatenus ad ſtatum paucorũ, non rectè. Propoſitis enim tribus ſtatibus, & his omnibus optimis, ut optimè imperet populus, optimè pauci, optimè un9: inter hęc multum antecellere unius imperium ſentio: nam unius uiri, qui optimus ſit, imperio nihil melius eſſe conſtat: qui enim huiuſmodi fuerit ingenio, plebem poterit ſine omni repręhenſione moderari, ut taceam, ſic præcipuè conſilia in aduerſarios trahi ſolere. Porrò in ſtatu paucorũ, cum plures uirtuti incumbant, uehementiora priuatim odia excitari conſueuerunt. Cum em̃ quiſq; princeps eſſe optet, & in dicenda ſententia uincere, ad ingentia inter ſe odia euadunt, ex quibus ſeditiones exiſtunt, è ſeditionibus cædes, è cædibus ad unius imperium deuenitur. Vnde intelligi datur, quanto ſit hoc illo præſtantius. Iam uerò plebe imperante, abeſſe non poteſt, quin malitia exerceatur: exorta malitia in republica, inter malos non odia fiunt, ſed amicitiæ ualidæ. Qui em̃ aduerſus remp. facinoroſi ſunt, mutuo ſe occultant, idq; tam diu fit, dum aliquis populo præpoſitus, tales homines compeſcat, is uidelicet, quem populus inter cæteros admiretur. Hic cum admirationi eſt, tum uerè monarchus oſtẽditur, declarans in hoc monarchum eſſe omnium pręſtantiſſimum: atq; ut in ſumma omnia colligam, unde nobis libertas extitit, & à quo data? à populo ne, an ab Oligarchia, an à Monarcho: ego ſentio, cum ſitis per unũ uirum liberati, uos debere talem rem complecti: cùm dictam ob cauſſam, tum ne patrias leges benè conditas, diſſoluatis, quod nequaquàm ſatius eſt.

*Plato in Politicis.*

Nulla uerò ars alia de hoc contendit, quaſi ſit totius humanæ cõmunionis curatio maior, minorq; quàm regia. Rectè loqueris, poſthæc nunquid aduertimus Socrates, quàm grauiter circa finem deliquimus? Vbi delictum dicis? In hoc inquam, quòd etſi artem quampiam bipedis gregis nutricem eſſe putauimus, non tamen illico regiam illam atq; ciuilem, tãquàm abſolutam appellare debuimus. Cur non? Primo quidẽ oportebat, quod dicebamus, nomen ad curam magis, quã ad nutritionem accommodare, poſteà curam diuidere, nam diuiſiones non paruas ſuſcipit. Quas? In diuinũ paſtorem, & humanũ curatorem: Scitè. Curationẽ item humanã in duo. Quæ? In eam quæ inuitis, & eam quæ uolẽtibus imperatur. Quid ergo? In hoc ſanè peccantes ineptius quàm decebat regem, tyrannumq; in idem conduximus, cum & ipſi inter ſe diſſimilimi ſint, & gubernandi modus lõgè diuerſus: Vera refers.

OLIGARCHIA PRAEFERtur Democratiæ.

*Thucydides lib. 6. in concione Alcibiadis.*

ἐγὼ δέ φημι, πρῶτα μὲν δῆμον ξύμπαν ὠνομάσθαι, ὀλιγαρχίαν δὲ μέρος, ἔπειτα φύλακας μὲν ἀρίστους εἶναι χρημάτων τοὺς πλουσίους, βουλεῦσαι δ' ἂν βέλτιστα τοὺς ξυνετοὺς κρῖναι δ' ἂν ἀκούσαντας ἄριστα τοὺς πολλοὺς καὶ ταῦτα ὁμοίως καὶ κατὰ μέρη καὶ ξύμπαντα ἐν δημοκρατίᾳ ἰσομοιρεῖν: ὀλιγαρχία δὲ τῶν δὲ ὠφελίμων οὐ πλεονεκτεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ σύμπαν ἀφελομένη ἔχει, Id eſt:

Ego

Ego uerò primum reſpondeo, popularis ſtatus nomine, intelligi omnem ciuitatem: paucorum uerò, partem ciuitatis. Deinde cuſtodes quidem pecuniarum optimos eſſe, locupletes: ad conſulendum autem præclariſſimè, eos, qui pollent intelligentia: cæteros uerò, nempe uulgus, poſtquàm audierit res optimè iudicari, & hæc item ſiue per partes, ſiue per uniuerſum æqualiter diſtribui in Democratia. At paucorum ſtatus pericula quidem populo impartit, commodorum autē autem nō modo plus, uerumetiam totum ſibi uendicat, erepta ab alijs ſua portione.

*Plato in 8. Politicorum.*

An igitur, ut prius magiſtratuum mores & inſtituta ſpectauimus, quàm priuatorum, quod id euidentius eſſet: ſic hoc tempore primum reſpublica ea proponenda eſt nobis, quæ cupiditate gloriæ, & honoris ducitur: Nomine enim non poſſum alio eam appellare, quàm cenſus poteſtatis: tum uirum eius reipublicæ conſiderabimus: deinde paucorum poteſtatem, & uirum ei reipublicæ idoneū: tum inſpectò populari ciuitatis genere, uirum popularem ſpectabimus: Poſtremo ad ciuitatem, quæ tyranni dominatu tenetur, ueniemus: eaꝗ cognita, rurſus tyrannum conſiderabimus. Ita dabimus operam, ut idonei ſimus earum rerum iudices, de quibus inſtituimus dicere.

*Ariſtoteles lib. 4. cap. 9. Politicorum.*

Sunt præterea duæ reipublicæ, præter populi paucorumꝗ poteſtatem, quarum alteram & omnes nominant, & nos appellauimus unum ex quatuor generibus reipublicæ. Appellant autem quatuor, regiam poteſtatem, paucorum, populi, & optimorum. Quinta eſt ea, quæ communi omnium nomine appellatur, rempublicam enim uocant: ſed quia rarò exiſtit, non eſt eis cognita, qui numerum rerumpub. tradere conantur, cum quatuor tantummodo utuntur, ut facit Plato in Politia.

Iſocrates pulchrè comparat oligarchiam cum Democratia: ubi & receſet incommoda Oligarchiæ, ac præfert Democratiam in Areopagitico. Democratia per Theſeum Athenis. Iſocrates in encomio Helenæ.

*Xenophon lib. 2. rerum Græcarum.*

Xenophon ſcribit, præſidēte Athenis Pythodoro Oligarchia Athenis conſtituta eſt, ſed ut 30. uiri eligerentur, qui cōſcriberent leges, ſecundum quas reſpublica regeretur.

# MORES.

*Inſtituta. Conſuetudo. Ritus gentium & regionum.*

MOROSITAS eſt animi quędam diſplicētia, cura iugi, & ſubruſtica aſperitate cōmota: quando non ita ad unguē & ex eius ſentētia actū eſt, quod poſtulabatur.

Moroſi, qui ſunt peruerſis moribus. Curioſi, qui nimis exactè omnia fieri expoſcunt.

*Porphyrius.*

Ille eſt moroſus, qui multorum morū inter ſe contrariorum eſt: unde ſenectus moroſa. autor Seneca: quando res penè nulla animo hominis cuncta faſtidientis ſatisfacit, ea propè moroſitas eſt.

*Cicero lib. 1. de Oratore.*

Vſꝗ adeo moroſi ſumus, ut nobis nō ſatisfaciat ipſe Demoſthenes.

*Theophraſtus in characteribus.*

Moroſitas in congreſſu & conſuetudine difficultas, aut ruſticitas definiri poteſt, id eſt: ἡ δ᾽ ἡ αὐθάδειά ἐστιν ἀπήνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις.

ὁ δ᾽ αὐθαδὴς τοιοῦτός τις, οἷος ἐρωτηθεὶς ὁ δεῖνα ποῦ ἐστὶν εἰπεῖν, πράγματά μοι μὴ πάρεχε καὶ προσαγορευθεὶς μὴ προσαντειπεῖν, id eſt:

Moroſum cum iure quis appellat, qui quo aliquis in loco ſit rogatus, ne pergas, inquit, mihi moleſtus eſſe: ac ab aliquo ſalutatus, haud dignū exiſtimat, cōtra reſalutare: & cum res ſibi aliqua uenalis ſit, ementibus quanti uendat nunꝙ eloquitur, ſed quid illi daturi ſint, rogat:

gat: & ijs, qui honoris gratia aliquid celebritatis admittunt, ait, minimè fore, ut exhibeantur: nec uerò quenquam uel inuitè impellentem aut urgentem, aut pede prementem, uenia dignum putet, iubēte amico ſymbolum conferri, hoc etiam argentum ſibi perire cōqueritur: ſi in uia pedem offenderit, execratur lapidem: nec ferre poteſt, ut quempiā diutius opperiatur: idem neq; cantu, neq; ſermonibus, neq; ſaltatiōe oblectatur: nec, ut dijs uota faciat, aut ſupplicet, facilè adduci poteſt.

*Ariſtoteles 2. Ethicorum libro.*

Sed cum duo ſint uirtutum genera, alterum earum, quas in ratiōe eſſe dicimus, alterum earum, quas morales et uoluntarias: Ratiōis quidē, magna ex parte à doctrina ortum acceſſionemq; habent: itaq; & exercitationis indigent, & temporis. Morales & uoluntarię moribus, à quibus nomē duxerūt, quod paululū à conſuetudine deflexit, omnino comparātur. Ex quo perſpicuum eſt, nullam omnino moralium uirtutum ingenerari nobis naturā: nihil enim quod inſitum & innatū eſt, aliter atq; eſt aſſueſcit: ut lapis, q ſuapte ſponte deorſum fertur, nunquàm in ſublime ferri aſſueſcet, ne ſi millies quidem eum quis ſurſum, ut conſuefaciat, emittat: eodemq; modo, nec ignis deorſum, nec aliud quicquàm aliter, atq; ipſius natura ferat, poteſt aſſueſcere. Non igitur à natura, neq; cōtra naturam nobis inſunt uirtutes, ſed nati factiq; ſumus ad eas & percipiendas natura, & efficiendas conſuetudine. Iam uerò quæ nobis à natura tributa ſunt, eorum primùm facultates accipimus, deinde officijs muneribusq; fungimur.

*Seneca in Agamemnonem.*

*Sera nunquàm eſt ad bonos mores uia:*
*Quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens.*

*Ouidius ultimo de arte amandi.*

*Maius opus, mores compoſuiſſe ſuos.*

*Senarij Græci Iambi.*

ἐλεύθερον φύλασσε τὸν σαυτοῦ τρόπον, *Id eſt:*
*Ingenuos ſerua tuos ipſe mores.*
καλὸν φύουσι καρπὸν οἱ σεμνοὶ τρόποι, καρπὸς δ' ἀγαθός ἐστιν εὔτακτος βίος, *Id eſt:*
*Bonum progerminant fructum probi caſtiq; mores.*
*Fructus autem bonus eſt, benè compoſita uita.*

*Ariſtoteles lib. 7. Ethicorum.*

Eorum, quę in moribus fugienda ſunt, tria eſſe genera dicit: uitioſitatem, impotentiam, & feritatem: quorum perſpicuum eſt, quę ſint duorū cōtraria. alterū ēm uirtutem, continentiam alterū uocamus.

*Idem lib. 4. Ethicorum.*

Qui nec facetum quid dicunt ipſi, & tamen eos, qui dicūt, ipſi permoleſtè ferūt, agreſtes & duri uidentur. At uerò, qui ſalibus & facetijs modum quendam adhibent, ij urbani nominātur, quaſi urbanis moribus prædití: morum enim hæ ſunt indices, motiones: ut ēm corpora, ſic mores ex motionibus iudicantur.

*Mores innati, acquiſiti.*

Interpres Galeni mores bifariam partitur: alios innatos uocat, alios acquiſitos. Innati mores ſunt, ex cōplexiōe ſiue conſtitutione naturali: acquiſiti parantur & doctrina & conſuetudine. Vnde illud Menandri: corrūpunt bonos mores colloquia praua, φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Paulus in epiſt. 1. ad Corin. cap. 15.

Auguſtus in Tyberio, Vitia illa naturæ eſſe, non animi, oſtendit.

*Amantes moroſi: Cicero lib. 7. epiſtolarum familiarum ad Trebatium.*

Quàm ſint moroſi, qui amant, uel ex hoc intelligi poteſt: moleſtè ferebā antea te inuitū iſtic eſſe, pūgit me rurſus, quod ſcribis eſſe te iſtic libenter: neq; enim mea commendatione te non delectari facilè patiebar, & nunc angor, quicquam tibi ſine me eſſe iucundum.

*Cicero.*

*Mores diſpares diſparia ſtudia ſequuntur.*

*Idem in oratione pro Cælio.*

*Mores cum ætate mutantur.*

*Idem in oratione 16. contra Rullum in fine Tomo 2.*

Non ingenerantur mores, tam à ſtirpe generis ac ſeminis, quàm ex ijs reb⁹, quæ ab ipſa natura bonis à uitę conſuetudine ſuppeditātur, quibus alimur & uiuimus. Carthaginenſes fraudulenti & mēdaces, nō genere, ſed natura loci: quòd propter partus ſuos multis & uarijs mercatorum ſermonibus, ad ſtudium fallendi ſtudio quæſtus uocabantur. Ligures montani, duri atq; agreſtes. Docuit ager ipſe, nihil ferendo, niſi multa cultura, & magno labore quæſitum. Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorū, & fructuum magnitudine, urbis ſalubritate, deſcriptionē, pulchritudinē. Ex hac copia, atq; omniū

rerum

rerum affluentia, primùm illa nata ſunt: arrogantia, quę à maioribus noſtris alterum Capua conſulem poſtulauit: deinde ea luxuries, quæ ipſum Hannibalē armis etiam tam inuictum uoluptate uicit.

COELIVS RHODIGINVS LIB. 10. cap. 18. *Antiquarum lectionum.*

*Ex diuerſis cœli habitibus, diuerſi hominum mores euadunt.*

Inter Platonis placita illud itē obſeruat, ex uarijs cœli locis, aſpectibusúe, diuerſas ingenerari morū *κράσεις* ſiue contēperationes. Quo argumēto in Græciæ tractu in adipiſcendis diſciplinis uideri aptiores multò, q̄ alicubi homines. At qui in Phęnicem uergant, Ægyptiumuè, cumulandæ pecunię, id eſt, ut græcè dicā *πρὸς ἀργυρισμὸν*, mirè credi ſagaces, ingenio ad id præcipuè facto: in furorem uerò, iráq; procliues ac lubricos, quotquot Barbarorum innutriti bellis comperiuntur. Innuit uel hoc ipſum comicus Ariſtophanes, edocens immanendum eſſe *τρόποις ἐπιχωρίοις*, id eſt, moribus locorum proprijs, atq; uernaculis. Retegit & id iactatum apud græcos *νόμος καὶ χώρα*: quo ferè commonemur, inſtituta diuerſa pro locorum uarietate eſſe ueluti legem.

*Ad meridiem uergentes cur timidi, ad ſeptentrionalia, audaces.*

Eos, qui exuſtas à ſole mundi partes incolūt, cōſtat ita caloris exuperantia in extimis extorreri, ut intima frigoris plurimum concipiant: proinde inſigniter ad timiditatem degenerare, & effęminatiorē naturam: quo nomine ſeruituti ferè mancipati omnes animaduertuntur. dilabitur enim intimus calor, meatibus corporis laxatis, & quodam modo hiantibus, ſyderis propinqui intēperantia. Argumēto eſt cutis nigricans educti forintrinſecus inſiti caloris copia.

At qui rigentia mundi pruinis geluq; torpentia terūt, nimio plus audacia præcellunt, candentibus corporū extimis: utriq; tamē inhumani feriq;, cœleſtiū rerū ſtudioſi aliquot Saturno acceptā referūt meridionalium timiditatem, uitamq; cui cōtractioris. Sicuti Martis Planetæ, Septentrionalium ardorem bellicum, & animi pręſtantiam, quandò ijs ſydera influere, ac præſidere exuperantius uideantur. Cęterū meridianę regiones, hinc calore, hinc frigore contemperatę, ad habitumq; in primis cōgruum reuocatæ, tum prudentiora promunt ingenia, & ſapientiora, tum imperijs præcipuè adnata, factaq; : cuiuſmodi ferè Italiæ ſitum uideri Vitruuius opinatur.

Autores ſunt, Germaniæ incolas eſſe, immanes animis atq; corporibus, & ad inſitā feritatē uaſtè utraq; exercere, priuſquàm pubertatem attingant, plurimū operamenta neſcire, corporum nuditate gaudētes, diuturnam eſſe illis pueritiam, uirilitatem ingreſſos. Saga deniq; admittere, aut arborum contegi libris, etiamſi obrigeſcant hyemali ſæuitia, uel paruis Rhenonum tegumētis, magna ſic quoq; parte corporis nuda. Seneca de Germanis: Quid, inquit, Germanis animoſius? Quid in curſu acrius? Quid armorū cupidius? quibus innaſcuntur innutriunturq;, quorum una illis cura eſt, alia negligentibus: quid induratius ad omnem patientiam?

Pannonios feroces intelligi Papinianus uoluit in ſyluis. Pānonniuſq; ferox, arcuq; horrēda ſagaci Armenia. Reliqua lege apud Cœlium lib. 10. cap. 21. lectionum antiquarum.

*Nicolaus de moribus gentium.*

Apud Tarteſios minori contra maiorem teſtimonium dicere non eſt fas.

Lucani, ut aliorum criminum, ſic etiā luxuriæ & ocij cauſſas agunt. Quod ſi quis homini luxurioſo mutuaſſe aliquid cōuincatur, priuatur mutuo dato. Athenis etiam ocij cauſſæ agitantur, id eſt: *Λευκανοὶ δικάζονται ἀλλήλοις, ὥσπερ ἄλλου τινὸς ἀδικήματος ὄντω καὶ ἀσωτίας, καὶ ἀργίας. ἐὰν δέ τις ἀσώτῳ δανείσας χρέος ἐλεγχθῇ, στέρεται αὐτοῦ: καὶ ἀθήνησι δὲ τῆς ἀργίας εἰσὶ δίκαι.*

Piſidæ conuiuantes parētibus primitias libāt, ut nos Dijs *παρασπονδίοις*, grauiſſimam depoſiti cauſſam agunt, & cum, qui fraudauerit, occidunt. Adulterij conuictus per urbem unà cum muliere circūducitur, ſuper aſino ad aliquot dies.

Æthiopes præcipuè ſorores honorant: Reges illorū relinquunt regni ſucceſſionē, non ſuis, ſed fratrū filijs: quod ſi nul-

nullus ſit ſucceſſor, pulcherrimum ex omnibus & pugnaciſſimum creãt regem. Pietati & iuſtitiæ ſtudent, ædes ipſorum ianuis carent, & cum in üs multa iaceant, nemo furatur.

Ex non ſcripto ius uenit, quod uſus approbauit: nam diuturni mores conſenſu utentium comprobati legem imitantur. Origo eius à lacedæmoniorum inſtitutis uenit: illi enim ea quæ pro legibus obſeruabant, memoriæ mandabant. Inſtitut. de iure ſcripto & non ſcripto §. ex non ſcripto.

*Iulianus lib. 84. Digeſtorum.*

De quibus cauſis ſcriptis legibus non utimur, id cuſtodiri oportet, quod moribus & conſuetudine introductum eſt.

*Vlpianus lib. 1. de officio proconſulis.*

Diuturna conſuetudo, pro lege & iure in üs quæ non ex ſcripto deſcendunt, obſeruari ſolet.

*Hermogenianus lib. 1. Iuris ἐπιτομῶν.*

Sed & ea quæ longa conſuetudine cõprobata ſunt, ac per annos plurimos obſeruata, ueluti tacita ciuium conuẽtione, non minus quàm ea, quæ ſcripta ſunt, iura ſeruantur

*Inſtituta.*

Boni mores ſunt cõſilio & ratiõe ſumpti. Idem mores & inſtituta. Hinc apud Valerium maximum titulus eſt, de inſtitutis antiquis, id eſt, moribus. Valla lib. 4. cap. 11. Plato lib. 3. de legibus. Cicero lib. 2. de inuentione Rhetorica: & 2. ad Herennium. in partitionibus orat.

Apud Sunitas quotannis & adoleſcentes & uirgines publicè iudicantur, & qui optimus eſſe iudicatus fuerit, uirginem, quam uoluerit, ducit: deinde poſt eũ ſecundus, & ſic deinceps.

Numades Libyes non dierum ſed noctium numero tempus ſuum numerant.

Ex Bæotis nonnulli eos qui debitum non ſoluunt in forum deductos & ſedere iuſſos cophino ſuperiniecto cooperiunt: qui autem hoc paſſus fuerit, ignominioſus fit. Huiuſmodi ignominia etiam Euripidis patrem Bæotium genere notatum putant.

Perſæ, quod facere illicitum eſt, ne id quidem dicunt. Regi gratias agunt ü, qui ab eo flagellari iuſſi fuerint, tanquàm feliciter ſecum actum fuerit, quod rex eorum memor fuerit.

Ob liberorum numeroſitatem pręmia à rege capiũt. Et pueri inter ipſos uerum loqui diſcũt, ceu diſciplinas. Spurium ſeu ſubdititium, non uerum Perſam exiſtimant, quia patrem ſuum occiderit.

# MORBVS.

## *Morbi, & ſolutiones moleſtiarum in illis.*

*Euripides in Bellerophonte.*

ΝΟΣΟΙ δὲ θνητῶν αἱ μὲν εἰς αὐθαίρετοι, αἱ δ' ἐκ θεῶν πάρεισιν, ἀλλὰ τῷ νόμῳ ἰώμεθ' αὐτάς: ἀλλά σοι λέξαι θέλω, εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν οὐκ εἰσὶ θεοί, Id eſt:

Morbi mortalium: alü ſponte & noſtra culpa fiunt, alü diuinitus imittũtur, quibus lege medemur. Sed hoc tibi dicere uolo, ſi Dü turpe quicquàm faciũt, iã non ſunt Dü.

*Philemon in Myſtide.*

πολὺ μεῖζον δεῖ τοῦ κακῶς ἔχειν κακόν,
τὸ καθ' ἕνα πᾶσι τοῖς ἐπισκοπουμένοις
δεῖν τὸν κακῶς ἔχοντα, πῶς ἔχει, λέγειν, Id eſt:
*Multò moleſtius eſt ipſa ægritudine malum:*
*Quod ſingulis, à quibus inuiſitur*
*Aegrotus, quomodo ſe habeat, dicere cogitur.*

Socrates interrogatus, quid morbus eſſet, reſpondit, perturbatio corporis.

Diogenes ad familiarem quẽdam oblæſum membris, & è ſtipe uictitãtem, benè eſt amice, dixit, quod labores, ne labores: homonymia & uis ioci eſt, in uerbo μὴ πονῆς.

*Demoſthenes in 2. Olynthiaca.*

Quemadmodum in corporibus, dum ualida ſunt, nihil ſentitur ex putridis humoribus, hinc inde ſparſis: ubi uero infirmitas aliqua contigerit, omnia mouentur, ſiue ruptum quid, ſiue diſtortum, aut aliquid aliud in corpore putredine affectum fuerit: Sic & ciuitatum, & Tyrannorum,

norum, dum foris bella gerunt, obſcura uulgo mala ſunt: quando autem finitũ bellum conſeritur, omnia eluceſcunt.

*Volaterranus lib. 24. Philologiæ.*

Νόσον Homerus peſtilentiam uocat, eamq́; graſſatam in campis olim Græcorum, dixit, nullum huic unquam remedium adhibitum, præterquam fugę ac ſeceſſus, quemadmodum hodie uidemus: tamen apud Herodianum inuenio, miſerabiliter uigente in Italia peſte, præſertim in urbe, ex conſilio medicorum Laurẽtum ſeceſſiſſe, quòd aëris frigidioris afflatu & odore lauri eius regionis periculum euitarent: ualere enim plurimum aiebant, ad eius euitandam contagionem, odoramenta. Quocirca in urbe Roma plerìq; unguentis ſuauiſſimis nares atq; aures opplebant, ſuffituq́; aſſidui utebantur. Hæc Herodianus.

*Agatho Samius lib. 2. de Fluuijs.*

Inachus eſt fluuius Argiuæ regionis, in quo herba nomine Cynra naſcitur, rutæ ſimilis: hanc mulieres, cum ſine periculo abortire uolunt, in uino maceratam umbilicis imponunt.

*Chryſermus Corinthius lib. 13. de Fluuijs.*

In Euphrate fluuio Parthiæ, lapis gignitur, dictus Aëtites, quē obſtetrices mulieribus in difficultate partus uentri imponunt, unde ſtatim ſine dolore pariunt.

In eodem herba Axalla inuenitur, quod parthorum lingua calidum ſignificat, hanc quartanam pectoribus imponunt, & ſtatim liberantur.

*Nicias de lapidibus.*

In Thraciæ monte, quem Drymſlum uocant, lapis Sardonychi ſimilis naſcitur, qui ſaluberrimus eſt, ad obtuſam oculorum aciem, in aquam calidam demerſus.

*Ariſtoteles in libello de mirabilibus narrationibus.*

In Trapezunte Ponti, fit ex buxo mel grauis odoris, quo ſanos quidem aiunt alienari mente, comitiali autem morbo laborantes omnino ſanari.

*Caliſthenes Sybariſta lib. 13. rerum Gallicarum.*

Araris Gallię fluuius eſt, dictus παρὰ τῷ ῥοδανῷ ἡρμόσθαι, id eſt: quia Rodano cõiungitur. In hunc enim delabitur in Allobrogum regione. Naſcitur autem in ipſo magnus quidam piſcis, Clupea nominatus ab incolis, qui creſcente luna albus eſt, decreſcente totus nigreſcit, & corpore nimium aucto à proprijs ſpinis interimitur: in huius piſcis capite lapis reperitur, ſimilis grumo ſalis, qui optimè facit ad quartanas, ſiniſtro lateri corporis alligatus, decreſcente luna.

*Archelaus lib. 1. de Fluuijs.*

Zycornias Aetoliæ fluuius, qui poſtea alio nomine dictus eſt Euenꝰ, radicem producit, quæ Zariſſa nominatur, haſtę ſimilem, & obtuſæ oculorum aciei utiliſſimam.

*Thraſyllus de rebus Aegyptiatis.*

In Nilo Aegypti fluuio, qui Melis dictus olim fuit, lapis fabæ conſimilis naſcitur, quem canes intuiti non latrãt: optimè facit ad uexatos dæmonio: aiunt enim quàm primum naribus adpoſitus fuerit, dæmonium egredi.

*Timagoras lib. 1. de Fluuijs.*

Caicus Myſiæ flumen eſt, in quo herba Elipharmatus nuncupata creſcit: quam medici imponunt ad ſanguinis eruptionem, & ſanguinem uenis effluentem eadem ſiſtit.

*Cteſiæ Ouidij lib. 2. de montibus.*

Mons eſt Myſiæ Tenthras, in quo lapis Anthipates cognominatus, uenit, qui commodiſſimus eſt ad uitiligines ac lepras, in uino tritus & ægris impoſitus.

*Soſtratus lib. 1 Fabuloſarum traditionum.*

In Tigride Armenię fluuio herba naſcitur agreſti hordeo ſimilis: hac in oleo calefacta inuncti incolæ nunquã ægrotant uſq; ad mortis neceſſitatem.

*Clitophon Rhodius lib. 1. Iudiciorum.*

In Indo fluuio indico herba Carpoca nomine creſcit, Bugloſſæ herbæ ſimilis, quæ ad morbum regium inſigniter facit, ſi ex aqua tepida propinetur.

Trophilus in collectaneis mirabilium narrationum, genitale membrum muſtelæ negant eſſe ſimile naturæ reliquorum animalium: ſed undequaq; ſolidum, inſtar oſſis: et urinæ ſtillicidij optimum eſſe remediũ aiunt, ſi ſcobs eius exhibeatur.

*Ibidem.*

Stellio tradit, ut primũ ſenectutē attigit ſicut ſerpens, conuerſus eã uorare, quo-

niam obſeruetur à medicis, utputa ad comicialem morbum utilis.

*Ibidem.*

Phoca ubi capta eſt, coagulum euomere dicitur, quod medicamentoſum eſſe aiunt,& in comitiali ſalubre.

*Ibidem.*

In Argo referunt locuſtæ quoddam genus naſci, quod ſcorpiomachus, ideſt ſcorpionem impugnans appelletur: ut primùm enim ſcorpium uiderit, ei reſiſtere dicit̃. Vtilem quoq; dicunt eſſe, aduerſus ictũ ſcorpij, ſi comedatur ſtatim. Alcmeon morbos accidere dicit: alios ob efficientem cauſſam propter exceſſum caloris, aut ſiccitatis: Alios, materialem ob cauſſam, abundante aut deficiente alimento: alios, ueluti in alquibus uaſis, ut in ſanguine medulla, aut cerebro: aliquando autem ab externis cauſſis eos naſci, propter aliquas aquas, regionem, laſſitudinem, neceſſitatem, aut his ſimilia.

*Diocles*

Pleroſq; morbos ab inæqualitate prouenire aiebat.

*Eraſiſtratus.*

Summæ cauſæ in humorum aut multitudine, aut corruptione ſunt.

*Plato in Sympoſio.*

Si aliquandiu ſpiritum retinere uolueris, ſingultus deſinet: : ſin minus, os aqua colluito, quod gargariſſimum uocant: quod ſi omnino ualidus fuerit, ſume aliquid, quo nares interius perfrices & ſternutes: quod ubi ſemel aut bis feceris, licet ualde uehemens fuerit, abibit.

*Porphyrius de Styge.*

Salix etiam fructum amittit priuſquã diſſoluat. Propterea Homerus ipſam ὠλεσίκαρπον, Id eſt, Frugi perdam uocat. Veruntamẽ proditum eſt, quod ſalicis fructus, cum uino propinatus ſterilitatem inferat, & geniturã extinguat, ac libidinis impetum marcere afficiat.

# MORS.

## *Fatum. Violentia mortis.*

*Mors quidẽ portus malorum, & ærumnarum ultima pœna, & linea rerum.*

*Viues de anima lib, 2.*

MORS eſt animæ à corpore diſtinctio ſeu diſceſſus. Mors naturalis, cum humore caloris paſtu areſcente flacceſſit calor, & ad poſtremum extinguitur, ut lucerna, oleo extincto. Mortis definitio.

*Cicero lib. 1. Tuſcul. Quæſt.*

Mors uiolenta eſt, quam gentiles præter fatum dicebant eſſe, cum caſu aliquo uel humor detrahitur, uel calor extinguitur oppreſſione quapiam, ſiue in terra, ut in ueneno, ingluuie & alluuione immodica potus: quemadmodum cùm nimium olei in lucernam infunditur: ſiue externa, ut ſpiritus cor refrigerantis in arteria, uel ore compreſſo, quale eſt cum ignis lapidibus, aut multo cinere de repente obruitur.

*Alia definitio, Viuis.*

Mors eſt corruptio & inhabilitas inſtrumentorum. Inter bruti & hominis mortẽ hoc intereſt: Quod bruti anima, quemadmodum & ſenſuum noſtrorum uigor, perit omnino in morte. Noſtra autem anima ſuperſtes eſt ſuo cadaueri. Itaq; mors hominis rectè ſuperius definitur.

θάνατος ἐστὶν ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις, id eſt,

*Mors eſt animæ ac corporis diſſolutio.*

*Cæſar apud Saluſtium in Catilina.*

Mors requies ærumnarum in luctu atq; miſerijs eſt, & cuncta mortalium mala diſſoluit.

*Lucanus.*

*Mors ultima pœna nec metuenda uiris.*

*Cicero lib. 5. Tuſcul. Quæſt.*

*Mors portus eſt malorum, perfugium ærumnoſæ uitæ.*

*Horatius.*

*Mors ultima linea rerum.*

Artabanus apud Herodotum inquit, mortem

mortem eſſe optatiſſimum perfugiũ ærumnoſæ uitæ,portum miſerorum,et effugium miſeriarum.

*Pulcherrima deſcriptio mortis, per Baptiſtam Mantuanum,ex lib.2.Alphonſi.*

*His dictis mouêre gradus:ut limina contra*
*Adſtitit Alphonſus gelidæ malè olentia mortis,*
*Subſtitit:& tenebras oculis ſcrutatus inanes,*
*Proſpicit excurſus piceo ſub fornice longos,*
*Incertamq; diem,caligenteſq; receſſus:*
*In medio accumbens ſuper alta cadauera monſtrum*
*Corpora lambebat,fluido ſtillantia tabo.*
*Monſtrum ingens,cui flexilibus frons orba colubris*
*Cingitur, effoßi liquere ſedilia dentes*
*Concaua: truncatis deformia naribus ora*
*Oſtendunt inhoneſta caui duo uerticis antra:*
*Occiput aure caret,geminæ ſed utrinq; cauernæ*
*Semper hiant,tetroq; fluunt in pectora tabo.*
*Verticis os glabrum,ceruix nodoſa ,lacertos*
*Nulla ligat iunctura humeris:ſine uiſcere coſtæ,*
*Arida membra ſonant mota colliſa ſub aluo,*
*Tecta ſepulchrales hydri poſuêre,cubantq;*
*In thorace cauo,coluber,nepa,uipera,buffo,*
*Stant famulæ circum dominam palloręq;,timorq;,*
*Et dolor,& peſtis,quæ nigo armata ueneno*
*Obuia tranſadigit lætalibus inguina telis,*
*Alciden dedit ipſa neci ,qui uicerat hydram,*
*Qui Lapbitas,qui Centauros & cætera monſtra,*
*Atq; tridentifero febris metuenda lacerto:*
*Vulgatum & commune malum:quod fortia ſternit*
*Corpora,& extremis gaudet,nunc ignibus ardet,*
*Nunc tremulo contracta gelu ſtridentibus alget*
*Faucibus,& quærit rigenti incendia tergo:*
*Et tenuis ſine uentre fames,et ſemper hiulca*
*Fauce ſitis,qua,dum noſtris pro finibus olim*
*Belliger Orlandus Mauros contuderit armis,*
*Occidit inuictus bello,ſitis aruit æſtu.*
*Et luxata manus plantas nodoſa tumentes*
*Nobilium morbos,medicos riſura podagra.*
*Omne Maraſmorum genus,& ſine uoce Synanche,*
*Improba mordaci ſerpens prurigine lepra:*
*Et caput inuoluens nebulis lethargica moles,*
*Ferreus & medica ſopor incurabilis arte,*
*Et mentagra cutem maculis uariata cruentis,*
*Et Phlegetonteo ueniens à flumine Cancer:*
*Dira lues populans artus liquor ignibus ardens.*

*Cicero de Senectute.*

Quod cuiq; tempus ad uiuendum datur,eo debet eſſe contentus.

*Ibidem.*

Mors omni ætati eſt communis:

*Ibidem.*

Omnia quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis:quid autem tam ſecundum naturam, quàm ſenem mori: ut uitam adoleſcẽtibus uis aufert, ſic ſenibus maturitas.

*Iuuenalis ſatyra 10.*

Mors ſola fatetur,quantula ſint hominum corpuſcula.

*Mors nemini parcit.*

*Mors ruit,& ueluti maturas meſſor ariſtas*
*Omnia uulnifica falce cruenta ſecat.*
*Non fortunatis parcit,non illa beatis:*
*Tartara ſub Craſſo diuite Codrus abit.*
*Fabula uana ſumus:uita hæc eſt uentus & umbra.*
*Viue igitur, nimis eſt mors fera, ſæpè mori.*

*Horatius.*

*Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,* Pallida mors.
*Regumq; turres.*

*Idem.*

*Semotiq; prius tarda neceßitas*
*Læthi corripuit gradum.*

*Ouidius 8.Metamor.*

*Mors morte pianda eſt.*

*Idem eodem loco.*

*Mors precium tardis,*
*Mors mihi munus,decet hæc dare dona nouercam.*

*Idem 2. de Ponto.*

*Sed rigidum ius eſt,& ineuitabile mortis.*
*Stant rata non ulla fila tenenda manu.*
*Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat,*
*Omnibus obſcuris inijcit illa manus.*

*Horatius in arte poetica.*

*Debemur morti nos noſtraq;.*

*Idem in epiſtolis.*

*Mors ultima linea rerum.*

*Statius in 4.Thebaidos.*

*Tartareæ ſedes,& formidabile regnum*
*Mortis inexpletæ,in ſpeculis mors atra ſedetq;,*
*dominiq; ſilentis*
*Adnumerat populus,maior ſupereminet ordo:*
*Mors trepidis ignaua uenit.*

*Idem 7.Thebaidos.*

*Mille modis læti,miſeros mors una fatigat.*

*Idem 9.*

*Lanificas nulli tres exorare puellas*
*Contigit:obſeruant,quem ſtatuêre diem.*
*Nullo fata loco poßis excludere,cum mors*
*Venerit.*

*Ex Martiali coquo.*

*Vita breuis nulli ſupereſt, qui tempus in illa*
*Quærendæ ſibi mortis habet.*

Ex Lucano.

*O quàm dura premit miſeros anguſtia uitæ,*
*Non mors humano ſubiacet imperio.*

Dulce mori miſeris. *Dulce mori miſeris, ſed mors optata recedit:*
*Sed cum triſtis erit præcipitata uenit.*

Plautus in Rudente.

*Neq; eſt melius morte, in malis rebus.*

*Mors uocat, quos uult.*

*Mors ſedet ante fores & mæſto pallida uultu,*
*Ad pœnam quem uult exitiumq; uocat.*

*Mortuos flere inane eſt. Pictorius Poëta.*

*Dilaceras crines fletumq; ululatibus imples,*
*Mæſtaq; ſanguineis unguibus ora notas.*
*Credis an extinctos huc poſſe reſurgere natos?*
*Flere obitum, eſt addi uulnera uulneribus.*

*Mortis memoria.*

Cum ditiores Aegyptij epularentur, unus quiſpiam cadauer ligneum, ſed quàm proximè ad uerum effectum, oſtēdit ſingulis, dicens; In hunc intuens pota, & oblecta, talis poſt mortem futurus: Admonentes hoc, ut moderatius fruerentur uoluptatibus, conditionis ſuæ, humanæ frugalitatis memores. Eraſmus lib. Apophtegmatum.

*Cicero 1. Tuſcul. Quæſt.*

Tota Philoſophorum uita eſt, commentatio mortis: nam quid aliud agimus, cum à uoluptate, id eſt, à corpore, cum à re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, cum à repub. cum à negocio omni ſeuocamus animum, niſi ad ſeipſum ſeuocamus? ſecū eſſe cogimus, maximeq; à corpore ſeducimus: ſecernere autem à corpore animum, nec quicquam eſt aliud, niſi emori diſcere. Quare hoc cōmentemur, diſiungamuſq; nos à corporibus, conſueſcamus mori:. Hoc & dum erimus in terris, erit illi cœleſti uitæ ſimile, & cum illic ex his uinculis emiſſi feremur, minus tardabitur curſus annorum: quò cum uenerimus!, tum deniq; uiuemus, nam hæc uita mors eſt.

Natura ortum, mors exitum præbet. Natura ſic habet, ut quomodo initium nobis omnium rerum ortus noſter afferat: ſic exitum mors, et ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, ſic nihil poſt mortem ad nos pertinebit.

Nos autem teneamus, ut nihil cenſeamus eſſe malum, quod ſit à natura datū omnibus, intelligamuſq; ſi mors malum ſit, eſſe malum ſempiternum: nam uitæ miſeræ mors finis eſſe uidetur. Mors ſi eſt miſera, finis nullus eſſe poteſt. Vitæ miſeræ mors finis.

Homines mortem uel optare incipiant, uel timere deſiſtant: nam ſi ſumus ille dies nō extinctionem, ſed commutationem adferret loci, quid optabilius? ſin autem perimit & delet omnino, quid melius, quàm in medijs uitæ laboribus obdormiſcere, & ita conuenienter ſomno conſopiri ſempiterno. Optimum argumentū.

Quanquam ſenſus abierit, tamen ſummis & proprijs bonis laudis & gloriæ, quamuis non ſentiant, mortui non carebunt.

*Ennij oratio melior, quàm Solonis ſapientis. Ennius.*

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu faxit. Cicero in Tuſcul. Quæſt. lib. 1.

Solon.

*Mors mea non careat lachrymis, linquamus amicis*
*Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu.*
*Aſpicite ô ciues ſenis Ennij imaginis urnam,*
*Hic ueſtrûm pinxit maxima facta patrum.*

*Seneca in Agamemnone.*

*Qui uultus Acherontis atri*
*Qui ſtyga triſtem non triſtis uidet,*
*Audetq; uitæ ponere finem,*
*Par ille regi, par ſuperis erit.*
*O quàm miſerum eſt, neſcire mori.* Miſerum neſcire mori.

*Mors æqualis.*

*Victor ad Herculeas penetres licet uſq; columnas,*
*Te terræ cum alijs pars manet æqua tamen.*
*Iro par moriere, obulo non ditior auro,*
*Et tua te (ſed non iam tua) ſoluet humus.*

*Aliud.*

*Hic ſeruus dum uixit erat, nunc mortuus idem,*
*Non quam tu Dari magne minora poteſt.*

*Hora mortis incerta.*

*Non ego quos rapuit mors defleo, defleo uiuos,*
*Quos urunt longo fata futura metu.*
*Fleres ſi ſcires unum tua tempora menſem,*
*Rides cum non ſit forſitan una dies.*

Παλλαδᾶ.

Γῆς ἐπέβην γυμνὸς γυμνὸς θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι.
Καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος.

id eſt.

G. Lilij.

*Ingredior nudus terram, egredior quoq; nudus:*
*Quid fruſtra ſtudeo, funera nudum ui lens.*

Thomæ Mori.

*Nudus ut in terram ueni, ſic nudus abibo.*
*Quid fruſtra ſudo, funera nuda uidens.*

*Mors finis omnium malorum.*

*Nam ſtultum eſt mortem matrem timuiſſe quietis,*
*Quam fugiunt morbi, mœſtaq; pauperies.*
*Sola ſemel miſeris ſeſe mortalibus offert,*
*Nec quiſquam eſt, ad quem mors iterum rediјt.* Mors niſi ſemel uenit.
*At reliqui morbi uarij, multiq; uiciſſim,*
*Nunc hunc, nunc illum, terq; quaterq; premunt.*

*Sola mors Tyrannicida eſt.*

*Duriter es quicunq; uiris oppreſſus iniquis,*
*Spem cape, ſpes luctus leniat alma tuos.*
*Verſilis in melius uel te fortuna reponet,*
*Vt ſolet excuſſa nube nitere dies:*
*Aut libertatis uindex frendente Tyranno,*
*Eruet iniecta mors miſerata manu,* Spes lenit luctus.
*Aufert hæc (quo plus tibi gratificetur) & illum.*
*Aufert, atq; tuis protinus ante pedes.*
*Ille opibus tantis, faſtuq; elatus inani,*
*Ille ferox crebris ante ſatellitibus.*
*Hic neq; toruus erit uultu, nec ut ante ſuperbo:*
*Sed miſer, abiectus, ſolus, inermis, inops.*
*O quid uita tibi dedit unquam tale uiciſſim*
*Iam ridendus erit, qui metuendus erat.*
*O cor triſte malis miſerè immerſumq; profundis*
*Rumpere, ſit pœnæ terminus iſte tuæ.*
*Sanguinolenta tuæ dominæ tua uulnera pande,*
*Illa breui eſt, quæ nos diuidituna duos.*
*Quam miſer ergo diu ſic heu lachrymabo querarq;*
*Mors ades, & tantis horrida ſolue malis.*

*Mortis increpantis humanam contra tumultuantem quendam ſatellitē altercatio. S. B.*

*Quid tibi uita procax, quid gloria uana iuuentæ*
*Corporis, aut prodeſt robur inane tibi?*
*An uagus inceſſus, ueſtis tua & impia, noſtros*
*Tenebit uultus, legitimasq; uias?*
*Penſa alios, qui forte pares tibi uiribus olim:*
*Sub noſtra tandem ſed cecidere manu.*
*Si numerum poſcis, Lybicas reputemus ariſtas,*
*Succida ſarmatici quæ uel harena maris:*
*Quot conuexa poli rorantia ſydera paſcunt,*
*Quotq; atomos ſolis uerſat agitq; calor.*
*Ad mea deproperant uitalia corpora regna:*
*Serius aut citius cuncta creata ruunt.*
*Quid rogo ſtulta cohors, mortem mercede caduca*
*Queritis, & uitam uendere ſtipe iuuat?*
*Vos regum nummi, uos ſæua pecunia perdit:*
*Sponte iuuat ſtultos currere ad interitum.*
*Dum ſolitum fugitis manuumq; operumq; laborem,*
*In mortem ruitis, præcipitemq; necem.*
*Vos mihi tum pœnas datis, & ſtipendia digna*
*Sumitis: in promptu ſoluere cuncta queo.*
*Si præſciretis quæ præmia, qualia dona*
*Largior emeritis, militibusq; meis:*
*Vos ligo, & incuruum magis oblectaret aratrum,*
*Quàm bellum horrendum, & prælia iniqua ſequi.*
*Milia quot ueſtrum modicis periere ſub annis,*
*Dum nimis externus motus & æra placent:*
*Sedibus in proprijs potuiſſent ducere uitam*
*Tranquillam, & patriæ qui ſupereſſe ſuæ,*
*Quos omneis rapui ante diem, tu deinde ſequêris*
*Proximus, ut primus quiſq; tumultus erit.*

*Mors omnia rapit.*

*Quid tibi mortalis cordi eſt homo, quidue ſuperbis,*
*Cum rapiam iuuenes quotidie, atq; ſenes?*
*Non ducis imperium, non regia mitra coronæ,*
*Pontificis ſummi, cardinius'ue chorus:*
*Sceptra nec orbis item: nec præſulis infula ſancta*
*Mortis ab extrema conditione uacant.*
*Omnia diſturbans, mortalia iura reſoluo,*
*Et cadit ante meos quicquid in orbe pedes.*
*Arbitrij noſtri eſt, campo mactare uel albo.*
*Vel nigro: tute ludite, uictor adeſt.*

*Pallades.*

Πάντες τῷ θανάτῳ τηρούμεθα, καὶ τρεφόμεθα
ὡς ἀγέλη χοίρων σφαζομένων ἀλόγως, *id eſt.*

Omnes morti ſeruamur, & nutrimur, tanquam grex porcorum interfectorum ſine ratione.

*Mors optimos tollit ſemper.*

*Ante diem fera ſic rumpit tua ſtamina Clotho,*
*Nil mouet hanc uirtus, nil pietasq; tua.*
*Siccine te rapiunt fata immatura uirentem,* Epitaphium.
*Qui patriæ fueras gloria magna domus.*
*Aetatis uer, qui placidam, roſeamq; iuuentam*
*Spirabas, ſubita morte perempte iaces.*
*Scilicet ac uiolæ recidunt æſtate roſæq;,*
*Infelix lolium, uana & auena manet:*
*Mors ſic dura manus non dignas iniјcit atras,*
*Optima quæq; cadunt, peſſima quæq; manent.* Quod fati decretum nemini licet euitare.
*Siccine fata uolunt. O deteſtata poteſtas*
*Fatorum talis tamq; maligna homini.*
*Verum heus ſic agimur fatis, & cedere fatis*
*Cogimur, haud flectet fata querela grauis.*

*Fatum ineuitabile.*

Ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἐστὶ Διὸς νόον αἰγιόχοιο.
οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν οὔθ' ἁλιῶσαι. *i.*
*At mentem Iouis haud ullis rationibus unquam*
*Diuorum quenquam uitare aut fallere fas eſt.*

*Moriendum omnibus: Horat. lib. 1. ode 28.*

*Sed omneis una manet nox,*
*Et calcanda ſemel uia lethi.*
*Dant alios Furiæ toruo ſpectacula marti,*
*Exitio eſt auidis mare nautis.*
*Miſta ſenum ac iuuenum denſantur funera, nullum*
*Sæua caput Proſerpina fugit.*

*Homerus Ilid. lib. 6.*

Μοῖραν δ᾽ οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.
Οὐ κακὸν οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. id eſt.

*Mortem nullum aſſero euitaſſe uirorum,*
*Neq; timidum, neq; fortem, poſteaquam genitus ſit.*

*Idem lib. 3. Odyſſeæ.*

Ἀλλ᾽ ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοῖον οὐδὲ θεοί περ καὶ
φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν, ὁππότε κεν δὴ
μοῖρ᾽ ὀλοὴ καθέλῃσι ταναλεγέος θανάτοιο.
id eſt,

*Sed certe mortem quidem moleſtam, neq; ipſi dij*
*Et amico uiro poſſunt remouere, quando*
*Fatum pernitioſum aſperæ mortis illum attraxerit.*

*Menander.*

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται. id eſt.
*Mortalibus omnibus mori eſt neceſſe.*

*Idem.*

Ζωῆς πονηρᾶς θάνατος αἱρετώτερος, id eſt.
*Vita mala mors eligibilior.*

*Statius lib. 2. Syluarum in ſpicedio*
*Glauciæ melioris.*

*Omnia functa*
*Aut moritura uides, obeunt noctesq; diesq;*
*Aſtraq;, nec ſolidis prodeſt ſua machina terris:*
*Nam populos mortale genus, plebisq; caducæ*
*Quis fleat interitus: hos bella, hos æquora poſcunt:*
*His amor exitio, furor his & ſæua cupido,*
*Vt ſileam morbos, hos ora rigentia brumæ,*
*Illos implacido lethalis Syrius igni,*
*Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu:*
*Quicquid habet ortus finem timet, ibimus omnes,*
*Ibimus, immenſis urnam quatit Aeacus umbris.*

*Epicurus Menicæo. 5. De morte. Diogenes Laërtius lib. 10. de uitis philoſohorum.*

Conſueſce autem: arbitreris, nihil ad nos pertinere mortem. bonum enim omne ac malum in ſenſu eſt: ſenſus autem priuatio mors eſt. Vnde recta cognitio, quod nihil ad nos ſit mors, id efficit, ut, mortale quod eſt, fruatur uita, non ambiguum adijciens tempus, ſed immortalitatis deſiderium afferens: nihil enim in uita mali eſt ei, qui uerè comprehendit, nihil eſſe in uitæ priuatione mali. Vanus ergo eſt, qui mortem ſe timere dicit, non quia præſens mœrore conficiatur, ſed expectata & futura contriſtet: nam quod præſens nihil perturbat, expectatum ne quicquam conficit. Itaq; quod acerbiſſimum malorum eſt, & horrendum maximè, mors, nihil ad nos, quoniam cum nos ſumus, mors nō adeſt: cū uerò mors adeſt, nos iam non ſumus. Neq; igitur ad uiuentes, neq; ad mortuos pertinet: nam his qui ſunt, illa nō eſt: quibus uerò adeſt, iā illi nō ſunt. Atqui plurimum mortem aliquando ut malorum maximum, aliquando uerò ut requiem eorum, quæ in uita ſunt, triſtium, cupiunt. Neq; igitur ne non uiuat metuit: nec enim illi uiuendi amor imperat, neq; opinatur mali aliquid, non uiuere: quemadmodum uero cibus, non qui plurimus, ſed qui ſuauiſſimus eſt, eligitur, ita & tempus non longiſſimum ſed ſuauiſſimum carpitur. Porrò qui iuuenem benè uiuere, ſenem bene ex uita diſcedere admonet, fatuus eſt, non modo ob amorem uitæ ac ſtudium, uerum quod eadem ſit meditatio benè uiuendi, ac bene moriendi: longe autem deterius, qui dicit, bonum quidem non natum eſſe.

φῦντα δ᾽ ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι. id eſt.

Aut ubi natus eris, mox orci limen adire.

Nam ſi quod ita crederet, hoc dixit, quomodo non diſcedebat è uita, id quippe illi in promptu erat, ſiquidem hæc illi fuiſſet rata ſententia: ſin autem inuehens, dum in ijs quæ ratione carent, uerſatur: memoria uero tenendum, quod futurum eſt, neq; noſtrum ſit, neq; omnino non noſtrum, ut ne tanquam futurum prorſus expectemus, neq; item qua ſi non futurum deſperemus.

*Petrarcha de reb. familia. epiſt. decima nona.*

Nimis faciles ſumus ad accuſandam naturam

naturã: nemo deflet quod naſcitur: nemo quod uiuit: at quod egeſtatẽ ſentit, quod labores patitur, quod ſeneſcit, q̃d ægrotat, quod moritur, quilꝗ; conqueritur, quaſi ſecundum naturam minus iſta, quàm illa ſint: & naſci, & uiuere, & comedere, & eſurire, & dormire, & morĩ naturalia ſunt, ut nemo his mortalium uacet, niſi cui forte ſeneſcendi neceſſitatem laborumꝗ; moleſtias & ægritudinum, neceſſitas mortis præcipitata remiſerit. Quid igitur inutiles querelas effundimus? an quia nobis ſolis iſta contingunt, ſolis nobis lugere permiſimus: an quia omnibus cunctorum ſimul in nos lamenta transfundimus, & ueluti humani generis procuratores, naturam accuſamus immeritam? Odioſum ſanè negocium & importimũ: illa enim mitiſſima nos beneficia eius per impatientiam exacerbauim⁹, in parentem optimam ingrati, in noſmetipſos impij.

Mors eſt naturale, ſicut uiuere & comedere.

# MVLIERES.

*& earum natura, mores & ingenia, uitia, uirtutes.*

*Euripidi Tragicis.*

Δεινὴ μὲν ἀλκὴ κυμάτων θαλασσίας,
Δεινὰ δὲ ποταμοῦ, καὶ πυρὸς θερμαὶ πνόαι,
Δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ᾽ ἄλλα μυρία:
Ἀλλ᾽ οὐδὲν οὕτω δεινὸν ὡς γυνὴ κακόν
Οὐδ᾽ ἂν γένοιτο γράμμα τοιοῦτ᾽ ἐν γραφῇ,
Οὐδ᾽ ἂν λόγος δείξειεν: εἰ δέ του θεῶν
Τόδ᾽ ἐστὶ πλάσμα, δημιουργὸς ὢν κακῶν
Μέγιστος ἴστω, καὶ βροτοῖσι δυσμενής. id eſt.

*Dira quidem uis eſt marinorum fluctuum,*
*Et uehemens fluuij, feruentis & impetus ignis,*
*Eſt dira paupertas, & alia innumera:*
*Sed nullum immanius eſt malum muliere,*
*Neq; huiuſmodi malum aut ſcribi poſſet,*
*Aut uerbis exprimi. Quod ſi Deûm aliquis*
*Mulierem formauit, opificem ſe malorum eſſe*
*Sciat maximum, & hominibus inimicum.*

*Menandri comici.*

ἐστὶ δὲ γυνὴ λέγουσα χρησθ᾽ ὑπερβάλλων φόβος. i.
*Mulier uerbis benigna maximè timenda eſt.*

*Euripides in Hyppolito.*

ὄλλυσθε, μισῶν δ᾽ οὔποτ᾽ ἐμπλησθήσομαι
γυναῖκας, οὐδ᾽ εἴ φησί τις μ᾽ ἀεὶ λέγειν:
ἀεὶ γάρ οὕτως εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί.
ἤ νυν τις αὐτὰς σωφρονεῖν διδαξάτω,
ἢ κἄμ᾽ ἐάτω ταῖσδ᾽ ἐπεμβαίνειν ἀεί. id eſt.

*Diſpereatis, nunqàm equidem ſaturitas me capiet odij*
*In mulieres, etiam ſi quis dicat eadem ſemper à me repeti.*
*Nam & illæ ſemper ſimiliter malæ ſunt.*
*Aut igitur aliquis eas reſipiſcere doceat,*
*Aut me quoq; ſinat eis inſultare ſemper.*

*Menandri.*

ἔργον, γυναικὸς οὐκ λόγου πίστιν λαβεῖν. id eſt.
*Difficile eſt uerbis mulieris fidem habere.*

*Euripides in Oedipo.*

ἁπάντων δὲ πάντως δυσμαχώτατον γυνή:
ἐχθροῖσιν εἰν πολεμίαν δάμαρτ᾽ ἔχειν. id eſt.
*Inter omnes alias res maximè inexpugnabilis eſt mulier.*
*Hoſtibus eueniat inimicas habere uxores.*

*Menander.*

ὅτι ἐστὶ ἄπιστον, ἡ γυναικεῖος φύσις. id eſt.
*Mulieris quidem ingenium fide dignum non eſt.*

*Plautus in Truculento: loquitur autem Phroneſium meretrix.*

*Malè quod mulier inceperit, niſi efficere perpetrat,*
*Id illi morbo, id illi ſenio eſt, ea illi miſerè miſeria eſt:*
*Si benefacere inceperit, eius enim citò odiũ percipit,*
*Nimiſq; paucæ efficiũt, ſi quid occeperint benefacere.*
*Mulieri nimio malefacere melius eſt onus quàm benè.*

*Fœminæ multorum malorum cauſſæ.*
*Ouid. lib. 2, de ſine tit.*

*Niſi rapta fuiſſet*
*Tindaris, Europe pax Aſiæq; foret.*
*Fœmina ſylueſtres Lapithas, populumq; biformem*
*Turpiter appoſito uertit in arma mero.*
*Fœmina Troianos iterum noua bella mouere*
*Impulit, in regno iuſte Latine tuo.*
*Fœmina Romanis etiam nunc urbe recenti,*
*Immiſit ſoceros, armaq; ſæua dedit.*

*Mulier cuſtodita non mente, ſed corpore tantum caſta eſt. Ouid. lib. 3. de ſine titulo.*

*Dure uir, impoſito teneræ cuſtode puellæ*
*Nil agis, ingenio quæq; tuenda ſuo eſt.*

*Si qua metu dempto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt,*
*Quæ quia non liceat, non facit illa facit.*
*Vt iam ſeruaris bene corpus adultera mens eſt,*
*Nec cuſtodiri ni uelit ulla poteſt:*
*Nec mentem ſeruare potes, licet omnia claudas,*
*Omnibus excluſis intus adultor erit.*
*Cui peccare licet, peccat minus, ipſa poteſtas*
*Semina nequitiæ languidiora facit.*
*Nitimur inuetitum ſemper, cupimuſq; negata,*
*Sic interdictis imminet æger aquis.*
*Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat*
*Argus, & hos unus ſæpe fefellit amor,*
*In thalamo Danaæ, ſaxo, ferroq; perenni,*
*Quæ fuerat uirgo tradita mater erat.*
*Penelope manſit quamuis cuſtode careret,*
*Inter tam multos intemperata preces.*

Ex *Auſonio de ſenten. 7. Græciæ ſapientum.*

*Quæ dos matronis pulcherrima? uita pudica.*
*Quæ caſta eſt? de qua mentiri fama ueretur.*

*Euripides in* Oedipo.

*Mulieris ingenium fide dignum non eſt:*
*Mulier in cæteris quidem meticuloſa eſt,*
*Viribus imbellis, ad ferri faciem timida.*
*Quum aut offenſa fuerit, in re matrimonij*
*Non eſt alia mens crudelior muliebri.*

*Idem in* Hecuba.

*Si quis autem mulieribus ex antiquis male dixit,*
*Aut nunc id facit, aut futurus eſt olim:*
*Illorum ego omniũ maledicta breuitur comprehendã:*
*Nam neq; pontus, neq; tellus genus alit*
*Huiuſmodi: quod nouit, qui id ſemper experitur.*

*Idem in Menalippe.*

Γλὴν τῆς τεκούσης, θῆλυ πᾶν μισῶ γένος. i.
*Muliebre genus unum, excepta parente, odi.*

*Idem in* Danaë.

Γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρώων δόμων,
Οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους.

Caput *fœmineum,*

Ex Picto- re poëta. *Non ſi fœmineum crebro caput igne refundas,*
*Ingenij mutes prima metalla ſui.*

*Fœmina.*

*Cuncta ſub aſtrigero regnantia crimina cœlo,*
*Nutrit in æternos fœmina nota dolos.*

*Euripides in* Alope.

Γυνὴ γυναικὶ σύμμαχος πέφυκέ πως. id eſt.
*Mulier mulierem defendere ſolet.*

*Idem in* Oeolo.

*Infelix perfectò, & non ſapiens uocabitur*
*Quiſquis mulieri maledicere deſinit.*

*Idem in Aegeo.*

*Fit quodam modo mulier inimica*
*Omnibus, qui prius familiares erant, ubi coniuncta ẽ*
*ſecundo marito.*

*Idem in* Andromache.

Πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς: γυνὴ γὰρ εἶ. id eſt.
*Multa inuenire poteris machinamẽta, mulier enim es.*

*Ibidem.*

*Mulierem oblectat præſentia mala*
*Semper in ore & lingua habere.*

*Ibidem.*

*Mulieris mens inuidioſa res eſt,*
*Et maximè infenſa maritis ſemper.* Id eſt.
Ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλείας φρενός.
Καὶ ξυγγάμοισι δυσμενὲς μάλιστ' ἀεί.

Pius ſecundus Philoſophus, interrogatus ab Adriano principe quid eſſet mulier, reſpondit: Hominis confuſio, inſatiabilis beſtia, continua ſolicitudo, indeſinens pugna, cottidianum damnũ, ſolitudinis impedimentum, uiri incontinentis naufragium, adulterij uas, pernicioſum prælium, animal peſſimum, pondus grauiſſimum, aſpis inſanabilis, humanum mancipium. Laërtius Diogenes ſeruauit perpetuum ſilentium, ex eò quod matri ex eius ſermone ac tentatione mors accidiſſet, nec illum Hadrianus imperator ad loquendum etiam capitis pœna indicta commouere potuit: Cuius conſtantiam admiratus pepercit, & petiuit data ei tabula, ut ad aliquot problemata propoſita reſponderet manu ſaltem, id quod non grauatim fecit.

*Euripides in* Danaë.

*Mulier paternam egreſsa domum,*
*Non amplius parentum eſt, ſed mariti.*

*Vergilius 4. Aeneidos.*

*Eia age rumpe moras, uarium, & mutabile ſemper*
*Fœmina.*

*Idem 3. Georgico.*

*Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo*
*Fœmina.*

*Iuuenalis 6. Satyra.*

*Nulla fere cauſa eſt, in qua non fœmina litem*
*Mouerit.*

*Ibidem.*

*Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,*
*In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.*
*Tunc grauis illa uiro, tunc orba tigride peior,*
*Tunc ſimulat gemitus occulti conſcia facti:*
*Aut odit pueros, aut facta pellice plorat*
*Vberibus ſemper lachrymis, ſemperq; paratis*
*In ſtatione ſua.*

*Ibidem.*

Ibidem.

Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,
Cum uirides gemmas collo circumdedit albo.

Ibidem.

Intolerabilius nil eſt, quam fœmina diues.

Seneca in Tragædia 4.

Dux malorum fæmina, & ſcelerum artifex,
Obſedit animos cuius inceſtæ ſtupris
Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt,
Et uerſa ab imo regna tot populos premunt:
Sileant aliæ, ſola coniunx Aegei Medea, reddet fœmina dirum genus.

Quum omnium ſit culpa, paucarum ſcelus:
Deteſtor omnes, horreo, fugio, execror:
Scit ratio, ſcit natura, ſcit dirus furor, odiſſe placuit.

MVLIERES AD RES BONAS ineptiſsimæ, ad malas doctiſsimæ eſſe ſolent.

Euripides in Danae.

Sic dici ſolet: mulieribus artes
Curæ eſſe, uiros autem plus ualere haſta;
Nam ſi dolis acquirere uictoriam liceret,
Nos ſanè uiris imperaremus. id eſt.
Εἰ γὰρ δόλοισιν ἦν τὸ νικητήριον,
ἡμεῖς ἂν ἀνδρῶν εἴχομεν τυραννίδα.

Idem in Ino.

Φεῦ, ὅσῳ τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος
Πέφυκεν ἀνδρῶν: ἐν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς
Πολλῷ λέλειπται κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖς πλέον. i.
Papè, quanto infelicius mulierum genus
Quàm uirile: nam in bonis rebus
Multum inferius eſt, malis autem ſuperat.

Idem in Iphigenia.

Δειναὶ μὲν αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας. id eſt.
Callidæ ſunt mulieres inueniendis dolis.

Idem in Medea.

Omnium quæ animata ſunt, & mente prædita,
Mulieres miſerrima ſtirps ſumus:
Quas primum oportet magnis opibus
Maritum comparare, & corporis dominum
Accipere. quod omni malo deterius eſt.

Idem in Oedipo.

Κακίων ἄλοχος κἂν ὁ κάκιστος γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν.
Peior eſt uxor, etſi peſſimus uir exiſtimationis Optimæ ducat uxorem.

Idem in Meleagro.

Quod ſi uiris curæ eſſent radij textorij,
Mulieres uerò delectarentur armis,
Vtriq; ſua ſcientia amiſſa,
Tum illi, tum nos nihil eſſemus amplius.

Idem in Medea.

Γυναῖκες ἐς μὲν ἐσθλ' ἀμηχανώταται,
Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται. id eſt.
Mulieres in rebus bonis imperitiſsimæ ſumus:
Malorum uerò omnium artifices doctiſsimæ.

Idem in Phœniſsis.

Mulieres natura ſunt ad uituperandum pronæ;
Quid ſi exiguam dicendi anſam nactæ fuerint,
Plurima adijciunt: Volupe enim eſt
Mulieribus, nihil ſanè inuicem loqui.

Menander.

ἐστὶ δὲ γυνὴ λίγυσσα χρηστ' ὑπερβάλλων φόβος. i.
Vehementer metuenda eſt mulier, cum benignis uerbis utitur.

Homerus.

Οἶσθα γὰρ, οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γυναικός:
Κείνου βούλεται οἶκον ὀφέλλειν ὅς κεν ὀπυίοι,
Παίδων δὲ προτέρων καὶ κουριδίοιο φίλοιο,
Οὐκέτι μέμνηται τεθνηῶτος, οὐδὲ μεταλλᾷ. i.
Noſti enim qualis ſit mens in pectore mulieris:
Illius uult domum augere, qui ipſam duxerit uxorem.
Peiorum uerò liberorum, & primi mariti
Defuncti, non meminit amplius neq; moratur.

Idem.

Ὡς οὐκ ἔστ' ἄπιστον ἢ γυναικεία φύσις. id eſt.
O quam inuidum eſt ingenium muliebre.

Heſiodus.

ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσιν. i.
Quiſquis mulieribus credit, furibus aut impoſtoribus credit.

Alexis.

Οὐκ ἔστ' ἀναισχυντότερον οὐδὲν θηρίον
Γυναικὸς, ἀπ' ἐμαυτῆς ἐγὼ τεκμαίρομαι. id eſt.
Non eſt impudentius ullum animal
Muliere: ex me ipſa coniecturam facio.

Menander.

Atqui cogito miſer ego qui expectabam
Beneficium ex muliere accepturum me, ne modo
Mali quippiam patiar, & benè res habebit.

Rarum enim eſt mulieris beneficium. id eſt.
Οὐκ ἐν γυναικὶ φύεται πλείστη χάρις.

Euripides.

Γυναῖκές ἐσμεν, τὰ μὲν ὄκνῳ νικώμεθα,
Τὰ δ' οὐκ ἂν ἡμῶν θράσος ὑπερβάλοιτό τις. i.
Mulieres ſumus, & ad multas res ignauæ,
In quibuſdam uerò omnium audaciſsimæ.

Alexis.

Οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος οὔτε χρήματα
Οὐδ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή. id eſt.

Non

*Non eſt uel murus, uel pecuniæ,*
*Vel aliud quippiam cuſtoditu tam difficile, quàm mulier.*

*Heſiodus in Theognia.*

*Mulier natura effrenis eſt, & amarulenta:*
*Ex hac enim ortum eſt exitiale genus, & muliebris ſexus.*
*Qui damnum ingens cum uiris mortalibus habitat,*
*Non miſeræ paupertatis, ſed tantum ſaturitatis comes.*

MVLIER OMNIVM FERARVM *ferociſsima. Fœminæ ad fraudes ſtruendas aptiores uiris ſunt.*

*Antiphanes.*

*Ego mulieri hoc unum credo,*
*Quod à morte non reuiuiſcat:*
*In cæteris uerò omnibus diffido, donec mortua fuerit.*

*Heſiodus in operibus.*

*His ego loco ignis malum dabo, quo omnes*
*Animo delectantur, ſuum diligentes malum.*

*Ibidem.*

*Et animum impudentem, moréſq;*
*Fraudulentos inſerere Vulcano præcepit:*
*Impoſuit eis pectoribus nuncius deorum Argicida:*
*Mendacia, blandoſq; ſermones, & ingenium ſubdolū.*

*Sophocles.*

Ω πᾶν σὺ τολμήσασα καὶ πέρα γύναι
Κακῶν, ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν οὐδ᾽ ἔσται ποτὲ
Γυναικὸς ἔτι πῆμα γίνεται βροτοῖς. id eſt.
*O mulier omne facinus auſa, & pluſquàm omnes*
*Verum nihil eſt peius, nec erit unquàm*
*Muliere, inter hominum calamitates.*

*Antiphanes.*

ὀφθαλμιῶν ἄνθρωπος ἰσχυρῶς κακὰ
πάμπολλα πάσχων. ἓν ἀγαθὸν πάσχει μόνον,
ὅτ᾽ οὐχ ὁρᾷ γυναῖκα τοῦτον τὸν χρόνον. id eſt.
*Homo lippiens ualde, dum mala*
*Plurima patitur, unum hoc boni habet,*
*Quod interea mulierem non uidet.*

*Euripides in Phœnice.*

*Cum multa in terra mariq; feræ ſint,*
*Omnium maxima mulier fera eſt:*
*Mulier enim omnium efferatiſsimum malum eſt:*
*Vbi Mulieres, ibi omnia mala ſunt.*

*Idem in Hippolito.*

Θησεῦ παραινῶ καὶ τὸ λῷστον φρονεῖν,
Γυναικὶ πείθου μηδὲ τι, ἀληθῆ κλύων. id eſt.
*Conſilium tibi optimum do Theſeu:*
*Mulieri ne crede, quamuis uera audiens.*

*Phocylidis Poëta.*

*Hæc Phocylidis eſt ſententia.*
*Ex quatuor hiſce animalibus natum eſt*
*Genus mulierum, cane, apicula,*
*Torua ſue, aut equo iubato.*
*Ex equo nata agilis eſt, uelox, diſcurrens, pulchritudine præſtans:*
*Ex torua autem ſue, neq; mala, neq; bona:*
*Ex cane uerò moleſta, & fera eſt:*
*Ex apicula autem bene regit rem familiarem, & nouit operari.*
*Cuius amabiles nuptiæ, chare ſodalis optandæ tibi ſunt.*

*Græcè.*

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· τετράρων ἀπὸ τῶν δὲ γένοντο
φῦλα γυναικείων, ἡ μὲν κυνὸς ἡ δὲ μελίσσης,
ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, οὔτ᾽ ἄρ κακὴ οὐδὲ μὲν ἐσθλή,
ἡ δὲ κυνὸς χαλεπή τε καὶ ἄγριος, ἡ δὲ μελίσσης
ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, ἡ δὲ ἵππου χαιτηέσσης
εὔφορος ὠκεῖα περίδρομος, εἶδος ἀρίστη,
ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς οὔτ᾽ ἄρ κακὴ οὐδὲ μὲν ἐσθλή.
ἡ δὲ κυνὸς χαλεπή τε, καὶ ἄγριος, ἡ δὲ μελίσσης
οἰκονόμος τ᾽ ἀγαθὴ καὶ ἐπίσταται ἐργάζεσθαι
ἧς εὔχου φίλ᾽ ἑταῖρε λαχεῖν γάμου ἱμερόεντος.

*Democritus.*

Γυνὴ πολλὰ ἀνδρὸς ὀξυτέρη πρὸς κακοφραδμοσύνην. id eſt.

Mulier multo quàm uir promptior eſt ad aſtucias & malignitatem.

*Caius pro Lucilla.*

Εὐάγωγον γάρ ἐστιν εἰς πίστιν γυνή, καὶ μάλιστα ὅταν τὸ ἀτυχεῖν προσῇ. id eſt.

Mulier ad credendum facilis eſt, & præſertim in calamitatibus.

*Idem contra Menandrum.*

Εὐάγωγον δὲ εἰς τὸ ῥαδίως τι τολμῆσαι θυμὸς γυναικός. id eſt.

Agilis & promptus eſt muliebris animus ad audaciam.

*Simonides.*

*Iuppiter malorum maximum creauit*
*Mulieres, etſi forte prodeſſe uideantur,*
*Habenti uero maximè ſentitur malum.*
*Nunquàm enim hilaris diem tranſigit*
*Totum, quiſquis cum uxore degit:*
*Nec citò famem à familia arcebit,*
*Inimicam contubernalem, hoſtem deorum:*
*Imò quando uir ſibi maximè lætari uidetur*
*In domo, ſiue diuinitus, ſiue alicuius hominis gratia:*
*Tum uerò mulier inuento quod culpet, ad pugnam armatur:*
*Vbi enim mulier eſt, ne hoſpes quidem*
*Ad domum ueniens beneuolè ſuſcipitur.*

*Porrò quæ maximè bona eſſe uidetur:*
*Ea plurimum obeſſe ſolet,*
*Hianti nimirum uiro,& nihil ab ea metuenti.*

Græca hæc, & alia apud Stobæum in collectaneis inuenies.

*Miſeria muliercularum, ex Mercatore Plauti: Syra anus.*

*Ecaſtor lege dura uiuunt mulieres,*
*Multoq; iniquiore miſeria quàm uiri:*
*Nam ſi uir ſcortum duxit, clam uxore ſua:*
*Id ſi reſciuit uxor, impunè eſt uiro:*
*Vxor uiro ſi clam domo egreſſa eſt foras,*
*Viro fit cauſſa, exigitur matrimonio.*
*Vtinam lex eſſet eadem, quæ uxori eſt uiro:*
*Nam uxor contenta eſt, quæ bona eſt uno uiro,*
*Qui minus uir una uxore contentus ſiet?*
*Ecaſtor faxim, ſi itidem plectantur uiri,*
*Si quis clàm uxorem duxerit ſcortum ſuam:*
*Vt illæ exiguntur, quæ in ſe culpam commerent*
*Plures uiri ſint, quàm nunc mulieres.*

*Ex Bacchidibus Plauti.*

*Miſerius nihil eſt quàm mulier.*

*Ex eadem Comœdia.*

Illecebroſius fieri nihil poteſt: nox, mulier, & uinum, homini adoleſcentulo.

*Mores mulierum ex Heautontimorumenon.*

Noſti mores mulierum: dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.

*In mulieres.*

*Aëre quot uolucres inſunt, quot littore conchæ:*
*Tot mala, tot fraudes mens muliebris habet.*

# MVNERA.

## *Dona.*

MVNERA AVCTOR PRECIOSA *facit. Ex Epiſto. 16. Helenæ ad Paridem*

*Aut ego perpetuò famam ſine labe tenebo:*
*Aut ego te potius, quàm tua dona ſequar.*
*Atq; ea non ſperno: ſic acceptiſſima ſemper*
*Munera ſunt, auctor quæ precioſa facit.*

MVNERA *præ uirtutibus diliguntur ex lib. 2. de arte amandi.*

*Quid tibi præcipiam teneros quoq; mittere uerſus:* Verſus nõ habẽt multum honoris.
*Heu mihi non multum carmen honoris habet.*
*Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur,*
*Dum modo ſit diues, barbarus ille placet.*
*Aurea ſunt uerè nunc ſecula, plurimus auro*
*Venit honos, auro conciliatur amor.*
*Ipſe licet uenias muſis comitatus Homere:* Aurea nũc ſunt ſecula
*Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

PAVPERES MVNERA DANT DITIO*ribus: ex Phormione Terentij.*

Quàm iniquè comparatum eſt, ut hi qui minus habent, ſemper aliquid addant ditioribus.

*Martialis.*

*Pauper erit ſemper, ſi pauper es Aemiliane:*
*Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus.*

HIERONYMVS *Sauonarola in locis communibus.*

*Quatuor illa: timor, munus, dilectio, rancor,*
*Sæpè ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.*

*Rhythmicôs.*

Vier ding wenden in aller weldt
Gut ghrüchte: als forcht/ lieb haß/ vnnd gelde.

*Nullum munus deſpiciendum, quantumuis tenue.*

*Si dedit Alcinoo non diues poma colonus,*
*Accepit, timidas ſi Polyphemus oues.*
*Diuitias Crœſus ſumpſit, Mida nobilis aurum,*
*Et Ditis ſtygijs munera cæpit aquis.*
*Si patrem oceanum riui petiêre minores,*
*Et capiunt parui flumina fontis aquas:*
*Tu quoq; Pierij diues Bernarde furoris*
*Accipe uerſiculos, hac ratione meos.*

*Aliud.*

*Cæſar honorati clariſsima gloria mundi,*
*Quem cœlum & terra, quem uenerantur aquæ.*
*Quæ damus exculti non multum carmina plectri,*
*Accipe de noſtra munera parua manu.*
*Quamuis Aethnæo nullæ mihi pumice raſæ*
*Coricum chartæ non oluere crocum.*
*Qualiſcunq; tamen noſtri ſit charta libelli,*
*Hic laudes cæſar, hic tua facta leges.*
*Non tamen exiguum munus contemne, daturus*
*His maiora tibi (ſi licuiſſet) eram.*
*Non tantum oceanum propellit gurgite Rhenus*
*Corniger, aut Scythicas concutit Iſter aquas.*
*In mare prorumpunt riui, quum uictima deſit,*
*Accipiunt ſacri thura Sabæa foci.*
*Sic Pylij longos uiuas tibi Neſtoris annos:*
*Sic & Cumæos, Iliacoſq; dies.*

*Munera Deos placant. Ex 3. de arte amandi.*

*Munera (crede mihi) placant hominesq; deosq;,*
*Placatur donis Iuppiter ipſe datis.*
*Quid facies ſapiens? ſtultus quoq; munere gaudet,* Stultus q. q munere gaudet.
*Ipſe quoq; accepto munere mitis erit.*

*Munera illaqueant duces: ex Oda. 16. lib. 3. Ad Mæcenatem.*

*Concidit auguris Argiui ob lucrum domus*
*Demerſa excidio, & diffidit urbium*
Munera etiam duces illaqueant. *Portas uir macedo, & ſubruit æmulos*
*Reges muneribus. Munera nauium*
*Sæuos illaqueant duces. &c.*

*Munera impendens, gratus eſt. Ouidius de ſine titulo. &c.*

*Qui dabit, ille tibi magno ſit maior Homero:*
*Crede mihi, res eſt ingenioſa dare.*

AD GRAECINVM OVIDIVS.

*Munera à nobiliſsimis profecta gratiora ſunt.*

Optimum ac dulciſſimum eſt omnium accipere. *Multiplicat tamen hunc grauitas auctoris honorem,*
*Et maieſtatem res data dantis habet.*

GRATVS *eſt, qui quod habet libens præſtat, Ouidius ad quendam ſine nomine. &c.*

*Vt iam nil præſtes animi, ſum factus amici*
*Debitor, & meritum uelle iuuare uoco.*
*Parua quidem fateor pro magnis munera reddi,*
*Cum pro conceſſa uerba ſalute damus.*
*Sed qui quàm potuit dat maxima, gratus abunde eſt,*
*Et finem pietas contigit illa ſuum.*
*Nec quæ de parua pauper dijs libat acerra*
*Thura minus grandi, quàm data lance ualent.*
*Agnaq́; tam lactens, quàm gramine paſta Phaliſco,*
*Victima Tarpeios inficit iſta focos.*

AD SEXTVM *Pompeium, Ouidius.*

Grati animi exemplum. *Semper inoblita repetam tua munera mente,*
*Et mea me tellus audiet eſſe tuum.*

PAVPERES *exigua munera decent. B. Mantuanus, ad Falconem.*

*Si mea pierius cocuntibus undiq; riuis,*
*Aſsiduè currat totus in ora liquor:*
*Non potero meritas Falco tibi ſoluere grates,*
*Digna nec officijs fingere uerba tuis.*
*Ille ſatis faciat, qui ſe contemnere dixit,*
*Nec calicis uilem frigidioris aquam.*
*Ne tamen ignores humilis pia uota poetæ,*
*Paupere de loculo uilia dona damus*

*Munera quamtumuis uilia, ſuo tempore grata. Ad Falconem.*

Ad opportunitatem referenda ſunt hæc. *Nulla ſuo res eſt ſi ſit data tempore uilis:*
*Apta ferunt magnam tempora rebus opem.*
*Opportuna tibi poterunt ſolatia ferre,*
*Tempore ſi fuerunt carmina lecta ſuo.*

*Ex fab. 4. lib. 8. Ouidij.*

*Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis,*
*Ingeniumq́; capax, totumq́; Helicona dediſſet:*
*Triſtia proſequerer miſerarum dicta ſororum.*

*Muneribus uel Dij palacantur.* Prouerbium.

Euripides in Medea uulgi ſermone fuiſſe celebratum, cum ait.

Πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος·
Χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς. id eſt.

*Donis uel ipſos dictitant flecti Deos:*
*Certè inter homines mille dictis luteum*
*Præpollet aurum, prorſus ac præponderat.*

Plato lib. 3. Politiæ etiam hunc uerſiculum uſurpauit.

Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας. id eſt.
*Cum diuis flectunt uenerandos munera reges.*

Vnde Seneca cuiuſdam philoſophi apophetgma referens, ait, omnium dulciſſimum eſſe accipere. Dulciſſimum omnium accipere.

# MVSICA.

*Variæ Muſicæ definitiones.*

ARiſtides. Ars eſt inſpectiua actiuaq́, perfecti meli, & inſtrumenta modulatus.

Vel eſt ars cõcinnitatis, uocibus motibuſq́ collocata.

*Alij.*

Cognitio concinnitatis in corporib⁹, & motibus conſtituta.

*Alij.*

Eſt habitus inſpectiuus, & actiuus, & affectiuus abſoluti meli.

Muſica Græcis μουσικὴ eſt peritia modulationis ſono cantuq́ conſiſtens.

*Inuentores Muſices.*

Veteris Muſices inuentores conſtat fuiſſe Thraces, Orpheũ, Muſeum, Thamyridem. Dorion ciuitas, ſecundum Stephanũ, in qua harmoniam à Thamytha inuentam referunt.

Tradiderunt ueteres, Mercurium teſtudinem iuueniſſe, cuius à putrefactione ſoli intenti ſuperfuiſſent nerui, coſq́ cũ tactu ſonitum reddere ſenſiſſet, eiuſmodi ligneum conſtruxiſſe inſtrumentum: Primum quidem quatuor neruis intẽtum: poſt ſeptẽ, ut Homerus eſt autor,

in hymno ad Mercurium: Mercurius, ut perhibent, Orphea docuit: Orpheus Thamyrim & Lynum: Linus Herculem & Amphionem Thebanum, qui à ſeptem neruorum lyra, ſeptem portarum Thebas conſtruxit, interempto à Thracibus mulieribus Orpheo, proiecta in mare Lyra, fertur ea ad Anteſam urbem perueniſſe Lesbi, quæ à piſcatoribus cōperta tradita Terpandro, hanc in Ægyptum tulit, Æpyptijſq; oſtendit ſacerdotibus, à quibus factus eruditior, reuerſus, ipſam dictus eſt inueniſſe. Sunt qui ferant à Cadmo Agenoris filio Achæis traditam. Heraclides uerò ubi de Muſica ſcribit ſcientia, poëſin, inquit, citharędi cauſa primus nouit Amphion, Iouis & Antiopes filius, quem pater hanc artem docuit: per idem quoq; tempus Linum ex Euboæa nænias ſcripſiſſe ait: Anthen quoq; ex Anthedone oppido Boëtiæ hymnos, & Pierium ex Pieria, de muſis confeciſſe poëmata: Nec nō Philammona Delphon Latonæ Dianæ & Apollinis ortum celebraſſe per melos choroſq;, primum de ſacro, quod in Delphis fuit, ſtatuiſſe. Thamyrim autē Threicium, qui muſas in certamen prouocaſſe fertur, omnium maximè uocalem & ſonorum fuiſſe: hunc, ait, Titanum aduerſus Deos ſcripſiſſe bellum: fuiſſe quoq; Demodocum Cercyreum priſcum muſicum, quem Troiæ direptionem, Veneris & Vulcani nuptias ait ceciniſſe: Ithacenſem præterea Phæmium reditum à Troia Agamemnonis & Græcorum ſcripſiſſe reliquorum, cantu non inepto. Horum autem omnium melos, ut Steſichori & quorūdam aliorum, non Heroicos uerſus, nec metrum fuiſſe Heroicum, poëticumq;: Terpandrum quoq; citharædicum, ait, poëtam in Agonibus ceciniſſe, & citharædicas leges primum inueniſſe: ſicut Clorum primum tibicinas leges, & proſodiam comperiſſe: ſicut Elegias & Heroica, Polymneſtum Colophonium.

*Orpheus à Thracēſibus mulieribus diſcerptus.*

*Polymneſtus colophonius Elegias & Heroica inuenit.*

Lucretius ex hominum obſeruatione inuentos cantus putat, cum inquit:

*At liquidas auium uoces imitarier ore,*
*Ante fuit multò quàm leuia carmina cantu*
*Concelebrare homines poſſent, aureſq; iuuare,*
*Et Zephyri caua per calamorum ſibila, primum*
*Agreſtes docuēre cauas inflare cicutas:*
*Inde minutatim dulces docuere querelas:*
*Tibia quas fundit digitis pulſata canentum,*
*Auia per nemora ac ſyluas ſaltuſq; reperta,*
*Per loca paſtorum deſertaq; deuia ſyluis:*
*Sic unumquicquid paulatim protrahit ætas.*

### TRIA SVNT GENERA, QVAE *circa artem Muſicam uerſantur.*

Vnum genus eſt, quod inſtrumentis agitur, aliud quod fingit carmina: illud poëtarum eſt, quod non potius ſpeculatione ac ratione, quàm naturali inſtrumento fertur, ſecundum Alpharabium. Tertium, quod opus carmenq; dijudicat.

### MVSICAE VTILITAS ET NEceſſitas *ad cognitionem reliquarum artium.*

Liberalibus ergo percipiendis artibus, ſine controuerſia Muſices neceſſaria cognitio eſt, quando orationi cunctę ſunt obnoxiæ. Sed quid ego diſciplinis commodam eſſe commemorem? cum laborum etiam quies uel opportuniſſima ſit, & quod contrarium huic eſt, ad labores armaq; capeſſenda, uel quemuis ſummum ſubeundum laborem incitamentum ſit: et unde claſſici in bello conſonant, & tympana remugiunt: quæ omnia ſunt ad pugnam hortamenta, iampridem utiliſſimè opportuniſſimèq; inuenta. Sic nautæ, ſic uinitores, ſic uiatores, ſic deniq; alicui labori alligati, omnes cantus unicum ſolamen inuenerunt: infantes quoq; pueri hanc ſuauitatem non aſpernantur, nutriciliq; cantu à fletu ceſſant, atq; conticeſunt. Sonitu aliquo iubet experrectos ſtatim è cubili exurgentes ad aliquod ſubeundum munus Pythagoras accendi: ſenſus namq; ita uegetiores uiridioreſq; fieri, & conſopitam mentem exacui, morum quoq; exempla mala, ut ſuſcitari, ita refringi arte muſica poſſe, nos priſcę docuerunt hiſtoriæ, ipſo ita nos docente cum reliquis Cicerone. Sed ut aliqua ſimilitudine adductus maximis minima conferam: ut cum uinolentia adoleſcentes tibiarum etiam cantu, ut fit, inſtincti pudicę mulieres fores frangerent, admonuiſſe tibicinam, ut ſpondeum caneret, Pythagoras dicitur: quod cum illa fe-

*Muſica neceſſaria ad percipiendas alias artes.*

*Muſica unicum omnium laborum ſolamen.*

*Egregium Pythagoræ dictū.*

Exemplũ fractæ petulantiæ.

ciſſet, tarditate modorum & grauitate canentis, illorum furentem petulantiam conſediſſe. Inde propter molliciem, quòd nimiũ animos effœminaret, Chromaticum creditur repudiatum pridem fuiſſe genus, quod adoleſcentum remolleſcerent eo genere animi, Lacedæmones improbaſſe feruntur. An non Homerus quoq; nos docuit, Muſicam, quã à Chirone acceperat atq; didicerat, iram Achillis concoxiſſe? Inuenerunt enim, inquit, mentem demulceri ſuaui, uarioq; citharæ cantu, hac namq; ad animũ pacandũ, ut medicina ad corporis ſubleuãdum laborem, uſi ſunt antiqui: Hac torpentes ad bellum animos ſuſcitarunt: hac curas ex animo excuſſerunt, hac iuſticiam docuerunt, hac inſignes uirtutibus, meritis, laudibus proſequuti ſunt, hac corporis ægritudines & conſolati ſunt & abſterſerunt, hac ſe deniq; Deo coniunxerunt: unde illa:

Chromaticus modus reprobatus.

Vergilius 1. Aene.

*Hic canit errantem lunam, ſoliſq; labores:*
*Vnde hominum genus, & pecudes, unde imber & ignes:*
*Arcturam, pluuiaſq; Hyadas, geminoſq; Triones:*

Et quæ ſequuntur. Quod porrò immanes quoq; feræ cantu mitigentur, quin & æquę nonnullæ cantu ſubſultent, notius eſt ex hiſtorijs, quàm ut à me nunc referatur. An non templis quoq; ſonitus uarij placandorum numinum cauſa, ut Ptolomæus ait, adhibentur? Quare, ut paucis colligam, eius eſt muſica utilitatis, commoditatiſq;, ut minimè negligenda ſit: Eius quoq; nobilitatis, ut ex eis, quæ memorabuntur, noſci potuerit, ut ne pudori ſit futura cuiq;, uel in quaq; re præſtantiſſimo uereri nullo modo poſſe quiſquam uideatur.

Muſica minimè negligenda.

LAVS MVSICAE, ET CVR DAta *hominibus, & à quibus eius ſtudium ſit deriſum.*

*Cicero 1. Tuſculanarum quæſt.*

Summam eruditionem & animorum inſtitutionem longè præclaram eſſe in neruorum uocumq; cantibus ſitam, à Græcis ſemper ferè creditum eſt. Hinc legimus Epaminundam Græciæ principem fidibus præſtãtiſſimè ceciniſſe: Proinde Themiſtocles, cum aliquot annis antè, in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior: Sed & Lycurgus, quamuis duriſſimas Lacedæmonijs leges iniungeret, muſicæ tamen ſtudium egregiè uidetur amplexatus, quando ipſam hãc natura parens impertijſſe animaduertitur, quo tranſmitti laborum onus moleſtiſſimum procliuius poſſet. Remigem, ut Fabius inquit, cantus hortatur, & ſingulorum fatigatio, quamlibet ſe rudi modulatione ſolatur. Pythagoras, et qui deinceps ſtudia conſectati ſunt eadem, mundum ipſum non citra muſicas rationes concinnatum, coaptatumq; argumentorum ſubtilitate colligere ſunt uiſi: quin & artium ueluti præſtantiſſima, diuinis ſe inſerunt rebus: Et quod teſtatum quoq; Ptolomæus reliquit, numinibus placandis adhibetur. Plato etiam eſſe gentibus contributam putat muſicam, ad præclarius quoddam, præſtantiuſq; opus: Nam cum ſic concinnitatis inter frequentamenta uaria præcipuè artifex muſica, non ideo à Dijs data, ut ad delicias conuertamus & aurium pruritum: Sed ut quod animæ conſonantiam turbat, harmoniam huiuſce uoluptatis delinimento ſedari, ac ad ordinem redigi ualeat. Cæterum & grauiſſimè Pindarus ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε Ζεὺς, ἀτύζονται βοὰν Πιερίδων ἀΐοντα. Quæcunq; non amat Iuppiter, uocem auerſantur Pieridum. Quid quod Socrates iam ſenex inſtitui lyra nõ erubeſcebat. Thebis porrò Pindari ſtatua uiſitur nulla: uiſitur autem, inquit, Athenæus cantoris Cleonis, in cuius ſinum Thebas Alexandro diruente cum fugiens quidam aurum immiſiſſet, rediens anno 30. pòſt, iam Thebis frequentibus cum fide totum recuperauit. Præclara eſt comici Eupolidis ad muſicæ præconium pertinens ſententia, qua negocium eſſe ſancitur, βαθὺ καὶ καμπύλον, Id eſt: profundum, flexuoſumq;. Propterea in hyacintho Anachilas: Muſica per Deos, inquit, perinde ac Lybia ſemper quotannis, nouam quampiam feram parit. Magnus equidem iuxta citharædum Theophilum, ſtabiliſq; theſaurus muſica eſt: mores enim inſtituit, componit, ac mollit irarum ardores: id quod Homericus Achilles abundè ſignificat.

Remigem cantus hortatur.

Mundus ex harmonijs conſtat, idem ſentit Plato.

Socrates ſenex didicit muſicam.

Stabilis theſaurus muſica.

*Qui inſectati eam fuerint.*

Scythicus rex Ateas proditur memoria cum captiuum Iſmenian Tibicinem illum celeberrimum, quẽ Bęotios complures

plures iſchiadico morbo diuexatos, modulis ſuauioribus perſonaſſe tradũt, tibia incinere iuſſiſſet, ac illum cæteri ſuauitate demulcti, ſumma proſequerẽtur admiratione, laudibuſq́ efferrent plurimis, & ueriſſimis incultum barbarum: iureiurãdo identidem cõprobaſſe, equeſtrem hinnitũ ſibi uideri iocundiorem, modulatioremq́: Verùm in barbaro & hoc quidem Scytha, uox huiuſmodi minus fortè mira.

Quid Spartanis facias? quando Zeuxidani filius Archidamus, cum nimio plus admiraretur quidam cytharædus, uimq́ eius laudaret: O præſtantiſſime, inquit, quodnam bonis uiris præmium ſtatues, cui tantum arridet cytharædus? Rurſum cũ ex aſſiſtentibus quidam intuliſſet: pſaltes eximius hic eſt: At, inquit, apud nos bonus cantor bonus cupediarius eſt: ceu nihil prorſum interſit, cupedijs ne ac lautitia concilietur uoluptas, an modulatione ex organis conquiſita.

Quin & gentis eiuſdem Demaratus, ubi pſaltem bonum inuadiſſet, ſubiecit, ὀυ κακῶς φαίνεται μοι φλυαρεῖν, Id eſt: Non malè mihi uidetur nugari.

Emerepes Ephorus Phrynidis muſici, duas ex nouem fidibus aſcias abſcidit, inſuſurrãs, μὴ κακούργει τὴν μυσικὴν, Id eſt: Ne muſicam depraues.

Eudamidas, cum cantor quidam mirè placuiſſet, ac ſciſcitarentur nonnulli, cuiuſmodi ei uideretur, μέγας, inquit, κηλικὰς ἐν μικρῷ πράγματι, Id eſt: Demulſor magnus in re minuta. Poſtremò cum lyram conuiuio intuliſſet quiſpiam, dixit, Spartiata, ὄυ λακονικὸν φλυαρεῖν, Id eſt, Non eſt Laconicum nugari.

Philippus Macedonum rex, cum accepiſſet filium Alexandrum ſuauius alicubi ceciniſſe, tacitè eum obiurgauit: Non te pudet, inquit, quòd tam benè canere ſcias? Dedit autem Alexander operam cytharæ, ut haberet unde ſerias illas de monarchia & principatu meditationes quandoq́ reprimeret, aut exercitio maiore fatigatum corpus ſubleuaret.

Hiſmenias tibicen peritiſſimus fuit Antigenis diſcipulus, qui, teſte Boëtio, multis ægritudine laborantibus, omnes animi moleſtias abſterſit: ſolitus erat gemmis uti fulgentibus, & precioſis, ut ea oſtentatione artes muſicæ pluris æſtimarentur.

Antiſthenes, cum audiſſet Hiſmeniam optimum habere tibicinem: At, inquit, eſt homo nequam: non enim, ſi probus foret, tibicen eſſet: Quo dicto muſicos arguebat, ut unguentarios & miniſtros uoluptatum.

Thamyras cytharædus fuit Thracius, Lini diſcipulus, quem poëtæ à muſis fabulantur excæcatum, quod eas ad certamen cantus irritaſſet.

*Politianus in Nutritia.*

*Iam Thamyram cantu doctas anteire ſorores,*
*Fretum mox cytharæ damnatum, & luminis orbum.*

*Idem in Epigram.*

*Cederet huic Thamyras docti certamine cantus,*
*Cederet aurata Calliopæa lyra.*

MVSICAE STVDIVM OMnibus inſitum.

Muſica uerò capi omne quod uiuit: inde colligunt Platonici, quoniam cœleſtis anima, qua uniuerſitas animetur, originem ſumpſit ex muſica. Certè ex Strabonis doctrina didicimus, elephantes cantu mulceri, & tympaniorum ſono. Et in Sympoſiacis Plutarchus ſcribit, brutorum pleraq́ deliniri, afficiq́ plurimum muſica, ſicuti fiſtulis ceruos. Vbi uerò ſaliantur æquæ, nomen incini ſolitum, quem uocent Hippothoron, cantu uerò Delphinas moueri, teſtis locuples eſt Pindarus. In homine autem peculiaris adeſſe uidetur ratio, quia modulatior ſonus in corpus muſicæ memoriam deferat, cuius anima in cœlo fuerit conſcia: propterea nullum ferè haberi tam immite, tam aſperum pectus, quod non oblectamentorum talium teneatur affectu. Afferunt illa quoq́ Peripatetici, inſitum eſſe omnibus oblectari naturalibus motibus: cui ſint argumento pueri, qui uix dum nati, modulis permulcentur, omnino propterea delinimur numeris, quia ratum ordinatumq́ computandi modum habent, mouentq́ nos pro una æquabili ſerie ordinate. Indicium uerò id maximum eſſe, ordinem ex naturæ ratione, quod cum ordinatè laboramus, bibimus, comedimuſq́, naturam uireſq́ noſtras ſeruamus, augemuſque. Conſonantia igitur ea in primis cauſa demulcere poteſt, quia ſit permixtio,

ſiue contemperatio contrariorum aptè inter ſe coëuntium, & proportionem cuſtodientium.

*Tria initia Muſicæ.*

Muſices autem tria eſſe principia, ab eruditioribus deprehenſum, mœrorem, uoluptatem, ac enthuſiaſmum, id eſt, numinis afflatum: dolores ſiquidem mirabili quodam modo, & lapſu lubrico, uocem ad modulos inflectunt luctuoſam flebilemq́; , quo nomine in epilogis Rhetoras, & in fletu actores ſenſim animaduertimus modulari pronunciationem: quod efferueſcens, item gaudium efficit uberius. Afflatos autem fatidico ſpiritu eatenus externari, & à naturæ cõſuetudine reuelli ſpectamus, ut etiam futura ratione pandant metrica. Sed ſi amoris poteſtatem amplius in apertum promas, expliceſq́; pro dignitate, liquebit clarius luce, nullam prorſus affectionem æquè ad cantum & muſicam nos prouehere, ac iucunditas. Ex quo inuulgatum id apud Græcos, cuius Sympoſiacon primò meminit Plutarchus: μουσικὴν δ' ἄρα ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν, Id eſt: Muſicam docet amor, & ſi indoctus fuerit prius: amor ſiquidem induſtriam exacuit, eſtq́; planè artium inculpatus magiſter: Et proinde Plutarchi eiuſdem interpretatione Plato παντὸς eum ἐπιχειρητὴν nuncupat, ut qui intentatum relinquat nihil, & ſeſe inſerat omnibus.

Muſicam docet amor.

Amor artium inculpatus magiſter.

Climas Philoſophus ſecta Pythagoreus, qui, ſi quando ad iram cõcitaretur, motus & affectiones animi ſumpta protinus cithara leuabat: quod & Achillem feciſſe ſcriptum eſt.

*Horatius in Epodis.*

*Nobilis ut cecinit grandi centaurus alumno.*

*Sido. Apoll. de Chro.*

*Hos inter Chiron ad plectra ſonantia ſaltans:*
*Flectit inepta ſui membra facetus equi.*

*Melorum genera tria.*

Enharmonicum, Diatonicum, Chromaticum. Ex his, quod principe loco poſitum, nimis intruſa, nimiſq́; reconditа difficultate deſertum exoleuit: Medium, id eſt, Diatonicum mundanæ muſicæ doctrina Platonis adſcribit. Tertium molliciæ inſita, infamiæ nota non caruit: Quamuis non defuere, qui mollius illud, enarratiuſq́;, ut ſic dicam, genus, toto affectarent pede, cuiuſmodi Agathon tibicen memoratur.

*Modi uarij pro morum diſsimilitudine.*

Conſtat muſicos modos gentium uocabulis diſtinctos deſignatoſq́; : etenim quo unaquæq; gaudebat pro amorum ratione, eodem modus ipſe cenſetur nomine: Delectationem utiq; conciliat ſimilitudo. Hinc nata Phrygia, Lydia, Doria modulatio, Phrygium modum etiam barbarum appellat Porphyrio: Eius proprium eſt, inquit Lucianus, Entheon: Lydij uerò Bacchicum: Dorij honeſtum & graue. Adijcitur à pleriſq; Ionicum, quod floridum intelligunt, ac iucundum. In rebus ſerijs priſcos inuenio Doricum adhibuiſſe, non Phrygiũ, neq; Lydium: Quare cum quid lætius ac iucundius, uel dicendum, uel optandum eſſet à Dorio, dicebant in Phrygium.

*Caſsiodorus.*

Dorius prudentię largitor, & caſtitatis effector: Phrygius pugnas excitat uotum furoris inflammat: Æolius animi tempeſtates traquillat, ſomniumq́; iam placatis attribuit: Lydius intellectum obtuſis acuit, & terreno deſyderio grauatis cœleſtium appetentiam inducit, bonorum operator eximius.

Dorius. Phrygius. Aeolius. Lydius.

NOMINA MVSICORVM
*excellentiorum.*

1 Mercurius.
2 Orpheus
3 Thamyris.
4 Linus.
5 Thracius Lini diſcipulus.
6 Hercules.
7 Amphion.
8 Cadmus.
9 Anthes.
10 Philammon
11 Demodocus Cercyreus.
12 Phemius Ithacenſis.
13 Steſichorus.
14 Terpander.
15 Clonas.
16 Polymneſtus Colophonius.
17 Commarchus.
18 Schonion.
19 Cepion.
20 Dius.

21 Trimiles.

21 Trimeles.
22 Timotheus.
23 Hyaginis.
24 Marſyas.
25 Olympus.
26 Ardalus.
27 Hypponax.
28 Dacades.
29 Thaletas Gortynius.
30 Xenodamus.
31 Cytherius.
32 Xenocritus Locrus.
33 Pratinas.
34 Archilochus.
35 Huberius.
36 Alcinan.
37 Crexus.
38 Philoxenus.
39 Apollo.
40 Melanippedes.
41 Pythoclides.
42 Damon Athenienſis.
43 Tyrtæus.
44 Mantineus.
45 Andreas Corinthius.
46 Thraſyllus Phliaſius.
47 Laſus Hermioneis.
48 Hipparchion.
49 Ruffinus.

Citharædi apud Græcos præcipui.

*Prouerbium.*

Mutus Hipparchion. De eo, qui repente ſilet, à quo tamen grande aliquid expectari ſolebat.

*Macrobius lib. 2. de ſomnio Scipionis, his uerbis muſicam laudat.*

Omnis habitus animi cantibus gubernatur: nam dat cãtus ſomnos adimitq;, nec non curas & mittit & retrahit, iram ſuggerit, clementiam ſuadet, corporis quoq; morbis medetur: Hinc eſt, quod ægris remedia præſtantes præcinere dicuntur. Et quid mirum, ſi inter homines tanta muſicæ dominatio eſt, cum aues quoq;, uelut cygni, aliæue id genus cantu, ueluti quadam diſciplina ſuæ artis exerceant. Nonnullæ uerò aues, uel terrenæ, uel aquatiles beluæ inuitante cantu in retia ſæpe decurrunt. Iure igitur muſica capitur omne quod uiuit: quia cœleſtis anima, qua animatur uniuerſitas, originem ſumpſit ex muſica: mortuos quoq; ad ſepulturam proſequi cum cantu oportere, plurimarum gentium & regionum inſtituta ſanxerunt, perſuaſione hac, qua poſt corpus animæ ad originem dulcedinis muſicæ, id eſt, ad cœlũ redire creduntur.

*Laërtius in uita Pythagoræ.*

Pythagoras, ut ait Boëtius in 1. lib. muſicæ artis inuentor fuit apud Græcos, per malleorum ferientium inæqualia pondera, & per chordarum inæqualitatem, uel inæqualem extenſionem, ac per calamorum inæqualem longitudinem. Pythagoras inuentor muſicæ.

Samius porrò Pythagoras in adytis Anactonon Ægypti fertur Orphei antiquam heptachordon lyram inueniſſe, quam Terpander Lesbius in Ægyptum proficiſcens ſecum attulit, ibiq; appendit, ut apud ſacerdotes illos charior eſſet, apud quos philoſophiam didicit Ægyptiacam. Huius ergo lyræ Pythagoras concentus excogitaſſe rationem, ac proportiones primus fertur.

*Petrarcha de remedijs proſperæ fortunæ.*

Cantibus ſoniſq; permulceor. R. At quid refert? Eſt haud dubiè in animis hominum generoſis maximè potentiſſima muſica: ſed effectus ſupra fidem ſunt uarij: hos ad lætitiam inanem, hos ad ſanctum ac deuotum gaudium, piaſq; nonnunquam lachrymas mouent: quæ uarietas in diuerſas ſententias magna traxit ingenia. Potentiſſima res muſica eſt.

Anaſtaſius uanitates omnes fugiens, canendi uſum in eccleſijs interdixit. Ambroſius autem pietatis exercitium appetens, ut caneretur, inſtituit. Anaſtaſius. Ambroſius.

*Hieronymus Phaletus Sauonenſis, de laude muſicæ.*

*Muſica turbatas animas, ægrumq; dolorem*
*Sola leuat, meritò diuumq; hominumq; uoluptas:*
*Qua ſine nil iucundum animis, nec amabile quicquam,*
*Ad cuius numeros ſuperi uertuntur, & orbis,*
*Et cœlo radiant ignes, quibus emicat ingens*
*Signifer, & leges præſcriptaq; tempora ſeruant:*
*Hac phœbus, phœbiq; ſoror, duce & aurea cœli*
*Aſtra ſuos agitant conſtanti fœdere motus.*

MVSICA APVD ANTIQVOS *bonos mores docebat, ex Diotegme Pythagoreo, lib. de ſanctitate.*

Cæterum primi illi legumlatores cum animaduerterent, quod hominum ſtu-

dia nõ poſſent omnino tranquilla eſſe, admiſcuerunt eis ſaltationem & rythmum, motu certo & ordine conſtantes: ad hæc ludos conceſſerunt, qui uel ad mutuam coniunctionem promouerent, uel ad uerum cognoſcendum, acuendumq; ingenium facerent. Similiter illis, qui ebrietate & crapula inducti, aliquid mali perpetrabant, tibias & concentum accommodarunt, ut ingenia his modis irrigata, honeſtiores matureſcendo mores acquirerent.

*Plato in dialogo 4. de Iuſto.*

Quando itaq; bene incipientes pueri iocari, ac ludere, legitimum per muſicam morem imbibunt: in contraria his omnino ac ſuperioribus muſica tendit, atq; perſequitur erigere, ſi quid antea in ciuitate iacebat.

*Perictyone Pythagorica de ſapientia.*

Geometria, Arithmetica, Muſica, reliquaq; in ſpeculatione ſita, ſcientiæ ſunt quantitatis & conſonantiæ: ob id circa entia uerſantur: at ſapientia circa omnia genera entium, etenim occupata circa omnia quæ ſunt, ceu uiſus circa omnia uiſibilia, & auditus circa omnia audibilia.

*Menander in theſauro.*

πολλοῖς ὑπέκκαυμ᾽ ἐς᾽ ἔρωτος μουσική. Id eſt: *Muſica multis eſt incitamentum amoris.*

Dauid omnibus gentibus pacatis religionis ſtudia complexus hymnos trimetros edidit, & cum his pentametros uerſus plurimos, qui ſabbathis feſtiſq; diebus ſacris ſolennibus canerent: adiecit his decachordem citharam, & nabla 12. uocum cymbala: ad hæc ærea, grandia quidem & lata. Sabellicus Ænead. 1. lib. 20.

*Exagitati dæmoniacis ſpiritibus cantu muſico permulcentur.*

Dauid ad Saulum recenti dæmonum incurſu exagitatum accerſitus eſt, ut cantu demulceret æſtuantem mentis furorem, id quod præſtitit: Nam quoties in morbum incidit Saul, ſtans Dauid ad caput, cum ſacros hymnos, uoce & fidibus ceciniſſet, ad ſanam mentem reductus eſt. Ioſephus lib. 6. cap. 9. antiquitatum Iudaicarum.

# NOBILITAS.

*Ignobilitas, uel obſcuritas generis.*

NOBILITAS SOLA LAVDABILIS *eſt, quæ uirtutibus ornata uenit.*

NOBILITAS eſt quædam maiorũ claritas: uel eſt honorificentia anteceſſorum. Ariſtoteles lib. 2. Rhetoric.

Maiorum qui regna ſuſcipit, & uirtutes q̃q; ſuſcipiat, conſentaneum eſt: Succedis in nobilitate, cura ut morum ſimili modo ſucceſſor fias: Nobilitas ſanctis ueſtita Quæ nobilitas laudata.
moribus laudi datur: nihil eſt nobile q̃d uitioſum: Quis enim generoſum dixerit hunc, qui indignus genere eſt, & præclaro nomine tantum inſignis: Sane ut animalia muta, quamuis laudatis orta parentibus, nemo generoſa optat, niſi fortia: ſic homines appellari nobiles iure Simile.
nequeunt, niſi uirtute propria commendati.

*Iuuenalis ſatyra 8.*

*Miſerum eſt alienæ incumbere famæ,*
*Ne collapſa ruant ſubductis tecta columbis.*

*Ariſtoteles 4. Politico.*

Nobilitas ſiue ingenuitas eſt uirtus, & diuitiæ antiquæ.

NOBILITAS GENERIS VITIOSO *nil prodeſt, ex epiſtola 11. Ouidij Canace Macareo.*

*Quid iuuat admoto per auorum nomina cælo,*
*Inter cognatos poſſe referre Iouem.*

*Ex ſatyra 8. Iuuenalis.*

*Stemmata quid faciunt? quid prodeſt pontice longo*
*Sanguine cenſeri, pictoſq; oſtendere uultus*
*Maiorum? & ſtantes in curribus Aemilianos?*
*Quis fructus generis tabula iactare capaci*
*Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros,*
*Si coram Lepidis male uiuitur?*

*Eodem loco.*

*Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ* Nobilitas ſola uirtus.
*Atria, nobilitas ſola eſt, atq; unica uirtus.*

*Eadem ſatyra.*

*Prima mihi debes animi bona, ſanctus haberi,*
*Iuſticiæq; tenax factis dictiſq; mereris,*
*Quis enim generoſum dixerit hunc, qui*
*Indignus genere & præclaro nomine tantum*
*Inſignis? nanum cuiuſdam Atlanta uocamus,*
*Aethyopem cygnum, paruam, extortamq; puellam*
*Europen, canibus pigris, ſcabieq; uetuſta*

Leui-

*Leuibus,& ſiccæ lambentibus ora lucernæ,*
*Nomen erit pardus,tigris,leo,ſiquid adhuc eſt*
*Quod fremit in terris uiolentius.ergo cauebis,*
*Et metues,ne tu ſis Creticus,aut Camerinus.*

*Plautus in Mercatore.*

*Qui bono ſunt genere nati,ingenio malo*
*Suapte culpa degenere capiunt genus, ingenium improbant.*

*Pulchrius eſt nobilem uirtute fieri,quàm naſci.*

*Quis feret uxorem,cui conſtant omnia malo,*
*Malo Venuſinam, quàm te Cornelia mater*
*Gracchorum,te cum magnis uirtutibus affers*
*Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos.*

*Stulta eſt iactantia nobilitatis maiorum. ex Satyra octaua Iuuenalis.*

*Aſt ego Cecropides,uiuas,& originis huius*
*Gaudia longa feras,tamen ima plebe quiritem*
*Facundum inuenies,ſolet hic defendere cauſas*
*Nobilis indocti,ueniet de plebe togata,*
*Qui iuris nodos,& legum ænigmata ſoluat.*
*Hic petit Euphraten iuuenis,domitiq; Bataui*
*Cuſtodes aquilas armis induſtrius,at tu*
*Nil niſi Cecropides,truncoq; ſimillimus Hermæ,*
*Nullo quippe alio uincis diſcrimine,quàm quod*
*Illi marmoreum caput eſt,tua uiuit imago.*

*Eadem Satyra.*

*Hæc ſatis ad iuuenem,quem nobis fama ſuperbum*
*Tradit,& inflatum,plenumq; Nerone propinquo.*
*Sed te cenſeri laude tuorum*
*Pontice noluerim,ſic ut nihil ipſe futuræ*
*Laudis agas,miſerum eſt aliorum incumbere famæ,*
*Ne collapſa ruant ſubductis tecta columnis.*
*Stratus humi palmes uiduas deſiderat ulmos.*
*Eſto bonus miles,tutor bonus,arbiter idem*
*Integer,ambiguæ ſi quando citabere teſtis,&c.*

Miſerũ aliorum incumbere famæ.

*Natura ſunt omnes nobiles,nec quiſquàm degener eſt,niſi uitijs & ſceleribus ſit deditus.*

*Omne hominum genus in terris dedit,& ſydera cœlo*
*Simili ſurgunt ab ortu:unus enim rerum pater eſt,*
*Vnus qui cuncta miniſtrat:ille dedit phœbo radios,*
*Dedit & cornua lunæ:ille homines etiam terris:*
*Hic clauſit membris animos celſa de ſede petitos,*
*Mortales igitur cunctos,edit nobile germen,*
*Quid genus & proauos ſtrepitis:ſi primordia ueſtra*
*Autoremq; Deum ſpectes,nullus degener extat:*
*Ni uitijs peiora fouens proprium deſerat ortum.*

*Natiuitas hominis.*

*Natus homo ex luto,imo libidine fœda,igitur nihil ſuperbiendum eſt.*

*Thomas Morus Anglus.*

*Heus homo ſi memor es,quid,te dum gigneret,egit*
*Tum pater,ex animo iam tumor ille cadet.*
*At Plato te factum dum ſomniat,inflat inani,*
*Aeternumq; uocat ſemen,& æthereum.*
*Factus es ecce luto,quid ſuſpicis alta:ſed iſtud,*
*Plaſmate qui te ornat nobiliore,feret:*
*Quin ſi uera uoles audire,libidine fœda,*
*Natus es è coitu,guttula et è miſera.*

*In prima illa natiuitate ſemina ingenijs noſtris innaſcuntur: ex libro tertio quæſtionum Tuſculanarum Ciceronis.*

Sũt ingenijs noſtris ſemina innata uirtutum,quæ ſi adoleſcere liceret,ipſa nos ad beatam uitam natura perduceret:nũc autem ſimul atque æditi ſumus in lucem & ſuſcepti, in omni continuò prauitate, & in ſumma opinionum peruerſitate uerſamur, ut penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe uideamur. Cum uerò parentibus redditi,uel magiſtris traditi ſumus,tum ita uarijs imbuimur erroribus, ut uanitati ueritas,& opinioni confirmatæ natura ipſa cedat,&c.

Virtutum ſemina nobis innata ſunt.

*Eſt ſtatim naſcentibus hominibus inſita latens peſtis.*

*Petrarcha de remedijs proſperæ fortunæ.*

Gaudeo. Liber ſum. R. Planè ſi prudẽs es,ſi iuſtus, ſi fortis, ſi modeſtus, ſi innocens,ſi pius:horum ſi quid abfuit, pro ea te parte ſeruum ſcito.ſed iccirco, te ut reor,liberum dicis, quod eſſe tibi dominum non uides:ſunt enim nobis inuiſibiles animorum domini:eſt in ipſa origine hominum latens peſtis, eſt naſcendi genus obnoxium peccato; quo nulla grauior ſeruitus fingi poteſt:ſunt occulti hoſtes,& bella clãdeſtina:ſunt quæ miſeras animas nundinẽtur uoluptates fœdiſſimæ,quę nos inenodabili laqueo uinctos tenent.

Carens uitijs, liber eſt.

Latẽs peſtis in noſtra origine.

tenent. Ite nunc, & de libertate gloriamini: ſed uos cæci nihil niſi corporeum uidetis: unde enim, qui immortali domino ſubeſt, ſeruum dicitis; eum uerò, qui mille immortalibus operiũtur tyrannis, liberum iudicatis? eleganter, ut reliqua: profectò autem liberum non facit fortuna, ſed uirtus.

Animus peccatis obnoxius ſeruit. Virt⁹ facit liberum.

Plato nobilitatem in quatuor ſpecies diuiſit: nam qui claris, bonis, iuſtisq́ maioribus fuerint nati, eos nobiles uocari:
1 quorum item parentes nobiles ac princeps fuere: Item uocari nobiles, quorum
2 ſunt maiores fama & opinione celebres,
3 quam uel ex bellicis rebus præclarè geſtis, uel ex certaminum coronis reportauerunt:
4 alterũ eſſe nobilitatis genus, idq́ præſtantiſſimum, cum quis per ſe animi magnitudine excellit.

Laertius Diogenes in uita Plato.

*Nobiles miſericordia, clementia decet primores.*

*Quo quiſq; nobilior, eo eſt ad miſericordiã prõptior.*
*Ex lib. 3. de triſtibus. Ouidius.*
*Quo quiſq; eſt maior, magis eſt placabilis iræ,*
*Et faciles motus mens generoſa capit.*
*Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,*
*Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis, habet:*
*At lupus, & turpes inſtant morientibus urſi,*
*Et quæcunq; minor nobilitate fera eſt.*

*Nobiles ignaui ſe deboneſtant, ex oda: 4. lib. 4. de laudibus Druſi ex Horatio.*

*Fortes creantur fortibus & bonis.*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*
*Doctrina ſed uim promouet inſitam,*
*Rectiq; cultus pectora roborant:*
*Vtcunq; defecere mores,*
*Dedecorant bene nata culpæ.*

*Quanto nobilior, tanto magis improbandus, ſi peccat: ex ſatyra octaua Iuuenalis*

*Si tibi ſancta cohors comitum, ſi nemo tribunal*
*Vendit acerſe comes, ſi nullum in coniuge crimen,*
*Nec per conuentus, nec cuncta per oppida curuis*
*Vnguibus ire parat nummos raptura Celæno,*
*Tunc licet à Pico numeres genus, altaq; ſi te*
*Nomina delectant, omnem titanida pugnam*
*Inter maiores, ipſumq; Promethea ponas,*
*De quocunq; uoles proauum tibi ſumito libro.*
*Quod ſi præcipitem rapit ambitus, atq; libido,*
*Si frangis uirgas ſociorum in ſanguine, ſi te*
*Delectant hebetes laſſo lictore ſecures,*
*Incipit ipſorum contra te ſtare parentum*
*Nobilitas, claramq; facem præferre pudendis.*
*Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe*
*Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.*

*Viues de bello Turcico. Munus nobilitatis quale ſit.*

Ex bello cędes, rapinæ, incendia, propter impunitatẽ ſcelera omnia naſcũtur: in pace uero bonę artes ualidę ac pollentes ſunt. Hoc eſt principũ mun⁹, hoc nobilitatis, utile populis & gentibus, gratũ Deo, meditari, ut ciuitates & regna, quoniam tutelam ipſi ſuſceperũt, quietè & feliciter gubernentur.

*Nobiles uerè, uirtute clari, non origine parentum uel maiorum eminentes.*

Multò pulchrius uirtute nobilem fieri, quàm ſtemmate.

*Solon Athenienſis.*

Pulchrius multò parari, quàm creari.

*Nobilitas antiquorum.*

*De remedijs proſperæ fortunæ, Petrarcha.*

Magna eſt nobilitas antiquorũ meorum. Reſpondeo. Mallem per te alĳ, quã tu per alios noſcereris: uerũ age aliquid & tu, unde ſis nobilis, nam & illi, niſi aliquid egiſſent laude dignum, nunquam nobiles fuiſſent. Verũ nobiles nõ naſcũtur, ſed fiunt: & ne forte uideatur hereditarium bonum, uirtus, (non libens dico, ſed res ipſa loquitur) raro excellentis uiri excellens fuit filius.

Vnde nobiles ortũ habeant. Nobilis non naſcitur ſed fit.

*Petrarcha de remedijs proſperæ fortunæ.*

Satius eſt humili genere naſci, & nobilitari, quàm è contra.

*Malo pater tibi ſit Therſites, dum modo tu ſis*
*Aeacidæ ſimilis, Vulcaniaq; arma capeſſas,*
*Quam te Therſitæ ſimilem producat Acchilles.*
*Iuuenalis ſatyra 8.*

*Nobilitas illuſtratur nobilibus.*

*Ineſt in homine mira & euidens nota,*
*Probis ſatum eſſe: Generis illuſtrat decus,*
*Quiſquis celebribus dignus eſt natalibus.*
*Ex Hecuba Euripidis.*

Decus generis illuſtrat.

*Menander in Gnidia.*

οὐδὲν

οὐδὲν γένους γὰρ οἶμαι διαφέρειν,
ἀλλ' εἰ δικαίως ἐξετάσεις, καὶ γνήσιος.
ὁ χρηστὸς ὤν, ὁ δὲ πονηρὸς καὶ νόθος, Id eſt:

Nullum opinor eſſe generis diſcrimē: ſed ſi rectè conſideraueris, ingenuus idē qui bonus: malus autē ſpurius eſt.

*Nobilitas nulla, niſi adſint uirtus & boni mores ac eruditio:*
*Nobilitatem in aſtragalis geſtare quid, lib. 11. cap. 27. Cœlij Rhodogini lectio. antiqua.*

Nobilitatem in aſtragalis habere, ex adagio uidetur rectè dici de eo, qui prę-ſtantia generis tumens, nulla ipſe propria nititur uirtute, cum præſtet tamen inge- Elegans prouerbiū nium excoluiſſe, in quo uera ſunt ſtemmata & gemina hominis excellentia, ſicuti à Platone ſummo philoſopho ſcimus comprobatum: nam in pedibus nobilitatis inſignia, ſi aliud adſit nihil, geſtare, odioſa tantum eſt, & inanis oſtentatio. Laertius in uita Platonis. nec eiuſmodi hominem ab imagine, quam ſcientiſſimus artifex concinnè, uel ut græcè dicam χαριεντέρως expinxerit, magnopere diſtingui neceſſe eſt: propterea prudenter admodum Socrates illein Apulei floridis, cum adoleſcentem uidiſſet diutulè latentem: dic aliquid, inquit, adoleſcens, ut te uideam: ſic enim hominem uoce, uti figlinum ſono pernoſcimus: quod adſerunt Platonem dicere ſolitum. Socrates. Homo uoce ſicut figlinū opus ſono pernoſcitur. Sed ad prouerbium redeo: erat Herodi Sophiſtæ Regilla nomine uxor, eam ob peccatum haud ita momenti magni iuſſit à liberto Alcimedonte cædi: forte tunc geſtabat utero, agebaturq; à conceptu menſis iam octauus, igitur hominis imprudentia, ingeſtis in uentrem plagis, immaturo portu naturæ conceſſit: Regilla uxor Herodis cæſa. Eo nomine poſtulatur Herodes cædis apud Romanum ſenatum ab uxoris fratre, nomen uero Bradeas fuit, is maiorum claritate longè princeps nec minor nobilitatis oſtentator, argumentum generis erat in calceis epiſphyrion, menoides eburneum, id ſignificat fibulam corniculātem, qualis fermè figura eſt in luna, cum tenuem uiſitationem facit, uel etiam paulum craſſeſcit. Bradeas frater Regillę nobiliſſimus. Prodiens igitur is magno paratu, ad peragendum reum, de cauſa quidem pauca ferè, aut nihil, in laudibus uerò proprijs etiam animus, imò uerò totus. Cum multa iam de familia perilluſtri emugiſſet homo imperitus, ſcommate illum excepit Herodes: tu, inquiēs, in aſtragalis geſtas nobilitatem. Aſtragalus talus. Eſt autem aſtragalus latine talus, &c.

*Cur lunulas geſtarint in calceis Romani ueteres.*
*Nobilitatem nil prodeſſe ni adſit uirtutis meditatio. ex eod. lib. Cœlij antiqua. lectionum cap, 26.*

Apud Romanos, autor Plutarchus eſt, omnes qui nobilitate præſtarent, lunulas in calceis ſolitos geſtare: unde & lunata pellis Martiali, & apud ſatyricum Poëtam: appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ. Nobiles lunulas in calceis geſtare ſoliti. In id argumentum rationes adferuntur plures.

Bion interrogatus ab Antigono rege, quis, & cuius eſſet, ubi ciuitas & parentes illius forent, reſpōdit, benè ſe facere, cum indigeat ſagittarijs, non interrogare de genere, ſed ſcopum proponendo optimos illorum ſibi ſatagere ad eligendum: Grauiter reſpōſum. ſic igitur amicos explorandos, non unde nati, ſed quales ſint.

*Nobilitas noua melior uirtutibus & egregijs factis comparata, quàm antiqua corrupta uitijs & ſceleribus.*

Illa interim arriſit plurimū: etenim huic inſtituto adfuiſſe uideri poteſt nobile antiquitatis documētum, tacitis uelut ambagibus commonentis, non inſoleſcendū, nec proſperiore ſucceſſu efferēdos animos: Bona ratio. incōſtantię rerū ſemper memores, qua humana conflictantur. Cui argumētum prębeat lūna, quæ primò quidem ex obſcuro prodeat, mox ſplēdido reſulgens nitore, uiſenda conſurgat facie: Luna incōſtans. ſed cum iam clariſſimam præferat candoris ſpeciem, rurſum ſeneſcēs defloreſcit, donec ratione quadam reciproca in nihilum denuo redeat.

Cæterum ab inſtituto nō alienū omnino, & ad uitæ mores eximiè pertinēs, q̄d Lycurgum prędicare ſolitū accepimus, q ciuib⁹ ſuis identidē cōprobare annitebatur, nil profuturam illi nobilitatem, & quod ab Hercule uiderentur propagari, niſi ea facerent, meditarenturq;, quibus ille hominum ſummus euaſiſſet, Catulorum Lycurgi uox de nobilitate.

rum argumento: quos eiſdem prognatos parentibus educationis diſſimilitudine, moribus etiam longè diuerſis oſtẽtabat: cum lucernarius foret unus, alter uenaticus, & qui generoſos alũt ſpiritus, laboribus innutritus. Ibidem, qui terræ filij ſint & dicantur, inuenies.

Vide Plutarchũ de educat. liberorum.

*Præſtantius eſt nobilitatem nouam parere, quàm acceptam corrumpere. ex Iugurtha Saluſtij in oratione Marci contra nobilitatem.*

Bellum me gerere cum Iugurtha iuſſiſtis, quam rem nobilitas ægerrimè tulit. Quæſo, reputate cum animis ueſtris, num id mutari melius ſit. Ecquem ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotium mittatis hominem ueteris proſapiæ, ac multarum imaginum, ac nullius ſtipendij: ſcilicet, ut in tanta re ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat aliquem monitorem ex populo officij ſui: ita plerunque euenit, ut quem uos imperare iuſſiſtis, is ſibi alium imperatorem quærat. At ego ſcio, qui poſtquàm conſules facti ſunt, acta maiorum, & græcorum militaria præcepta legere cœperint, præpoſteri homines. Nam gerere quod fieri tempore poſterius, re atque uſu prius eſt, comparate nunc Quirites cum illorum ſuperbia me hominem nouum. Quæ illi audire, & legere ſolent, eorum partem uidi, alia egomet geſſi, quæ illi literis, ea ego didici militãdo. Nunc uos exiſtimate, facta an dicta pluris ſint. Contemnunt nouitatem meam, ego illorum ignauiam. Mihi fortuna, illis probra obiectantur. Quanquàm ego naturam unã, & communem omnium exiſtimo, ſed fortiſſimum quenq; generoſiſſimum: at ſi iam ex patribus Albini, aut beſtiæ quæri poſſit, me ne an illos ex ſe gigni maluerint, quid reſponſuros creditis, niſi ſeſe liberos quàm optimos uoluiſſe? Quod ſi iure me deſpiciunt, faciunt idem maioribus ſuis, quibus uti mihi ex uirtute nobilitas cœpit. Inuident honori meo, ergo inuideant labori & innocentiæ, periculis etiam meis, quoniam per hæc illum cœpit. Verum homines corrupti ſuperbia, ita ætatem agunt, quaſi ueſtros honores contemnant, ita hos petiuit, quaſi honeſtè uixerint. Næ illi falſi ſunt, qui diuerſiſſimas res pariter expetant, uoluptatem, & præmia, uirtutes. atque etiam quum apud uos, aut in ſenatu uerba faciunt, plerumq; oratione maiores ſuos extollunt, eorum fortia facta memorando clariores ſeſe putant, quod contra eſt: nam quanto uita illorum præclarior, tanto horum ſocordia flagitioſior. Et profecto ita ſe res habet, maiorum gloria poſteris quaſi lumen eſt, neque bona eorum, neque mala in occulto patitur. Huiuſce rei ego inopiã patior Quirites. Verum id, quod multo præclarius eſt, mea facta mihi dicere licet, nunc uidete, quàm iniqui ſint, quod ex aliena uirtute ſibi arrogent, id mihi ex mea non concedunt, ſcilicet, quia imagines non habeo, & quia mihi nobilitas noua eſt, quã certè peperiſſe melius eſt, quàm ineptam corrupiſſe, &c.

Marius homo nouus

Eſt cõmunis natura omnium.

Veriſſimũ hoc.

Facta preedicare nobilius, q̃ maiorum ſtemata.

Non poſſum fidei cauſa imagines, neque triumphos, aut conſulatus maiorum meorum oſtentare. At ſi res poſtulet, haſtas, uexilla, phaleras & alia militaria dona, præterea cicatrices aduerſo corpore. Hæ ſunt meæ imagines, hæc mea nobilitas, non hæreditate relicta, ut illa illis, ſed quæ ego meis pluribus laboribus, & periculis quæſiui, &c.

Veræ imagines nobilitatis.

Hæc atque alia maiores ueſtri faciendo, ſe & rempub. celebrauêre. Quis nobilitas freta, ipſa diſſimilis moribus, non illorum æmulos contemnit, & omnes honores non ex merito ſed quaſi debitor à nobis repetit. Cæterum homines ſuperbiſſimi procul errant. Maiores eorum omnia, quæ licebat, illis reliquêre, diuitias, imagines, memoriam ſui præclaram, uirtutem non reliquêre, neq; poterant, ea ſola neq; datur dono, neq; accipitur, &c.

Honores quaſi debiti repetuntur.

Virtus nõ relinquit iure hæreditario à parẽtibus

*Non omnia poſſumus omnes.*

*Bona non omnibus omnia data ſunt. Quære ſupra.*

*Qui genus ſuum laudant, aliena, non ſua extollunt. ex Vlyſsis reſponſiua ad Aeacem.*

*Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,*
*Vix ea noſtra uoco.*
*Propoſita arma peto, meritis expendite cauſam;*
*Nec ſanguinis ordo,*

Virtus reſpicienda, nõ genus.

Sed

*Sed uirtutis honos, ſpolijs quæratur in iſtis; &c.*

*Sophocles in Tereo.*

Ἐν φῦλον ἀνθρώπων μί᾽ ἔδειξε πατρὸς καὶ μητρὸς
ἡμᾶς ἁμέρα τοὺς πάντας· οὐδεὶς ἔξοχος
ἄλλος ἔβλαστεν ἄλλου, κοσμεῖ δὲ τοὺς μὲν
Μοῖρα δυσαμερίας, τοὺς δὲ ὄλβος ἡμῶν,
Τοὺς δὲ δουλείας ζυγὸν ἔχειν ἀνάγκης, Id eſt:

*Verſ latinè per Conradum Geſſnerum.*

*In hominum genere, una produxit ex patre & matre*
*Lux nos omnes: neq; præſtantior alius alio natus eſt,*
*Sed ſequitur aliquos ſors infortunij, alios noſtram.*
*Opes, & felicitas: ſunt qui neceſſario ſeruitutis iugo*
*premuntur.*

VERA NOBILITAS NON VE-
*terum ſanguini, ſed uirtuti ni-*
*titur.*

*Non decet ſanguine ſed uirtute niti, ex*
*Claudiano.*

*Si tibi parthorum ſolum fortuna dediſſet*
*Chare puer, terriſq; procul uenerandus eois,*
*Barbarus Arſacio conſurgeret ore Thiaras,*
*Sufficiet ſublime genus, luxuq; fluentem*
*Deſide, nobilitas poſſet te ſola tueri:*
Aureꝰ uerſus. *Altera romanæ longè rectoribus aulæ*
*Conditio, uirtute decet non ſanguine niti.*
*Maior & utilior facto coniuncta potenti*
*Vile latens uirtus, quid enim ſubuerſa tenebris*
Lyra iacēs nil prodeſt. *Proderit? obſcuro ueluti ſine remige puppis,*
*Vel lyra, quæ recitet, uel qui non tenditur arcus.*
*Hanc tamen haud quiſquàm, qui non cognouerit ante,*
*Semet & incertos animi placauerit æſtus,*
*Inueniet, longis illuc ambagibus itur.*

*Ex hiſtoria Cancredi de uera nobilitate ho-*
*minum & per Aeneam Syluium.*

Quod à te mihi ignobilitate illius obijcitur, minus id à me peccatum fuiſſe, ſi nobilem aliquem delegiſſem, in hoc falſam uulgi opinionem ſequutus es: nec uides te non Guiſgardum, ſed fortunā accuſare, quæ frequenter indignos ad alta leuat, dignoſq; humi depremit, ac peſſundat. (Fortunę locus.) Verum ut omittamus hoc, & principia rerum contemplemur, certum eſt nos omnes homines, ab uno homine originē habuiſſe: uirtus ſola æqualiter nos natos diſtinguit, & quorum opera extollit, eos nobiles & claros reddit: & quamuis uulgi opinio ignara quædam & indocta aliter ſentiat, ueritas tamē ſuo dimoueri loco non poteſt. (Vna origo eſt omniū hominū. Sola uirtꝰ homines diſtinguit.) Itaq; is uerè eſt nobilis exiſtimandus, cuius opera uirtuoſa conſpiciūtur: & qui aliter appellant, non illi detrahunt quē nō appellāt, ſed ſeipſos ignorantiæ, ſtultitiæq; condemnant. (Verè nobilis, cuius opera uirtuoſa.) Intuearc igitur Cancrede nobiles tuos, uitamq; uniuſcuiuſq; & mores examina, aliaq; ex parte Guiſgardi mores, uitamq; recenſe: certè ſi iudicare uolueris, nō dubito, quin eum nobiliſſimum fatearis: contra uero, nobiles iſtos tuos, longe abeſſe à nobilitate. (Egregiè dictum.) Equidem de Guiſgardi uirtute ac præſtantia, nullius magis quàm tuis aſſenſibus credidi: quis unquàm uſque adeo laudatus eſt à te, ut ille, in cunctis operibus quæ ad exercitationem pertinent uirtutis? Nec ſanè immerito: nam niſi me meus fallat genius, nulla laus illi tributa eſt, quàm non mirificētius etiam, quàm à te dictum eſt, adimpleret. Dicęs ergo, me mihi ignobilem hominem delegiſſe: certè falſum dices: atqui ſi inopē dicis, concedo equidem id cum dedecore tuo, qui uirum præſtantem, familiarē tuum nullis afficere præmijs ſtuduiſti: ueruntamen inopia generoſitatem non tollit, quanquàm opera impediat. Multi deniq; reges principeſq; fuere: nati ſunt ab initio tenues atque inopes: multi etiam nunc inopes, atq; proprijs manibus opus facientes, uel paſtoritiam exercētes, cum tamen & ipſi & ſui diuitijs abundarunt. (Varij fortunę euentus.)

*Seneca in Hercule furente.*

*Non uetera patriæ iura poßideo domus*
*Ignauus hæres, nobiles non ſunt mihi*
*Aui, nec altis inclytum titulis genus:*
*Sed clara uirtus.* (Virtus.)
*Qui genus iactat ſuum, aliena laudat.*

*Sola uirtus nobilitat: ex Stroza patre,*
*Eroticôn li. 1.*

*Sed licet auratos tibi purpura ueſtiat artus,*
*Sit benè compoſitis littera picta notis:*
*Et quamuis cultu poßis non uilis haberi,*
*Haud tamen id ſatis eſt, ni meliora feras.*
*Non ebore & gemmis, non auro uera paratur*
*Nobilitas, aliquid maius habere decet.* (Virtus ſola nobilitat.)
*Nam uirtutis opes tantum ornamenta putantur,*
*Quas fortuna ſua, datq; rapitq; manu.*
*Hæc igitur nequeunt generoſum reddere quenquàm,*
*Cauſam in ſe uirtus nobilitatis habet.*

*Amantius, ad Raimundum Fuggerum.*

*Nobilis eſt ſolus, uirtute inſignis & arte,*
*Virtus nobilibus clarior una uiris.*

In

*In iactabundos nobiles, Codrus Vrceolus in epigrammatibus.*

*Sis licet ingenuus, clariſq; parentibus ortus,*
*Eſſe tamen uel ſic beſtia magna potes.*
*Adde decus patriæ, & claros tibi ſume propinquos,*
*Eſſe tamen uel ſic beſtia magna potes.*
*Sint tibi diuitiæ, ſit larga & munda ſuppellex:*
*Eſſe tamen uel ſic beſtia magna potes.*
*Deniq; quicquid eris, niſi ſit prudentia tecum,*
*Magna quidem dico, beſtia ſemper eris*

*Contra nobiles ſine uirtute.*

Codrus Vrceolus Bononienſis.

*Sint tibi Gallorum rex & regina parentes,*
*Et maneat uirtus pectore nulla tuo:*
*Non pluris faciam te, quàm tibi ruſtica mater*
*Si ſit, & ignotus ruſticus ipſe pater.*

*Nobiles illi tantum ſunt, qui ſecundum uirtutem uiuunt, quamuis non claris nec bonis moribus præditis parentibus orti ſint.*

*Euripides in Dictye.*

εἰς δ' εὐγένειαν ὀλίγ' ἔχω φράσαι καλῶς:
ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς, ἔμοιγ' ἀνὴρ
ὁ δ' οὐ δίκαιος κ' ἂν ἀμείνονος πατρὸς
Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ, *Id eſt:*

De nobilitate parum laudis prædicare poſſum, bonus enim uir mihi nobilis uidetur: qui uerò non iuſtus eſt, licet à patre meliore, quàm Iupiter genus deducat, ignobilis mihi cenſetur.

*Idem in Alexand.*

*Sic perflua eſt oratio, nobilitatem*
*Si mortalem laudauerimus:*
*Olim enim cum primum nati ſumus,*
*Et mater tellus homines formauit,*
*Omnibus conſimilem largita eſt faciem:*
*Peculiare nihil habemus, ſed una generis eademq; origo nobiles ac ignobiles produxit.*
*Tempus autem legibus arbitrarijs nobilitatem efficit mage glorioſam:*
*Sed in prudentia nobilitas ſita eſt, ac intellectus*
*Non à diuitijs, ſed diuinitus datur.*

*Idem in Electra.*

*Non tandem ſapietis uos, qui uanis opinionibus*
*Pleni erratis, ex conuerſatione autem homines*
*Iudicabitis, & ex moribus nobiles:*
*Tales enim feliciter inhabitant ciuitates*
*Ac domos, carnes uerò hominum inanes*
*Simulachra fori ſunt: neq; enim hæc tam*
*Forte brachium magis expectat, quàm imbecillum:*
*Nam in animo ſitum eſt illud, & alacritate.*

*Aſtydamas Tragicus Athenienſis.*

γένους δ' ἔπαινος ἐστιν ἀσφαλέστατος,
Καθ' ἀνδρ' ἐπαινεῖν ὅστις ἂν δίκαιος ᾖ
τρόπους τ' ἄριστος τοῦτον εὐγενῆ καλεῖν
ἑνεκατον ἐστιν εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα
Καὶ τοῦτον οἱ ζητοῦντες εἰσὶ μύριοι, *Id eſt:*

*Tutiſſima generis laus eſt,*
*Virum collaudare, qui iuſtus fuerit,*
*Et moribus optimis, ac eundem uocare nobilem:*
*Sed huiuſmodi uel unum inuenire difficile eſt,*
*Et inquirentes ipſum, infiniti ſunt.*

*Euripides in Alexand.*

οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια, παρ' ἀγαθοῖσι δ' ἀνδρῶν, id eſt:

Nulla nobilitas inter malos eſt, ſed inter bonos tantum uiros.

*Epicharmus Siculus.*

Perdet me gen' ſi nomines, ſi me amas mater ad ſingula gen' tuum. Quibus natura nullum adfuerit bonum proprium, illi confugiunt ad monumenta, & genus ſuum, ac auos enumerant, quot habuerint: at ne unum quidem uideas aut nominaueris, cui nō ſint aui: aliter enim quomodo nati eſſent? Quod ſi tamen iudicare id nequeūt propter aliquam loci mutationem, aut amicorum penuriam: quid propter hoc ignobiliores habendi ſunt illis, qui auos ſuos numerant? Quiſquis ſuapte natura procliuis ad bona fuerit, nobilis eſt, quamuis matre genitus Æthiope: ex Scythia putas damnū fieri? Anacharſis autem an non Scytha fuit?

*Euripides in Ino.*

*Parcamus uiris nobilibus, parcamus:*
*Malos autem, ut merentur, reſpuamus:*
*Haud equidem ſcio qua ratione conſideranda ſit*
*Nobilitas: fortes enim,*
*Et iuſtos, quamuis è ſeruis natos,*
*Nobiliores eſſe dico, quàm inani gloria tumidos.*

*Sophocles in Tereo.*

In hominum genere una produxit ex patre & matre lux nos omnes, neq; præſtantior eſt alius alio natus, ſed ſequitur alios ſors infortunij, alios noſtrûm opes, & felicitas: ſunt, qui neceſſariò ſeruitutis iugo premantur.

Antigonus rex Bionem philoſophū de ignobilitate criminatum, interrogauit: quis & cuius es? ubi tua ciuitas eſt? ubi ſunt parentes? Cui Bion reſpondit: atqui ô rex bene facis, cū indiges ſagittarijs,

rijs, quod non interrogando genus, ſed ſcopũ proponendo, optimos illorũ tibi deligis: ſic igitur amicos etiã explorandos, nõ unde nati, ſed qui et quales ſint.

Soſtratus tibicẽ, cui cũ parentũ obſcuritas à quodam obijceretur: atqui, dixit, propter hoc ipſum admirationi eſſe magis debebam, quoniam genus à me incipit.

Iphicrates tanquam ignobilis uituperatus: ego, dixit, genus meum inchoabo.

*Nobilitas uera uirtute paratur. Platina de uera nobilitate.*

Meo iudicio eos nobiles appellandos cenſeo, quos & genus antiquum & diuitiæ benè partę, à maioribuſq; relictæ cõmendant.

*Nobilitas ex uirtute oritur.*

Nobilitas (ut Stoicis placet) eſt ſplendor quidam, non aliunde ueniens, quã ex ipſa uirtute, qua bonum à malo, dignum ab indigno ſecludimus.

*Et paulo poſt.*

Si animi noſtri bonis artibus & diſciplinis imbuti, ſeruare iuſtitiam, pietatem, conſtantiam, prudentiam, rebus in omnibus didicerint, quonam pacto fieri poteſt, ut is nobilis cenſeatur, qui ſine doctrina & eruditione intemperantiæ ſe, iniuſtitiæ, impietati, & nequitiæ addixerit: imò uero hunc non modo ignobilem, uerumetiam ſcurram, & nebulonem improbũ appellabimus: id quod ſentire & Cicero uidetur, ſcribens enim ad M. fratrem, de petitione conſulatus, cum Antonij & Catilinæ mentio fieret: Nequaquam ſunt, inquit, ij tam genere inſignes, quàm uitijs nobiles. Nobilitatis enim propriũ eſt, recta ſequi, gaudere officio, cupiditatib. imperare, auaritiam cohercere: Hoc qui facit, etiã ſi ex infima ſorte hominum natus fuerit, is merito ſuo nobilis haberi & dici poteſt, neq; eſt cur parentem rerum omnium naturam (ut quidam improbi faciunt) reprehendamus, quòd hos nobiles, illos uero ignobiles faciat, æquale ſiquidem omnibus temperamentum præſtat, non genus, non potentiam, nõ opes inſpiciens: eadem enim, quo ad animum pertinet, naſcendi ratio in priuatorum hominum filijs eſt, quæ in principum ac regum natis, licet ij in purpura & magnis domibus, illi in centonibus & caſulis plerunq; naſcantur. Virtutes certè & uitia faciunt, ut alter altero nobilior ſit.

Nobilitatio, proprium.

Seneca ex Stoicorum ſecta philoſophus inſignis, ad Lucilium ſcribens, nõ fuit, inquit, Socrates patricius, non eques Romanus, quem tamen philoſophia non accepit, ſed nobilem reddidit. hunc item, quo nemo mortalium doctior, aut ſapientior, Apollinis oraculo iudicatus eſt, mater obſtetrix, et pater marmorarius in lucem ædidit, ut eſſet qui ſua doctrina multos ad nobilitatem traduceret.

Iactare maiorum res geſtas, atria imaginibus diſtincta, porticus ſignis ac tabulis ornatas, ſuperbas ædes, plus certè admirationis in ſe habet, quàm nobilitatis: neq; hæc nobis adiumento eſſe poſſunt, ſi illorum uirtutes omittamus, quorum imagines uerborum magnificentia collaudamus, imò uero ſi rectè intueri uolumus, illa uirtus huic ignauiæ dedecori ac turpitudini eſt. Talem enim nobilitatem irridens Diogenes ille Cynicus, qui omnia contemnebat, maliciæ dixit & ignauiæ uelamen eſſe.

Neceſſe eſt, ut aut nuſquam nobilitas ſit, aut illi uerè nobiles ſint, qui ingenio, doctrina, induſtria, magnitudine animi, prudentia in omni uita excellunt. Oriri autem nobilitatem ex uirtute, hac ratione facillimè deprehendi poteſt, quod ij, qui ex claris maioribus orti, ob uitia degenerarunt, degeneres & inglorij ſunt habiti: ut ſuperioris Affricani filius, qui bello Aſiatico ab Anthiocho turpiter captus uitam precario, præter Romanorum morem, ab hoſte impetrauit. Filius Q. Fabij Allobrogi à patre degenerans, adeo libidinoſe & intemperanter uixit, ut exhęredatum eum à Q. Pompeio prętore nemo ægrè tulerit: parentis enim amplitudo turpitudini filij nil profuit. Quis eſt autẽ rerum humanarum adeo imperitus, qui hos cenſeat nobiles appellandos? quorum uita quo turpior fuit, eo citius ſuorum nobilitatem extinxit. Solent illi quidem maiorum ſuorum res geſtas commemorare, ſed uerum eſt, quod ait Naſo poëta.

*Et genus & proauos & quæ non fecimus ipſi*
*Vix ea noſtra puto.*

*Nobilitas uera. Eraſmus lib. quinto Apophteg.*

Harmodio priſci illius Harmodij abnepoti generis probrum per conuitium obijcienti: meum, inquit, genus à me habet originem, tuum uero in te deſijt.

*Lib. 7. in Antiſthene.*

Antiſthenes τοὺς αὐτοὺς εὐγενεῖς τοὺς καὶ ἐναρέτους Qui uirtute præditi ſunt, eoſdem & nobiles eſſe, habent enim id, unde uera naſcitur nobilitas. Aduerſus eos, qui maiorum ſuorum imaginibus, aut diuitijs metiuntur nobilitatem.

*Nobilitas uirtute parta.*

Cicero ob ſuum cognomen dicterijs uexatus, & ab amicis admonitus ut aliquod ſibi cognomen aſciſceret, reſpondit, ſe Ciceronis nomẽ illuſtrius effecturũ, quàm eſſet Catonũ, Catulorum, aut Scaurorum: nam hæ familiæ cũ primis illuſtres erant apud Romanos, cũ Tullius eſſet nouus homo. Cognomen enim ideo patebat Catullis, quòd à cicere uiliſimo ſcilicet legumine dictum uideretur, quaſi uero non Fabij à fabis, & Lentuli à lento cognomen habuiſſe uiderentur. Parum illuſtris eſt, qui præter imanes & cognomen nihil habet nobilitatis: pulcherrimum autem nobilitatis genus eſt, quam ſibi quiſq; proprijs uirtutibus conciliat: nec fefellit. M. Tul. Ciceronis enim nomen hodie decantatius eſt, quàm trecẽti Catulli, aut Scauri, cũ ſuis ſtemmatis, ſtatuis, ac imaginibus. Eraſ. lib. 4. Apopophtegmatum.

*Idem lib. 5. Apophteg.*

Themiſtocles, Seriphio cuidam obijcienti, quod non ex ſeſe, ſed ob urbis nobilitatem celebris eſſet: uera, inquit, prædicas, neq; enim ego ſi Seriphius eſſem, clarus eſſem, neq; tu ſi Athenienſis: non inficiatus eſt, urbis celebritatem nonnihil facere ad illuſtre nomen, ſed illum eſſe tam ignauum, ut etiam ſi natus eſſet Athenis, nihilominus fuiſſet obſcurus futurus.

*Menander in hypolymæo.*

Hoc ſolum obſcurat ignobilitatem, et morum malitia, omnia deniq; mala quæ quis habuerit, multarum rerum poſſeſſio.

*Euripides in Archelao.*

ἰσχὺν μέγα πλοῦτος, λαβὼν τι τοῦτον εὐγενὴς ἀνήρ. id eſt: Ingens autem uis eſt diuitiarum, quas qui nactus eſt, nobilis ſtatim euadit.

*Idem in Eolo.*

Nobilitatis mentionẽ, amabo, ne mihi feceris: hoc in pecunijs ſitum eſt, ne gloriare pater, uertuntur hæc in orbem, hic habet, alter indiget, rebuſq; ipſis communiter utimur: cui autem domi diutiſſime fortuna conuerſatur, is fœlix eſt.

*Idem in Erechthæo.*

*Da operam opibus, nam illæ nobilitatem donant,*
*Et nuptijs primarijs potiri in cauſſa ſunt:*
*In paupertate uero obſcuritas ineſt.*
*Vtcunq; ſapias ignominia uitæ.*

*Græce ſic ſonat.*

ἔχειν δὲ πειρῶ, τοῦτο γὰρ τὸ τ' εὐγενὲς
Καὶ τοὺς γάμους δίδωσι τοὺς πρώτους ἔχειν,
Ἐν τῷ πένεσθαι π' ἔστιν ἥ τ' ἀδοξία
Κἂν ᾖ σοφός τις ἥ τ' ἀτιμία βίου.

*Idem in Alcmena.*

Sed nihil eſt nobilitas comparata diuitijs, nam uel peſſimus propter diuitias inter primos recenſetur.

Ἀλλ' οὐδὲν ἡ εὐγένεια τὰ χρήματα:
Τὸν γὰρ κάκιστον πλοῦτος εἰς πρώτους ἄγει

*Nobilitas in bonitate morum conſiſtit.*
*Phalaris in epiſtola ad Ariochum.*

De nobilitate non minus quàm de alijs bonis gloriari, non indignum eſt, ego autem præter uirtutem, nullam agnoſco nobilitatem, reliqua uero cuncta fortunam æſtimo: nam humili genere natus ut bonus, ita regum & omnium hominum nobiliſſimus fieri poteſt. Cõtra, aliquis bonis parentibus ortus, malus euadere poteſt, ac tum ſeipſo, tum uiliſſimis quibuſq; ignobilior. Glorieris igitur de laudibus animæ, in obſcuriori poſteritate iam extincta.

*Democritus.*

Pecudum nobilitas in bono ualidoq; corporis habitu ſita eſt, hominum autem in bonitate morum.

Dio-

Diogenes, interrogante quodam, qui homines nobiliſſimi eſſent, contemptores, dixit, opum, gloriæ, uoluptatis, & uitę: contrarijs autē, paupertate, obſcuritate famę, labore ac morte ſuperiores.

Socrates, Nobilitas quid eſſet ſciſcitanti: animę, reſpōdit, & corporis bona temperies.

*Plutarchus in lib. contra nobilitatem.*

Quid enim aliud nobiliatem eſſe putamus, quā opes antiquas, aut ueterum gloriam: quorum neutrum in noſtro arbitrio eſt, ſed alterum inconſtantis fortunæ, alterum propter humanam intemperiem eſt. A duobus igitur alienis ſuperbum iſtud nobilitatis nomen pendet, atqui diuitiæ non reddunt naſcentes ſibi ſimiles. Virtutis autem à iuſto animi habitu perfectæ facultas, ſua ueluti nota in prolem diffuſa, eā inſignit: & hæc ueriſſima nobilitas eſt, ſimilitudo ſecundum iuſticiam.

*Socrates Philoſophus.*

Neq; frumentū optimum iudicamus, quod in pulcherrimo agro natum ē, ſed quod commodè nutrit: neq; uirum bonum & ſtudioſum, aut amicum beneuolum, qui genere clarus, ſed qui moribus egregijs fuerit.

*Ariſtoteles de nobilitate.*

Nobilitas græce εὐγένεια uocatur, ἐυ aliquid laude & ſtudio dignum ſignificat: porro genus aliud laudabile eſt, aliud uile, ſtudioq; indignum. Laude uero ſtudioue dignam rem quamlibet, uirtutis ſuæ merito uocamus, itaq; genus etiam laudabile ſimiliter nominandum eſt. Conſtat igitur εὐγένειαν, ſiue nobilitatem generis, uirtutem eſſe.

*Idem.*

Aliqui nobiles eſſe putant, qui ex bonis parentibus nati ſunt, ut etiam Iſocrates, licet pater ſtatuarius & mater obſtetrix fuiſſet. Et propter Ariſtidis uirtutē, etiam filium eius generoſum dicunt.

*Ignobilitas δυσγένεια.*

*Euripides in Antigone.*

Τὸ μωρὸν αὐτὸ τοῦ πατρὸς νόσημ' ἔνι:
φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκ κακῶν εἶναι κακούς. id eſt.
*Stultitia, hæreditarius morbus à patre eſt:*
*Sic enim ſolent mali, generare malos.*

*Idem in Alcmeone.*

Ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα:
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός id eſt.
*O fili Creontis, quàm uerum eſt hoc dictum:*
*Ex bonis uiris liberos gigni bonos,*
*Ex malis autem, patris naturæ ſimiles.*

*Idem.*

*Fieri non poteſt, liberos ita à quoq; inſtitui,*
*Vt improbis parentibus ſati, non fiant mali:*
*Vbi enim fundamentum generis iactum non fuerit*
*Rectè, neceſſe eſt prolem infœlicem fieri.*

*Item in Dictye.*

Φεῦ φεῦ παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει:
οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός, id eſt: Ex malo patre raro bonus filius naſcitur.
*Dij boni, quàm uera eſt uetus hæc ſententia:*
*Ex malo patre, probum filium naſci non poſſe.*

*Idem in Phœnice.*

*Ingens profectò naturæ ius eſt: malum enim*
*Nullus benè educando bonum reddiderit.*

*Epicharinus poëta.*

Tantùm non ſuffocor, cum nobilitatem aliquis homo nihili & malus nominat, qui moribus ignobilis eſt: Quid enim commercij ſpeculo cum cæco?

*Ecdorus.*

Μορφὰς ἀπρεπεῖς ὄψεσι κεκτημένος
παραμφερεῖς ταύταισι τοὺς τρόπους ἔχεις: Sunt & ſenarij præterea nil de eo habemus,
Ἐκ τοῦ κακοῦ γὰρ ἡ φύσις τίκτει κακὸν
ὡς ἐξ ἐχίδνης πάλιν ἔχιδνα γίγνεται. id eſt.
*Faciem aſpectu deformem poßidens,*
*Mores etiam eiuſmodi habes.*
*Ex malo enim, natura malum producit,*
*Quemadmodum ex uipera, rurſum uipera naſcitur.*

*Euripides in Bellerophonte.*

*Vulnus infligi non poteſt, ſi quis feriat*
*Iuncis paluſtribus, nec ex matre mala*
*Filij naſcuntur, qui fortiter haſtam tractent.*
οὐδ' ἂν ἐκ μητρὸς κακῆς ἐσθλοὶ γένοιντο παῖδες.

*Raro bonus filius ex malo patre naſcitur.*
*Mali corui malum ouum.*

*Euripides in Hyppolito Coronato.*

*Seruilis euadit etiam magnanimus,*
*Qui conſcius fuerit parentum malis:*
*Vnicè uerò certare cum uita aiunt,*
*A morte duraturam gloriam conciliare,*
*Cum animus adfuerit iuſtus ac bonus.*
*Cæterum improbos homines tempus redarguit,*
*[illegible]n ueluti*
*Speculum illis proponit, ut ſibi uirgo puella ſolet.*
ὅταν παρῇ κακοὺς δὲ θνητῶν ἐξέφην'

Σωκράτης ὀνειδιζόμενος γὰρ δυσγένειαν ὑπό τινος εὐγενοῦς μοχθηροῦ δὲ, ἐμοὶ μὲν, τὸ γένος ὄνειδος ἔφη, σὺ δὲ τῷ γένει, id eſt:

Quum nobilis quidam, ſed improbus, ignobilitatem obijceret Socrati, mihi dixit, genus dedecori eſt, tu uero generi.

*Euripides in Peleo.*

οὐκ ἔστιν ἀνθρώποισι ταὖτο σκότος,
οὐ δῶμα γαίας κλειστὸν ἔνθα τὴν φύσιν
ὁ δυσγενὴς κρύψας ἂν εἴη σοφός. id eſt.

*Nuſquam cautæ ſunt apud homines tenebræ,*
*Nec ullum tale Hypogeum, ubi ſuum ingenium*
*Homo ignobilis abſcondens, ſapiens fieri poſſet.*

*Prouerbium.*

Ne patris quidem nomen dicere poſſit. Quadrat in uehementer obſcuros, & ſpurios, incertoq; patre natos; cuius generis eſt et illud iuuenalis,

*Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis.*

*Terræ filius.*

De homine obſcuro ignotoq; genere dicitur, propterea quod terra ſit omnium communis parens.

*Item.*

Matris ut capra dicitur τῆς μητέρος ὡς αἶξ καλεῖται. In ſpurios dictum, quorum pater incertus eſt, eaq; gratia à matre nonominatur. Ductum ab hædis, qui in caprilibus à matre dignoſcuntur, nam à patribus haudquaquam poſſis. Manet etiam hodie uulgi locus, quo dicunt ſapientem eſſe filium, qui patrem ſuum norit.

*Obſcuro ac ignobili loco natorum ad ſummos honores euectorum exempla quædam.*

*Baptiſta Fulgoſus lib. 3. cap. 4. de ijs, qui humili fortuna orti, clarum ſibi nomen uendicarunt.*

Virtus, cui ut inuidia, ita etiam plerumq; fama comes eſſe ſolet, ut ſe nullis contineri uinculis oſtendat, non ſemper nobilitatem, aut opes ſequitur, ſed uelut i toti humanæ amica naturæ, eam quærentes amplectitur, perſępeq; ad eos profecta, qui humili loco orti ſunt, claros facit, atq; in ora hominum euehit, ſpemq; minimè ingratã facit: Eſſe omnibus integrum, & dum fruuntur uita, & poſteaquam mori contingit, famam laudemq;, ut infamiam quoq; ac dedecus, pro ut ratio uitæ fuerit, comparare.

Vergilio pater fuit figulus, uel ut alij uolunt, operarius.

Q. Horatio Flacco Lyrico, Statio uero poetæ, patres fuere libertini.

Aeſchinis oratoris clariſſimi pater Athenis lucanicas uendidit publicè.

Tyrtamus qui ob diuinam eloquentiam Theophraſtus cognominatus eſt, ſartorem habuit patrem.

Menedemo Athenienſi philoſopho pater fuit, qui mechanicum opus conſuendis tentorijs conficiebat.

Alphenus Varro Cremonēſis clariſſimus iureconſultus adoleſcens tonſtriam exercuit, deinde ſub Sulpitio paruo tempore ad tantam ciuilis diſciplinæ ſcientiam peruenit, ut Romæ conſul factus fuerit, & mortuus de publico ſepulturæ honorem conſequutus ſit.

Pythagoras philoſophus, natus eſt ex Menexarcho ſculptore annulario.

Hyphicrates Artaxerxis regis Perſarum Ægypto bellum illaturi Dux electus eſt, habuit patrem ſutorem.

Eumenes Cardianus inter Alexandri magni ſucceſſores numeratus, in Peloponeſo natus adeò inope abiectoq; patre, ut ſe, familiamq; uecturis, ac curru aleret.

Viriatus Luſitanus, qui 14. annos integros cum Romanis bellum geſſit, exercitibus, ducibuſq; corũ uictis atq; etiam captis, habuit patrem paſtorem, atq; ipſe etiam paſtoritiam exercuit.

Agathoclis fortuna uilis primo fuit, habuit patrem figulum, poſtea cum factus eſſet rex Syracuſarum, illum tamen paternæ obſcuritatis non puduit: nam in cõuiuijs inter aurea uaſa, fictilia quoque adhibebat, ut eodem tempore & paternæ obſcuritatis, & magnitudinis, in quam ipſe euaſerat, ſpecies repræſentaretur.

Dauid ex paſtore Iudææ Rex factus eſt.

Publius Helinus pertinax imperator libertino patre atque eodem mercatore natus eſt.

Orbi

Orbi terrarum toti perſpecta fuit inſignis Aureliani uirtus ac fama, & tamẽ eius patria propter ignobilitatem adhuc in occulto manet, quidã in Sirinno, nõnulli in Meſia, alij in Dacia ortum eſſe dicunt; & quemadmodum de patria eius diſcordes ſunt ſcriptores, ita omnes eius maiorumq́ humilitatem adfirmant.

C. Aurelius Valerius Diocletianus imperator patre notario, uel (ut alij putant) liberto ortum ſuum traxit.

Maximus Pupienus imperator ferrarij fabri, uel qui plauſtra conficiebat, filius fuiſſe perhibetur.

M. Iulius Licinianus imperator in Dacia, progenitus patre admodum inope agricola, immo et is aliquo tempore patrem in aratione, cultuq́ agrorum adiuuit.

Bonoſius in Britannia natus eſt, patre magiſtro ludi literarij.

Mahumetes ſcelerate legis auctor, in Arabia natus, camelos uectigales egit, deinde arte atq; perfidia in eam magnitudinem conſcendit, ut rex creatus, etiam propheta putaretur, mortuus quoq; in eam exiſtimationem uenit, ut dimidiũ terrarum orbem, ac multò plus in ſceleratam diſciplinam traxerit.

Læmuſius Longobardorum rex tertius, à matre quæſtum faciente ortus eſt.

Primislaus tertius Boemorum rex, ex ruſtico patre natus, qui cum ipſe araret, à Boëmis, ut Romæ Cincinato accidit, ad ducatum uocatus eſt.

Amphorlanus Perſarum rex, longè potentiſſimus, Scytha pater paſtore genitus.

Abdelmonius Aphricæ, ſeu ut nunc dicitur, Barbariæ rex, patrem habuit figulum.

Sfortia Mediolani Dux, habuit patrẽ inopem caconidæ tenuis uici ſiti, inter Fauentiam Rauennamq́ urbes, accolam, ſeu agrorum cultorem.

Nicolao Picinino Peruſino militari Duci celeberrimo pater fuit lanius.

Franciſcus Germaniola Genuæ Dux porcos pauit.

Ioannis 22. pontificis maximi, qui Ludouico Bauaro imperatori tanto opere reſtitit, pater cerdonica arte uictum conquiſiuit.

Nicolai 5. Papæ mater oua pulloſq́ uendidit.

Sixti quarti Papæ pater nauticam artem exercuit. Hic Franciſcus Ruuerus minorum fratrum ordinem profeſſus, ciuis Sauonenſis, ille Thomas Sargionenſis ante dictus.

Iohannes Campanum patrem habuit paſtorem.

# OBEDIENTIA.

OBEDIENTIA à iuſticia trahit originem. Eſt enim obedientia, habitus parendi præceptis omnibus, quæ à ratione proficiſcuntur. Vel, eſt habitus parẽdi præceptis omnibus atq; imperijs, quibus lege, iureq́ parere teneamur, & ut pareamus recta dictet ratio. Partes illius ſunt, pietas, cultus, obſeruantia, reuerentia, ſubmiſſio. Contraria: impietas, contemptus, contumacia, irriſio, ſtatio. Verſatur illa in factione præceptorum, quorum quædam ſunt naturalia, aut humana, ut leges ipſæ, quædam diuina, ut, adorare Deum, parentibus obſequi, & obtemperare. De laude obedientiæ, quæ cum obedientia cõiungenda, quæ etiam uitanda, porro quòd obedientia nõ debeat à metu uel utilitate proficiſci: item an ubiq; parentibus obediẽdum ſit, &c. uide Iouinianum Põtanum in libris de obediẽtia, qui hæc elegãtiſſimè ſcripſit.

*Peryctione Pythagorica ex libro de mulieris harmonia.*

Mali quicq; parentibus nec dicto, nec facto exhibere oportet, ſed obedire, cuiuſcunq; cõditionis fuerint, itẽ in quacũq; corporis, animi, rerumq́ externarum fortuna, in pace, in bello, ſanitate, morbo, diuitijs, paupertate, gloria, infamia ſiue priuatis, ſiue in magiſtratu conſtitutis, parentibus adeſſe ipſis oportet, nec unquã deſerendi ſunt, obediendũq; tan-

tum non etiam inſanis: hæc enim ſapienter & rectè fieri à pijs hominibus exiſtimantur. Contemptus autem parentum peccati genus eiuſmodi eſt, quod in uiui, ſimul atq; defunctis diuinitus damnatur, ab hominibus odio habetur, & ſub terra in loco impiorũ unà cũ reliquis improbis perpetuò punit à iuſtitia & infernalibus dijs, qui his rebus inſpiciendis deſtinati ſunt. Honeſtiſſima enim eſt immo diuina parentum facies, & aſpectus, cultuſq; eorum tanti fieri debet, quanti nec ſolis fit, neq; omnium ſyderum, quæ gratiſſimas cœli choreas conſtituunt, aut ſi qua alia res iſtis maior à quoq; exiſtimatur. Deos equidem arbitror, ſi cõtemni parentes uiderint, haudquaq; ita eſſe toleraturos. Quamobrem & uiuos & mortuos colere par eſt, nec unquam eis contradicere: uerum ſi quid ignorent, morbi aut animi deceptionis uitio, conſolari atq; docere oportet, odiſſe nequaquam, maius enim inter homines admitti peccatum nequit, quàm erga parentes impietas.

*Muſonius, an per omnia parentibus obſequendum ſit.*

Iuuenis quidam, quem pater philoſophandi cupidum prohibebat, Muſonium interrogauit his ferè uerbis, an ô Muſoni, per omnia obſequendum parentibus, an in aliquib. rebus id non faciendum eſt? cui ille reſpondit, parere quidem unumquemq; ſuis parentibus decorum uidetur, et à me commendatur: ſed quid nam ſit parere uideamus, aut primùm potius, quid ſit immorigerum eſſe, & quis inobediens, diſpiciamus: poſtea uero melius uidebimus, quid ſit obedire. Age, ſi pater, qui medicus non eſt, neq; ſalubrium & contrariorum peritus, filium ægrotantem aliquid facere iuſſerit, ceu conducibile, quod tamen noxium ſit & inutile, ac ipſum ægrum huiuſmodi eſſe non lateat, dicetur'ne filius non obtemperare ac inobediens eſſe, niſi iuſſa fecerit? non equidem uidetur. Item, ſi ipſe pater aliquo morbo laborans uinum aut cibum intempeſtiuè petierit, ut quibus aſſumptis ægritudinem auxerit, filius autẽ id ſciens, non non exhibuerit, patri ne immoriger ille eſt? nemo hoc dixerit: & multo minus illum quis inobedientem appellauerit, qui patrẽ auarum habens, ab eo furari, aut depoſito fraudare quempiam, iuſſus eius non exequitur imperata: an non putas eſſe aliquos patres, qui filijs ſuis talia imperarent? ego certè noui quendam adeo ſceleratum, ut filij (quem formoſum habebat) pulchritudinem uendere auſus fuerit. quod ſi hic adoleſcens à patre uenditus, & miſſus ad turpe facinus, contradixerit neq; iuerit, an potius inobedientem eum, aut caſtum & ſobrium eſſe dicemus? Sed forte huiuſmodi ne interrogari quidem meretur. nam contumacem eſſe & non parere, conuitiũ & opprobrium eſt: non facere autem ea, quæ non facienda ſunt, laudem meretur, non dedecus. Itaq; ſiue patris, ſiue magiſtratus, ſiue domini præceptis, mala, iniuſta, uel turpia imperantis, non obſequẽs quis fuerit, nequaquam inobediens eſt, uti etiam neq; iniuſtè neq; perperam facit: uerum ille duntaxat immoriger eſt, qui bona, honeſta, utiliterq; imperata negligit, & non obtemperat: talis igitur eſt inobediens: moriger autem ille contrarius & contrario modo eſt affectus, is autem hoc nomine appellãdus erit, qui obtemperat, & ultro obſequitur recta monenti. Quamobrem & parentibus ſuis tum demum quis obedit, cum ſponte facit, quæ ipſi rectè iuſſerunt. Ego ſanè illum, qui, quæ decent & conducunt, fecerit, quamuis ſine iuſſu parentum, morigerum parentibus eſſe dixerim. quod autem iure ita ſentiam, hinc colligere potes: Qui facit, quæ pater uult, patriſq; uoluntatem ſequitur, patri obedit: Faciens autem quæ oportet, & potiora factu ſunt, uoluntati patris obſequitur: quonam modo? q̃niã parẽtes oẽs liberis ſuis procul dubio bene uolũt, beneuoli aũt cũ ſint, ea ab ipſis uolũt, quę decora profuturaq; ſunt. Quiſquis igitur agit conuenientia & utilia, ea, quæ parentes uolunt, agit, honeſtum & utile: tanq; ſi tale fuerit, ſtatim is, à quo agitur, parentibus obediat. Quocirca ne time adoleſcens, ne patri fias immoriger, ſi uel indecorum quid præcipiente ipſo non facias, uel ꝓhibente honeſta, facere pergas: nam pater in iſtorum neutro prætextus peccandi

candi tibi eſſe debet, non enim cogeris mala imperata exequi.

*Xenophon lib. 8. Pædologia Cyri proæ pè initium.*

Cogitate enim & quæ urbs hoſtilis capta ſit à nolentibus, & quæ amica ab ijs, qui parere uelint, ſeruata ſit, quę etiã obedientiam: niſi præſtantium ſit acies uictoriam conſequuta. Quo autem pacto magis homines uincantur in pugna, quàm ubi cœperint, priuatim quiſqꝫ de ſua ſalute conſultare? Quod deniqꝫ aliud bonum præſtetur ab ijs, qui melioribus nõ parent? Quę urbes legitimè habitentur, uel quæ domus ſeruentur, uel quo pacto naues, quò opus eſt, perueniant? Nos uerò quæ hoc tempore habemus bona, ob quam rem magis adepti ſumus, quã ob præſtitam obedientiam principi?

*Obedientiæ uſus & neceſsitas in Politia.*

Statim poſt. Si igitur principi obedire, maximum apparet eſſe bonum ad bona adipiſcenda: quod etiam idẽ hoc ad ſeruandum, quæ oportet, maximum eſt bonum.

*Euſebius.*

Homines inobedientes ſunt illis, qui cum iniuſtè uiuant, alijs pręeſſe uolunt: Obedientiam autem facilem ad ea quæ princeps uel ipſe, uel per alium præcipit, apud ſubditos efficiet quiſuis, qui quæ ipſum facere oportet, diligenter exequitur, & eorum, quæ agere conuenit, ſubditis ſeſe exemplum præbet.

*Herodotus lib. 7. Hiſtor.*

ἴσον ἐκεῖνο ὦ βασιλεῦ παρ' ἐμοὶ κέκριται φρονέειν τε εὖ καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι. Id eſt. Idem ô rex meo quidem iudicio eſſe uidetur, uel ingenio ſapere ſuo, uel rectè dicenti obtemperare.

*Heſiodus in operibus.*

Ἐσθλὸς δ' αὖ κ' ἐκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πείθηται. id eſt. Bonus autem & ille eſt, qui rectè dicenti paret.

*Ariſtonymus in Tomarijs.*

Ἐν μὲν τῷ πλεῖν πείθεσθαι δεῖ τῷ κυβερνήτῃ, ἐν τῷ ζῆν λογίζεσθαι δυναμένῳ βέλτιον. id ẽ. Nauigando gubernatori aſcultandũ: uiuendo illi, qui plus ratione ualet.

*Obedientiæ ſtudium augendum eſſe ſemper.*

Videndum quoqꝫ, ut creſcat cum ætate ſimul, & augeatur obedientia: nã ut ſit inobedientia ſemper deteſtabilis, deteſtabilior tamen ſemper eſt in iuuene, quã adoleſcente, & in hoc, quã in puero, in quo propter ætatem non datur tantũ loci contumaciæ, & peccatum ipſum facilius promeretur ueniam. Pontanus de obedientia, ubi & exactè eam quæſtionem explicat, ſcilicet facienda ne ſint omnia, quæ parentes iubeant.

*Obedientia debetur ſolis principibus ſecularibus.*

Roma. 13. Lucæ 20. Matthæi 22. Prima Petri 2. Exodi 22. Principi populi tui non maledices. Acto. 23. Numeri 16. Non obedientes paſſim puniti ſunt, ut ab exemplis uidere licet in Dathan, & Abyron.

Mathæi 17. Liberi ſunt filij, ſed ne ſim⁹ offendiculo, profectus ad mare mitte hamum. &c. & 20. Principatus gentiũ non, ſed Apoſtolorũ prohibetur. Matt. 23. Malis obediendum eſſe præcipitur, ſi ſuper cathedrã Moyſi ſederint, & rectè docuerint, quę dicunt, facite 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris, cæſari: & quæ Dei, Deo: Luce 2. Maria & Ioſeph paruerunt edicto Imperatoris, ut irent in ciuitatem ſuam Bethleem.

Ioannis 14. Non haberes poteſtatem, niſi tibi datus eſſet deſuper.

Romano. 13. Omnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit.

Prima Timothæi 2. Adhortor, fiant deprecationes, obſecrationes, interpellationes, gratiarũ actiones pro hominibus, pro regibus, & omnibus in eminẽtijs conſtitutis, ut placidam & quietam uitam degamus, cũ omni pietate ac honeſtate.

*Ad Titum tertio.*

Hortare ut poteſtatibus ſubditi ſint, ut pareant magiſtratibus, ut ad omne opus bonũ ſint parati, ne de quoq; maledicant, ne ſint pugnaces, ſed humani, exhibentes ſe manſuetos erga omnes homines.

*Prima Petri 2. cap.*

Subditi eſtote cuiuis creaturæ propter dominũ, ſiue regi tanquàm præcellẽti, ſiue præſidibus, ut qui per eum mittantur, ad uindictam quidem nocentiũ, laudem uerò rectè agentium: quoniam ſic eſt uoluntas Dei. Item: tanq̃ liberi, & tamen nõ tanq̃ uelamen habentes maliciæ libertatem, ſed tanq̃ ſerui Dei. Itẽ Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorate.

# OCIVM.

*Laboris fuga. Segnicies. Torpor. Pigrities. Socordia. Inertia. Deſidia. Ignauia. Acidia.*

*Demoſthenes in Olynthiaca prima.*

QVis tandem adeò ſtupidus eſt, per deos, qui non uideat bellum illinc huc aduenturum, ſi negligentes fuerint? Quod ſi fiat, timeo uiri Athenienſes, ne ſimiliter ut illi, qui pro magnis uſuris facilè mutuam pecuniam accipiunt, poſtquàm breue tempus abundarunt, poſtea ipſam quoq; ſortem amittunt: ita nos etiam ſi diu fuerimus ſocordes, & omnia uoluptatis gratia fecerim⁹, multa tandem & difficilia præter uoluntatẽ noſtram facere cogamur, & de ipſa regione noſtra periclitemur.

*Ocio corpus corrumpimus.*

Lucani, ut aliorum criminum, ſic etiã luxuriæ & ocij cauſſas a_unt. Quod ſi quis homini luxurioſo mutuaſſe aliquid conuincatur, priuatur mutuo dato. Huc ſenatus conſultum Macedonianum adhibeto.

Athenis etiã otij cauſſæ forenſes agitantur,

Καὶ ἀθυμῶσι δὲ τῆς ἀργίας εἰσὶ δίκαι.

*Definitio Acidiæ.*

Acidia eſt tædium bene operandi, uel fatigatio animi, qua quis bonũ inchoatum faſtidit. Cicero lib. Quæſt. Tuſcul.

Vel ignauia eſt motus conſequentis laboris. Beroaldus in 5. Tuſcula. quæſtionũ. Ioannes Damaſcenus lib. 2. ſcribit, acidiam eſſe triſticiam aggrauantem mentem, ut nihil boni ei agere libeat.

*Ocium rege indignum.*

Cuidam percontanti, num eſſet Dionyſius Syracuſanorum rex ocioſus, abſit, inquit, ut hoc mihi unq̃ accidat. Senſit turpiſſimum eſſe regi uacare unq̃ à reipub negotijs. Vbi ſunt igitur noſtri principes, qui bonam partem diei & noctis alea, compotationibus, ac nugis alijs tranſigunt. Eraſ. lib. 5. Apophthegmatum.

Socrates è Priſcis autoribus ſelegerat uerſiculos aliquot, quos prouerbiorum uice frequenter uſurpabat. Quorũ eſt ille Heſiodius.

ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος. i.

*Non probrum eſt operari, aſt eſt ceſſatio probrum.*

Quo dehortabatur iuuenes, non ſolum ab ocio, uerum etiam ab actionibus infrugiferis. Siquidem eos appellabat ocioſos, qui alea, compotationibus, & ſcortis ætatem abſumerent. Eraſ. lib. 3. Apophthegmatum.

Theſſalus quidam interrogatus, quinam eſſent Theſſalorum deterrimi: qui inquit, à bellicis negocijs ocium agunt, barbari neſciunt litigare. Idem lib. 6. Apophtegmatum.

*Idem Eraſmus eodem lib.*

Turbo Adriani cæſaris præfectus, admonitus ab eo, ut curam haberet ſuæ ualetudinis, ſibiq; daret uacationem à negocijs: reſpondit, non decere cæſaris præfectos, niſi ſtantes mori. Ignauum eſſe ſentiẽs in lecto decũbẽtẽ exſpirare.

*Eodem lib.*

Scipio Naſica, quibuſdã dicentibus, res romanas iam in tuto eſſe, extinctis carthaginenſibus, & Græcis in ſeruitutẽ redactis: Imò, inqt, nũc demũ ſũmo in periculo ſumus, poſtq̃ nulli ſuperſunt, q̃s uel timeamus, uel reuereamur. Sẽſit inimicos Egregium dictum. Scipionis.

micos per occaſionem utiles eſſe nobis, per quos nõ dicet impunè ſecureq; eſſe negligentes,

*Fauſtus Andrelinus in Diſtichis.*

*Corrumpunt forti celſas cum pectore mentes,*
*Ocia plumoſo deſidioſa thoro.*

*Pictorius.*

*Si tibi perpetua uigil eſt ô cura ſalutis,*
*Ocia perpetuò delicioſa caue.*
*Hoſtis apricantem quoties uidet inferus hoſtem,*
*Semper uictrici currit ad arma manu.*
*Sed timet implicitum manuúmue pedumúe labore,*
*Aut mentis uigili ſollicitæ ſtudio.*

*Ocium turpe.*

Quum Lucius Lucullus poſt obita militiæ munia ſeſe uoluptatibus dederat, ac ſumptuoſe uiueret, Pompeiũ interim reprehenderet, quod præter ætatẽ multis negocijs appeteret implicari: magis, inquit, prѳter ætatem eſt, ſenem delicijs uacare, quàm imperium gerere. Grauiter taxauit illorum ſententiam, qui putant ſenibus nihil agendum, cum decorum ſit remp. gubernantem uel ſtantem mori: Luxus autem & ocium in iuuenibus ſtulticia eſt, in ſenib' crimen. Eraſ. lib. 4. Apophte.

Charilaus percontanti cuidam, quã ob rem omnium Deorum ſtatuæ apud Lacedæmonios ponerentur armatæ: nè inquit, ꝓbra, quę ob ignominiã iaciunt in homines, ad Deos referamus, neuè iuuenes niſi armati Deos comprecentur: eo commento ciuium animis hanc opinionem infigere ſtudebãt: Dijs gratam eſſe fortitudinem, armis ferendis debere aſſueſcere: quo ſimul & minus indulgerent delitijs, & utiliores bello euaderent. ſic ne religionis cauſſa fas eſſet, arma ponere, cuius obtẽtu ferè ſolet ocium & luxus in ciuitates irrepere. Eraſ. lib. 5. apopht. Ignauia Dijs inuiſa.

Chilo Lacedæmonius dicebat adamandam eſſe quietem, quoties datur honeſtum ocium. Iuxta illud ἡσυχία καλόν. nihil enim uel tutius, uel iucundi': Nullum autem negocium periculoſius, quàm bellum. Lib. 2. Apophte.

Epaminundas tempore Leuſtrici belli, cum accepiſſet quendam ſtrenuum uirũ perijſſe morbo, ꝓ iocum dixiſſe fertur: Vnde fuit illi moriendi ocium in tantis negocijs? Frequenter autem non minima morbi pars eſt imaginatio, metuſué morbi. Hunc languorem ſolet excutere negociorum ardor Eraſ. libro 5. Apophtegmatum.

*Pictorius Poëta in Epigram.*

*Quo te cunſq; die nil ſancti egiſſe uidebis,*
*Hunc tibi uel penitus deperijſſe puta.*
*Iſta nec in minimis ponas diſpendia damnis:*
*Aere poteſt nullo uel breue tempus emi.*

*Contra ocium Picus Mirandula, de quo Crinitus lib. 2. de honeſta diſciplina. c. 11.*

Nihil eſſe poteſt in uita nequius, aut ſceleſtius, quàm tempus ipſum, rem ſcilicet precioſiſſimã, ſomno inertiaq; trãſigere. Qui enim deſides, ignaui, & oſcitantes uiuũt, nõ hercule magis uiuũt, ꝙ ſtolidę pecudes & merę beluæ: neq; enĩ uiuũt ſed ſpiritum trahunt, ſicut pecudes ſolent. Quo factum eſt, ut Nomothetæ pœnas quidem acerrimas contra iſtos deſides atq; ocioſos ſtatuerit, eoſq; iure infames dixerint: ſiquidem & Solon ipſe in ſuis legibus inertiam hanc, turpemq; ignauiam ſeueriſſimè culpauit: qui deſidiam, inquit, ſectatus eſt, is accuſantibus eſto obnoxius. Vnde illud etiam Q. Ennij non minus equidẽ diſcendum cenſeo, quàm dogmata & ꝑcepta quædam ex philoſophia intima eruta: Quod idem poëta in Tragœdia Iphigenia his uerſibus Contra inertiam poſuit, ut Iulius Celſin' apud Frontonium Cornelium retulit. Tempus res precioſiſſima. Solon inertiam legibus coercuit.

*Ocio qui neſcit uti, plus negocij habet,*
*Quanquàm cum eſt negocium in negocio:*

Nam cui, quid agat, inſtitutũ eſt, nullo negotio id agit: ſtudet ibi, mentẽ atq; animum delectat ſuum, ocioſo initiò animus neſcit, quid uelit. Ennij grauiſſimum dictum.

Hoc idem eſt enim: Neq; domi nunc nos, nec militiæ ſumus.

Imus huc, hinc illuc, cum illuc uentũ eſt, ire illinc lubet.

*Ouidius lib. 1. de Ponto, ad Maximum.*

Cernis

*Cernis ut ignauum corrumpant ocia corpus,*
*Vt capiant uitium ni moueantur aquæ.*
*Et mihi ſi quis erat dicendi carminis uſus,*
*Deficit, eſtq; minor factus inerte ſitu.*

*Catullus ad Leſbiam.*

*Ocium Catulle tibi moleſtum eſt,*
*Ocio exultas, nimiumq; geſtis:*
*Ocium reges prius & beatas*
*Perdidit urbes.*

*Ouidius lib. 1. de Remed. amoris.*

*Ocia ſi tollas periêre Cupidinis arcus,*
*Contemptæq; iacent, & ſine luce faces.*
*Quàm Platanus riuis gaudet, quàm populus unda,*
*Et quàm limoſa canna paluſtris humo:*
*Tam Venus ocia amat &c.*
*Quæritur Aegiſthus quare ſit factus adulter:*
*In promptu cauſſa eſt, deſidioſus erat.*

Plura de his omnibus uide in loco Tranquillitas, in litera T.

DE ACIDIA B. MANTVANVS *lib. 1. De calamitate ſuorum temporum.*

*Hæc eſt curarum genitrix exercita nullis*
*Artibus, officij nullo laudabilis uſu*
*Segnicies, inter ſocias nutrita Megeræ:*
*Doctaq; languores animi, luctuſq; magiſtra*
*Sola ſedens, oculoſq; ſolo defixa, malignum*
*Criſpa ſupercilium, pallens impexa capillos,*
*Phthiriaſin patiens ſcalpit caput unguibus uncis:*
*Os immunda, manus illota, cadente ſaliua,*
*Barba madet, pluit imbriferis de naribus humor*
*Debilis, & longo pendens in pectora dorſo,*
*Fauce tumet, leuat anguſto ſub pectore uentrem,*
*Vtris ad exemplum, morbiq; intereutis inſtar:*
*Crus exile, genu ſurgens, perpinguis & amplus*
*Tardat iter: grauibuſq; dolet iunctura Podagris:*
*Hæc fera ſeruilis, ſanctæ faſtidia uitæ*
*Ingerit, & tardos ad clara negocia ſenſus*
*Somnifero languore premit, frigentia corda*
*Inuoluit gelido denſæ uelamine nubis:*
*Nil niſi terrenis hauſtum de fecibus unquàm*
*Cogitat, annales ueterum, dubiamq; futuri*
*Temporis ignorat ſortem, non ulla latentes*
*Cernere naturas rerum cauſaſq; tueri*
*Cura ſubit: ſubiecta oculis uix aſpicit, ægrè*
*Palpebras leuat hærentes, humore tenaci*
*Lumen habet, ſurdent aures, uox languida, ſermo*
*Barbarus, obſcuro uerba intercluſa palato:*
*Seminat infelix lolium, frigenſq; papauer,*
*Lethæiſq; rigat ſteriles humoribus hortos:*
*Plumbea liuenti geſtat connexa metallo*
*Vincula, captiuos homini quibus alliget artus.*
*SATVRNVS pater eſt illi, Nox humida, mater:*
*Hanc genuit magnos iocus ut compeſceret auſus,*
*Itala Græcis petijt cum littora roſtris:*
*Penula trita, fluens humeris à pectore aperta:*
*Sordida, neglecto cultu, demiſſior ante,*
*A tergo breuior, textu laxata ſoluto,*
*Fila oras circum pendent, roſere cothurnos,*
*Articuloſq; pedum mures, & olentia nigris*
*Sordibus immundæ ſulcant calcanea Rimæ:*
*Ipſa ſibi grauis eſt, turpi deiecta quiete*
*Mæret, & ignorat cauſſam mæroris & ortum,*
*Ebria Lethargo ſemper, triſtiq; ueterno*
*Virtutum formidat iter, monſtratq; labores,*
*Difficileſq; uias, & re maiora uideri*
*Cuncta facit: ceu ſi uitreo ſub gurgite uirgo*
*Merſa ſit aërio, quia corpore denſior unda eſt,*
*Ingentem ſparſa mentitur imagine formam:*
*Sic hominum falſo deludit Acedia uultu,*
*Spem minuens, animoſq; premens, operhumq; futura*
*Præmia deridens, contemni fulmen & ignes*
*Tartareos, fruſtraq; docet Phlegetonta timeri,*
*Aeacon & Minoa negat, nullum Rhadamanto*
*Iudicium tribuit, fœdæq; libidinis uſum,*
*Et Veneris concedit opus, conuiuia, uentris*
*Ingluuiem laudat, ſic lentus pectora torpor*
*Occupat, & pigras ita uincit inertia mentes,*
*Inſtructis lautè menſis, ſi copia detur,*
*Indulget, quæſita uorat, ſed quærere neſcit:*
*Inde graues curæ, longæuaq; tædia ſurgunt,*
*Sic nocet hoc monſtrum, & iuſtis conatibus obſtans,*
*Suadet ab obſcœnis quæri ſolatia rebus.*
*Hoc inhonoratum ſcelus ignauumq; ſequuntur*
*Ignotæ triſteſq; animæ, quas nulla futuri*
*Cura, nec æternæ ſtimulauit gloria famæ:*
*Si tamen hæc quoddam retinent ex ordine nomen,*
*Non ſua, ſed uirtus illos laudata priorum,*
*Vel genus excelſæ gentis, uel regia uirga*
*Imbelli geſtata manu, uel nobile crimen,*
*Egregiumq; ſcelus, ſciri ſine laudis honore*
*Cogit, & inuitas hominum traſmittit ad aures.*
*Iſtorum turpi ex numero, & de plebe nephanda*
*Vnus erat, modico dominum qui uendidit ære,*
*Vnus & oſtriferam Seſto qui iunxit Abydum*
*Pontibus, & magnum ſalſis Athon alluit undis:*
*Mox ubi conuulſas audiuit in æquore puppes,*
*Et pontem æquoreis confractum uiribus amens*
*Qua Phrixi germana iacet rate fugit inermi.*
*Talis & Aeneadum, Phrygio de ſanguine Cæſar*

Vltimus

*Vltimus Auſoniæ labes, & dedecus aulæ:*
*Talis ab Alyrio ueniens longo ordine bello*
*Sardanapalus iners, qui non Chironis in antro*
*Nutritus, non inter equos nutritus, & enſes,*
*Sed calathos circum ſaturataq; uellera rore*
*Muricis, & tenues lanas, quas ſericus altis*
*Pectit ab arboribus uiolaſq; imitantia penſa,*
*Purpureoſq; Croci uultus Hyaliq; colores,*
*Crinitoſq; colos, ſolium regale tueri,*
*Neſcius ut regni inuaſor iurata coëgit*
*Auxilia, & celeri maturans arma paratu,*
*Attonitam cinxit ſubitis legionibus urbem,*
*Stamina depoſuit, tandem & de plebe fugaci*
*Componens raras acies cum milite pigro*
*Exijt in pugnam molles talaribus armos*
*Aſſuetum tunicis: clypeus grauis æreus umbo*
*Preſsit, ut horribilis pugnæ caua buccina ſignum*
*Edidit ut rigidum, campos ingreſſa patenteis*
*Terrificio cantu cecinit uox Bellica Martem,*
*Et leuis inſonuit crebris hinnitibus aura:*
*Obriguit, ſtupuere oculi, liquere trementeis*
*Lora manus, Clypeuſq; cadens (res digna triumpho)*
*Formicam oppreſsit ueteris de ſanguine natam*
*Myrminones, quæ Myrmidonum genus acre uirorū*
*Edidit. excuſſum eſt roſtri de forpice granum,*
*Et triſtem moriens liquit ſub puluere uitam.*
*Non poterat tanta armorum dux mole ſepultus*
*Et tanto ſine cæde pedem ſubducere bello.*
*Talis in ingauo regnabat pectore uirtus*
*Poſt clarum facinus fugit ſolitumq; cubile*
*Depoſitis repetens armis ſe muſſt in ignes.*
*Mores ſemper fœmineos imitatus, & artes,*
*Hoc animi fortis moriens opus edidit unum, &c.*

# OCCASIO.

## *Opportunitas. Tempeſtiuitas.*

OCCASIO eſt opportunitas temporis caſu proueniens. Græcis ἀφορμὴ dicta.

*De occaſione Deo, è Græco.*

*Vnde erat hic plaſtes? Sycionius. at quis erat? dic.*
*Lycippus tu quis? tempus ego omne domans.*
*Cur ſummis inſtas digitis? rotor quia ſemper, at alas*
*Cur pedibus geſtas? Vt leuis aura feror.*
*At dextram cur armat acuta nouacula? ſignum eſt*
*Quod conferri acies non potis ulla mihi eſt.*
*Cur coma fronte iacet? quòd qui me prendere captat,*
*Præueniat. Caluum eſt cur tibi retrò caput?*
*Quòd poſtquàm leuibus præceps effugero pennis,*
*Nil aget à tergo, qui reuocare uolet.*
*Vnde igitur poſſet documentum ſumere? talem*
*Artificis poſuit me tibi docta manus.*

*Occaſio 13. ode, Epodôn Horatij.*

*Horrida tempeſtas cœlum contraxit & imbres,*
*Niueſq; deducunt Iouem: nunc mare, nunc ſylua*
*Threïcio aquilone ſonant, rapiamus amici*
*Occaſionem de die, dumq; uirent genua,*
*Et decet, obducta ſoluatur fronte ſenectus.*

*Occaſione duntaxat opus improbitati.*

Ariſtoteles libro Rheticorum. 2. καὶ περὶ οὓς ἔχουσι πρόφασιν, ἢ προγόνων, ἢ αὐτῶν, ἢ φίλων ἢ ποιησάντων κακῶς, ἢ μελλησάντων, ἢ αὐτοὺς, ἢ προγόνους, ἢ ὧν κήδονται. ὥσπερ γὰρ παροιμία, προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία. i. Aut aduerſus quos occaſionem habēt, ſiue progenitorum nomine, ſiue ſuo ipſorum, ſiue amicorum, ſiue eorum, pro quibus ſolliciti ſunt. Quemadmodum enim prouerbio dicitur: Occaſione dūtaxat opus eſt malitiæ: quadrabit in nocendi cupidos, qui ne temere læſiſſe uideantur, cauſas prætexunt. Celebratur hic Mimus Publi⁹, ni fallor, in hanc ſententiam: malefacere qui uult, nuſq̄ non cauſam inuenit. Circumfertur & hodie uulgò apud noſtrates adagiū nō uſquaq; ſpernendum: Facile fuſtem inuenerit, qui cupit cædere canem. Eodem ſpectat Terentianum illud: Fingit cauſſas, ne det ſedulo. Itē illud Martialis. *Facile eſt cauſā malefaciendi inuenire.*

*Iraſci tantum felices noſtis amici:*
*Non quia ſic merui, ſed iuuat hoc facere.*

Fortaſſis huc alluſit & Euripides, cū ſic ait in Iphigenia Aulidenſi.

Ἐπὶ βραχείας προφάσεως, ἔδει μόνον, *Euripides in Iphigenia.*
Ἐφ' ἧς σ' ἐγὼ καὶ παῖδες οἱ λελειμένοι,
Δεξόμεθα δέξιν ἥν σε δέξασθαι χρεών. id ē.
*Occaſione tantum opus fuerit leui,*
*Vt & ipſa, quiq; mihi ſuperſint liberi,*
*Te rurſus accipiamus iſthunc ad modum,* *Retaliatio.*
*Quo te accipi par eſt.*

ὥρας χρὴ ἀπεριμαχήτως ᾑρηκέναι: τὸ γὰρ παριέναι αὐτὰς, κινδυνεύει, μὴ οὐχὶ ὑπ' ἔσχατον κακὸν, ὥσπερ, ἂν καλὰ τὸ ἐναντίον χωρῆσαι. id eſt.

Occaſiones arte deligendæ ſunt: nā ſi tranſgrediaris ipſas, extremè aliquando periclitaberis, nec non ſi citra nimium tranſilieris.

*Premenda occaſio.*

Qui

Prouerbium. Qui ſignificabit, modis inſtandū omnibus eſſe, nec obmittendā ē manib' ſemel oblatā occaſionē: accōmodabit illud ex odyſſeæ δ' ὑμᾶς δ' ἀσιμφέως ἐχέμεν μᾶλλον τι πιέζειν. Vos premite, & uinclis magis arctè ſtringite captum. Quod quidem detorquere licebit ad id, cum dicemus impetus animi hoc magis ac magis eſſe cohercendos rationis moderamine, quo magis efferueſcunt, & ad malum ſollicitant.

*Cato lib. 2. de occaſione.*

Occaſio calua ab occipitio

*Rem tibi quam neſcis aptam dimittere noli.*
*Fronte capillata poſt hæc occaſio calua.*

*Eraſmus.*

Quocies fortuna offert commoditatē, quæ tibi ſit apta, ſtatī arripe: nā occaſio frontem habet capillatam, ut ea parte teneri poſſit: uerum ſi ſemel ſe uerterit, ab occipitio calua eſt, ut iam apprehendi nequeat, hoc eſt, opportunitas cum contingit, teneri poteſt, non cedit autē cum uoles, ſi neglexeris. Hic admonendum illud, quod Græci fingunt de Deo cæco. De quo copioſius in prouerbijs Eraſmi.

Occaſio Deus Græcis καιρὸς dictus.

*Neceſsitas occaſionis in actionibus.*

Singulis actionibus, inquit Proclus, aliud cōuenit, aliudq; tēpus ad hoc uel illud perficiendum. Eiuſmodi uerò tēp' eſt actionis cuiuslibet opportunitas, tanquàm bonum atq; finem agentibus afferens & effectis. Quapropter Pythagorici primam quoq; cauſam, à qua omnibus eſt bonum, opportunitatem nominauerunt: quippe cum omnibus, ut perfecta ſint, largiatur, omnia deniq; coaptantur, dum cauſæ quidem perficientes ad perficiendum promptiſſimæ ſunt: ſuſceptura uerò ad participationem expergiſcuntur, & illæ rurſum potentiam porrigunt perficientem. Hæ autem potentiam aptitudinis à natura ſuſceperunt: Duplex enim potentia ē, altera quidem agentis, altera patientis: & illa eſt mater actionis, hæc perfectionis eſt ſuſceptaculum.

Duplex potentia.

*De opportunitate ex Menandro, & alijs autoribus Græcis.*

ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τρυγώμενα. id eſt,
*Vindemiæ ſua eſt gratia, at ex tempore.*

Καλὸν τὸ καιρῷ παντὸς εἰδέναι μέτρον. id ē,
*Pulchrum eſt, modum cuiuſq; ſcire temporis.*

Καιρὸς γὰρ νόμων κρείττων πολύ. id eſt.
*Occaſio iure eſt multo præſtantior.*

Καιροὶ δὲ καταλύουσι τὰς τυραννίδας. id ē.
*Occaſio feras ſoluit Tyrannides.*

Καιρῷ τυχὼν γὰρ πτωχὸς ἰσχύει μέγα. id eſt.
*Occaſio detur, multa & pauper poteſt.*

Pauper etiam multa poteſt p occaſionē.

*De opportunitate, ſeu occaſione, uel tempeſtiuitate.*

Sexto curriculo prodeat ad curſuram Pithacus, qui Phrynonem Athenienſiū ducem monomachia, id eſt, ſingulari certamine congreſſus intermit, quū inſtar retiarij reti emiſſo illū implicaſſet: huiuſce Pithaci illa eſt celebrata ſentētia: γνῶθι καιρόν, id ē, noris tēpus uel opportunitatem, ſiue tempeſtiuitatē. Romana uox: Veni in tempore: Interpretatio huiuſce ſapientiſſimi dicti ſaluberrimi, ut ſcilicet norimus in rebus agēdis, obſeruemuſq; opportunitatem, ut in tempore cuncta aggrediamur. Terētius, rerum omnium eſſe primùm tempus, ait. Repetent cuncti (ut uerbis Auſonij utar) quotus offenſam incidat, ſpectata cui non fuerit opportunitas. Medicus in danda medicina ęgroto norit tempeſtiuitatem: nam, ut ille inquit, temporibus medicina ualet, contrà: nihil ē in morbis magis periculoſum, quā immatura medicina: Quod & memorat Seneca in libro ad Albinam matrem, de conſolatione. Præcipit Plinius noſter, cauendū, ne in remedijs uitia fiāt, quod euenit nimia, aut intempeſtiua medicina. In cibo quoq; dando, ò medice noſce, quando intēpeſtiuū eſt: Nam, ut cornelius celſus ueriſſimè ſcribit: optimum medicamentum eſt cibus opportunè datus, qui quando dari debeat, inter medicos non ſatis conſtat. Notum eſt illud Ouidianum:

*Ipſa leget tempus, medici quoq; tempora ſeruant,* Ouidius.

*Καιρός, Tempeſtiuitas*

Tantum pollet, ut uinum quoq;, q̄d alioqui noxium eſt languentibus, in tēpore datum medeatur. Quod Ouidius quoq; planiſſimè ſignificat, illo uerſu:

*Data tempore proſunt,*
*Et data non apto tempore uina nocent.*

Huius

Huius rei obſeruationem probè callebat Aſclepiades, qui primus uino opitulari inuenit, dando ſcilicet κατὰ καιρόν, id eſt, in tempore: qui unum de uino dando uolumen condidit.

Hippocrates in Aphoriſmis, & Galenus lib. 7. ſimplicium, docent dolores oculorum uino meraco ſolui: quod ita interpretamur, ſi tempeſtiuiter detur.

Tu, qui aditus faciles ad principem quæris, cupiſq; uoti compos euadere, γνῶθι καιρόν, id eſt, noueris opportunitatem, & quæ molliſſima fandi tempora. Cuius præcepti gnarus poëta ſic cecinit:

*Sola uiri molles aditus & tempora noras.*

Plautus opportunitatem innuens efficaciſſimam eſſe in rebus, ait in Pſeudolo. Ipſa mihi opportunitas non potuit opportunius aduenire. Item in Menechmis: Non potuiſti magis per tempus mihi aduenire, quàm aduenis: Ita ego ſoleo, commoditatis omnes articulos ſcio.

Opportunitas efficaciſſima.

Hiſtorici prodiderunt Veſpaſianum id temporis fuiſſe facilimum & indulgentiſſimum, quo in balneum tricliniumq; tranſibat: eaq; momenta, atq; occaſionem domeſticos ad aliquid petendum magnopere captaſſe,

Nota bene.

πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος, Id eſt:
*Tempore miniſtratur multis occaſio.*
πολλοὺς ὁ καιρὸς ἄνδρας οὐκ ὄντας ποιεῖ, Id ẽ:
*Occaſio uiros, qui non erant, facit.*

Γνῶθι καιρόν.

Noſce teipſum.

Conſimiliter uos, qui uultis apud principem impetrabiles eſſe, captate id tempus, quo remiſſior, hilarior, indulgentiorq; eſſe ſolet: ſcitote plus pollere tempeſtiuitatem hanc, ad ſucceſſus petitionum, quàm adipem leonis, quàm ſanguinem baſiliſci, quàm ſpondylon draconis, quàm anguium drynedarum ouum, cæteraq; id genus promiſſa magicæ uanitatis. Contrà non parum multi intempeſtiuè interpellantes meritò repulſam patiuntur: Quibus illud Naſonis dici poteſt:

Dictum Pithaci Mitilenæi

Ouidius.

*Non adijt aptè, non legit idonea credo*
*Tempora.*

Horatius probè callens, quantum opportunitas ualeat, ſic ſcribit:

Horatius.

*Niſi dextro tempore Flacci,*
*Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem.*

Idem mittens Auguſto librum, monet portatorem, ut tempeſtiuiter adeat: ut uidelicet, ſi ualidus, ſi lætus erit, ſi deniq; poſſet.

Occaſio obſeruanda.

Tempeſtiuitas deniq; perſpicienda in materia cædenda, in emptionibus, uenditionibus, amationibus, in agriculturis, frumentis decidendis, meſſibus, uindemijs, oleitate, ſationibus, inſitionibus, propagationibus &c. Reliqua lege apud Philippum Beroaldum in heptalogo ſapientum.

Materia, quæ ad ædificandũ, fulciẽdũq; neceſſaria ẽ. Faber lignarius, idẽ materiarius à Plauto eleganter dicitur.

*Noſce tempus.*

Celebratur in primis inter ſeptem ſapientum apophthegma, ac, ut alia pleraq;, pluribus autoribus adſcribitur, à nullo non uſurpatum. Heſiodus: μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος. Id ẽ: Obſeruate modum: nam rebus in omnibus illud optimum erit, ſi quis tempus ſpectauerit aptum. Huc alluſit Theocritus in Idillio A. Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίγνεται ἐν χειμῶνι, Id eſt: Verùm alia æſtiuo, atq; hyberno tempore fiunt. Quin & Iſocrates ad Dæmonicum ſcribit, iniucundum in omni re eſſe, quicquid intempeſtiuum ſit, adeò cunctis in negocijs plurimum habet momenti temporis & opportunitatis obſeruatio.

Heſiodus

Optimũ ſpectare tempus aptum.

Theocritus

Omnia intempeſtiua iniucunda.

*Idem admonent Græcorum ſententiæ.*

Ὡς μέγα τὸ μικρόν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθέν. id eſt.
*Vel maxima eſt, puſilla res loco data.*
καλὸν τὸ καιροῦ παντὸς εἰδέναι μέτρον, Id eſt:
*Res bella, cuncti noſſe temporis modum.*
ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν. Id eſt:
*Tempus pariter in omni re faſtigium obtinet.*

Item illud Horatij:
*Dulce eſt deſipere in loco &c.*

*Senarij Iambi Græci.*

τάχιστ' ὁ καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα. Id ẽ:
*Facies poteſt rerum illico mutarier.*
τὸν καιρὸν εὔχου πάνθ' ἵλεων ἔχειν. Id eſt:
*Votis precetis, placida adeſſe tempora.*

*Opportunitatis magna uis.*

Tantum uim habet opportunitas, ut ex honeſto inhoneſtum, ex damno lucrum, ex uoluptate moleſtiam, ex beneficio maleficium faciat, & contra: breuiterq; rerum omnium naturam permutet. Hæc in aggrediundo, conficiendoq; negocio præcipuum habet momentum: ut non ſine cauſa ueteres uideantur eam diuinitate donaſſe: tametſi apud Græcos mas eſt hic deus, appellaturq; καιρός: Eius ſimulachrum ad hunc modum fin-

Opportunitas diuinitate donata.

gebat antiquitas: uolubili rota, pennatis inſiſtens pedibus, uertigine quàm citatiſſima ſemet in orbem circumagit, priore capitis parte capillis hirſutis, poſteriore glabra, ut illa facilè prehendi queat, hac nequaquam. Vnde dictum eſt occaſionem arripere. Ad quod eruditè ſimul & eleganter alluſit, quiſquis is fuit, qui uerſiculum hunc ſcripſit:

*Fronte capillata, poſt eſt occaſio calua.*

Sed libet & Poſidippi ſuper hac re carmen adſcribere: quod quamobrẽ omittendum Politianus exiſtimauerit, admiror. Eſt autem huiuſmodi:

τίς πόθεν ὁ πλάστης σικυώνιος, οὔνομα δὴ τίς;
λύσιππος, σὺ δὲ τίς; καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ
τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας, ἀεὶ τροχάω,
    τί δὲ ταρσοὺς
ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρὸν ἀνδράσι δεῖγμα;
ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν, ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
  νὴ δία τ' ἐξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν
οὔτις ἔτ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν
τοῖνον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων
ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

*Latinè redditi.*

*Quæ patria artifici? Sicyon quo nomine? Nomen*
*Lyſippo dictum eſt, ipſe quis es loquere.*
*Illa ego cuncta domans occaſio. Cur age pennis*
*Inſiſtis? uoluorq; ac rotor aſſiduè.*
*Cur gemina in pedibus geſtas talaria? dicam:*
*Huc illuc uolucrem me leuis aura rapit.*
*Quid dextra ſibi uult inſerta nouacula? Signum hoc*
*Quod quauis acie ſim magis acuta docet.*
*Torta capillitio facies, quid nam admonet? Illud,*
*Quiſquis uti me, quoties offeror, arripiat.*
*Cur autem capitis pars poſticaria caluet?*
*Quem ſemel allatis præterij pedibus,*
*Is quanquam uolet inde citò me prendere curſu,*
*Haud liceat, ſimul ac uertero terga uiro.*
*Hac itaq; idq; tua me finxit imagine cauſa*
*Hoſpes, ſcalptoris ingenioſa manus:*
*Spectandamq; domus hic prima in fronte locauit,*
*Scilicet ut cunctos, & moneam, & doceam.*

ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθέν. Id eſt:
*Magna & puſilla ſunt oblata tempore.*
ὥρα τὰ πάντα τοῦ βίου κρίνει καλῶς. Id eſt:
*Tempus feret de uita olim iudicium.*

DE *eadem occaſione Auſonius in hunc modum ſcripſit.*

*Cuius opus? Phydiæ: qui ſignum Pallados eius,*
*Quiq; Iouem fecit, tertia palma ego ſum:*
*Sum Dea quæ rara & paucis Occaſio nota.*
*Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.*
*Quid talaria habes? uolucris ſum Mercuriuſq;*
*Fortunare ſolet, trado ego cum uolui.*
*Crine tegis faciem? Cognoſci nolo. Sed heus tu,*
*Occipiti caluo es? ne tenear fugiens.*
*Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi. Dic rogo quæ ſis?*
*Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.*
*Sum Dea quæ facti, non factiq; exigo pœnas:*
*Nempe ut pœniteat, ſic Metanœa uocor.*
*Tu modò dic quid agat tecum? ſi quando uolaui*
*Hæc manet, hanc retinent, quos ego præterij.*
*Tu quoq; dum rogitas, dum percunctando moraris,*
*Elapſam dices me tibi de manibus.*

*Petrarcha in dialogo 6. de furtis.*
*De remedijs utriuſq; fortunæ.*

Dolor. Me fures inſectant. Ratio. Contra hoc malum nihil querelis agitur ſupplicijs, opus eſt interim cuſtodia, proficit uigilantia: ſunt qui nihil cuſtodiant, & accuſent fures, cum uetus ſit prouerbium: Occaſio furem facit.

*Cicero lib. 1. officiorum.*

Modeſtia, ſecundum Stoicos, eſt ſcientia earum rerum, quæ aguntur aut dicuntur, loco ſuo collocandorum. Videtur autem eadem uis ordinis & collocationis fore: nam & ordinem ſic definiunt compoſitionem eſſe rerum aptis & accommodatis locis: Locum autem actionis opportunitatem temporis dicunt eſſe. Tempus actionis opportunũ εὐκαιρία, latinè appellatur occaſio, ſic fit, ut modeſtia hæc ſcientia ſit opportunitatis, idoneorum temporum ad agendum.

*Apophthegma de Themiſtocle, Eraſmus Roterodamus, lib. 5. Apophthegmatum, in Themiſt.*

OCCASIO NEGLECTA.

Antiphates adoleſcens, qui prius Themiſtoclem amantem fugerat ac faſtidierat, ubi uidit illum gloria celebrem, potentiaq; magna pollentem, ultrò adijt illum blandiens: cui Themiſtocles, ô adoleſcens, ſerò quidem ambo, ſed tamẽ ſapere cœpimus. Sentiens illum nõ arripuiſſe occaſionem ſeſe offerentem, ſibi uerò nunc non uacare per negocia talibus affectibus indulgere.

παλ-

παλλαδᾶ.

ἔν γε λέγων τὸν καιρὸν libro 1. Epigrammatum. Et ibi Obſopæus rectè à Menandro occaſionem ſeu tempus Deum dictum eſſe ait, quod nō rarò aliquid longè melius ultrò accidat, quàm nimia cura parari aut excogitari potuerit.

OMNIA TEMPESTIVÈ agenda.

*Iſocrates ad Demonicum in Pareneſi ſua grauißima.*

Neq; in ridiculis ſerias res agas, neq; in rebus ſerijs nugis gaudeas: nam quicquid non tempeſtiuè nec in loco fit ubique moleſtum eſt.

*Idem in Panegyrico. Arripiendam eſſe præſentem opportunitatem.*

Occaſio arripienda. Proinde mihi nimis eſſe multa uidentur, quæ nos hortentur ad bellum inferendum: in primis autem præſens occaſio, quæ tam euidens & præclara cum ſit, amittenda non eſt: turpe enim fuerit, ea præſente non uti, præteritam deſiderare.

Tempus, quod Græci καιρὸν, nos occaſionem, ſiue tempeſtiuitatem dicimus, ueteres, teſte Calliſtrato, pulchrum puerum ac Deum rotulæ fingebant, ſummis digitis inſiſtentem, alatis talaribus, nouaculam in dextra, crinibus tantùm anterioribus, occipitio caluo: ut planè ſignificarent à breuitate commoditateq; temporis nos deſeri nunquam redituri. Quapropter omnibus bonis eſſe curæ ſuadetur à doctis, ne fruſtra labatur. Volaterranus in lib. 31. Philologiæ. Reliqua quære in litera T. de tempore.

*Nihil intempeſtiuum gratum eſſe & conducibile.*

μὴ πάλι μοι μετὰ δόρπον ὅτ' οὐκ ἔτι γαστέρα πείθω.
οὔθατα καὶ χοιρῶν ἄρτι τίθει θυμάχυ:
οὐδὲ γὰρ ἐργοπόνοισι μετὰ στάχυν ὄμβρος ἄκαιρος.
χρήσιμος, οὐ ναύταις ἐν λιμένι ζέφυρος. .i.

*Ne cum faſtidit poſt ſumpta cibaria uenter,*
*Vbera cum fartis, pone ſuilla mihi:*
*Namq; nec agricolis poſt meſſem commodat imber,*
*Nec Zephyrus nautas in ſtatione iuuat.*

# OECONOMIA.

*Quæ œconomo ſint neceſſaria, quot item ſint œconomiæ.*

*Ariſtoteles in Oeconomicis.*

IN hanc ſententiam diſſerit, œconomica ſcilicet & polytica differre inter ſe, nō ſolùm quantum domum & ciuitatem (hęc enim eis ſubiecta eſſe) ſed in eo etiam, quod politica ex multis ſit principibus: œconomiam uerò eſſe monarchiam. Prima autem in hac hominum cura, ac diligentia circa coniugium: ſocietas enim ab ipſa natura maris & fœminæ maximè conciliatur, ut non ſolùm ſit hominibus, ſed etiam benè ſit: nec etiā ſolùm naturæ cauſa, ſed & utilitatis. Qui enim uiribus ualidi imbecilles iuuant, rurſus ipſi debiles in ſenectute ab illis quandoq; ſuſtentantur. Huc accedit etiam, quod quando numero prohibemur, à natura ſaltem ſpecie perpetuos eſſe affectamus. Diuerſa tamen conditione procreati, ſimul iunguntur ad ſtabiliorem uitæ uſum: nam fœminæ timiditas maior, ob res domi cuſtodiendas: uiris audacia, ob fortitudinem, & res foris parandas: fœminis item charitas maior, ac patientia ad filios nutriendos, uiris ſapientia ad erudiendos. Poſſeſſionū poſthæc diligentia adhibenda, quarum prima eſt homo: quapropter ſeruos ante omnia ſtudioſos parare oportet.

*Eorum ſpecies duæ.*

Curator ſeu uillicus, qui alijs præſit, operarij. Seruis itē uini parum, aut nihil dare oportet: uini namq; potatio, uel liberos probroſos facit. Alimenta, quæ ſat fuerint, operarijs dētur. Sine mercede ſubiectis imperare non ualemus, merces enim ſeruorum cibus: operis uerò adhibere nec ualde timida, nec ualde fortia ſeruitia: quod hæc non facilè obtemperantia, illa uerò non facile perſeuerantia in labore ſunt: omni autem labori tempus & præmium ſtatuendum.

Oeconomo ad rem tuendam modi ſunt quatuor: primum parare, deinde

partum tueri,ſine quo nihilò magis parare iuuat, quam in uas fundo carens aquam haurire.Præterea prudentem eſſe ac diligentem:nullus enim res alienas æquè tuetur atq; ſuas: ex quo Porus interrogatus,quid maximè equum ſaginaret:oculus,inquit,dominicus.Libijs etiam interrogatus, quod optimum lætamen:ueſtigia,reſpondit,dominica. Ideo Socrates dicere ſolebat, dominum ante ſeruos exurgere, & ultimum ire recubitum oportere: ſurgere enim noctu, & ad ualetudinem, & ad œconomiam, & ad philoſophiã deniq; conferre. Item in lib. 2. dicit: optimum œconomum non ignarũ eſſe debere moris, locorum, circa quæ negociatur: ſed natura ingenioſum,mente uerò iuſtum ac laborioſum.

*Quatuor ſpecies œconomiæ.*

Regia,ſatrapica,politica,& priuatã. Regiæ autẽ prouentus ſpecies quatuor: circa monetam: circa importata & expectata,uti ſunt portoria:circa ſumptus, cum compendio fiunt, ac res uice pecuniæ dentur,æſtimationeq; ubi expediat magis, quam numeratò impenſæ fiant.

Satrapicæ prouentus ſpecies ſex: ex terra,quam decimam uocant, & locorum, ubi dominatur, metallicis:ex terra et agro naſcentibus,ex mercatoribus,ex paſturis decima item appellatur,ſexta: ex alijs uarijs rebus.

Tertia œconomiæ ſpecies,politica, id eſt,ciuitatis: huius uectigal optimum ex ijs, quæ in loco proprio gignuntur, deinde à mercaturis, poſt hæc ἀπὸ τῶν ἐγκυκλίων.

Quarta & ultima priuati hominis,quæ quidẽ anomala,id eſt, abſq; norma exiſtit, quod non ad unam tantùm intentionem illi œconomia exerceatur. eſt inſuper omnium minima , ob breues prouentus & expenſas. Huius optimum uectigal ex terra primum,id eſt, agricultura,quæ omnium eſt parens: hinc enim magis ſecundum naturam res nobis acquiruntur: deinde ex alijs rebus: tertiũ ex argento,præter autem omnia parcere ſuperfluis, & ne maiores ſint prouentibus expenſæ.

Ariſtoteles commemorat multa exempla regum ac populorum,qui calliditate nouas artes uectigalis, & rei parandæ ſibi inuenerunt, quæ pars nondum in latinam linguam tranſlata eſt, ut inquit Volaterranus lib. 30. philologiæ. Vide ibi in cap. de œcono. Adde & Xenophontem de œconomia, quem prænominatus Raphaël Volaterranus eleganter ex Grȩco traduxit in latinum.

DICTA SAPIENTVM GRAECOrum & latinorum, de œconomia.

*Plutarchus in ſympoſio ſapientum, libro ſeptimo.*

τοῦτον οὖν ἄριστον, ὁ Σόλων εἶπεν αὐτῷ δοκεῖν οἶκον, ὅπου τὰ κτῆμα τὰ μήτε κτωμένοις ἀδικία μήτε φυλάττουσιν ἀπιστία, μήτε δαπανῶσι μετάνοια πρόσεστιν. Id eſt: Solon.

Solon optimam ſibi familiam uideri dixit,in qua pecuniæ non iniuſtè poſſideantur,nec mala fide cuſtodiantur, neq; propter ſumptus pœnitudinem adferant.

*Bias Prienæus.*

ἐν ᾧ τοιοῦτος ἐστὶν ὁ δεσπότης δι' αὐτὸν οἷος ἔξω διὰ τὸν νόμον. Id eſt:

In qua dominus ſponte ſit huiuſmodi, qualis propter legem foris eſt.

*Thales Myleſius.*

ἐν ᾧ πλείστην ἄγειν τῷ δεσπότῃ σχολὴν ἔξεστιν. .i.

In qua domino plurimum ocij agere liceat.

*Cleobulus.*

εἰ πλείονας ἔχοι τῶν φοβουμένων αὐτὸν τοὺς φιλοῦντας ὁ δεσπότης. Id eſt:

Si dominus plures habeat ſui amantes, quàm timentes uel metuentes.

*Pittacus.*

ὡς ἄριστος οἶκος ἐστὶν, ὁ τῶν περιττῶν (μηδενὸς δεόμενος) καὶ τῶν ἀναγκαίων μηδενὸς ἐνδεόμενος. Id eſt:

Optimè conſtitutam eſſe domum pronunciauit,cui neq; ſuperfluum, neq; neceſſarium quicquam deſit.

*Chilon.*

ἔφη, δεῖν μάλιστα βασιλευομένῃ πόλει προσεοικέναι τὸν οἶκον, εἶτα προσεῖπε ὅτι Λυκοῦργος πρὸς τὸν κελεύοντα δημοκρατίαν ἐν τῇ οἰκίᾳ σοῦ δημοκρατίαν. Id eſt:

Dixit oportere domum maximè ſimilem fieri ciuitati, quæ ab rege gubernatur:& inſuper adiecit, quod Lycurgus ad illum, qui democratiam in republica conſtituendam uolebat, dixerit: Quin tu primum domi tuæ democratiã, id eſt: commune imperium inſtituito.

Bryſo

*Bryſo in œconomico.*

οὕτως ἔχει πὸτ' ἄλλα τ' ἀνθρώπινα πράγματα καθάπερ τᾶς ἁλύσιος τοὶ κρίκοι· τεῦνε τε γὰρ ἐξ ἀλλάλων ἄρτυνται, ἀλλάλοις τ' ἀκολουθέοντι, καὶ ἑνὸς ἐξ αὐτῶν ἑλκυσθέντος, ὁποῖος δήποκα, τότε ὅλον, καὶ τὰ ἐξ ἀρχᾶς ἀκολουθεῖ καὶ τῶν τοῦ βίου δὲ πραγμάτιον ὁποῖαν αὖ βούλῃ ἑλέσθαι εὑρήσεις καὶ τὰ λοιπὰ ἐξ ἀνάγκας κατὰ τὸ ἑξῆς ἀλλάλοις ἑπόμενα: αὐτίκα γὰρ εἰ κατὰ γεωργίαν τις ἐπιτηδεύοι, ἆρ' οὐ πρῶτον ἡμῖν δεῖ τεκτονικὰν, εἰ τεκτονικὰν δεῖ δὴ μεταλλευτικάν, ἀλλ' ἵνα ἀγραυλεῖν δυνατοὶ ὦντι, δεῖ σκέπαν ἡμῖν τὰν περὶ τὸ σῶμα: τοιγαροῦν πάντα ματευόμενος καὶ ἀνερευνῶν, οὕτως εὑρήσεις ἔχοντα ποτ' ἄλλαλα. οὕτω δὴ πᾶσιν ἡμῖν ἀγωγὰ τριχῶς. ὁ μὲν γάρ τις δοῦλος κατὰ νόμον γίγνεται· ὁ δὲ κατὰ τὸν τρόπον τᾶς ψυχᾶς ὁ κρατούμενος ὑπὸ τῶν ἰδίων παθημάτων τᾶς ψυχᾶς: ὁ δὲ τοιοῦτος, οὐχ ἁπλῶς δοῦλος, οὐδ' ὅτι φύσει δοῦλος, ἀλλὰ τῶν παθῶν δοῦλος. καὶ ἐν καταχρήσει δοῦλος καὶ μᾶλλον μοχθηρὸς ἄνθρωπος, ἢ δοῦλος κατὰ φύσιν, κατὰ φύσιν δὲ δοῦλος, ὁ δυνάμενος αὐτάρκως τὰς διὰ τῶ σώματος ὑπηρεσίας παρέχεσθαι τοῖς δεσπόταις, καὶ ἐν τῷ σώματος πορευθῆναι καὶ φορτία βαστάξαι, καὶ κακοπαθείας, καὶ διακονίας ὑπομένειν, μήτε δὲ ἀρετὰν, μήτε κακίαν ἐπιδεχόμενος ψυχικάν. Id eſt:

Eodem modo humanæ res ſe inuicem habent, quo cathenæ circuli, qui mutuo amplexu hærent, ſeq́ inuicem ſequuntur: quid ſi unum ex eis, quemcunq́ tandem attrahas, tota cathena cum ſuo principio conſequetur: ita etiam quicquid in uitæ negocijs tibi ſumas, reliqua neceſſario ſequi, ordine continuo ſuccedentia deprehendes. Verbi gratia, ſi quis agriculturæ ſtudeat, an nō prius oportet haberi artem fabrorum lignariorum, & ante illam ærariorum? quam rurſus metalla fodientium ars præcedat opus eſt: Item qui fodinis uacant, ruri degere poſſint, corpore tegātur neceſſe eſt, ad quod textores ac domus ſtructores requiruntur: Similiter & alia omnia ſi quæras & ſcruteris, inter ſe cōnecti, reperies. Conditio autem uitæ ſeruilis & captiuæ quodam modo triplex eſt: alius enim iuſſu legis ſeruus fit; alius propter animi ſui habitum, qui á proprijs animi affectibus uincitur: talis autem non ſimpliciter, ſed affectuum, neq́ natura, ſed per abuſum ſeruus eſt, & improbus homo magis, quàm ſeruus natura. Eſt autem natura ſeruus, qui corporis functiones dominis præſtare ſufficienter poteſt, itinera conficiendo, onera baiulando, labores ac miniſteria tolerando, interim neq́ uirtutem animi, neq́ maliciam ſuſcipiens.

*Callicratides Pythagoricus Lacon, ex libro de familiarum felicitate.*

Hoc igitur cognationis uniuerſum cœtum & ſyſtema eſſe iudicandum eſt. Syſtema autē omne ex contrarijs quibuſdam & diſſimilibus eſt, quę ad unum aliquod optimum, & ad cōmunem utilitatem referantur: Nam chorus appellatus eſt cœtus muſicæ communionis, & unum communem ſpectat finem, nempe concentum. Item ſocietas hominum circa nauim ex diſſimilibus & contrarijs quibuſdam conſtituitur, & ad unum quoddam optimum reſpicit, uidelicet gubernatorem, & communem utilitatem ſibi proponit, hoc eſt, proſperam nauigationem. Sic & familiæ, quæ cœtus eſt cognationis, diſſimilibus ſui partibus componitur, & ad patremfamilias, ueluti unū optimum, ſe refert, & concordiam, utpote commune bonū, molitur. In ſumma omnis familia tanq́ pſalterium tribus illis indiget, apparatu, concinnitate, & contrectatione ſiue uſu muſico. Apparatus quidem eſt, omnium eius partium conſtructio, quibus ipſum totum & uniuerſus ordinis cognati cœtus abſoluitur. Sunt autem partium eius duæ primæ & maximæ, homo, inquam, & res, ſiue poſſeſſio, quæ regitur, uſumq́ ſui præbet: quemadmodum ipſius animalis partes duæ ſunt primæ & maximæ, anima & corpus, illa regit & utitur, hoc regitur & uſurpatur. Item uita aſcititium eſt inſtrumentum actionum humanarum: corpus autem inſtrumentum eſt natiuum & cognatum animæ. Porrò hominum familiam conſtituentium, alij cognati ſunt, alij affines: cognati, qui ex eodem ſanguine prognati ſunt, aut ab eiſdem primis parentibus originem ducunt: affines autem cognati ſunt aſcititij, ex nuptiarum coniunctione principium habentes: illi uerò aut patres ſunt, aut fratres, aut aui paterni, uel materni, aut aliquid quippiam ei, qui per nuptias nobis coniunctus eſt. Quod ſi amicorum etiam bonum ad familiam pertinet (ſic

enim familia ſit amplior & magnificentior, non ſolum multis opibus, ac plurimis cognatis, ſed etiam amicorum multitudine aucta) apparet etiam hinc procul dubio familiam augeri, & ſociale genus amicitiæ ad perfectionem familiæ connumerandam. Poſſeſſio autem quædam eſt neceſſaria, quæ ad uſus uitæ requiritur: alia liberalis, quæ ornat & oblectat hominem, ita ut alijs non egeat: alia liberalem ornatum, ingenuamq; delectationem excedens, contumeliæ exitijq; radix inter homines pullulat: quippe multa poſſidentes, neceſſum eſt primum inflari, inflatos autem arrogantes fieri, arrogantes factos ſuperbire, & cognatos tribuleſq; ſuos neutiquam ſibi ſimiles exiſtimare, deinde contumelioſos fieri: omnis autem contumeliæ finis exitium eſt. Vbi igitur in domo & ciuitate ſuperfluitas extiterit, oportet abundantiã per legislatorem auferri, & reſecari, quemadmodum à bono agricola luxuriantes frondes. Porrò cognati & familiaris hominum ordinis partes ſunt tres: prima imperat, ut maritus: ſecunda paret, ut uxor: tertia familiæ & cognationi auxiliaris eſt, nempe liberi ex illis nati.

*Hierocles in œconomico.*

πρὸ πάντων γε περὶ τῶν ἔργων ὑφ᾽ ὧν οἶκος συνέχεται. τοῦτ᾽ οὖν διαιρετέον μὲν κατὰ τὸ πλεῖστον τῷ μὲν ἀνδρὶ τὰ κατ᾽ ἀγρὸν καὶ τὰ περὶ τῆς ἀγορᾶς καὶ τὴν ἀστυπολίαν ἀνακεῖσθαι· τῇ δὲ γυναικὶ τὰ περὶ τὴν ταλασίαν καὶ σιτοποιίαν, καὶ ὅλως τὰ κατοικίδια τῶν ἔργων. ὄντε μὴν ἀγεύστους ἀξιωτέον εἶναι τοὺς ἑτέρους τῶν ἑτέρων. γένοιτο γὰρ ἄν ποτε καὶ γυναικὶ κατ᾽ ἀγρὸν γενομένῃ καθῆκον τὸ τοῖς ἐργαζομένοις ἐπιστῆναι, καὶ τὴν τοῦ οἰκοδεσπότου τάξιν ἐκπληρῶσαι, καὶ ἀνδρὶ περὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν ἐπιστροφὴν ποιήσασθαι, καὶ τὰ μὲν διαπυθέσθαι, τὰ δὲ καὶ ἐπιδεῖν τῶν γινομένων, οὕτω γὰρ ἂν ἐπισυνδέοιτο μᾶλλον τὰ τῆς κοινωνίας εἰ συμμετέχοιεν ἀλλήλοις τῶν ἀναγκαίων φροντίδων. Id eſt: Ante omnia dicendum eſt mihi de operibus, quæ familiam ſuſtentant. Hęc igitur diuidãt, ut fieri ſolet, ita ut uiro opera ruſtica, forenſia & ciuilia tribuantur: mulieri aũt, quæ ad lanificium et frumenti apparatum attinẽt, omnia deniq; domeſtica negocia: non tamen alter ab alterius operibus omnino immunis eſſe debet: nam & mulierem aliquando decebit, ut rus egreſſa operarijs præſit, & patrisfamilias uicem gerat: & cõtrà, uiro rerum domeſticarum habere curam laudi dabitur, partim ſciſcitando, partim ea quæ fiunt inſpiciendo: ſic enim mutua communio magis ſtabilietur, ſi neceſſarias curas inter ſe communicent.

Xenophon de factis & dictis Socratis, lib. 3. Domos quoq;, cum diceret eaſdem eſſe bonas, atq; utiles, docere mihi uidebatur quales oporteat ædificare: Vtrum autem aiebat, illum, qui habiturus eſt, qualem deceat domum, hoc conſiderare oportet, ut quàm maximè delectabilis & utilis habitantibus ſit? Quũ uero hoc concederetur, delectabile itaq; dicebat, eſt, æſtate frigidam illam habere, hyeme calidam. Quum autem etiam in hoc conſentiret: in domos igitur, aiebat, reſpicientes meridiem in hyeme ſolares radij ingrediuntur: tempore uerò æſtiuo, cum ſol ſupra nos & per tecta eat, umbram reddit: Si itaq; bonum eſt ſic iſta fieri, oportet altiora quędam, quę meridiem reſpiciunt, ædificare, ut ſol hyemalis non excludatur: humiliora uero quæ Aquilonem, ut frigidi nõ incidant uenti: &, ut uno dicam uerbo, ubi omnibus horis ipſe libenter refugiat, ſuamq; ſuppellectilem ſecurè deponere poſſit, iſta ꝓfectò maximè delectabilis ac optima domus eſſet. Picturæ autẽ ac uarietates plures delectationes auferũt, ꝙ afferunt. Templis uerò atq; aris locum eſſe aiebat in primis decorum ac conuenientem, qui cum eminentiſſimus ſit, non facilimum aditum habeat: confert etenim hoc, tum ut aſpicientes orent, tum ut caſtè adeant.

# OFFICIVM DOMINORVM

*erga ſeruos: ſeruorum & adoleſcentum, erga dominos.*

SCriptura nouit ſeruos natos & emptitios. Ioſeph ſeruus fuit in Ægypto longo tempore.

*1. Corinth. 7.*

Seruus uocatus es, non ſit tibi cura.

*Ephes. 6.*

Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tãtum bonis & modeſtis, ſed & diſcolis.

*1. Petri 2. cap.*

Serui obedite per omnia dominis ueſtris carnalibus.

*Exodi 21.*

In ſeptimo anno ſeruus egreditur liber.

*Leuitici 25.*

Non opprimas fratrem, qui ſe tibi uendiderit.

*Deutero. 5.*

Ne nimium grauemus ſeruos.

*Hieremiæ 34.*

Increpantur Iudæi, quod iuxta legem non manumiſerint ſeruos.

Et D. Paulus præallegato loco 1. Corinth. 7. prædicat libertatem, ſi commodè fieri poſſit: Loquens de ethnicorum ſeruitute.

*Eccleſiaſtici 33.*

Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua, & defendas illum ut teipſum: nam indiges eo quaſi propria uita.

Aſino pabulum debetur & flagellum, & onus: ita ſeruo panis, caſtigatio, labor. Seruo tuo iniunge laborem, & pacem habebis: ſi otio aſſueuerit, tum inſoleſcet aduerſus te: ne tamen nimium oneres, ſed teneas modum in rebus omnibus.

*10. Ibidem.*

Seruo ſapienti obſequitur dominus, & prudens dominus non ideo murmurat.

*Ibidem 1.*

Seruum fidelem, & operarium diligẽtem noli tractare crudeliter: ſeruum bonum dilige, & non obſta quo minus liber fiat.

*Rhythmicôs.*

*Pabula tardigrado ſolum debentur aſello,*
*Vt multo impoſitum uerbere portet onus*
*Sic opus eſt ſeruis modicos expendere panes,*
*Et labor & crebrum connumeretur opus.*

*Eodem cap. paulò poſt.*

*Si frugi ſeruus tibi contigit atq; fidelis,*
*Vt te, ſic illum protege, ſemper ama.*
*Re cogente uelut fratrem tractabis amicè*
*Hunc, ut præſentem te colat ipſa domus.*
*Iniuſtè ſed ſi durus uiolaueris illum,*
*Te celerem rapiet non cogitante fugam.*
*Qua quæres, aut qua fugitiuum parte reduces,*
*Vix tibi dehinc ſerui copia talis erit.*

*2. Corinth. 3. cap.*

Dominus autem ſpes eſt, ubi autẽ ſpes domini, ibi libertas.

*1. Timoth. 6.*

Quicunq; ſunt ſub iugo ſeruitutis, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur.

*Ibidem.*

Domini quod iuſtum eſt & æquũ ſeruis præſtate: ſcientes, quoniam & uos dominum habetis in cœlo.

*Ephes. 6.*

Vnuſquiſq; quodcũq; fecerit bonum, hoc recipiet à domino, ſiue ſeruus, ſiue liber.

*Iſiodorus.*

Vnus dominus æqualiter & dominis & ſeruis fert hæreditatem.

*Cyprianus.*

Qualem cupis erga te eſſe dominum, talis eſto ipſe contra conſeruum tuum.

*Seneca epiſtola 48.*

Cum ſeruis familiariter uiuere decet prudẽtiam tuam: ſerui ſunt, immò homines: ſerui ſunt, immò contubernales: ſerui ſunt, immò humiles amici: ſerui ſunt, immo cõſerui, ſi cogitaueris tantundẽ in utroſq; licere fortunę. Itaq; rideo iſtos, qui turpe exiſtimant cum ſeruo cœnare. Quare? niſi ſuperbiſſima cõſuetudo cœnantem dominum, ſtantium ſeruorum turba circumcingi maieſtatis ſuę diminutionem putat, ad eandem menſam cũ ſeruo accedere.

*Ibidem.*

Vis tu cogitare iſtũ, quem ſeruum dicis,

cis,ex ijſdem ſeminibus ortũ, eodẽ cibo frui,æquè ſperare,æquè mori. Noli ergo de uſu ſeruorum diſputare,in quo ſuperbiſſimi,& amariſſimi, & crudeliſſimi ſumus. Hæc tamẽ præcepti mei ſumma eſt, ut ſic cum infimo uiuas, quemadmodũ ſuperiorem tecum uiuere uelis.

*Ibidem.*

Neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit, q̃ Crœſus,qua Darij mater,qua Plato,Diogenes:uiue cum ſeruis clementer, comiter:in ſermone iſtum admitte,in cõſilium,& conuictum.

*Ibidem.*

Colant te ſerui tui potius quàm timeant.

*Ariſtoteles lib. œconomico.*

Oportet ſeruis dare operam, & uictũ ſufficientem:quia ſine mercede impoſſibile eſt dominari: uictus autem merces ſeruo.

*Ibidem.*

Impoſſibile eſt dominis negligentibus ſeruos eſſe ſollicitos.

*Phocylides Poëta moralis.*

Γαςρὸς ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχου θεράπουσι, *Id eſt:*

*Ventris debitam mercedem præbe ſeruis.*

*Ibidem.*

Δούλῳ τακτὰ νέμοις ἵνα τοι κατάθυμος εἴη, *id eſt:*

*Seruo pacta tribuas, ut tibi ſit fidelis.*

*Menander.*

Μακάριος ὅςις μακαρίοις ὑπηρετεῖ. *Id eſt:*

*Beatus,qui beatis ſeruit.*

*Idem.*

Ὡς ἡδὺ δούλῳ δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν, *Id eſt:*

*Quàm ſuaue eſt ſeruo bonum dominum nanciſci.*

*Prouerbiorum cap. 3.*

Tria ſunt difficilia mihi, & quartũ penitus ignoro:uiam aquilæ in cœlum, uiã colubri ſuper petrã,& uiam nauis in medio maris,& uiam uiri in adoleſcentia.

*Eccleſiaſtici cap. 13.*

Adoleſcentia & uoluptas uana ſunt.

*Ibidem.*

Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua,& in bonis ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuę,& ambula in uijs cordis tui, & intuitu oculorum, & ſcito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.

*Ibidem cap. 32.*

Adoleſcens loquere in tua cauſſa, uix cum neceſſe fuerit.

*Ibidem.*

Id medio magnatorum loqui non pręſumas:& ubi ſunt ſenes,non multum loquaris.

*Verſu facta.*

*Nonnunquàm iuuenis ſed paucula uerba loquatur,*
*Quæſitus referat cuncta rogata breui.*
*Quæ ſcis hæc neſcire uelis,perquire ſubinde,*
*Intenta capiens quodlibet aure tace.*
*Eximioſq; uiros inter tu comprime uocem,*
*Neue uelis interrumpere uerba ſenum.*

*Petrus Apoſtolus 1. cap. 5.*

Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus.

*D Hieronymus ad Nepotianum.*

Sicut ignis in lignis uiridibus ſuffocatur,ita ſapientia in adoleſcentia tentatione & libidine impedita,non explicat ſuũ fulgorem,niſi labore & ſtudio & oratione incentiua iuuentutis intra repellantur.

*Ambroſius de uiduis.*

Vicina eſt lapſibus adoleſcentia, quia uariarum æſtus cupiditatum feruore calentis inflammatur ætatis.

*Idem in lib. de officijs.*

Honor eſt adoleſcentium,timorẽ Dei habere,parentibus deferre,honorem habere ſenioribus,caſtitatem tueri,humilitatem nõ aſpernari, diligere clementiam & uerecundiam,quæ ornamẽta ſunt ętati iuuenili:in ſenibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in adoleſcentibus uerecũdia commendatur.

*Ibidem.*

Verecũdia cum ſit omnibus ætatibus, perſonis,temporibus,& locis apta, tamẽ adoleſcentes iuueniléſq; annos maximè decet. Vt artifex in materia commodiori melius operari ſolet: ſic uerecundia in ipſo quoq; corporis decore plus eminet: ita tamen,ut etiam ipſe non ſit affectatus decor corporis,ſed naturalis,ſimplex,neglectus magis quàm ornatus,uel cultus, uel expeditus.

*Bernhardus ſupra cantica 87. Serm.*

Quid amabilius uerecundo adoleſcente? quàm pulchra & quàm ſplendida gemma morum eſt uerecundia, in uita & uultu adoleſcentis? quàm uera & minimè dubia bonæ ſpei nuncia? bonæ indolis, uirga diſciplinæ, expu-

expugnatrix malorũ, propugnatrix puritatis innatæ, ſpecialis gloria conſciẽtię, famæ cuſtos, uitæ decus, uirtutis ſedes, uirtutum primitiæ, naturæ laus, & inſigne totius honeſti.

*Idem ad Eugenium Papam.*

Adoleſcentulũ uerboſum, & eloquentiæ ſtudioſum, cum ſit ſapientiæ inanis, non aliud quàm hoſtem iuſtitię reputa.

*Idem ad Theobaldum militem.*

Multos uidemus iuniores ſuper ſenes intendere moribus, & antiquorũ dies & tẽpora præuenire meritis, & quod deeſt ætati, uirtutibus compenſare: quia iuxta Apoſtolum ne quis contemnat adoleſcentem bonæ indolis. Senectus uenerabilis nõ eſt numero annorum, ſed magis merito morum computata.

*Caſsiodorus in epiſtolis.*

Indignè tranſacta adoleſcẽtia, odioſam efficit ſenectutem, & honeſtè acta ſuperior ætas fructus capit autoritatis: quid enĩ ſenectus ſuſcipere ualet, in quo iuuentus reprehenſibilis non fuit?

*Celtes Poëta Germanus.*

*Qualiter in teneris adoleſcens uixerit annis:*
*Talem præbebit curua ſenecta ſenem.*

*Cyprianus de 12. abuſionibus.*

Sicut in ſenibus ſobrietas, & morũ profectio requiritur, ita in adoleſcẽtibus obſequium, & ſubiectio, & obedientia ritè expoſcitur.

*Cyprianus ibidem.*

Sicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius non apparuit, ſic in ſenectute honorem legitimũ conſequi non potuit, qui in adoleſcẽtia diſciplinæ alicuius exercitatione nõ laborauit: diſciplina igitur abſq; obedientia qualiter fieri poterit? adoleſcens ergo ſine obediẽtia: adoleſcens ſine diſciplina eſt.

*Adoleſcentiam bonis rebus ac moribus erudiendã eſſe, ex ſcripturis ſacris probatur.*

*Geneſis.* 37.

Audiens Iacob ſomnia Ioſeph, increpauit eum, ne fortè inuidiam apud reliqs fratres ſibi conciliaret.

Deutero. 4. præcipitur, ut filij Iſraël doceant filios ſuos, quæcunq; audierint ac uiderint.

*Item* 21.

Contumax filius lapidatur.

*Tob.* 4.

Tobias ſenior ab infantia docet filiũ timere Deum.

*Decimo.*

Parẽtes Saræ uxoris Tobiæ iunioris dimmitentes filiam ſuam ſalubribus monitis inſtruunt eam.

*Iob.* 1.

Magnam ſollictudinẽ geſtat pro filijs ſuis Iob, ac offerens pro eis holocauſtum.

1. *Regum* 2.

Adonias filius Dauid, & filij Heli ſacerdotis, quia malè educati, perierunt.

*Prouerb.* 3.

Bonum eſt uiro, cum iugum portauerit ab adoleſcentia.

*Ibidem* 3.

Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit.

*Ibidem* 22.

Adoleſcens iuxta uiam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.

*Eccleſia* 7.

Diſcede ab iniquitate, & mala non apprehendent te.

*Ibidem* 13.

Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea: ſic qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam.

*In uerſus redacta,*

*Illyricam quicunq; picem contrectat, ab illa*
*Non poterit fœdas non habuiſſe manus.*
*Ni ſubitò fugias commertia uana ſuperbi,*
*Tu quoq; mox faſtu turgida corda geres.*

*Danielis* 13.

Parentes Suſannæ erudiunt filiam in lege domini Dei.

1. *Machab.* 2.

Mathathias moriturus inſtruit ſalubriter filios ſuos.

1. *Timoth.* 3.

Timotheus ab infantia ſacras literas didicit.

*Ariſtoteles 1. Ethicorum.*

Nihil differt ab ætate puer & moribus puerilis.

*Ibidem* 6.

Iuuenes non poſſunt eſſe prudentes: quia prudentia requirit experientiã, quæ indiget tempore, & multitudo temporis facit experientiam.

Rhe-

*Rhetor. 2.*

Iuuenes non ſunt maligni moris, ſed facilis, propterea quod nondum uiderũt nequitias.

*Item ſeptimo Politicorum.*

Iuuenes maximè ab ebrietate cuſtodire oportet.

*Laërtius Diogenes de uita & moribus philoſophorum.*

Pueros puberes non in forum ſed in agrũ duci Lycurgus iuſſit, ut primos annos non in luxuria, ſed in omni opere & labore agerẽt, nihil eos cauſſa ſomni ſubſtertere, & uitam ſine pulmento agere, neq; prius in urbẽ redire, quàm uiri facti eſſent ſtatuit.

*Aulus Gellius li. 8. Noct. Atticarum.*

Pueros impuberes compertum eſt, ſi nimio cibo, nimioq; uino utantur, hebetiores fieri, atq; hinc elici ſurditatem, improceraq; fieri corpora eorum, minusq; adoleſcere.

*Seneca ad Lucilium epiſt. 16.*

Magnum expecta gaudium, dum puerilem animum depoſueris, & te in uirum philoſophiæ deſcripſeris. Adhuc enĩ non pueritia, ſed quod grauius eſt pueriltas remanet: & hoc quidem peius eſt, quod autoritatem ſenum habemus: uitia uerò puerorum, nec puerorum tantum, ſed infantum.

*Epiſtola 110. ad Lucilium.*

Facilè tenera conciliantur ingenia ad honeſti rectiq; amorem.

*Seneca in Tragœdia 2.*

Peiora iuuenes facilè pręcepta audiũt.

*Ibidem 9.*

Teneris in annis haud ſatis clara eſt fides.

*Cicero 1. Officiorum.*

Eſt adoleſcentis officium maiores natu uereri, ex iiſq; eligere optimos & probatiſſimos, quorum conſilio autoritateq; nitatur. *Ibidem.*

Maximè hæc ętas à libidinibus arcẽda eſt, exercendaq; in labore, patiẽtiaq; animi & corporis, ut imbecillis, & ciuilibus officiis eorũ uigeat induſtria: caueant intemperantiam, meminerint uerecundiæ: quod erit facilius, ſi huiuſmodi quoq; rebus maiores natu intereſſe uelint.

*Idem in Rhet. 9.*

Qui adoleſcentũ peccatis putant ignoſci oportere, falluntur: propterea quod ætas illa non eſt impedimẽto bonis ſtudiis. At hi ſapienter faciũt, qui adoleſcẽtes maximè caſtigãt, ut quib' uirtutibus omnẽu itã tueri poſſint, eas in ætate maturiſſima uelint comparare.

*Menander.*

Νέῳ δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει, *Id eſt.*
*Iuuenem autem tacere magis quàm loqui conuenit.*

# OPERA.

OPERA BONA NON PROHIBET *Euangelium, ſed ea præter fidem requirit ad ſalutem.*

DICO igitur opera bona ſanctorũ in uia non eſſe humana, ſed Dei dona, quę ex ſe & propria uirtute non ſunt bona, nec æterna beatitudine digna, ſed fide per charitatem operante ſunt Deo grata, & coronanda: ita tamẽ ut ſua dona in nobis coronet. Sic 2. Corinth. 3. Omnis ſufficiẽtia noſtra ex Deo 1. Corint. 4. Quid habes, quod non accepiſti? Iacobi 1. Omne datũ optimum à patre luminum. Sic D. Auguſtinus de gratia & libero arbitrio, oſtẽdit merita noſtra, non ex nobis, ſed ex collata gratia fieri bona: nam dicit. Quapropter quod cœpit homo habere merita bona, nõ debet ſibi tribuere illa, ſed Deo cui debetur. Pſalmus. Adiutor meus eſto ne derelinquas me: dicendo, ne derelinquas me, oſtendit, quod ſibi derelictus nihil boni facit per ſe. Iem Auguſtinus, dona ſua coronat Deus, non merita tua: non Deus coronat merita tua, tanquàm merita tua. item: omne bonum à Deo: merita tua ſi ſũt bona, ergo à Deo: ſi ergo Dei dona, dicit Auguſtinus, ſunt bona merita tua nõ Deus coronat merita tua, tanquàm merita tua, ſed tanquàm dona ſua.

*Opera bona facienda Mat. 5.*

Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona.

*2. Corinth. 6.*

Ne quam uſq; demus offenſionem.

*Ibidem 8.*

Procurantes honeſta, non tantum coràm domino, ſed & coràm hominibus.

*Ad Galat. 6.*

Dum

Dum tempus habemus, operemur bonum erga omnes, tum maximè erga domeſticos fidei, bonum facientes non defatigamini.

*Epheſ. 2.*

Dei ſumus figmentum cōditi in Chriſto Ieſu ad opera bona, quæ præparauit Deus, ut in eis ambulemus.

*Ad Titum 2. cap.*

Qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut faceret nos ſibi populum peculiarem, ſectatorem bonorum operum.

*Ad eundem 3.*

Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſſe, ad neceſſarios uſus.

*Deus delectatur noſtris operibus bonis.*

Hieremiæ 22. Lætabor cum benefecero uobis. Ioannis 3. Filius hominis nō uenit ut iudicet mundum.

*Ibidem 13.*

Vt eatis, & fructū afferatis, & maneat fructus ueſter.

*Opera noſtra demonſtrant fidem noſtram, & iuſtitiam conſumant*

*Ioannis 7.*

Si quis uoluerit uoluntati eius obtemperare, hic cognoſcet de doctrina mea.

*Et 14.*

Qui habet pręcepta mea, & ſeruat ea, ille eſt q diligit me. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus &c.

Qui non diligit me, non ſeruat ſermones meos.

*Et 15.*

Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæcunq; ego præcipio uobis.

*1. Ioannis. 2.*

Qui dicit, Noui eum, & præcepta eius non ſeruat, mendax eſt, & ueritas in eo non eſt.

*Ioannis 13.*

In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei ſitis, ſi dilexeritis uos inuicem.

*Exodi cap. 20.*

Miſericors ſum ijs, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

*Deuterono. 6.*

Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matth. 22. Marci 12.

*Ibidem 10.*

Quid à te Dominus Deus tuus exigit quam ut timeas eum, & ambules in uijs eius, & diligas eum?

*Pſalmo 30.*

Diligite dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timētibus eum.

*Lucæ 7.*

Remittūtur ei peccata multa, quia dilexit multum.

*1. Corinth. 8.*

Si quis Dominum Deum, hic cognitus eſt ab eo.

*Item 16.*

Si quis non amat dominū Ieſum Chriſtum anathema ſit maramatha.

De charitate uide Auguſtinum de ſpiritu & litera, cap. 36. Quod pręceptum de Dei dilectione non hic, ſed in patria perfectè impleatur. Quia impediat corpus peccati onus corruptiōis, hic caro ſpiritui repugnat. Roma. 7. Gal. 5, Non igitur ex tota anima & uiribus diligitur ſummum bonum ſiquidem ne poteſt quidem caro hoc. Rom. 8.

Diligentibus Deum, timentibus Deū, fidentibus Deo omnia bona promittuntur. Pſal. 90. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum, protegam eum. Quoniam cognouit, &c. Hieremiæ 36. Erit tibi anima tua in ſalutem: quia in me habuiſti fiduciam Pſal. 16. Saluos facis ſperantes in te. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui ſecundum propoſitum uocati ſunt ſancti. Rom. 8.

*Iacobi 2.*

Vis autem ſcire ò homo inanis, quoniā fides ſine operib⁹ mortua eſt? Abraham pater noſter, nōne ex operibus iuſtificatus eſt offerēs Iſaac filium ſuum ſuper altare? uides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt. Et iterum. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & nō ex fide tantum.

*Damaſcenus.*

EST autem oratio mentis erectio in Deum uiuaci quadam fiducia in eius ineffabilem bonitatem.

*Secundum Auguſtinum.*

Oratio eſt pius affectus dicentis in Deum.

*Secundum Thomam.*

Eſt oris ratio, per quam cordis noſtri intima manifeſtamus Deo. & ita eſt actus rationis practicæ, quia eſt uel petitio dicentium à Deo, uel aſcenſus mentis in Deum. Vel eſt oſtenſio uoluntatis noſtræ ei facta, à quo impetrare ſperamus id, quod deſideramus.

Oratio uerò non conſiſtit in multitudine uerborum, ſed attento & fideli cordis deſiderio ad Deum ut unicum in omnibus auxilium ſubuolante. Pſal. 5.

*Fructus orationis.*

Chriſtus iubet nos orare Matthæi 7. Petite & dabitur uobis. Quiſquis petit accipit. Vbi ratiocinatur à bonitate patris carnalis.

*Matthæi 21.*

Omnia quę petieritis in deprecatione, credentes accipietis.

*Ioannis 16.*

Amen amen dico uobis, quęcunq; petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.

*Exodi 14. de Moſe anguſtiato.*

Quid clamas ad me?

*1. Regum 1.*

Anna loquebatur in corde ſuo, & labia eius non mouebantur, & uox eius non audiebatur.

*Eccle. 5.*

Pauci ſint ſermones tui coram Deo.

*Matthæi 6.*

Cum oraueritis nolite multum loqui ſicut ethnici.

*Ioannis 4.*

Deus adoratur in ſpiritu & ueritate, non in magnificis & ampulloſis uerbis.

*1. Corinth.*

Pſallam ſpiritu & mente.

*Eccleſ. 5.*

In eccleſia uolo quinq; uerba loqui in mente.

*Lucæ 11*

Magdalena nō orat uerbis, ſed lachrymatur, & audit: dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hinc licet Lucæ undecimo dicatur, petite & dabitur uobis, & 18. inſtantiſſimè orandum eſſe iubeat, Roman. 12. Precationi inſtantes. 1. Theſſalon. 5. Indeſinenter orate, Marci 11. Quæcunque orantes petitis credite, & erunt uobis. Lucæ 18. Oportet ſemper orare & non deficere. ubi & parabola de iudice iniquo. Coloſſen. 4. Obſecratione inſtate, uigilantes in ea. Iacobi 5. non tamen ſenſus eſt, ut ſpiritus uelit iubere, quo in oratione multa oris uerba multiplicemus. nam Matthæi 6. Chriſtus Battologiam aduerſatur, ſed uult, ut nuſquàm non cor noſtrum firma fiducia ad Deum ceu ad optimum patrem, & ſummum bonum ſit erectum & infixum, unde omne bonum & auxilium ueniat, ad hoc autem non opus eſt Euchitarum more ſemper labia mouere, ſed ſemper in uera fide Deum intueri per inueſtigabiles gratię diuitias nobis per Chriſtum emeritas, omne bonum firmiter ab eo ſperare: & ſic non lingua murmurat ſemper, ſed cor ſemper uigilat, ſemper Deo ſummo ſuo bono indefatigabili deſiderio adhæret.

Nec longa oratio rationabilis reijcitur Matthæi 6. Sed oſtenditur, quod rationabilis non ſit illa, quæ ſemper fieri poteſt, & plerunque dum iuſto longior eſt ſine corde ſonus, & ſine oratione fidei interna, nihil eſt quàm mera hypocriſis Euchitarum. Ita damnatur longa oratio, quæ fit ſine corde. Poteſt autē oratio ſemper fieri, quia eſt ſpiritualis in corde, Ioannis 4. cap. Huc pertinet Lucæ 20. 18. Matthæi 23. Sub prætextu precibus prolixis precamini, propter hoc plus accipietis damnatiōis. Sic Ruſticus ad aratrum, artifex in officina poteſt aſſiduè orare, dum ſuum nihil cōfitetur corde, & in ſolum Deum fide & ſpe nititur: nihil dubitans de Dei bonitate, omnia in nomine Dei agēs & timore Dei. Atq; illi ſunt

ſunt adoratores in ſpiritu & ueritate, quos uiros pater habere uult. Et me hercule, magna eſt res apud Deum, labor ingens, orare ſpiritu, ita ut cor uerbis conſonet in deuotione ueraci, & fide in uerbum promittentis: quicquid petieritis patrem, Ioannis 4. & 16. Ideo patres antiqui rectè dixerunt, non eſſe maiorẽ laborem quàm orare, facile eſt abſq; corde murmurare uerba. Ob id Battologi, murmuratores improbantur, Matthæi 15. Eſaiæ 29. cap. & 1: Cũ multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Matthæi 15. populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Iacobi, cap. 4. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis.

*Si obijciatur, quod Deus omnia nouerit, & prædeſtinauerit, quibus det:*

Item, uoluntatem eius non eſſe mutabilem, ut flectatur more hominum. Ad hæc reſpondetur: non intromittat ſe maſſa perditionis in hæc Dei iudicia, ſatis ſit nobis, quod Deus uult orari, & iuſſit orare. Oremus igitur in uera fide, & dabit cum uiſum ei fuerit. nam differt nonnũquam petita, ſed omnia nobis in bonum cedunt. nos enim accendimur, & uehimur in Deum, & in gloriam Dei.

*Eccleſiaſt. 18.*

Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum: Vbi oraturo præcipitur, ut adtentè, quid uelit à Deo petere conſideret: primo omnium fidem, ſpem, charitatẽ, iuſtitiam: deinde & alia, quatenus his rectè ad gloriam Dei uti poſſumus.

Item præſtituat ſibi quid uelit, quo maxime opus habeat. Pſalm. 31. & 141. Vanum eſt in auras uerba fundere citra eiuſmodi præſtitutam intentionem, id quod uel ipſa orationis ratio conuincit.

Sit quoq; adtenta, ſerioſa, ardens, breuis, ex fide procedens (unde Iacobi 1. Marc. 11.) nec ad dextram urgens, id eſt, temerariè tentans Deũ, nec terminũ exauditionis præfigẽs, nec ad ſiniſtrã, id ẽ, crudelitatẽ, nõ credẽdo, quod audiamur: regia uia incedatur, id eſt, ſimplici fide.

Pertinent autem quinq; ad ueram orationem, primò promiſſio Dei: ſecundò, Fides in eam: tertiò, petere aliquid certi ex inſtituto: quarto, deſiderium ardens cordis, non oris tantum murmur: quinto, in nomine Chriſti, per quem dilecti ſumus.

Ardentius clamandum ad Deum pro defectu fidei, ſpei, charitatis, quàm pro rerum temporalium dominio. Defectus tuos omneis in præceptis Dei, ut in ſpeculo, intueberis.

*Fructus & efficacia orationis.*

Geneſ. 20. Abraham orauit, Deus ſanauit Abimelech Hiere. 42. Ora pro nobis ad dominum. Iob ultimo orat pro amicis.

*2. Reg. 17.*

Multum ualet deprecatio iuſti aſſidua, ita Helias deprecatus eſt.

*Matth. 18.*

Si duo ex nobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quæcunq; petierint, fiet eis.

*1. Timoth. 2.*

Adhortor, ut ante omnia fiant deprecationes & obſecrationes.

*Pro bonis & malis orandum eſt.*

Ignatius Theologus pro ſe orari uult, in epiſtolis paſſim. Epiſtola 2. ait, indigeo illa laudabili ueſtra oratione, ut dignus ſim illam, quæ in Syria eſt, eccleſiam per bonam orationem ueſtram paſcere in Chriſto.

Eſt & oratio, quæ eſt opus tertij præcepti, nempe oratio pro tota eccleſia, ſic pro principibus et omnibus hominibus orandum, 1. Timoth. 2. Hierem. 29. Baruch 1. De hac communi oratione, Ignatius epiſt. 2. Omnes, inquit, in id ipſum ad orationem ſimul conuenite, una deprecatio ſit communis, unus animus, una ſpes, dilectio immaculata in fide Ieſu, qua nihil melius eſt: uide ſuper orationem dominicam, Cyprianum.

*obiectio philoſophorum & Hereticorum.*

Si nouit Deus & antequam petamus quibus egeamus, ergo fruſtra ſcienti loquimur.

*Reſpondeo,*

Hieronymus cap. 6. Matth. nos non narratores ſed rogatores eſſe ait, aliud enim eſt nar-

eſt narrare ignoranti, aliud ſcientem petere: in illo iudicium eſt, hic obſequiũ eſt: ibi fideliter indicam⁹, hic miſerabiliter obſecramus. De hęreticis Pſellianis Euchitis, uide titul. de hæreticis.

*Orandum pro prædicatoribus, pro populo, pro malis & Ethnicis, & unicuiq; pro alio. Rom. cap. 15.*

Obſecro uos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per dilectionem ſpiritus, ut me laborantem adiuuetis præcationibus pro me apud Deum, ut liberer ab incredulis in Iudæa.

*Ephes. 6.*

Orantes omni tempore in ſpiritu, & ad hoc ipſum uigilantes cum omni fidelitate, & depræcatione cum omnibus ſanctis, et pro me, ut mihi detur ſermo in apertione oris mei, ut liberè loquar, ſicut oportet me loqui.

*Philip. cap. 1.*

Chriſtus annunciatur, & in hoc gaudeo, atq; gaudebo: noui enim quod hoc mihi cedet in ſalutem, per ueſtram depræcationem.

*Colloſ. 4.*

Obſecratione inſtate, uigilantes in ea cum gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis, ut De⁹ aperiat nobis oſtium ſermonis, ut loquamur myſterium Chriſti, propter quod & uinctus, &c.

*2. Theſſal. 3.*

Quod ſupereſt fratres orate pro nobis, ut ſermo Domini currat & glorificetur ſic apud nos, & ut eripiamur ab abſurdis & peruerſis hominibus.

*Actor. cap. 12.*

Eccleſia orat pro Petro in carcere deuincto.

*Prædicator pro populo orare tenetur.*

Roman. 1. Primum quidem gratias ago.

*Ibidem 4.*

Memoriam ueſtri facio ſemper in orationibus meis pro uobis.

*Philip. 1.*

Oro ut charitas ueſtra magis ac magis abundet.

*Coloſ. 2.*

Non ceſſamus orare pro uobis, orantes & poſtulantes, ut impleamini cognitione uoluntatis eius.

*Ibidem 4.*

Salutat uos Epaphras, qui ex uobis eſt ſeruus Chriſti, ſemper enixè laborans pro uobis in præcationib⁹, ut ſtetis perfecti, & completi, in omni uolũtate Dei, teſtimonium enim illi perhibebo.

*1. Theſ. cap. 1.*

Gratias agimus Deo ſemper de omnibus uobis, mentionem ueſtri facientes in precibus noſtris indeſinẽter, propter opus fidei & laborem.

*2. Theſſa. 1.*

Oramus ſemper pro uobis, ut dignetur uos uocare uocatione ſua ſancta.

*1. Timth. 2.*

Sine intermiſſione habeo memoriam tui in orationibus meis.

*Orandum pro nobis pariter & malis.*

*Eſdræ 6.*

Offerãt oblationes Deo cœli, orentq; pro uita regis.

*Baruch 1.*

Orate pro uita Nabuchodonoſor regis Babilonis, &c. ut ſint dies eorum ſicut dies cœli ſuper terram, & ut det dominus uirtutem nobis.

*Matth. 5.*

Orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri, qui eſt in cœlis.

*Luc. 23.*

Chriſtus in cruce orat: pater dimitte illis.

*Rom. 9.*

Paulus optat eſſe anathema pro fratribus.

*Actorum 7.*

Stephanus orat pro inimicis, dicẽs: domine ne ſtatuas illis peccatum, quia neſciunt quid faciunt.

*Vnuſquiſq; orare debet pro alio.*

*Geneſ. 14.*

Abraham orauit pro Sodomitis, ut Deus parceret eis.

*Ibidem 39.*

Iſaac orauit pro uxore ſterili.

Moyſes orauit ꝓ populo. Exo. 8. 9. 17. 32.

*Num.*

Per eius orationem ad dominum ſoror eius Maria liberatur à lepra.

*1. Regum 12.*

Samuel orat pro populo ſuo. Abſit, inquit, à me quo minus ceſſem orare pro uobis.

*Ibidem 17.*

Non ceſſes orare pro nobis.

*2. Reg. 12.*

Deprecatur & Dauid dominum pro paruulo ſuo.

*Iudith. 8.*

Multum confidebat Iudith in oratione fratrum, quando dixit, orate, ut firmũ faciat propoſitum meum Deus, &c. Nihil aliud fiat niſi oratio pro me ad dominum Deum noſtrum.

*Actorum.*

Petrus & Ioannes orant pro Samaritanis, ut acciperent ſpiritum ſanctum.

Orate pro inuicem ut ſaluemini. Iacobi 5. Oratio fidei ſaluabit infirmum.

*Oratio oritur ex cognitione defectus.*

Fit autem oratio uel oritur ex cognitione defectus, quem uellemus ſarciri, & ex fiducia eius, quem credimus uelle & poſſe ſarcire.

Ex ſcripturis defectum noſtrum agnoſcimus: nam ut patet in uitijs & uirtutibus, caremus multis, quæ deberemus habere, habemus multa, quæ non deberemus habere. Cognoſcimus eum, qui poteſt defectũ ſarcire ſuper uota, et quę uellemus, oratione teſtamur ex abundantia cordis. Fiducia fit ex ꝓmiſſione et iuſſu: iuſſit orare, promiſit exauditionen, & ex agnitione eius ipſe poteſt implere. Quia ſummum bonum omnipotens uult, eſt optimus pater, nos filij igitur fidimus, implet, quia ueritas.

*Pati propter Chriſtum eſt ſumma uictoria.*

*Mantuanus in Catharina.*

*Sic emitur cœlum, ſic inuidus Orcus*
*Vincitur, & nulla eſſe poteſt uictoria maior.*
*Nos caſtra ſublimius*
*Chriſte tua, & poſthac tua numina ſola ſequemur:*
*Pauca pati melius, breuibus æterna parare*
*Gaudia ſupplicijs, quàm dum fugientia fruſtra*
*Complexi bona conamur retinere laborem,*
*Perdere, & infernos demum deſcendere ad amnes.*

*Vbinam orandum Matt. 6.*

Vbi non interturbaris 14. ibidem. Chriſtus adſcendit in montem ſolus ad orãdum, nec tamen alligamur loco priuatæ orationis, quia 1. Timot. 2. in omni loco puras manus. Pſa. &c. in omni loco dominationis tuæ, benedic anima mea, domino. Loco orationis iã totus mundus. Ioſuæ 56. Hierem. 7. Domus mea domus orationis. Loquitur de tẽplo Salomonis, quod tum externo cultui dedicatum erat, ad quod honeſtè obſeruandũ neceſſitas erat, ut ad templum domini uerum orandum & reuerendum inducerentur.

*Neemiæ 1.*

Neemias miniſtrat regi, atq; ad interrogata reſpondet, & tamen non ceſſat.

*Hoſtes oratione plus quàm armis ſuperantur. Exempla ex ſacris ſcripturis extracta.*

Templa nunc paſſim inſtituta ſunt propter conuentus Chriſtianorum, ut in illis commodè doceatur uerbum domini, unanimiter Deũ laudemus & oremus, ſacramentiſq; initiemur, & in hoc propter Eccleſiam nihil agendum inhoneſtè. Hieremias 7. Nolite fidere uerbis mendacij templum domini. Vide Hieronymum contra ſtructuras magnificas.

*Exodi 17.*

Orat Moſes & uincit Iſraël.

*2. Paralip. 20.*

Ioſaphat rex timore perculſus propter exercitum qui uenerat, confugit ad dominum in oratione, ut liberet eum.

*Iudith 4.*

Memento, quomodo potius precibus ſanctis orando deuicit Amalec, non ferro pugnando.

*4. Regum 19.*

Ezechias audiens blaſphemias & impetum magnum Senacherib, orauit ad dominum pro redemptione.

*1. Mach. 4.*

Iudas Machabæus cum hoſtibus congreſſurus, orat & triumphat.

*2. Mach. 13. 1. Machab. 8.*

In duobus alijs bellis quando non orauit, ubi pugnatur contra Antiochũ, aufugit.

*9.*

Commiſſurus cum Bacchide & Alchimo, & non orant, occiditur.

*Vndecimo.*

Ionathas frater eius orat, & uictoriam conſequitur

*1. Mach. 1. 3.*

Per generalem orationem Iudæi liberantur à morte & tribulatione.

*Orandum in tribulatione.*

*Daniel. 3.*

Pueri in medio fornacis orant.

*Cap. 9.*

Daniel in medio captiuitatis orat.

*Cap. 13.*

Suſanna derelicta ab omnibus orat.

*Ionæ 2.*

Ionas in uentre piſcis orat.

*Luce 22.*

Chriſtus tempore tribulationis & paſſionis orat, effundens ſanguinis guttas.

*Actorum 7.*

Stephanus inter medios lapidãtes orat.

*12. ibidem.*

Dum Petrus ſeruatur in carcere, oratio fit ab eccleſia pro eo.

*Et 10.*

Paulus poſtratus è cœlo orat in Damaſo.

*Modus & typus orationis Matt. 6.*

Sic orabitis: Pater noſter q̃ es in cœlis.

*Luc. 11.*

Orantes autem dicite: pater noſter. Oratio præſupponit fidem.

*Marci 12.*

Quicquid orantes petitis, credite: quia accipietis.

*Iacob. cap. 1.*

Poſtulet cum fiducia nihil hæſitans.

*Deus ſpiritus eſt & ſpiritu adorandus.*

*Ioannis 4.*

Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate. Arguta & clara eſt hęc adorationis ſiue oratiõis expoſitio: dicit Deum eſſe ſpiritum, unde & eos, qui ipſum ſunt ueneraturi, non alia ratione id æquius poſſint aut debeant facere, quàm ut mentẽ ei deuoueant aſſiduo charitatis incremento, ut in ea nihil ſubdolum remaneat, nihil ex ea prodire poſſit, quàm quod ſit ueriſſimũ, ac Deo ſimilimum. Hanc ſententiã Cato maior Quiritum liberis tradidit, inquiens.

*Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt.*
*Hic tibi præcipuè ſit pura mente colendus.*

Qui ergo ſic Deo mentẽ dediderũt et deuouerũt, ut ei unicè hęreãt, unicũ Deum agnoſcãt, hi nimirũ in ſpiritu iã adorãt.

# PATRIA.

PATRIA eſt urbs uel oppidum, unde orti ſiue oriundi ſumus. Dicta quod communis omnium parens ſit. Deducitur à patre, qui aliquem genuit, quo etiam nomine, aui, abaui, proaui, &c. continentur. Hinc patriam noſtrorum memoria dicimus, id eſt, maiorum noſtrorum. Pater etiam nomen religionis eſt, unde dĳ omnes patres uocabantur: ſimiliter pater nomen reuerentiæ. Romulus centũ ſenatores elegit, quos patres ab honore, ſiue ætate, ſiue cura, quam habere in rebus publicis expediendis oportebat, uocauit. πατὴρ quaſi per ſyncopen dictus, quod παντηρεῖ, hoc eſt, omnia ſeruat, uel παῖδας τηρῶν, id eſt, filios ſeruans. Debemus autem patriæ, & parentibus maximè omnia, poſt Deum, bona: includuntur autem in patria & parentibus omnes conſanguinei, ciues, & amici patriæ.

*Decorum eſt mori pro patria.*

*Euripides*

*Conuenit omni ratione & arte*
*Amantes patriam, ſalutem eius moliri:*
*Ne fatigeris, dum patriam recuperare ſtudes.*
*Natale ſolum, ut conuenit, gratiſsimum eſt hominibus,*
*Neq; uerbis eius dulcedinem exprimere poſsim:*
*Multo enim auro & opibus antecellit patria,*
*Ad inhabitandum prudenti uiro: nam quod naturæ*
*Cognatum eſt & familiare, neſcio quam ſui*
*Dulcedinem mortalibus in uita præſtet.*

*Idem in Aegeo.*

Ἀλλ᾽ ὅμως οἰκτρός τις αἰὼν πατρίδος ἐκλιπεῖν ὅρους: τί γὰρ πατρώας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός. id eſt:

Quid paterna charius eſſet uiro tellure.

*Idem in Dictye.*

*Quod ſi non eſſes peſsimus, nunquam ciuitate*
*Tua contempta regionem iſtam laudaſſes.*
*Meo quidem iudicio non rectè ſapit,*
*Qui ſpretis patriæ finibus terræ,*
*Alienam laudat, & moribus gaudet alienis.*

*Idem in Phœnice.*

*Tu uero o mea tellus, & genitorum patria*

Vale:

Vale:nam uiro,licet plurimum malis obruatur,
Nullum eſt ſuauius ſolum,quàm quod nutriuit eum.

Idem in Telepho.

Prouerbium. Σπάρτην ἔλαχες κείνην κόσμει
Τὰς δὲ μυκήνας ἡμεῖς ἰδία,id eſt.
Spartam ſortitus es,hanc orna:
Nos uerò ex noſtra parte Mycenas ornabimus.

Idem in Philoctecte.

Μακάριος ὅστις εὐτυχῶν οἴκοι μένει.id eſt.
Beatus ille qui domi fortunatus manet.

Menan. in Heautontimorumeno.

Domi manere oportet,ac permanere liberum,
Aut non amplius uiuere illum,qui rectè beatus eſt.

Sophocles in Tereo.

Πολλὰ σε ζηλῶ βίου:
Κάλλιστα δ' εἰ γῆς μὴ πεπείρασαι ξένης, id eſt.
Beatum exiſtimo te ob uitam tuam plurimum.
Eſt autẽ optimũ,ſi terrã nunquàm expertus es alienã.

Idem

Domi manebit uir uerè beatus.
Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. id eſt.
Quintus frater dicere ſolitus eſt, nihil iucundius eſſe lectulo domeſtico.

Theognis poeta Megarenſis.

Πατρίδα κοσμήσω,λιπαρὴν πόλιν οὔτ' ἐπὶ δήμῳ Τρέψας,οὔτ' ἀδίκοις ἀνδράσι πειθόμενος,id ẽ.
Patriam ornabo,pulchramq́ ciuitatem, neq; inter populum excellens, neq; malis uiris morigerans.

Sophocles Tragicus.

Nunquàm equidem patriæ inimicũ uirũ in amicitiam
Receperim meam:hoc ſciens,quod patria
Eſt,quæ nos ſeruat,& dum in ipſa
Fortunata degimus,confabulamur inuicem:
Huiuſmodi legibus hanc ego ciuitatem promoueo.

Euripides in Polinite.

Quid aliud eſt patria priuari,quàm malum magnum,
Maximum:reipſa autem maius eſt quàm uerbis:
Quomodo iſtud fit?quod exulibus adeo malum euenit:
Vnum ſanè maximum, quod exul nõ habeat dicendi libertatem.

Homerus.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, i.
Vnum augurium, pugnandum eſſe pro patria,

Idem.

Ἀλλὰ μάχεσθαι ἐπὶ νηυσὶν ἀολλέες ὃς δέ κεν ὑμέων Βλήμενος,ἠὲ τυπεὶς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ Τεθνάτω, οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης, id eſt.
Vos age ad naues confecti pugnate,donec ueſtrum
Ictus,aut uulneratus mortẽ et fatum quilibet ſequatur,
Moriatur:non enim indecorum eſt ei defendenti patriam,mori.

Idem Odiſſeæ primo.

Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
Ἧς γαίης θανέειν ἱμείρεται. i. Cæterũ Vlyſ.
Cupidus uel fumum exeuntem uidere
Patriæ ſuæ,ſic mori optat.

Ouidius lib.1.de Ponto, elegia quarta.

Non dubia Ithaci prudentia,ſed tamen optat,
Fumum de patrijs poſſe uidere focis.

Homerus.

Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων
id eſt.
Quàm nihil patria atq; parentibus ſuauius eſt?

Euripides in Phœniſſ.

O mater, ego prudens ac ſimul imprudens perueni
Ad uiros inimicos,uerum neceſſe eſt
Cuncta amare patriam:quod ſi quis ſecus ait,
Verba funditare gaudet,animum tamen in patriam conuertit.

Patria præferenda eſt omnibus,& amanda magis,quàm parentes proprij. Plato in Critone.

An ſic es ſapiens, ut te latuerit & patri,& matri,& progenitoribus omnibus patriam eſſe anteponendam? atq; uenerabilius quiddam ſanctiuſq;? & in ſuperiore ſorte,tum apud Deos, tũ apud homines mentis compotes eſſe patriã collocandam,colereq́ eam oportere magis, eiq́ obedire, ac rigidius ſe gerenti, mitius aſſentiri,quàm patri,et ſi quid iubeat,uel diſſuadere quantum liceat, uel facere,& patientiſſimè ſuſtinere quicquid iuſſerit patiendum? ac ſiue in prælium miſerit,ad uulnera excipienda, morteq́; ſubeundam, obediendum eſt omnino: ius enim ita dictat, & neq; tergiuerſandum,neq; fugiendum,neq; ordinem deſerendum,ſed et in bello,& in iudicio,et prorſus ubiq; ea ſunt quæ reſpub. patriaq́ iuſſerit facienda ,aut certè uerbis, quatenus iuſtum eſt,uti licet, ad perſuadendum illi eamq́ placandam:ui autem uti nefas eſt,uel contra matrem,uel contra patrem, maximè uero omnium contra patriam.

Euſebius Sardus.

A morte Patrum filios eſſe ſuperſtites, fortunatum & à fortuna petendum eſt: Itemq́ ut ipſorum liberi ſinguli eodem ordine naturæ minores natu maioribus ſuccedant. Communis hæc petitio iuſtiſſima eſt, & ſummo omnium ſtudio ſuſcipi digna, ut patria, quæ ſemper ſuſcipit, & alit omnes, & quæ nobis maiores noſtros exhibuit, tum ipſa, tum Deorum indigetum honores magis ac magis ſemper augeantur

πυθαγόρας.

ἐρωτηθεὶς, πῶς δεῖ ἀγνωμονούσῃ πατρίδι προσφέρεσθαι, εἶπεν, ὡς μητρί, id eſt.

Interrogatus quomodo oporteat ſe gerere erga patriam ingratam, ut erga matrem reſpondit.

Timotheus dux Athenienſium cum audiſſet unum ex collegis dicentem: an putas, o Timothee, gratam nobis futuram patriam? modo nos, reſpondit, patriæ dignas referre gratias queamus.

Ex ſcriptis Serini Samoniti.

Lacones, qui ad regem perſarum uenerant, ut pœnas darent, propter legato-dimiſſi ſunt, & inſuper uirtutis ſuæ gratia rogati, ut ſecum manerent: at quomodo, dixerunt, huiuſmodi patriam relinquere poſſemus, cuius gratia tantum itineris morituri confecimus?

Ariſtides interrogatus qua de re maximè in exilio contriſtatus fuiſſet: reſpondit, propter dedecus patriæ malè audientis ſui cauſa exilij.

Seriphius quidam, cum ei ciuitatis ſuæ paruitas ab Athenienſe quodam obijceretur: mihi quidem, dixit, patria dedecus eſt, tu uero patriæ. Ariſtidis uxor adminiſtranti ei rempub. dixit, utinam priuatas quidem res putares eſſe publicas, & contra, publicas priuatas.

Pauſanias Lacedæmoniorum dux ob intentatam ciuitatis patriæ ſuæ proditionem in tẽplo Mineruæ, quæ ab æde aënea χαλκίοικος cognominata eſt, à patre Hegeſilao, & matre fame necatus eſt. Chryſermus lib. 2. hiſt. Perſicæ.

Cum Athenienſes contra Eunulpum regem Thracũ belligerarent, Erechteus Atticæ rex oraculum accepit, ſe uicturum hoſtes, ſi maximam natum filiarum Proſerpinæ ĩmolaret. reuerſus is Athenas expoſuit uxori Thraſytheæ Pythicum hoc oraculum; deinde filiã ad aras ductam occidit, & commiſſo prælio, potitus eſt uictoria. Demoratus autor eſt in lib. 3. Tragodumeni.

Herocles in ſermone: quales in patriam eſſe debeamus:

Poſt ſermonem de patria, maximè conuenit docere, quales in patriam eſſe debeamus. eſt enim patria per Iouem uelut alter quidam Deus, & primus maximusq́ parens: quare qui nomen ei impoſuit, à re ipſa non temere patriam nominauit, uocabulo quidẽ à patre deducto, pronunciato tamen fœminina terminatione, ut ex utraq́ parente mixtum eſſet: atq́ hæc ratio inſinuat patriam unam ex æquo duobus parentibus colẽdam eſſe. Præferenda igitur omnino eſt patria utriuis parẽtum ſeorſim, & ne ſimul quidem parentes ambos maioris fieri, ſed æquali honore dignari. Eſt autem alia ratio, qua non tantum æquali, ſed maiori etiam, quã ſimul ambos parentes, honore patriam afficere monet, neq́ ſolum ipſis eam præfert, ſed etiam uxori, & liberis, & amicis, & abſoluto ſermone, rebus alijs omnibus poſt Deos.

Ibidem.

Qui ſeipſum præ patria ſeruare uult, tum iniuſtè facit, tum ſtolidus eſt, inſuper impoſſibilia deſiderans: at qui patriam ſibi ipſi præponit, & dijs charus eſt, & mente prudens. Quicquid prodeſt patriæ, id ſingulis quoq́ particulatim eſt commune: etenim totum nullum eſt ſine partibus, & uiciſſim, quod ciui fuerit utile, ciuitati quoq́ conuenit, ſi modo illi quatenus ciuis eſt expedit.

Exempla pietatis in patriam illuſtrium uirorum.

De pietate erga patriam uide Valerium maximum lib. 5. cap. 6.

Arctiſſimis ſanguinis uinculis pietas ſatis fecit: reſtat nunc ut patriæ exhibeatur, cuius maieſtati etiam illa, quæ Deorum numinibus æquatur autoritas, parentũ uires ſuas ſubiecit: fraterna quoq́ charitas æquo aĩo ac libẽter cedit, ſũma quidẽ cũ ratione; qa euerſa domo interdum

dum reip. ſtatus manere poteſt: urbis ruina penates omneis ſecum trahat neceſſe eſt.

| *Romana exempla Pietatis.* | *Externa.* |
|---|---|
| *Brutus primus conſul.* | *Codr⁹ rex Athenienſium.* |
| *Curtius Romanus.* | *Thraſybulus.* |
| *Genitius Cippus Prætor.* | *Themiſtocles* |
| *Aelius Prætor.* | *Fratres Philenis Carthaginenſis.* |
| *Publius Decius.* | *Ariſtoteles.* |
| *Filius Pub. Decij.* | |
| *Scipio Affricanus ſuperior* | |
| *Publicani Domini ſeruorum* | |
| *Equites & Centuriones.* | |

*Baptiſta Fulgoſus lib. 5. cap. 6.*

Cum multi propter charitatem patriæ non opes modo, uerum uitam quoq; ipſam profuderint, eiuſmodiq; hominũ laudibus fama, nomenq; efferatur: iure credendum eſt, poſt mortales, hanc unã habere, cui maiorem nauare operam debeant.

Lycurgus Lacedæmonius.
Ancharus Mydæ regis Lydiorũ filius.
Spartius & Bulides Lacedæmonij.
Quidam Præneſtinus.
C. Marius conſul.
Ereſteus, de hoc ſupra uidimus.
Mater Cleomenis regis Spartani.
Marcus Brutus.
Caſſius Cherea Tribunus.
P. Rutilius Romanus.
Flaccus Valerius. Zeno imperator.
Farinata Vbertus eques florentinus.

Quidam Sarracenus, qui Conradum Bonifacij montisferrati Marchionis filium occidit, ut liberaret patriam ſuam.

De alijs duob⁹, quorum unus Eduardum Britanniæ regem, alter Iacobũ Luſignanum Cypri regem confodere uoluit.

Marus Bethicæ incola.
Felicianus eques Pannonius.
Symon Vignoſus Genuenſis.

*Euripides in Phaëtonte.*

ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ. i.

Vbicunq; terrarum, quæ nutrit tell⁹, ea patria eſt.

*Plutarchus in lib. Exilio.*

Hinc recte interrogatus Hercules: Argiuus an Thebanus: haud unam curo iactare, Græcia omnis eſt mihi patria.

*Idem paulò poſt.*

At nos quaſi formicæ, uel apes, ſi ex una cauerna, aut aluearí exciderimus, hoſpites externiq; nobis eſſe uidemur: quod idcirco fit, quia omnia propria, & familiaria, ut certe ſunt, facere ignoramus. Atqui ſtulticiam eius irridem⁹, qui Lunam Athenis meliorem, nitidioremq; eſſe dicat, quàm quæ Corinthi, & tamen in idem quodã modo uitiũ mentis incidimus, cum peregrinantes terrã, mare, aerem, cœlum, ut diuerſa, aliaq; à cõſuetis eſſe cõtendimus. Liberi quidẽ & ſoluti à natura in lucem emittimur: ipſimet autem nos ipſos colligamus, locorumq; coartamus anguſtijs.

*Paulò poſt.*

Amiſſæ diuitiæ breui, facileq; reparari nequeunt: patria uerò ſtatim quælibet ciuitas fit illi, qui nouerit uti.

*Democritus.*

Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατή· ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ ξύμπας κόσμος. id eſt. Quælibet terra homini ſapienti eſt peruia: animæ namq; forti uniuerſus mundus patria eſt.

*Muſonius in libro, Exilium non eſſe malum.*

Quid autem an non communis hominum ominũ patria eſt mundus ipſe, quemadmodum cẽſebat Socrates? Itaq; non putandum reuera te exulare à patria, ſi migres inde ubi natus & enutritus es, ſed tantum te quadam urbe eſſe priuatum, tum aliàs tum ſi exiſtimari uelis bonus & æqu⁹: talis enim regionem quidem nullam, uel colit, uel deſpicit, tanquàm beatitudinis cauſam, ſed ipſe in ſe ſe omnia collocat, & putat ſe ciuem urbis Iouis, quæ conſtat ex hominibus & Dijs. Conſentientia his & Euripides dicit, ubi ait, ἅπας μὲν ἀὴρ ἀετῷ περάσιμος, ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς. id eſt: Omnis quidem aer aquilæ penetrabilis eſt, omnis uerò terra uiro forti patria. Quemadmodũ autẽ, ſi quis patria agens, aliam tamen domum inhabitans, non eam in qua natus erat, ſeſe maceraret, & ob eam rem lugeret, nihili homo, & ridiculus eſſet: pari ratione is, qui inhabitans aliam ciuitatem, quàm in qua natus eſt, calamitatem putat, talis merito ſtultus haberi queat, & uecors. Reliqua aurea uide in Stobæo.

*Fabius ad filium apud Sillium Italicum.*

*Iamq; hoc nec dubites longæui nate parentis,*
*Accipe, & æterno fixum ſub pectore ſerua:*
*Succenſere nefas patriæ, nec fœdior ulla*
*Culpa, ſub extremas fertur mortalibus umbras.*

*Horatius in oda 2. lib. 2. ad amicos.*

*Dulce & decorum eſt pro patria mori.*

*Ouidius lib. 1, de Ponto ad Ruffum.*

*Rurſus amor patriæ ratione ualentior omni,*
*Quod tua fecerunt ſcripta, retexit opus.*
*Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos*
*Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſuos.*
*Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?*
*Huc tamen ex illa barbarus urbe fugit.*
*Quum bene ſint clauſæ cauea Pandione natæ,*
*Nititur in ſyluas quæq; redire ſuas.*
*Aſſuetos tauri ſaltus, aſſueta leones.*
*Nec feritas illos impedit, antra petunt.*

*Ouidius lib. 1. Faſto.*

*Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus æquor,*
*Vt uolucri uacuo quicquid in orbe patet.*

*Patriæ fumus igni alieno luculentior.*

Lucianus. Vlyſſes apud Homerum odiſſeæ. i. terræ natalis fumum optat uidere ſurgentem. Et rurſus inquit.

*Ὣς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων*
*γίνεται, εἴπερ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον*
*γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκήων.* id eſt.
*Sanè nihil dulcius ſua patria neq; parentibus*
*Eſt, quamuis quis procul diuitem domum*
*Terra in aliena habitet, procul à parentibus.*

*Volateranus uertit libro 3, Philologiæ.*

*Dulcius eſt patria nihil atq; parentibus unquàm,*
*Illis præſertim qui longè à finibus errant,*
*Forte domus propriæ peregrina in ſede uagantur.*

*Sabellicus lib. 8. cap. 1. De charitate erga patriam.*

Plato uir ſum̃us, & ueritatis amiciſſimus, nullam in terris maiorẽ eſſe charitatem arbitratus eſt, quàm quæ cum patria eſt unicuiq; noſtrum. Hæc parens, hęc nutrix omnium, hæc artibus, opib', diſciplinus inſtruit, dignitatibus ampliat, omnia ad ſuorum ciuium commodum, & ornamenta refert; amat hęc, & uult ipſa àmari, tuetur ſuos, nec uult negligi, & ut breuiter dicam, patria à ciuibus exigit officia, quod cuiq; noſtrum præſtat, ſuo iure repetit. Exempla in Dauide, Achoto, Eſdra, Placidia Honorij Cæſaris ſorore, Franciſco Dandulo, in Ariſtide, Sertorio, Pompeio, & Craſſo, Ageſilao, Themiſtocle, Ibidem habes, quæ licet legere.

*Eraſmus lib. 5. Apophteg.*

Sertorius ſæpe uictor ad Pompeium Metellumq; miſit, offerens ſe paratum redire in urbem, ſi ſibi permitteretur, dixitq;, malle ſe Romæ ignobiliſſimum ciuem, quàm exulem omnium aliarum ciuitatum imperatorem nominari.

*Idem libro quarto Apophtheg. Gn. Pompeio.*

Quũ ingens in rei frumentarię Romę eſſet penuria, Pompeius titulo quidem annonæ procurator, re autẽ uera maris terræq; dominus declaratus, in Affricã, Sardiniam, ac Siciliam nauigauit, multaq; frumenti ui collecta, properabat ire Romam: Verũ cum ingenti tempeſtate oborta naucleri detrectarent nauigationem, ipſe primus nauem ingreſſus, iuſſit anchoras tolli, clamãs, ut nauigemus urget neceſſitas, ut uiuamus non urget. Significans patriæ periclitantis habendam rationem potius, q̃ priuatæ incolumitatis. Siquidem reipub. ſubleuandæ curis immori pulchrum eſt: at patriam in extremo diſcrimine noſtra ceſſatione deſeri, turpiſſimum eſt. Hic monemur non animalia bruta tantum omiſſa libertate uenire in ſeruitutem, uerum etiam homines indomitos fame domari. Docemur item, publicæ ſaluti priuatam incolumitatem poſtponendam eſſe.

*Idem Eraſmus libro Apophthegma. 5.*

Paulus Aemilius ex quatuor liberis maſculis, quos ſuſceperat, duos ante dederat in adoptionem. Ex duobus autẽ qui remanſerant in familia, alter 5. ante triumphũ dieb' interijt, annos natus 14. alter

alter quinto poſt actū triumphū die, annos natus 12. Ob id populo luctum ac mœrorem cum illo iungente, ipſe prodiens ad multitudinem, dixit: ſe poſt tā continuos rerum ſucceſſus, aliquid magni a fortuna expectaſſe: ſe uerò nunc de patriæ incolumitate ſecurum eſſe factum, nihilq; timere periculi, poſteaq; fortuna proſperè geſtarum rerum inuidiam in ſuam domum impingente, ipſe pro omnibus dependiſſet.

*Eraſmus lib. 6. Apophtegmatum.*

L. Sylla cum Præneſte oppidum armis cœpiſſet, decreuiſſetq; quicquid erat ciuium trucidare, hoſpitem ſuum iuſſit excipi: hoc beneficio penſare uolens hoſpitij communicati gratiam: ac ille contra liberè, nolo, inquit, patriæ meæ extinctori debere uitam, ſimulq; turbæ ad finem ciuium ſe ſe admiſcuit, & cum illis trucidatus eſt.

*Plato in Epiſtola 9. ad Archytam.*

Te uerò narrauerunt permoleſtè ferre, quod à publicis ciuitatis occupationibus te liberare non ualeas: Quod igitur dulciſſimum uitæ genus ſit, res ſuas agere, præſertim ſi quis ita ſecum inſtituerit, ut tum omnibus ferè indubitatū eſt. Verum hoc etiam tibi reputandū eſt, nullum noſtrum ſibi ſoli natum eſſe, ſed ortus noſtri partem ſibi patriam uindicare, partem parentes, partē amicos: multa inſuper pro temporum diuerſitate nobis accidere, uitam noſtrā occupantium. Vocante igitur te patria ipſa ad remp. gubernandam, abſurdum forſan eſſet non parere, præſertim cū ſimul accidat, ut aditus prauis hominib' relinquatur, qui nullam offitij rationem habentes proficiſcuntur ad publica.

Non ſolis nobis ſumus nati.

*Egregia ſententia, ex Platone.*

*ἀλλὰ κ' ἐκεῖνο δεῖ σὲ ἐνθυμεῖσθαι ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λιποὶ φίλοι.*

*Sophocles in Antigone.*

*Fieri autem non poteſt, cuiuſpiam ut pernouerit*
*Animum atq; mentem, ſiue ſenſum, ni prius*
*Imperia nactus geſſerit ciuilia:*
*Mihi enim quiſquis ciuitatem gubernans, quamlibet*
*Non optima conſilia aggreditur,*
*Sed linguam metu alquo incluſam habet,*
*Peſſimus eſſe & nunc uidetur, & ſemper uiſus eſt:*
*Et ſi quis maiorem ullum præ patria ſua*
*Amicum exiſtimat, iſtum ego nullius eſſe precij iudico:*
*Ego enim teſtor Iouem, qui ſemper omnia uidet,*
*Minimè tacuerim, incommodum uidens*
*Ciuibus accedere loco ſalutis.*

*Καὶ μεῖζον εἴ τις ἄν τι τῆς αὑτοῦ πάτρας φίλον νομίζει, τοῦτον οὐδαμοῦ λέγω.*

*Ex ſermone ſeptimo de fortitudine deſumptum.*

Peſte Lacedæmonios occupante, ꝓpter necem legatorum, quos Xerxes miſerat, terram & aquam petens ceu primitias prædæ, oraculum datum eſt: liberandos ipſos, ſi qui modo Lacedemoniorum regi ſeſe occidendos obtuliſſent. Tum Bules & Sperches adierunt regem, cum mortis ſuæ petitione: ille uerò hominum uirtutem admiratus, domum reuerti iuſſit. Serenus ſcribit eos rogatos, ut cum Xerxe manerēt, reſpondiſſe: non poſſe ſe patriam relinquere, cuius charitatis & peſtis auertēdæ gratia tantum itineris morituri cōfeciſſent.

Egregium exemplū pietatis erga patriam.

PAX.

## *Concordia. Amor. Beneuolentia.*

CONCORDIA eſt animorum aliquibus in rebus cōſenſus, & imperādi alterius, & obediendi alterius, ut inqt Ariſtoteles, uoluntas. Cuius contrarium eſt ſeditio, uel ut alij, defectio: eſt unio appetitētium diuerſa petentiū, uelut eiuſdem cordis. Gręcis dicta ὁμόνοια.

*Baptiſta Mantuanus de pace.*

*Pax plenum uirtutis opus, pax ſumma laborum,*
*Pax belli exacti precium eſt, preciumq́; pericli:*
*Sydera pace uigent, conſiſtunt terrea pace:*
*Nil placitum eſt ſine pace Deo, nec munus ad aram.*

*Saluſtius in Iugurtha.*

Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia autem magnæ dilabuntur.

Leo Biſantius auditor Platonis, ſophiſta nobilis, Philippo Macedonum regi contra Bilantium uenienti occurrens: Dic age, inquit, Philippe, quæ te cauſa trahit oppugnatū mœnia noſtra? Amor patriæ. at ille: amor, inquit, patriæ tuæ, qua ut potiar ueni: Leo excipiens, atqui, reſpōdit, non inſtrumento bellico ſed muſico amantibus eſt opus: Quo dicto ducem à bello Bilatitio auertit.

Lēo hunc pithonem Rhetorem uocat Eraſmus lib. 6. apophtegmatū. Quū Demoſthenes multa ſuper bello ad Athenieſes, Leo uerò pauca apud Philippum uerba feciſſet: Poſthæc cum Athenas legatus miſſus eſſet, agitatáq; uideret inter eos longa contentione ſeditionem, in concionem aſcendens riſum populo excitauit, obeſus admodum uentrioſuſq; apparens: At illo nihilo magis perturbatus: Quid ridetis, inquit, Atheniēſes, quod uobis uideor pinguis? Scitote mihi uxorem longè pinguiſſimā eſſe, taleſq; ac tantos, cum ſumus concordes, breuis admodum lectus capit: diſcordes ne tota quidem domus. Quod ſanè uerbum tempeſtiuè loco accommodatum populum paci reſtituit. Philoſtratus hec, quę inde Volateranus ſe uertiſſe refert lib. 16. Anthropologiæ. Elegans dictum.

*Cicero ad N. Pompeium libro 8. epiſtola. famili.*

Quum ad te literas miſiſſem, ſuſpitionem nullam habebam, te Reipub: cauſa Nihil melius concordia. mare tranſiturum, eramq́; in ſpe magna, fore ut in Italia poſſemus aut concordiā conſtituere, quę mihi nihil utilius uidebatur, aut Rēpublicam ſumma cum dignitate defendere.

*Ariſtotiles in 9. Ethicorum.*

Concordia ad amicitiam pertinere uidetur: itaq; non eſt idem, quod eadem ſententia: quandoquidem in ijs etiam, quorum alter alteri ignotus ſit, ineſſe poteſt: nec concordes aiunt eos, qui de Quæ ciuitates incōcordia eſſe ferantur. quauis re idem ſentiunt, ut eos, qui dē rebus cæleſtibus: quippe cum idem & unum de ijs rebus ſentire non ſit proprimum amicitiæ. Sed ciuitates in concordia eſſe tum diſcuntur, cum de commodis & utilitatibus unum idemq́; ſentiunt & decernunt, quodq́; publicè placuerit, exquuntur. Ergo in gerendis re- In quibus rebus concordia cōſiſtat. bus ijs, quæ graues ac magnæ ſunt, quęquè adeſſe poſſunt, uel utriſq; uel omnibus, concordia conſiſtit: uelut ciuitates concordes ſunt, cum placet omnibus, magiſtratus deligendos eſſe, aut ineundam cum Lacedæmonijs ſocietatem, aut Pittacum imperatorem eſſe, ſi etiam ipſe uelit: at uerò cum ſeipſum uterq;, ut fit apud Phæniſſas, uoluerit deligi, tum ſeditio naſcitur: Non enim unum idemq́; Seditio unde naſcatur. intelligere duos, quale id cunq; ſit, unū & idem ſentire eſt, ſed idem in eodem, ut cū populus & optimates, & uiros optimos uolunt præeſſe Reipublicæ: Sic enim omnes quod uolūt, conſequntur, ciuiumq́; inter ipſos amicitia, concordia uidetur, ut etiam celebratur. Eſt enim in commodis & utilitatibus ijs, quæ omnibus, quæ ad uitę uſum pertinent, qualis bonis inter bonos concordia eſt: ij enim ijſdem de rebus unum idemq́; & ipſi ſecum, & cum alijs ſentiunt, præſertim cum eorum ſtent ſententiæ et uolūtates, non more Euripi refluant. Recta etiam & utilia ſibi proponut, quorum communiter cupiditate ducuntur.

At uerò

At uerò improbi unum atq; idem, niſi ad breue & exiguum temp', ſentire nõ poſſunt, ſicuti etiam amici eſſe ſolent, cũ in emolumentis ſua augendi cupiditate inflammati ſint: ijs enim in rebus quæ laborem, ſumptuſq; deſyderant, ab officio deficiant. Quæ quoniam ſibi quiſq; exoptat, proximũ quemq; obſeruat & arcet: euertetur enim funditus reſpublica, ſi à nemine conſeruetur, ex quo naſcuntur ſeditiones, dum alteri alteris neceſſitatem afferunt, ipſi fungi officio nolunt.

*Fauſtus Andrelinus in diſtichis.*

*Securus placida mundus ſub pace.*

*Tranquillum eſt ſummi pax opus alma Dei.*

CONCORDIA REBVS PARVIS *diues eſt.*

*Sillius Italicus libro 9. de bello Punico.*

*Velle ac nolle ambobus idem, ſatiataq; toto*
*Mens æuo, ac paruis diues concordia rebus:*
*Diſcordia demens*
*Intrauit cælos, ſuperoſq; ad bella uocauit.*

*Diſcordia res maximæ dilabuntur.*

*Impius hæc tam culta noualia miles habebit,*
*Barbarus has ſegetes? en quo diſcordia ciues*
*Perduxit miſeros? en quid conſeuimus agros?*
*Inſere nunc Melibœe pyros, pone ordine uites.*

PAX BELLO POTIOR. *Concordia fulciuntur opes.*

*Eraſmus libro 5. Apophtegma.*

Scilurus Scytha octoginta liberos maſculos habens, quum eſſet moriturus faſciculum iaculorum ſingulis porrexit, iuſſitq; rumpere, id cum ſinguli recuſaſſent, eò quod uideretur impoſſibile, ipſe ſingula iacula exemit, atq; ita facilè confregit omnia, filios admonens his uerbis: Sic concordes eritis, ualidi inuictiq; manebitis, contra, ſi diſſidijs & ſeditione diſtrahemini, imbecilles eritis, & expugnatu faciles. Non potuit Scytha magis Scythicè rem ob oculos ponere.

*Pax bello potior.*

Crœſus Lydorum rex à Cyro capt', hoc argumento pacem bello prætulit, quod pacis tempore filij ſepelirent patres, in bello contra, patres ſepelirent libros. Eraſmus lib. 6. Apophthegma.

*Pax domeſtica.*

Quum Gorgias Sophiſta recitaret in Olympicis ludis apud Grecos orationẽ de concordia, Melanthus quidam hic, inquit, de concordia totius Greciæ diſſerit, qui ſibi & uxori, & familię, tribus duntaxat, ut concorditer uiuant, nondũ perſuaſit. Eraſ. lib. 6. Apophteg.

*Concordia. Prouerbium.*

Dicitur de omnium rerum conſenſu, & abſoluta amicitia. Huc aptè accommodari poteſt illud Homericũ, ex Homeri odiſſæa. γ

ὀυδ'ἐποτ' ἐν ἀγορῇ δίχ' ἐβάζομεν, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,
ἀλλ' ἕνα θυμὸν ἔχοντε νόῳ & ἐπίφρονι βουλῇ. i.
*Haud unquàm neq; concio nos, neq; curia dictis*
*Audiuit pugnare, animo ſed ſemper eodem,* Vera concordia.
*Et ſentire eadem, atq; eadem decernere uidit.*

Sũt uerba Neſtoris de ſe, deq; Vlyſſe. Eraſ: Roter: chilia. 3. centu: 9.

*Concordia fulciuntur opes etiam exiguæ.*

Sentẽtia prouerbialis eſt illud 5. Hom.

Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν & μάλα λυγρῶν,
*Conuicti pollent etiam uehementer inertes.*

Hac conueniet uti, ſi quando ſignificare uolumus non eſſe contemnendam amicitiam, aut ſimultatem multorũ, etiã ſi fuerint alioqui imbecilles, & quorum ſingulos quiſuis facilè contemnat: nam quemadmodum, ut ait ouidius.

*Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant:*
*Ita quæ non lædunt ſingula, multa nocent.*

*Facis nomen dulce eſt, & ipſa res ſalutatis.*

Hæc omnia ferè inuenies ſuperius poſt locum de Beneuolentia.

*Boëtius lib. 4. de philoſophica concione.*

Noſti ne igitur, quod omne quod eſt, tam diu manere atq; perſiſtere, quãdiu ſit unum, ſed interire atq; diſſolui pariter atq; unum eſſe deſierat? Omne unum perſiſtit.

*Caſſiodorus epiſtola 11.*

Decet regalis apicis curã generalitatis cuſtodire cõcordiã, quę ad laudẽ regnãtis trahitur, ſi ab omnibus pax ametur. Quid eſt enim quod principem melius prædicet, quàm quietus popul', cõcors ſenat', & tota republica morũ honeſtate predita. Cuſtodia concordię decet principem.

*Seneca de moribus.*

Si pacẽ diligis, belli ne feceris mentionem.

*Idem de beneficijs.*

Quietiſſimã uitã agerent homines in terra, ſi hæc duo uerba à natura omniũ rerum tollerent: Meum, Tuum.

*Idem in Hercule furente.*

Pacem reduci uelle expedit uictori, uicto neceſſe eſt.

*Cicero in Philippicis.*

Nomen pacis dulce eſt, & ipſa res ſalutaris. Pax eſt tranquilla libertas:

Nam nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura chara habere poteſt, quem diſcordiæ, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat: eumq́ ex numero hominum eijciendũ, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Itaq́ ſiue Sylla, ſiue Marius, & ſiue quis alius ciuile bellum optauit, eum deteſtabilem ciuem reipub. natum iudico. Nihil igitur hoc ciue, nihil hoc homine tetrius, ſi aut ciuis aut homo habendus eſt, qui ciuile bellum concupiſcit &c.

*Cicero pro lege Agraria, contra Rullum Tribunum Plebis propè finem ferè.*

Vt circumſpiciamus omnia quæ populo grata ſunt, atq́ iucunda, nihil tam populare, quàm pacem, quàm concordiam, quàm ocium reperiemus.

*Cicero in ſecunda Philippica.*

Nomen pacis dulce eſt, & ipſa res ſalutaris: ſed inter pacem & ſeruitutem plurimum intereſt: pax eſt tranquilla libertas. Seruitus poſtremum malorum omnium, non modo bello, ſed morte etiam reppellendum.

SALVSTIVS IN IVGVRTHINO *bello.*

*Verba Micipſæ ad filios.*

Ego uobis regnum firmum trado, ſi boni eritis, ſin mali, imbecillum: nam concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.

*Ibidem.*

In omni certamine qui opulentior ẽ, etiam ſi accipit iniuriam, tamen quia plus poteſt, facere uidetur.

*Ibidem.*

Omne bellum facile ſumitur, cæterũ ęgerrimè deſinit: non enim in eiuſdem poteſtate initium & finis eſt.

*Iulius Celſus de geſtis Alexandri magni, libro 7.*

Magna ex diſſenſionibus incommoda oriri ſolent.

PAX OMNIVM OPTIMA ET PVL*cherrima, ob id ab omnibus ueneranda & colenda meritò eſt.*

*Ouidius lib. 3. artis amandi.*

*Pertinet ad faciem rabidos componere mores,*
*Candida pax homines, trux decet ira feras:*
*Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine uenæ,*
*Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant.*

*Tibullus lib. 1. Elegia. 1.*

*Interea pax arua colit, pax candida primum*
*Duxit araturos ſub iuga curua boues.*
*Pax aluit uites, & ſuccos condidit uuæ,*
*Funderet ut nato teſta paterna merum.*
*Pace bidens, uomerq́; uigent: at triſtia duri*
*Militis in tenebris occupat arma ſitus.*

*Horatius libro 1. carm. ode. 13.*

*Felices ter & amplius,*
*Quos irrupta tenet copula: nec malis*
*Diuulſus querimonijs*
*Suprema citius ſoluet amor die.*

*Euripides in Creſphonte.*

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ καλλίστα μακάρων θεῶν,
Ζῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις,
Δέδοικα δὲ μὴ πρὶν πόνοις ὑπερβάλῃ με γῆρας,
Πρὶν γὰρ χαρίεσσαν προσιδεῖν ὥραν,
Καὶ καλλιχόρους ἀοιδὰς φιλοστεφάνους τε κώμους
Ἴθι μοι πότνια πόλιν τάνδε ἐχθρὰν στάσιν εἶργ' ἀπ' οἴκων
Τὰν μαινομέναν τ' ἔριν θηκτῷ τερπομέναν σιδήρῳ. Id eſt.

*O pax opulenta, & beatos inter pulcherrima diuos,*
*Deſiderium me tui habet: ô quàm tarda moraris,*
*Atqui metuo, ne prius laborioſa uincar ſenecta,*
*Quàm iucundum tui tempus inſpexero,*
*Cantuſq́; pulchri colores, conuiuiaq́; coronis gaudētia.*
*Huc ades ô ueneranda hanc ad urbem, ædibus inimicã expelle ſeditionem,*
*Inſanamq́; litem, ferro quæ gaudet acuto.*

*Ariſtophanes in Georgis.*

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ ζευγάριον βοϊκόν,
Εἰ γὰρ ἐμοὶ παυσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο
Σκάψαντ' ἀποκλάσαι, καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι
Τῆς τρυγὸς, ἄρτον λιπαρὸν καὶ ῥάφανον φέροντι. id eſt.

*O pax prædiues, & iugum boum:*
*Vtinam mihi immuni à bello contingeret*
*Fodere incuruato, lotoq́; haurire*
*Vinum, panem optimum & raphanum ferenti.*

*Bacchylides in Pæanibus.*

Τίκτει δέ τε θνατοῖσιν εἰρήνα μεγάλα,
Πλοῦτον, καὶ μελιγλώσσων ἀοιδᾶν ἄνθεα,
Δαιδαλέων τ' ἐπὶ βωμῶν θεοῖσι τίθενται βοῶν,
Ξανθᾷ φλογὶ μερίδες εὐτρίχων τε μήλων
Γυμνασίων τε νέοις αὐλῶν τε καὶ κώμων μέλει, Id eſt.

*Res maximas mortalibus producit pax,*
*Nempe diuitias, & ſuauiſsimorum cantuum flores:*

Hæc

*Hæc efficit, ut in pulchris Deorum aris boum mundentur*
*Flammis fuluis partes & lanigerarum pecudum:*
*Hæc facit, ut gymnaſia iuuenes & tibias conuiuiaq́; curent.*

Euripides in Erechtheo.

ἀκρείτω μοι μίλον ἀμφιπλέκειν ἀράχνας
μετὰ δ᾽ ἡσυχίας πολιῷ γήραϊ συνοικοίην,
ἀείδοιμι δὲ στεφάνοις κάρα πολιὸν στεφανώσας,
Θρηΐκιον πέλταν πρὸς ἀθηνᾶν
περὶ κίοσιν ἐγκρεμάσας θαλάμοις
δέλτων τ᾽ ἀναπτύσσοιμι γῆρυν ἂν σοφοὶ κλέωνται. Id eſt:

*Sat mihi fuerit, filum contexere araneæ,*
*Modo cum tranquillitate cana ſenecta fruar,*
*Et cantem, ſertis redimitis canum caput,*
*Threicium imitatus poëtam cithara*
*In thalami columnis ſuſpenſa,*
*Librorumq́; ſonos euoluam, quos ſapientes celebrauerint.*

Ariſtophanes.

ὦ πότνια βοτρυόδωρε τί προσείπω σ᾽ ἔπος;
πόθεν λάβοιμ᾽ ἂν ῥῆμα μυριάμφορον. Id eſt:

*O ueneranda pax, largitrix uuarum, quo te nomine appellabo?*
*Et unde uerbum ſatis magnificum accipiam?*

Menander.

εἰρήνη γεωργὸν κ᾽ ἂν πέτραις τρέφει καλῶς
πόλεμος δὲ κ᾽ ἂν πεδίῳ κακὸς ἔφυ. Id eſt:

*Pax agricolam uel inter ſaxeta benè nutrit:*
*Bellum autem etiam in campis malum eſt.*

Philemon in Pyrrho.

οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα
περὶ τοῦτο, τ᾽ αὐτοῖς πολὺς ἀναλοῦται χρόνος,
τί ἐστιν ἀγαθόν, καὶ οὐδὲ εἷς εὕρηκέ πω,
τίς ἐστιν ἀρετὴν καὶ φρόνησιν φασι, καὶ
πλέκουσι ταῦτα μᾶλλον, ἢ τί τ᾽ ἀγαθόν.
ἐν ἀγρῷ διατρίβων τάντε γῆν σκάπτων ἐγὼ
νῦν εὗρον εἰρήνης τίν᾽: ὦ ζεῦ φίλτατε
τῆς ἐπαφροδίτου καὶ φιλανθρώπου θεοῦ
γάμους, ἑορτάς, συγγενεῖς παῖδας, φίλους
πλοῦτον, ὑγείαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονὴν
αὕτη δίδωσι, ταῦτα πάντ᾽ ἂν ἐκλίπῃ
τέθνηκε κοινῇ πᾶς ὁ τῶν ζώντων βίος. Id eſt:

*Inquirunt, ut audio, philoſophi,*
*Et multum in hoc abſumunt temporis,*
*Quid nam ſit bonum: nec dum ullus inuenit quid ſit:*
*Alius uirtutem, alius prudentiam inquit, &*
*Hæc etiam intricant magis, quàm quid bonum ſit.*
*At ruſticus ego, terramq́; fodiens,*
*Nunc bona quæ ſint pacis, inueni. O Iuppiter chariſſime,*
*Amabilis illius & benigniſsimæ Diuæ*
*Nuptias, feſta, cognatos, liberos, amicos,*
*Diuitias, ſanitatem, amorem, uinum, uoluptatem*
*Pax confert: Quod ſi omnia hæc defecerint,*
*Perijt omnis comiter uiuentium uita.*

Euripides tragicus poëta.

ὅταν γὰρ ἔλθῃ πόλεμος εἰς ψῆφον λεώ,
οὐδεὶς ἔτ᾽ αὐτοῦ θάνατον ἐκλογίζεται,
τὸ δυστυχὲς δὲ τοῦτ᾽ ἐς ἄλλον ἐκτρέπει
εἰ δ᾽ ἦν παρ᾽ ὄμμα θάνατος ἐν ψήφου φορᾷ,
οὐκ ἄν ποθ᾽ Ἑλλὰς δορυμανὴς ἀπώλλυτο,
καί τοι δυοῖν γὰρ πάντες ἄνθρωποι λόγοιν
τὸν κρεῖττον᾽ ἴσμεν καὶ τὰ χρηστὰ καὶ κακά,
ὅσῳ τε πολέμου κρεῖττον εἰρήνη βροτοῖς,
ἣ πρῶτα μὲν μούσαισι προσφιλεστάτη;
νόοισι δ᾽ ἐχθρά τέρπεται δ᾽ εὐπαιδίᾳ
χαίρει δὲ πλούτῳ, ταῦτ᾽ ἀφέντες οἱ κακοὶ
πολέμους ἂν αἱρούμεσθα καὶ τὸν ἥσσονα
δουλούμεθ᾽ ἄνδρες ἄνδρα καὶ πόλις πόλιν. .i.

*Quum de bello ſuſcipiendo ſuffragia fert populus,*
*Tum nullus mortem imminere ſibi cogitat,*
*Sed iſtud infortunium in alium conijcit:*
*Quod ſi mors ob oculos eſſet, dum feruntur ſuffragia,*
*Nunquam inſano belli amore capta periret gratia.*
*Verùm enimuerò omnes homines duplici ſermone propoſito,*
*Meliorem dignoſcimus, item bona & mala:*
*Et quantum bello potior ſit pax hominibus,*
*Quæ primùm quidem Muſis eſt gratiſſima:*
*Aduerſa uerò luctibus eſt, ſobolisq́; dexteritate gaudet,*
*Ac delectatur opibus: illis nos mali relictis*
*Bella præferimus, & inferiorem*
*Subijcimus uiri uirum, & ciuitas ciuitatem.*

Ariſtophanes ἐν τῶν νήσσων.

ὦ μῶρε, μῶρε ταῦτα πάντ᾽ ἐν τῇδ᾽ ἔνι,
οἰκεῖν μὲν ἐν ἀγρῷ τοῦτον ἐν γηδίῳ
ἀπαλλαγέντος τῶν κατ᾽ ἀγορὰν πραγμάτων
κεκτημένον ζευγάριον οἰκεῖον βοοῖν,
ἔπειτ᾽ ἀκούειν προβάτων βληχωμένων
αἰγός τε φωνὴν εἰς λεκάνην ὠθουμένης,
ὄψων δὲ χρῆσθαι πιννιδίοις τε καὶ κίχλαις,
καὶ μὴ περιμένειν ἐξ ἀγορᾶς ἰχθύδια
τριταῖα, πολυτίμητα βεβασανισμένα
ἐπ᾽ ἰχθυπώλου χειρὶ παρανομωτάτῃ. Id eſt:

*O ſtulte ſtulte, hæc omnia paci inſunt,*
*Vt ruri aliquis in prædio habitet,*
*Immunis à forenſibus negocijs,*
*Proprium poſſidens iugum boum,*
*Balantes & audiat oues,*
*Capræq́; uocem ad mulctram emulgendæ:*
*Obſonijs autem utatur, conchis & turdis,*
*Neq; expectet in foro uenales piſciculos*
*Triduanos magni precij, contrectatos*
*Piſcium uenditoris iniquiſsima manu.*

*Xenophon lib. 6. rerum Græcarum.*

Atqui ad ſapientes ſpectat quandoq; bellum ſoluere, etiamſi non parua interceſſerit offenſa. Nos uerò cum unanimiter ſentiamus, quid mirum ſi pacem bello præferamus? quamuis iuſtius fuiſſet, nos inuicem armis nunquam dimicaſſe.

*Ex oratione Calliæ hæc decerpta ſunt.*

*Silius lib. 11. belli Italici.*

*Pax optima rerum,*
*Quas homini nouiſſe datum, pax una triumphis*
*Innumeris potior, pax cuſtodire ſalutem,*
*Et ciues æquare potens.*

*Ouidius libro 1. Faſtorum.*

*Frondibus attiacis comptos redimita capillos*
*Pax ades, & toto mitis in orbe mane.*
*Dum deſint hoſtes, deſit quoq; cauſa triumphi,*
*Tu ducibus bello gloria maior eris.*

Nihil utilius pace.

*Silius lib. 2. belli Italici.*

*Quis uerò non æqua dedit uictoria nomen?*
*Audite ô gentes, neu rumpite fœdera pacis,*
*Nec regnis poſt ferte fidem.*

*Silius eodem libro.*

*Ante Iouem Genenna decus diuumq; hominumq;,*
*Quæ ſine non tellus pacem, non æquora norunt:*
*Iuſtitiæ conſors, tacitumq; in pectore numen.*

PACIS VIOLATOR NON POteſt *manere impunis.*

*Lucretius poëta, lib. 5. de rerum natura.*

*Nec facilè eſt placidam, ac pacatam degere uitam,*
*Qui uiolat factis communia fœdera pacis.*
*Etſi non fallit eum diuum genus, humanumq;,*
*Perpetuò tamen id fore clàm diffidere debet.*

DE SPE PACIS, *Petrarcha de remed. for. dialo. 103.*

Melius eſt ſperare pacem, quàm ſpernere: ſtulti enim eſt faſtidire res certas, ambiguas ſpes amplecti. Spes pacis multos perdidit, ſperatæq; paci ſuccedens inſperata calamitas incautos obruit, ſopitoſq;, quos expertos inueniens non leſiſſet. Pacem aſſequi in noſtra manu ſitum eſt, & rari ſunt, qui pacem non inueniant, ſi bona fide uelle cœperint: ſed hi ipſi, quibus dulce nomen pacis eſt, pax amara eſt: pacem itaq; petentes, paci obſtant.

Quatuor nobiſcum habitant pacis hoſtes: auaritia, inuidia, ira, ſuperbia: illi ſi in exilium pellantur, erit pax æterna.

Spes. Spes pacis haud dubia eſt. Ratio. Inter ſpem pacis, & pacẽ multa incidũt: Lene uerbum, geſtus facilis, compoſitam ſæpe turbauit pacem. Ipſi tractatus, pacificiq; ſermones ferro ſæpe franguntur: animoſq; acuit bellum, atq; aſperat pacis ſpes: ſic amicitiæ mentionem irritam, quaſi cotem dixeris odiorum.

Spes. Poſt belli finem pax firmabitur. Ratio. Quantò firmata eſſet utilius ante belli principium, quot damnis ac mortibus tempeſtiua pace eſſet occurſum? ſed uos pueri contumaces, ac diſcoli, ſine uerberibus non ſopitis in pace bellum, in bello pacem quæritis, neq; unquam niſi bello afflicti, pacem uel noſcere incipitis, uel amare, eamus ut perditam fletis, ſic mox redditam pari leuitate contemnitis, donec uos iterum amiſſa perdoceat bona ueſtra non ſpernere, mala ueſtra non cupere, deniq; non ineptire, non furere, quod anteq; aſſequamini pudeat: ſæpiſſime idem nobis audiendum: nec ſatis eſt audijſſe, ſępiſſimè uidendum & experiendum: dicam propriè, ut diſcatis aliquid, ſæpiſſimè uapulandum eſt.

Spes. Bellum pax ſequetur. Ratio. Melius præceſſiſſet bello iter obſtructũ: nihil inſanius, quàm ſpe remedij ultrò uulneri ſeſe offerre. Auxilium non cauſam dant fomenta uulneribus: ægro ſalutem optare natura eſt, ſano ægritudinem ſpe ſalutis, inſania.

Gaudeo. Pax futura eſt. Ratio. Solet pax urbibus mutationem afferre peſtiferam: optima quidem ipſa, ſed peſſimis circumuoluta comitibus: iniquis legibus, fluxis moribus, occultis odijs, aperta tyrannide. Recordare quid ciuili olim bello præſagus ille dixit, nec fefellit:

*Superis quid prodeſt poſcere pacem,*
*Cum domino pax iſta uenit.*

Melior eſt autem bellicoſa libertas uiris fortibus, quàm pacifica ſeruitus. Bello quolibet funeſtior pax ſuperba & negligens: Sæpe armati inter gladios tuti, mox togati in gladios inciderunt, & ſeris uotis optauêre bellum. Nunquam Romana uirtus abijſſet, ſi bellum Carthaginenſe manſiſſet. Pax Punica Romanæ urbis excidium fuit.

Notatu dignum. Hæc deſumpta ſunt ex dialogo de pace & inducijs.

## *Manſuetudo. Lenitas. Tolerantia.*

*Cicero in Rhetoricis.*

PATIENTIA eſt uirtus contumeliarum, & omnis aduerſitatis impetus æquanimiter portans.

*Ibidem.*

Vel eſt honeſtatis & utilitatis cauſa, rerum arduarum & difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio.

Vel eſt ſuas & ſuorum iniurias, ac cætera mala æquanimiter ferre. 23. q. 1. Cano. 1.

*Ariſtoteles in libello de uirtutibus.*

Manſuetudo incitabilis ad uindictã animi partis uirtus eſt, propter quam nõ facile ad iram concitantur.

*Græcè.*

πραότης δὲ ἐστὶν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς καθ' ἣν ὑπὸ ὀργῆς γίνονται δυσκίνητοι.

*Proprium uel officium manſuetudinis.*

Manſuetudinis eſt criminationes, calumnias, & contemptus moderatè ferre, ac ad uindictam celeriter non contendere, minimeq́ue ad iram præcipitem eſſe, & cũ nec inſuauibus, nec irritabilibus moribus ſis, placidum ſtabilemq́ue animum retinere.

*Eraſmus lib. 3. Apophthegmatum.*

Diogenes Cynicus adoleſcenti conquerenti, quòd à multis perturbaretur: deſine, inquit, et tu perturbationis indicia præ te ferre: ſignificans nulla alia in re melius improbitatem lædentium finiri, quàm ſi, qui læditur, dolorem diſſimulet. Etenim qui ob id inceſſunt hominem, ut illum diſcrucient, deſinent, ſi uiderint illum nihil commoueri. — Diſſimulatus dolor.

*Philemon in Ecdicazomeno.*

ἥδιον οὐδὲν οὐδὲ μουσικώτερον  
ἔστ', ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν:  
ὁ λοιδορῶν γὰρ ἂν ὁ λοιδορούμενος  
μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται ὁ λοιδορῶν. Id eſt  
*Nihil eſt iucundius & docto uiro dignius,*  
*Quàm ferre poſſe conuitiantem:*  
*Quoniam ſi ille, cui conuitium fit*  
*Diſsimulauerit, in ipſum autorem redundat.*

*Euripides in Proteſilao.*

δυοῖν λεγόντοιν θατέρου θυμουμένου,  
ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις σοφώτερος. Id eſt:  
*Altero duorum colloquentium indignante,*  
*Is, qui ſe non opponit, plus ſapit.*

Demoſthenes à quodam conuitijs laceſſitus: Nolim tecum in hoc genus certaminis deſcendere, dixit, in quo qui uincitur, ipſo uictore eſt melior. Id eſt: εἰς ἀγῶνα ἐν ᾧ ὁ ἡττώμενος τοῦ νικῶντος ἐστὶ κρείττων.

Πλάτων λοιδορούμενος ὑπό τινος, λέγε (ἔφη) κακῶς, ἐπεὶ καλῶς οὐ μεμάθηκας. Id ē: Quodam ei maledicente, perge, inquit, maledicere, ut qui benè loqui nunquam didiceris.

Ariſtippus contumelijs à quodam petitus, dixit: penes te eſt maledicere, penes me autem rectè audire. Id eſt: Ἀρίστιππος, λοιδοροῦντος αὐτόν τινος ἔφη, τοῦ μὲν λέγειν κακῶς σὺ κύριος εἶ, τοῦ δὲ δικαίως ἀκούειν ἐγώ.

*Pythagoras.*

μεγάλην παιδείαν νόμιζε δι' ἧς δυνήσῃ φέρειν ἀπαιδευσίαν. Id eſt: Magnam peritiam exiſtimato, qua ferre potes aliorum imperitiam.

*Theognis.*

οὐ δύναμαι σοι θυμὲ παρέχειν ἄρμενα πάντα: τέτλαθι τῶν δὲ καλῶν οὐχὶ σὺ μοῦνος ἐρᾷς. i. Non poſſum tibi anime mi omnia ſuppeditare, quæ deſideras: fer igitur patienter, pulchra non ſolus appetis.

*Epictetus in Enchiridio.*

Ab exiguis incipe, effunditur oleum, furto uinum aufertur. Cogita tanti redimi patientiam, tanti emi imperturbationem, nihil gratis fit. Cum ſeruum accerſiueris, pręmeditare, fortè non pariturus, fortè nihil eorum quæ cupio facturus eſt. et non tanti eſt tamen, ut eius cauſa perturbari debeam, aut poſſim.

MVSONIVS IN SERMONE, AN *philoſophus actionem iniuriarum contra aliquem ſuſcepturus ſit.*

Demoſthenes etiam oculis quoſdam iniurios eſſe putabat, eamq́ue rem intolerabilem eſſe, & homines inde plurimum affici: ita qui quid honeſtum, quid reuera turpe ſit, ignorant, iniuriam ſe pati cẽſent, ſi quis aut toruum ipſum intueatur, aut irrideat, aut percutiat, aut conuitia iactet. At uir ſapiens & cordatus, qualis philoſophus eſſe debet, nullo horum

perturbatur, non tam ipſa pati, quàm inferre turpè ducens: nam qui peccat, is turpitudini eſt obnoxius, qui uerò patitur, quatenus ipſe peccatum non admittit, catenus neq; turpis alicuius indignitatis particeps dicendus eſt. Quapropter non ad forum & actiones ullus mente præditus conuertetur, utpote qui nullã ſibi uideatur iniuriam accepiſſe. Puſillanimitas eſt, has ob res indignari, & commoueri intenſius, ſed leniter & tranquillè tolerabit, quicquid acciderit. Hoc decorum eius, qui ſe magnanimum profitetur.

*Stobæus in collectaneis in loco de patientia.*

Socrates publica conuitia paſſus ab Ariſtophane, nõ modo nõ ęgrè tulit, ſed obuium etiam interrogauit, num ſe rurſus ad ſimilem rem aliam opus haberet.

PATIENTIA MELIOR *eſt fortitudine.*

*Eſdræ 3. cap. 10.*

Nunc ergo retine apud temetipſum dolorem tuum, & fortiter fer, qui tibi contigerunt caſus.

*Salomon Prouerb. 14.*

Qui patiens eſt, multa gubernabitur ſapientia: qui autem impatiens eſt, exaltat iuſtitiam ſuam.

*Idem 19.*

Melior eſt patiens uiro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnator eſt urbium.

*Ibidem.*

Doctrina uiri per patientiam noſcitur, & gloria eius eſt, iniqua prætergredi.

*Item cap. 23.*

Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam.

*Eccleſiaſt. 7. cap.*

Melior eſt patiens arrogante.

*Matthæi cap. 5.*

Audiſtis, quia dictum eſt, oculum pro oculo, dentem pro dente: egò autem dico uobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dextram maxillam tuam, præbe illi & ſiniſtram: et ei, qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicunq; te angariauerit mille paſſus, uade cum illo & alia duo.

*Lucæ 21.*

In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras.

*Paulus ad Romanos.*

Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uerò ſpem.

*1. ad Titum, cap. 1.*

Patientia uobis eſt neceſſaria, ut uoluntatem Dei facientes reportetis promiſſionem.

*2. ad Timoth. cap. 3.*

Omnes, qui piè uolunt uiuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur: mali autem homines & ſeductores perficient in peius errantes, & in errorem mittentes.

*Iacobi 1. & 2. cap.*

Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, ſcientes quòd probatio fidei ueſtræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, ut ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes.

*Ibidem.*

Beatus uir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

*Ibidem, cap. 5.*

Patientes igitur eſtote & uos, & confirmate corda ueſtra, quoniam aduentus domini appropinquabit: nolite ingemiſcere fratres in alterutrum, ut non uindicemini. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, per prophetas, qui locuti ſunt in nomine domini: ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt, ſufferentiam Iob audiſtis, & finem domini uidiſtis, quoniam miſericors eſt dominus, & miſerator.

*1. Pet. cap. 2.*

Hæc eſt gratia, ſi propter Dei conſcicentiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè: Quæ enim eſt gratia, ſi peccantes & collaphizati ſuffertis? ſed ſi benè facientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum, in hoc enim uocati eſtis, quia Chriſtus paſſus eſt pro uobis, uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius: qui, cum malediceretur, non maledicebat, non comminabatur, cum pateretur:

tradebat autem iudicāti ſe iniuſtè: quia peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui, iuſticiæ uiuamus, cuius liuore ſanati ſumus.

*Paulus ad Galat. cap. 5.*

Fructus ſpiritus, pax, patientia.

*Et cap. 6.*

Inuicem alij aliorum onera portate.

*Ad Epheſ. cap. 5.*

Hortor ego uos uinctus in domino, ut ambuletis ita, ut dignum eſt, uocatione ea, qua uocati eſtis: cum omni ſubmiſſione ac manſuetudine, cum animi lenitate, tolerantes uos inuicem per charitatem, ſtudentes ſeruare unitatem ſpiritus per uinculum pacis.

*Ad Philipp. cap. 1.*

Mihi uita Chriſtus eſt, & mori lucrū: nec ab ullo teneamini, ab aduerſarijs, quæ illis quidem eſt cauſa perditionis, uobis autem ſaluti: et hoc à Deo, quia uobia donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm ut in eum credatis, uerumetiam ut pro illo patiamini, idem certamen habētes, quod uidiſtis in me.

*Ad Coloſſenſ. cap. 3.*

Sufferentes uos inuicem, & condonantes uobis mutuò.

*1. Corinth. cap. 1.*

Chriſtus unicus omnis patientiæ anteſignanus.

*Ad Hebr. cap. 6.*

Ne ſitis imbecilles, ſed imitatores eorum, qui per fidem ac patientiam hęreditatem acceperunt promiſſionis.

*Ibidem, cap. 10.*

Patientia uobis eſt opus, ut ubi uoluntatem Dei peregeritis, reportetis promiſſionem: adhuc enim puſillum temporis, & qui uenturus eſt, ueniet.

*Ibidem.*

Per tolerantiam certamus in propoſito nobis certamine, reſpicientes ad fidei ducem, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio pertulit crucem.

## EXEMPLA PATIENTIAE EX *ſacra ſcriptura collecta.*

Eſt tolerantia pax & gratia ex Deo.

*1. Reg. cap. 16.*

Dauid perſecutionem filij, & maledictionem Semei patienter tulit.

*4. Reg. 5.*

Perſequutoribus ſuis menſam apponit Heliſeus.

*Iob cap. 1.*

Iob ſpecimen patientiæ præbuit dicendo: dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt.

*Daniel. cap. 3.*

Mortem patienter tulerunt tres pueri.

*2. Maccab. cap. 7.*

Patientia ſeptem fratrum, & matris eorum.

*Ibidem, cap. 6.*

Patientia Eleazari.

*Matthæi cap. 18.*

Petro dixit Chriſtus, ut ſeptuagies ſepties dimitteret fratri.

*Lucæ cap. 5.*

Diſcipulos Chriſtus corripit, cum petijſſent ignem è cœlo, dicens: neſcitis cuius ſpiritus eſtis: filius hominis non uenit perdere, ſed ſeruare animas.

*Ioannis cap. 6.*

Mulierem accuſatam adulterij benignè tulit.

*Actor. cap. 7.*

Stephanus pro lapidantibus orat.

## DEVS DAT PATIENTIAM *& gratiam.*

*Pſalm. 61.*

Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea, quoniam ab ipſo patientia mea.

*Et Pſalm. 20.*

Quoniam tu es patientia mea domine.

*Hieremiæ 29.*

Cogita cogitationes pacis, ut dem uobis finem, & patientiam.

*Daniel. 1.*

Dedit dominus Danieli gratiam.

*Roman. 1.*

Gratia uobis & pax à Deo patre.

*Auguſtinus de puero centurionis, & habetur 24. q. 4. c.*

*Paratus.*

Paratus debet eſſe homo iuſtus & pius, patienter eorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit, ut potius numerus creſcat bonorum, ut non pari malitia, ſe quis numero addat malorum.

*Idem in epiſtola ad Probam.*

Perfacilè eſt ueſtem contemptam habere, inclinato capite incedere, uelum

per capillos dimittere: ſed uerum humilem patientia oſtendit iniuriæ.

*Idem in ſermone de patientia.*

Ne indignemini fratres, ſi mundo mali florent, & uos aduerſa patimini: quia non eſt Chriſtianæ religionis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi: mali enim habent in cœlo, & uos nihil habere debetis in terra, ſed ſpe boni illius, ad quod tenditis, quicquid in uia contigit, gaudere debetis.

*Auguſtinus de doctrina Chriſtiana.*

Quantò in hac uita fruimur Deo, uel per ſpeculum, uel in ænigmate, tantò peregrinationem noſtram & tolerabilius ſuſtinemus, & ardentius ſufferre cupimus.

*Idem ſuper Ioannem, homelia 58.*

Deus in paſſione ſua percuſſus, maxillam non præbuit aliam: demonſtrans illa magna præcepta patientiæ non in oſtentatione corporis, ſed in cordis præparatione facienda.

*Idem de uerbo Domini, 33. q. 4. c. Tolerandi*

Tu bonus tolera malum: nam Chriſtus Iudam, cum ſciret furem eſſe, tolerauit, & ad prædicandum miſit, eiq; cum alijs Euchariſtiam dedit.

*Idem de uerbis Apoſtoli.*

Iram fratris tunc portabis, cum tu aduerſus eum non iraſceris, ut rurſum eo tempore, quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate ſupportet.

*Idem ſuper Pſalm. 21.*

Intelligat homo medicum eſſe Deum, & tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem, non pœnam: ad damnationem ſub medicamento poſitus ureris, ſecaris, clamas, non audit medicus ad uoluntatem, ſed audit ad ſanitatem.

*Hieronymus epiſtola 88.*

Affectus & perturbationes, quàmdiu in tabernaculo corporis huius habitamus, & fragili carne circundamur, moderatè regere poſſumus, amputare non poſſumus.

*Ambroſius ſuper Pſalmum, Beati immaculati.*

Illud eſt magnificum, ſi ſubiectus contumelijs iudicium Dei laudes, ſi uexatus ægritudine, iudicio Dei deputes, ſi inopia non reuocet, quo minus laudes iuſticiam Dei.

*Idem ſuper Lucam, cap. 5.*

Voluit Chriſtus deſeri, uoluit prodi, uoluit ab apoſtolo ſuo tradi, ut cum ſis deſertus à ſocio, proditus ab ipſo, moderatè feras tuum erraſſe iudicium, perijſſe beneficium.

*Idem libro Moralium 21.*

Feſtina conſolatio bonorum, conſideratus finis malorum: dum enim ex eorum interitu malum conſpiciunt, qđ euadunt, leue exiſtimant, quicquid aduerſum in hac uita patiuntur.

*Idem in Regiſtro.*

Facilis erit conſolatio, ſi inter flagella quæ patimur, quæ fecimus ad memoriam delicta reuocamus: atq; hæc non iam flagella, ſed dona eſſe conſpicimus, ſi quæ carnis delectatione peccamus, carnis dolore purgamus.

*Auguſtinus.*

Qui fuerit patienter ad iniuriam, potentior conſtituetur in regno.

*Ambroſius ſuper illud Prouerb. 25. Doctrina uiri per patientiam noſcitur.*

Tantò quiſq; minus oſtenditur doctus, quantò minus patiens: neq; enim poteſt ueraciter bona docendo impendere, ſi uiuendo neſcit aduerſa æquanimiter tolerare: Perfecti enim doctoris eſt, aliorum improbitatem patienter ſufferre, ut ſe nouerit ab iniquis patienter obſeruari: neq; enim ꝓpria mundicia ſine tolerantia ſufficit, neq; tolerantia ſine mundicia ualet.

*Idem 2. Moralium libro.*

Sæpe hoſtis callidus, cum imperatam mentem ad tolerantiam uidet, quid ab ea maximè diligitur exquirit, & ibi ſcãdali laqueos inſerit, ut quo magis res quæq; diligitur, eò per eam facilius patientia turbetur.

*Idem ſuper illud: frater fui draconum.*

Nullus perfectus eſt, qui inter mala proximorum patiens non eſt: qui enim æquanimiter aliena mala non tolerat, ipſe ſibi per impatientiam teſtis eſt, quod ab omni plenitudine longè diſtat. Abel quippe renuit eſſe, quem Caimi malitia non exceret. Sicut in tritura paleæ grana premuntur, ſic flores inter ſpinas prodeunt: & roſa, quæ redolet, creſcit cum ſpina, quæ pungit.

Idem

*Idem 5. Moralium libro.*

Patienter quippe illatam iniuriam tolerat, qui piè meminit, quod fortaſſe adhuc ex ſe habeat, in quo ipſe debeat tolerari, & quaſi aqua ignis extinguitur, cum ſurgente furore animi ſua cuiq; ad mentem culpa reuocatur, atq; erubeſcit peccatis non parcere, qui Deo uel proximo ſæpe ſe recolit parcendo peccaſſe.

*Ibidem.*

Si mens forti intẽtione in Deum dirigitur, quicquid in hac uita ſibi amarũ ſit, dulce æſtimat, omne quod affligit requiem putat. Mitigat enĩ doloris uim conſiderata ferientis æquitas.

*Idem 9. Moralium libro.*

Nunquàm eſt patiẽtia uirtutis in proſperis: ille uerò patiens eſt, qui & aduerſis non conteritur, & tamen à ſpecie ſuæ rectitudinis non curuatur.

*Idem 30. Moralium libro.*

Tunc illata uitia benè toleramus, cum ſecreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe uidebitur, quod iniuria percutiemur, dum in actione noſtra cõſpicimus, quia peius eſt quod murmuremus: ſicq; fit, ut contumelijs gratia magis quàm ira debeatur, quarum interuentu, Deo iudice, pœna grauior declinari poſſe confiditur.

*Ibidem.*

Glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere, quàm reſpondendo ſuperare, & ſi ſeruus cõuitium dicat, iuſtus taceat, & ſi infirmus faciat, iuſtus ſufferat, & ſi pauper criminetur, iuſtus non reſpondeat.

*Ibidem.*

*In homelia ſuper euang. Cum audieritis.*

Plerunq; ideo patientes uidemur, quia retribuere mala nõ poſſumus: ſed qui idcirco malum non retribuit, quia nequaq̃ ualet, procul dubio patiens non eſt, quia patientia non in oſtenſione requiritur, ſed in corde.

*Super Ezechielem Homelia 7.*

Patientia uera quæ ipſum amat, quem portat: nam toleraſſe & odiſſe, non eſt uirtus manſuetudinis, ſed uelamentum furoris.

*Ibidem.*

Nulla ſunt bona quæ agimus, ſi non æquanimiter proximorum mala toleramus.

*Idem.*

Patientia eſt aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum quoq;, qui mala irrigat, nullo dolore morderi.

*Idem Homelia 2. ſup. Ezechielem.*

Trifariam patiẽtiæ uirtus exerceri ſolet: alia namq; ſunt, quæ à Deo, alia quæ ab antiquo aduerſario, alia quæ à proximo ſuſtinemus.

A proximo perſequutiones, damna, et cõtumelias ſuſtinemus. Ab antiquo aduerſario tentamenta: à Deo autẽ flagella toleramus. Sed in his omnibus modis uigilanti oculo ſemetipſum debet circũſpicere, ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali, ne contra tentamenta aduerſarij ſeducatur ad delectationem, uel conſenſum delicti, ne cõtra flagella opificis procurat ad exceſſum murmurationis.

*Ioannes ſermo 10.*

Faciamus de neceſſitate uirtutẽ, ſeu uolũtatem. Exempli gratia: Proprium quis amiſit filium, ſubſtãtiam aliàs omnem & fortunę bona, ſi noueris quod peractum eſt ſemel, nec deleri amplius, nec ſolui poſſe, licebit ea inſanabili calamitate utilitatis aliquid comparare: ſi magno ac uirili animo aduerſos tuleris fortunæ caſus, proq; maledictis domino laudem referas, hoc pacto quæ præter ſpem euenerint mala in uoluntatis officium commutabis.

*Idem ſuper Matthæum.*

In proprijs iniurijs patientem eſſe laudabile eſt: iniurias autem Dei diſſimulare, impium eſt.

*Ibidem.*

Si uindicare uis, ſile, & funeſtam ei dediſti alapam.

*Idem ſuper 5. cap. Mathei. Audiſtis quia dictum eſt, oculum pro oculo.*

Primus gradus patientiæ eſt, nõn incipere iniuſtitiam: ſecũdus, poſtq̃ inceptus eſt, æqualibus non uindicari: tertius eſt, non facere uexanti ea quæ paſſus es.

*Super epiſtolam ad Hebræos.*

Nihil ita confuſionem facit ingerenti mala, ſicut fortis tolerantia patientis: & neq; in uerbo, neq; in opere reddere uindictam.

*Iſiodorus libro 2. Soliloquio.*

Magna eſt uirtus ſi non lædas, à quo læſus es. Magna eſt fortitudo, ſi etiam lęſus remittas. Magna eſt gloria, ſi cui potuiſti nocere, parcas.

*Idem lib. 4: de ſummo bono.*

Diſcat non murmurare qui mala patitur, per hoc ſe iuſtè pati arbitretur, quia ab illo iudicatur, cuius nunquàm iniuſta iudicia ſunt.

*Bernhardus ſuper canticum, ſermo 86.*

Ad uirtutes ſpectat, tribulationes fortiter ſuſtinere: ad ſapientiã, in tribulationibus gaudere: confortare cor tuum, & ſuſtine dominũ. uirtutis eſt guſtare & uidere, quoniam ſuauis eſt dominus ſapientiæ.

*Ibidem.*

Sunt quidam mites, ſed quàm diu nihil dicitur uel agitur, niſi pro eorũ arbitrio. Patebit autem quàm longè ſint à uera mãſuetudine, ſi leuis oriatur oratio.

*Idem ad Eugenium de conſid. lib. 2.*

Non bona patiẽtia eſt cum poſſis eſſe liber, ſeruum te permittere fieri. Vera patientia eſt pati uel agere, contra quod libeat, ſed non præter quod libeat.

*Boëtius lib. 4. Proſa 6. de conſolatione philoſophiæ.*

Quidam ſupplicijs inexpugnabiles, exemplum ceteris pertulerunt, inuictam malis eſſe uirtutem.

*Lactantius Firmianus lib. 5. diuinæ inſt.*

Magna & pręcipua uirtus eſt patiẽtia, quam pariter & uulgi publicæ uoces, & philoſophi, & oratores ſummis laudib' concelebrant: quod ſi negari non poteſt, quin ſumma uirtus ſit, neceſſe eſt iuſtum & patientem uirum in poteſtate eſſe hominis iniuſti, ut patientiam habeat capi- atq;. Patiẽtia eſt enim malorum, quę aut inferuntur aut accidunt, cum æquanimitate perlatio. Ergo iuſtus & ſapiens, quia uirtutem capit, habet in ſe patientiã, qua carebit omnino, ſi nihil patietur aduerſi: contra, qui in rebus improſperis impatiens eſt, uirtute maxima caret.

Patientia quidę

*Idem lib. 6.*

Omnia amara & grauia patienter ferenda ſunt.

*Seneca lib. de moribus.*

Libenter feras, quod neceſſe eſt: dolor patientia uincetur.

*Idem in Prouerbijs.*

Feras non culpes, quod mutari non poteſt. Furor fit læſa ſæpius patientia.

*Idem de uirtutibus lib. 4.*

Si magnanimus fueris, nunquàm iudicabis tibi contumeliam fieri de inimico: dices, non nocuit mihi, ſed animũ nocendi habuit, & cum illũ in poteſtate tua uideris, uindictam putabis, uindicare potuiſſe: ſcito enim, magnum & honeſtum uindictæ eſſe genus, ignoſcere.

*Idem epiſtola 93.*

Cogitanda ſunt omnia, & animus aduerſus ea quæ poſſunt euenire firmãdus, tormenta exilia, morbi bella, naufragia meditare.

*Valerius Maximus lib. 3.*

Aequaliter ſe in aduerſis gerere, quid aliud eſt, quàm ſœuiẽtem fortunã in adiutorium ſui pudore uictam conuertere.

*Cicero lib. 2. Tuſcu. Quæſtionum.*

Spartæ pueri ad arã ſic uerberibus accipiuntur, ut multus ex uiſceribus ſanguis exeat, nonnunquàm etiã ad necem, quorũ non modo nemo exclamauit unquã, ſed ne ingemuit quidẽ. Quid ergo, hoc pueri poſſunt, uiri non poterunt? & mos ualet, ratio non ualebit?

*Homerus 5. Iliados. Verba ſunt Diones ad Venerem uulneratam à Diomede.*

τέτλαθι τέκνον ἐμὸν καὶ ἀνάσχεο κηδομένα-περ, *Id eſt:*

*Patere filia mea & tolera, triſtitia quamuis affecta.*

*Odiſseæ 5.*

τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης, *Id eſt:*

*Tolera, corde etenim prius aliud aliquando tuliſti.*

*Menander.*

ἀνδρός τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν, *Id eſt:*

*Viri eſt, accidentia generoſè ferre.*

*Terentius in 6. Comœdia.*

*Quod ſors feret, feramus æquo animo, iſtuc uiri eſt officium.*

*Vergilius lib. 5.*

*Superat quoniam fortuna, ſequamur.*

*Item.*

*Quoq; uocat uertamus iter.*

Ibi-

*Ibidem*

*Quo fata trahunt retrahuntq́; ſequamur:*
*Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.*

*Ouidius lib. 8. fabula 7. Metamorph.*

*Paupertatemq́; ferendo*
*Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.*

# PECVNIA.

## OPES INIVSTAE NON PARANDAE.

*Euripides.*

*Non opes iniuſtas tibi condas, ſi ſtudes multum*
*Temporis inhabitare regiam: præter ius enim*
*Aedes ingreſſæ non ſalutiferæ ſunt.*
*Operam tamen dato, ut poßideas, nam in hoc generoſitas eſt ſita.*
*In paupertate uerò ignobilitas eſt,*
*Et timiditas & ignominia uitæ.*

*Idem.*

*Homines improbos ne promoueas in ciuitate!*
*Nam improbi ſiue pecunia aucti,*
*Siue ad aliquem urbis promoti magiſtratum,*
*Exultant in ædibus iniuria fortunatis.*

*Incerta eſt pecuniæ poſſeſsio.*

*Pythagoras. Superior his rebus eſſe aſſueſce,*
*Ventre quidem ante omnia, & ſomno, & libidine,*
*Et iracundia: nunquàm autem turpe quid committas, uel cum alio,*
*Vel ſolus: ſed omnium maximè teipſum reuerere:*
*Deinde iuſticiam præſtes, tam dictis, quàm factis.*
*Aßuefac ut omnes tuas res cum ratione agas.*
*Sed ſcias quod fato decretum ſit mori.*
*Pecuniæ uerò quãdoq; ſolēt poßideri, quãdoq; perire.*
χρήματα δ᾽ ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ ἄλλοτ᾽ ὀλέσθαι.

*Plato lib. 2. de legibus.*

Similiter pecuniarum prædiorumq́ & cenſus & poſſeſſio ſe habet: excedens eñ, & priuatim & in ciuitatibus inimicitias, ſeditionesq́; parit, deficiens autē ut plurimũ ſeruitutē. Nemo igitur liberorũ gratia pecunijs incũbat, ut ditiſſimos eos relinquat, neq; eñ ipſis, neq; ciuitati id conducit: ſed cēſus iuuenum tum adulatione uacuus omnium decentiſſimus & optimus eſt. Liberis ergo non auri, ſed pudoris multum oportet relinquere.

*Idem lib. 4. de legibus.*

Pecuniarum cura ultimum honoris locum teneat. Quare pecuniarum, in quibus homines omne ſtudiũ ponũt, ultimũ ac tertium eſt, ſi rectè habeatur pecuniæ ſtudium, medium corporis, animi primum.

*Ibidem.*

Nempe oportere dicimus, ut in ciuitate, quæ ſummi morbi expers futura ſit, quod diſſidiũ aut ſeditionem rectius appellarim, nec extrema in aliquibus ciuibus inopia ſit, nec ingentes diuitiæ: nam utraq; illa ab utriſq; his pariuntur. Reliqua uide ſupra in loco, argentum, aurum.

*Propertius lib. 3.*

*Ergo ſollicitæ tu cauſa pecunia uitæ es,*
*Per te immaturum mortis adimus iter.*
*Tu uitijs hominum crudelia pabula præbes,*
*Semina curarum de capite orta tuo.*

*Iuuenalis 6. Satyra.*

*Pecunia mores peregrinos attulit.*

*Prima peregrinos obſcœna pecunia mores*
*Intulit: & turpi fregerunt ſecula luxu*
*Diuitiæ molles.*

*Horatius in epiſtolis.*

*Non domus & fundus, non æris aceruus & auri,*
*Aegroto domini deducunt corpore febres,*
*Non animo curas.*
*Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique,*
*Tortum digna ſequi potius quàm ducere funem.*

Pecunia cõtra morbos non prodeſt.

*Cicero in officijs.*

Pecuniæ eſt fugienda cupiditas: nihil eſt enim tam anguſti animi, tamq́; parui, quã amare diuitias, nihil honeſtius, magnificentiusq́; quàm pecuniam contēnere, ſi nõ habeas: ſi habeas, ad munificentiam liberalitatemq́; conferre.

*Item ex ueteri Rhetorica.*

Multos ſæpe magnis incommodis afficit pecuniæ cupiditas.

Cauſſa multorum bellorum eſt, quod reges non regant pecuniã, ſed ipſi à pecunia regãtur. Ludouicus Viues in dialogo de bello turcico, uel de Europę diſſidijs.

*Terentius in Adelphis.*

Pecuniam in loco negligere maximũ interdum eſt lucrum.

*Idem in Hecyra.*

Quia paululum uobis acceſſit pecunię, animi ſublati ſunt.

*Idem in Phormione.*

Abi ſic inſciens, cuius tu fidē in pecunia perſpexeris: uerere ei uerba credere, ubi quid lucri eſt te mihi fallere.

*Plutus in Curculione.*

Qui homo maturè quæſiuit pecuniam: niſi eam maturè parcit, maturè eſurit.

Pecu-

*Pecunia rerum ac ſolicitudinum cauſſa eſt, ex Laërtio.*

Pecunia Dea pecuniæ, quæ dat pecuniam. admiratione dignum, cur Iuuenalis ſibi ſcribere permiſerit:

*Etſi funeſta pecunia templo*
*Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras.*

Æris Deus, ex Varronis Spicilegio, ab Auguſtino dicitur Æſculanus.

*Difficilis cuſtodia pecuniæ.*

ὥσπερ ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥᾴδιον, συνέχειν δὲ χαλεπόν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα, Id eſt. Quod eſt: ſicuti Echinum utique capere facilimum eſt, retinere difficilimum, ita & pecunias. Cui ſententiæ ſuccinit ferè illud Anaxagoræ ἐν τῷ περὶ βασιλείας: χρήματα χαλεπὸν συναγηράσθαι, χαλεπώτερον δὲ φυλακὴν τούτοις περιθεῖναι, Id eſt: Pecunias cumulare arduum eſt, uerum cuſtodiri multo difficilius.

*Ouidius.*

*Non minor eſt uirtus, quàm quærere, parta tueri:*
*Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.*

Archilochus tradit nūmos ſæpe cum minutijs hinc inde corraſis, nō ſine ſudore cōparatos πολλάκις εἰς πόρνης γυναικὸς ἔντερον καταίρειν, id eſt: In proſtitutarū delabi interranea frequenter.

Pecuniæ ſignatores tribuni extiterūt: quod uel in decemuirorum legib' ita lectum probatur. Tribuni ſunto, domi pecuniam cuſtodiunto, uincula ſontiū ſeruãto, capitalia uindicanto, æs, argentū, aurumue publicè ſignanto.

Pecunia dicta, teſte Plinio lib. 33. cap. 3. Quod olim nummi pecudis effigie notari ſolebant.

*Iulius Celſus lib. 6. de rebus geſtis Cæſaris.*

Ex pecunię cupiditatibus factiões diſſenſionesq; naſcūtur ſæpe maximę: predę etiam cupiditas multos nonnunquàm longius euocat.

Pecunia dicta eſt à peculio, quod eſt ſeruorum: & peculiū dicimus, licet abuſiuè, pro patrimonio.

*Item.*

Pecuniā antiqui à pecore deduxerunt, quòd uniuerſa eorum pecunia in pecorū fructu eſſet. qua ratione & peculium dictum, quod quis ſua induſtria acquirit. Alciatus de uerborū ſignificatione, in l. pecuniæ, & ibi Vlpianus.

*Ex Euripidis Hecuba.*

*Pecunia ſeruos facit.*

*Vt nemo quiſquàm liber eſt mortalium: aut*
*Fortuna ſeruum reddit, aut pecunia,*
*Aut ſcripta lex, aut multitudo ciuium*
*Vetat ſuopte uiuere ex arbitrio,*

*Pecunijs cumulandis omnes nunc ſtudent.*

*Diuerſas hominum uideam cum ſparſa per artes*
*Ingenia, eſt cunctis ars tamen una uiris,*
*Omnibus idem animus gratos ſibi quærere nummos;*
*Omnis inexhauſtas undiq; poſcit opes.*
*Nullus adeſt priſcæ uirtutis cognitor, ulla*
*Religio ſuperos uix putat eſſe Deos.*
*Nimirum ingenti congeſta pecunia cura*
*Eſt Deus, humanas nunc regit ipſe uices.*

*PECVNIA quærenda, ex epiſtolis Horatij.*

*O ciues, ciues, quærenda pecunia primum,*
*Virtus poſt nummos: hæc Ianus ſummus ab imo*
*Prædocet &c.*

*Eraſmus in Chiliadibus.*

*Pecuniæ omnia obediunt.*

Tam omnibus nationib' in ore fuiſſe uidetur hæc ſententia, quàm nunc etiam omnibus eſt in uſu: pecunię obediūt oīa, & refertur in prouerbijs Hebręorū apud Eccleſiaſten cap. 10. nec ſecius à gręcis pariter ac latinis autoribus celebratur. Euripides in Phœniſſis.

*τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν τιμιώτατα,*
*Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει, i.*
*Mortalibus nihil eſt charius pecunia;*
*Atq; inter homines una plurimum ualet:*

*Item Ariſtophanes in Pluto.*

*Ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιὲς ἐστιν οὐδενὸς*
*Ἀλλ' εἰσὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες ἥττονες, id eſt:*
*Pro ut nihil ſanum reperias uſpiam,*
*Sed pariter omnes ſeruiunt uicti lucro.*

Huc alludit & Demoſthenis illud in τῇ Olynthiaca. δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἐστιν γενέσθαι τῶν δεόντων, id eſt: Breuiter opus eſt pecunijs, neq; citra has quicquam eorum, quæ facienda ſunt, confici poteſt. Rurſus Ariſtophanes in eodē. Pluto facetiſſimè perſequitur, quicquid rerum uel bonarum uel malarum geritur inter mortales, id pecuniarum gratia fieri, quin etiam Dijs ipſis non aliam ob cauſſam rem diuinam fieri. Atq; inter alia permulta hanc catholicam ſentētiam refert.

*ἢ τί γ' ἐστὶ λαμπρὸν καὶ καλὸν*
*ἢ χαρίεν ἀνθρώποισι διὰ σὲ γίγνεται:*
*ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα, Id eſt:*
*Siquid eximium eſt, aut ſplendidum,*
*Si quid uenuſtum hominibus, abs te una uenit.*

Siquis

*Siquidem opibus uniuerſa ſimul obediunt.*
*Proinde Horatius pecuniam reginam uocat.*
*Vxorem cum dote, fidemq́; & amicos,*
*Et genus & formam regina pecunia donat.*

Sed nemo feſtiuius pecunię tyrannidem deſcripſit, quàm Euripides, Bellerophontem ad hunc modum loquẽtem faciens. Referuntur autem à Seneca li. epiſtolarum uigeſimo primo, nam ipſa quidem fabula non extat: uerſus aliquot, quoniam ſunt in primis lepidi & uenuſti, non grauabor adſcribere, ſed aliquot locis emendatos: quandoquidem apud Senecam habentur deprauati.

*Verſus ex Bellerophonte Euripidis.*

*Sine me uocari peßimum ut diues uocer.*
*Nemo an bonus, an diues omnes quærimus:*
*Non quare & unde, quid habeas tantum rogant,*
*Vbiq; tanti quiſq;, quantum habuit, fuit.*
*Quid habere nobis turpe ſit quæris? Nihil.*
*Aut diues opto uiuere, aut pauper mori.*
*An diues quærimus omnes, nemo an bonus.*
*Benè moritur, quiſquis moritur dum lucrum facit.*
*Pecunia ingens generis humani bonum*
*Cui non, &c.*

*Viues in epiſtola ad Henricum Angliæ regem octauum.*

Primum omnium pecuniæ admiratio detrahatur, compeſcatur luxus, incitetur ſobrietatis ſtudium, accendatur mutua charitas, non per peccata quęſtũ fieri, ſed uirtutem eſſe unicam uirtutem.

*Sophocles.*

τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν ἑυρίσκει φίλους, Id eſt:
*Pecuniæ hominibus amicos conciliant.*

*Menander in Menagyrta.*

Μακάριος ὅστις ὀυσίαν, καὶ νοῦν ἔχει:
Χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς,
ὄντω μαθεῖν δεῖ πάντα καὶ πλοῦτον φέρειν:
ἀσχημοσύνης γὰρ γίνετ' ἐνίοις αἴτιος, Id eſt:
*Fœlix qui ſimul opes ac mentem habet:*
*Hic enim opibus, ubi conuenit, rectè utitur.*
*Sic diſcenda ſunt omnia, & diuitiæ ferendæ,*
*Nonnullis enim fiunt cauſſa indecentium facinorum.*

*Euripides in Erechtheo.*

τὰς ὀυσίας γὰρ μᾶλλον, ἢ τὰς ἁρπαγὰς
τιμᾶν δίκαιον; ὄυτε γὰρ πλοῦτός ποτε
βαίβαιος καὶ ἄδικος, Id eſt:
*Opes legitimas magis quàm rapinas*
*Colere decet: neq; enim diuitiæ iniuſtæ*
*Vnquàm conſtantes ſunt.*

*Menandri comici.*

*Præſtat pauca citra ſuſpitionem poßidere,*
*Quàm multa cum manifeſta ignominia acquirere.*

*Ex ſimilibus Ariſtonis.*

Ὡς τὸν αὐτὸν ὀῖνον πίνοντες, οἱ μὲν παροινοῦσιν
οἱ δὲ πραΰνονται, ὄυτω καὶ πλοῦτον, Id eſt:
*Vt ab eodẽ uino alij contumelioſi, alij benigniores fiũt:*
*Sic à diuitijs alij aliter afficiuntur.*

# PERIVRIVM.

## ἐπιορκία.

EST autem periuriũ, non quod quis ore linguaúe protulit, ſed quod mente iurata cõcepit & animo. Ariſtot. 1. Rhetoricorum, ca. ultimo. Item Cicero tertio officiorũ docet, cum iuſiurãdum ſit religioſa affirmatio, Regulum nõ debuiſſe cõditiones, pactionesq; bellicas, & hoſtiles perturbare periurio.

*Sophocles.*

ὅρκοισι γὰρ τοὶ καὶ γυνὴ, φεύγει πικρὰν
ὠδῖνα παίδων: ἀλλ' ἐπὰν λήξῃ κακοῦ
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δικτύοις ἁλίσκεται
πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικωμένη
ἀφροδίσιος ὅρκος ὀυκ ἐμποίνιμος,
*Iuramentis enim & mulier fugit acerbam*
*Parturiginem liberorum: aſt ubi malum abierit,*
*Eiſdem in retibus capitur,*
*A præſente cupiditate uicta.*
*Venereum iuſiurandum non conſtitutam habet pœnã.*

*Callimachus.*

ὤμοσεν ἀλλὰ λέγουσιν ἀλλὰ θιάσαι τοὺς ἐν ἔρωτι
ὅρκους μὴ δύνειν ὄυτ' ἐς ἀθανάτων, Id eſt:
*Iurauit quidem, ſed, ut aiunt, amatoria*
*Iuramenta Deorum non ſubeunt aureis.*

*Diphilus.*

ὅρκος ἑταίρας ταυτὸς καὶ δημηγόρου:
ἑκάτερος αὐτῶν ὀμνύει πρὸς ὃν λαλεῖ, Id eſt:
*Idem eſt iuramentum meretricis, & popularẽ captantis aurem:*
*Vterq; enim iurat apud illum, qui cum loquitur.*

*Heſiodus in Theogonijs.*

ὅρκον τ' ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ, Id eſt:

Et iuſiurandum, quod quidem plurimum terreſtres homines lædit, ſi quis ipſorum ſponte peierauerit.

Eu-

*Euphro. in concione Deorum.*

Καινοὺς πόριζομ πρὸς μὲ θεῶμ θεοὺς,
ἵνα τοὺς παλαιοὺς μὴ ἐπιορκῇς πολλάκις, *Id eſt:*
*Nouos tibi confinge Deos,*
*Vt ne ſæpius antiquos offendas periurijs.*

*Euripides.*

Συγγνώμονάς τοι τοὺς θεοὺς εἶν δοκεῖ,
ἐάμ τις ὅρκοις θάνατομ ἐκφεύγειμ θέλῃ
Ἢ δεσμὸμ ἢ βίαια πολεμίωμ κακά, *Id eſt:*
*Faciles mihi ad ueniam dandam Dij uidentur.*
*Si quis iurando mortem effugere cupiat,*
*Aut uincula, aut malam hoſtium uiolentiam.*

*Euſebius Ionicus.*

Aio unumquēq;, qui uoluntatē peierādi habere uidetur, aut qui peierat uerbis, etiam ſi factum, quod comitatur periurium, non cōtingat, ſiue per fortunam aliquam, ſiue quod noluerit ille, cuius erat poſtulare, nihilo ſecius periurū eſſe animo, & non minus meritum pœnam periuris præſcriptam, quàm ille qui ipſa re peierauit.

*De iureiurando uel περὶ ὅρκου.*

*Cherilus in Perſeide.*

ὅρκομ οὔτ' ἄδικομ χρεὼμ ἔμμεναι, οὔτε δίκαιομ,
οὐκ ἀνδρὸς ὅρκοι πίσις, ἀλλ' ὅρκωμ ἀνήρ, *Id eſt:*
*Iuſiurandum nec iuſtum, nec iniuſtum uſurpandū eſt.*
*Iuramenta non fidem adferunt uiro, ſed uir iuramētis.*

*Amphis.*

ὅσις ὀμνύοντι μηδὲμ πείθεται
αὐτὸς ἐπιορκεῖμ ῥαδίως ἐπίσαται, *Id eſt:*
*Quiſquis iuranti nihil credit,*
*Illemet facile peierare ſcit.*

*Antiphanes.*

δέσποιν', ὅταν τὶς ὀμνύοντος καταφρονῇ,
ᾧ μὴ συνοιδε πρότερομ ἐπιωρκηκότι
οὗτος καταφρονεῖμ τῶμ θεῶμ ἐμοὶ δοκεῖ,
καὶ πρότερομ ὀμόσας αὐτὸς ἐπιορκηκέναι, *Id eſt:*
*Hera, cum aliquis contemnit iurantem,*
*Cui antea unquàm commiſsi periurij non eſt conſcius,*
*Tum ille mihi Deos ipſos contemnere uidetur,*
*Ac prius aliquando iurans ipſemet peieraſſe.*

Sophocles in Hippodamia.

ὅρκου δὲ προστεθέντος ἐπικλεσέρα
ψυχὴ καθίσ(α)ται· διοσὰ γὰρ φυλάσσεται
φίλων τε μέμψιμ, κ' εἰς θεοὺς ἁμαρτάνειμ, *Id eſt:*
*Appoſito iureiurando cautior & diligentior*
*Animus fit: à duobus enim ſibi tum cauet,*
*Et ne lędat amicos, & ne peccet in amicos.*

*Apollodorus.*

μάσιγος οὔσης ὅρκομ οὐκέτι δίδως, *Id eſt:*
*Præſente flagello non poſtules amplius iuramentum.*

*Alexis in olynthijs.*

οὐ τοῖς γὰρ ὀμνύουσι τὸμ φρονοῦντα δεῖ
τοῖς πράγμασι δ' αὐτοῖσι πιστεύειμ ἀεί, *Id eſt:*
*Sapientem non oportet iurantibus*
*Sed ipſis rebus ſemper habere fidem.*

*Lycurgus.*

Δεῖ φίλοις καὶ τοῖς οἰκείοις βοηθεῖμ ἄχρι τοῦ μὴ ἐπιορκεῖμ, Id eſt:

Eatenus amicis & familiaribus auxiliandum eſt, quatenus periurium non admittitur.

*Epictetus in Enchiridio.*

ὅρκομ παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε εἰς ἅπαν, εἰ δὲ μὴ ἐκ τῶμ ἐνόντωμ, Id eſt:

Iuramentum deprecare, ſiquidem fieri poteſt omnino: ſin minus, ſaltem quod eius poteſt.

*Herodotus lib. 1. hiſto.*

ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς πίστις ἰσχύρα οὐκ ἐθέλουσι συμμένειμ, Id eſt:

Sine firma neceſsitate non poteſt firma fides permanere.

*Euſebius.*

οἱ πολλοὶ τοῖς ἀνθρώποις, τὸ ἐνόρκους εἶν αὐτοῖς παραινέουσιμ. ἐγὼ δὲ καὶ τὸ ἐρχὴμ μηδ' ἐυπετέως ὀμνύναι ὅσιομ ἀποφαίνομαι, Id eſt:

Multi homines adhortantur, ut in iurando probi ſint, & fideles: ego uerò ne principio quidem facilè iurare, religioſi uiri officium exiſtimo.

*Iſocrates ad Demonicum.*

ὅρκομ ἐπακτὸμ προσδέχου, δι' ἃ δύο προφάσεις, ἢ σαυτὸμ αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύωμ, ἢ φίλους ἐκ μεγάλωμ κινδύνωμ διασώζωμ, ἕνεκα δὲ χρημάτωμ μηδένα θεὸμ ὀμόσῃς, μηδ' ἂν εὐορκεῖν μέλλῃς: δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπιορκεῖμ τοῖς δὲ φιλοχρημάτως ἔχειμ, Id eſt:

Quib. ex cauſis iu- iurandum pręſtare li- citum ...

Sacramentum oblatum tibi duabus de cauſis iurato: uel ut teipſum turpi ſuſpicione liberes, uel ut amicos ex magnis periculis eripias. pecuniarum uerò gratia, etſi uera dicturus ſis, nullum Deum iuraueris: ſin minus, alijs periurus, alijs auarus uideberis.

*Herodotus lib. 6. Hiſtoriæ.*
*De Glauco recuſante depoſitum reddere Mileſij uiri filijs.*

Glaucus Delphos ſe contulit ad oraculum petendum: utrum iureiurando pecuniam depredaretur, ibi Pythia reſpondit, his uerſibus.

γλαῦκ',

Γλαῦκ᾽, ἐπικυδείδη, τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον οὕτω
ὅρκῳ νικῆσαι καὶ χρήματα λῃίσσασθαι
ὄμνυ᾽, ἐπεὶ θάνατός γε καὶ εὔορκον μένει ἄνδρα
Ἀλλ᾽, ὅρκου παῖς ἐστὶν ἀνώνυμος, οὐδ᾽ ἔπι χεῖρες
οὐδὲ πόδες· κραιπνὸς δὲ μετέρχεται εἰσόκε πᾶσαν
συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα
ἀνδρὸς δ᾽ εὐόρκου γενεὴ κατόπισθεν ἀμείνων. i.

*Glauce Epicydides equidem expedit ad breue tempus*
*Iurando ſupereſſe, interuertiſſeq́; numos*
*Deiora & Euorcum: quoniam manet exitus idem.*
*Aſt Horci natus ſine nomine, qui manibus, qui*
*Nullis eſt pedibus, rapidè aduenit uſq; adeo, dum*
*Corripiens omnem perdat prolemq́; domumq́;*
*Cum ſobole Euorci, melius ſed poſtea agetur.*

His auditis, Glaucus ueniam ſibi eorum quæ dixiſſet ut daret Deum obſecrabat, cui Pythia inquit, idem pollere, tentare Deum, & facere. Glaucus deinde accitis Mileſijs hoſpitibus pecunias reddidit, ſed eius ſoboles & familia ex Sparta radicitus extirpę ſunt. Bonum eſt ergo nihil aliud de depoſito cogitare, quàm ut repetentibus reddatur.

*Antiphanes.*

ὁ διδοὺς τὸν ὅρκον τῷ πονηρῷ μαίνεται:
τοὐναντίον γὰρ νῦν ποιοῦσιν οἱ θεοί:
ἐὰν ἐπιορκήσῃ τις αὐτὸς εὐθέως
ὁ δοὺς τὸν ὅρκον γίνετ᾽ ἐμβρόντητος,
οἶμαι δικαίως ὅτι πεπίστευκεν τινι, id eſt.

*Qui iuramentum à malo uiro poſtulati inſanit,*
*Contrarium enim nunc Dij faciunt:*
*Nam ſi quis peierarit, continuo*
*Ille, qui poſtulauit iuramentum, fit attonitus,*
*Merito nimirum, quia credidit improbo uiro.*

*Alexis.*

ὅρκος βέβαιός ἐστιν, ἂν νεύσω μόνον, id eſt.
Firmum eſt iuramentum, ſi ſolum annuero.

*Sophocles.*

ὅρκος γὰρ οὐδεὶς ἀνδρὶ φιλήτῃ βαρύς, id eſt.
Nullum iuramentum graue eſt fari impoſtori.

*Euripides.*

ἡ γλῶσσ᾽ ὀμώμοχ᾽, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος, id eſt.
Lingua iurauit, ſed iniurata mens.

*Menander.*

Συγκέχυκε νῦν τὴν πίστιν ὁ καθ᾽ ἡμᾶς βίος, i.
Aetate noſtra fides omnis confunditur.

*Democritus.*

ὅρκους οὓς ποιοῦνται ἐν ἀνάγκαισιν ἐόντες, οὐ
τηρέουσιν οἱ φλαῦροι, ἐπὴν διαφύγωσιν, id eſt.

Iuramenta, quæ iurant adacti neceſſitate, non ſeruant mali homines, poſtquã periculum euaſerint.

Cleanthes dixit, iurantem eo ipſo quo iurat tempore, uerè iurare aut peierare: nam ſi ita iuret tanquam facturus quod iuſiurandum adtinet, uerè ſanctéq; iurare: ſin propoſito diſſentiente, tanquã non facturus, peierare.

*Euripides.*

οὐ γὰρ ἐστ᾽ ἀσύνετον
τὸ θεῖον, ἀλλ᾽ ἔχει συνιέναι τοὺς κακῶς
παγέντας ὅρκους, καὶ κατηναγκασμένους, id ē.

*Non enim intellectu caret*
*Numen, ſed poteſt intelligere quæ nam ſint male*
*Facta iuramenta, & neceſſitate coacta.*

# PHILOSOPHIA,

## *eius ſtudium, præſtantia, & utilitas.*

*Nihil eſt præſtantius philoſophia aut ſtudio ſapientiæ.*

COETERA quidem humanæ uitæ bona puſilla ſunt, atque indigna, quæ multis laboribus inſectemur: Pulchra nobilitas, ſed alienum bonum: præcioſę diuitię, ſed fortunę poſſeſſio: uenuſta gloria ſed inconſtans: forma decens, ſed caduca, paruóq; durans tempore: Ouid.

*Forma bonum fragile eſt, quantumq́; accedit ad annos,*
*Fit minor, & ſpatio rumpitur illa ſua.*

Optãda ſanitas, ſed permutatiõi prorſus obnoxia: concupitæ uires, ſed ægritudine, aut ſenectute facilè contabeſcũt: Nihil præſtantius intellectu, & ratione. Hoc nulli' fortunæ tollet incurſus, nulla calumnia diſtrahet: Quumq; reliqua omnia tẽpore minuantur, ſcientiã & rationem ſenectus auget: bellum ſingula trahens, atq; omnia ferens, ſolam doctrinam nequit eripere.

*Exempla.*

Megaram cum Demetrius captã ſolo æquaſſet, Stilphonem Phileronem illic omnium nudũ interrogauit, an ſuorum quicquàm amiſiſſet: Cui Stilphon, haud equidem, inquit: bellum enim nulla ex uirtute ſpolia ducit. Stilpho Philoſophus.

Socrates, cum Gorgias percunctaretur, an Perſarum regem felicem eſſe putaret: neſcio, inquit, quantum uirtutis habeat, & diſciplinæ: perinde ac hiſce, non autem fortunæ bonis perſiſtat beatitudo.

Regna & opes non magis poſſidentium ſunt, quàm cuiuſcunque: ſed ut in ſeculari ludo, nunc huc tranſeunt, nunc referuntur illuc.

Σοφία μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

Sola uirtutis & uiuenti, & mortuo ſtabilis eſt & firma poſſeſſio, iureque diuitibus Solon inquit, & nos non permutabimus cum uirtute diuitias: quis enim nouit uariabiles humanæ uitæ caſus? nihil eſt ſub Luna fixũ, nunc diuites ſunt homines, nunc pauperes, nunc ſeruiunt, nunc ſanitate gaudent, nunc ægrotant, nemo ſcit mane, quid ueſper uehat, nemo tam diuos habuit fauentes, craſtinum ſibi ut polliceri poſſit. Ob quã rem Theſeus, ut ſcriptum apud Euripidem Cicero refert, ſic dicere ſolitus erat: nam quæ audita à docto meminiſſem uiro, futuras mecum commentabar miſerias, aut mortem acerbam, aut exilij mœſtam fugam, aut ſemper aliquam molem meditabar mali, ut ſi qua iniecta duritas caſui foret, ne me imparatum cura laceraret repens: ſed nulla res eſt, quæ aduerſus nouercantis fortunæ impetus certius quàm philoſophia ſolamen præbeat. hinc iunior Dionyſius, cum eiectus tyrannide, & in exilium actus interrogaretur, quid ſibi Plato & philoſophia profuiſſent, ut æquò, reſpondit, facileque ferrem fortunæ mutabilitatem. Siue igitur aduerſæ nobis, ſiue ſecundæ res fuerint, ad philoſophiam, quod eſt uirtutis ſtudium recurrere debemus, cuius potiſſimum reges conuenit amatores exiſtere.

Mirum rerum omnium uarietas.

Mors exilij fugit.

*Philoſophiæ ſtudium omnibus utile eſt.*

Philoſophia omnium mater artium, quã Plato donũ, Cicero inuentũ uocat, abſque literis haud facile percipi poteſt. Hæc te primum ad diuinum cultum, deinde ad ius hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tandẽ ad modeſtiam animum erudiet, & ab animo tanquam ab oculis caliginem remouebit, ut ſupera, prima, media, et ultima uideas. Quis igitur literis inſudare noluerit, quando tantus ex his fructus percipitur, in quibus eſt boni ac mali noticia, quæ nobis præterita referant, præſentia moderentur, futura inducant? ſine literis omnis ætas cæca eſt. Hæc Aeneas Syluius, pius ſecundus P. M. poſtea dictus.

Turpe eſt, eum, qui opibus & autoritate præſtat, non etiam uirtute præſtare. Cicero. ut cytharædus cum prodierit optimè ueſtitus, palla inaurata indutus, cũ chlamyde purpurea coloribus uarijs intexta, & corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata, cytharam tenens exornatiſſimam, auro & ebore diſtinctam, ipſe præterea forma & ſpecie ſit, & ſtatura appoſita ad dignitatem: ſi cum magnam populi commouerit his rebus expectationem, & repente ſilentio facto, uocem emittat cum acerbiſſimam, tum turpiſſimam, cum turpiſſimo corporis motu, quo melius ornatus ſit, & magis fuerit expectatus, eo magis deriſus & contemptus eijcietur. Ita ſi quis in excelſo loco, & in magnis ac locupletibus copijs collocatus, fortunæ muneribus, & naturæ commodis omnibus abundabit, ſi uirtutis & artium, quæ uirtutis magiſtræ ſunt, egebit: quo magis cæteris rebus erit copioſus, & illuſtris, & ſpectatus, eo uehementius deriſus & contemptus, ex omni conuentu bonorum eijcietur.

*Cicero lib. 2. Officiorum.*

Quid eſt per Deos optabilius ſapientia? quid præſtabilius? quid homini melius? quid homine dignius? hanc qui expetunt, philoſophi nominãtur, nec quicquam aliud eſt philoſophia, quàm ſtudium ſapientiæ: ſapientia autem eſt rerũ diuinarũ & humanarũ cauſſarumque, quibus eæ res continentur, ſcientia.

POETA

## Poeſis, Poetica.

POETA dicitur factor, uel fictor, à Græco uerbo ποιῶ, id eſt, facio uel fingo: hinc poema & poeſis ipſum figmentũ, & poetor, id eſt, in poetica exerceo uel poetam ago.

Horatius 1. ſermonum lib. ſatyra 4. innuit quis ſit poëta, his uerſibus.

*Putes hunc eſſe poetam,*
*Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atq; os*
*Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.*

*Cicero in lib. de optimo genere Oratorum.*

Cicero uaria genera poematum enumerat, ſcilicet tragicum, comicum, epicum, melicum, ac dithyrambicũ, quod magis tractatum ſit à latinis, & quoduis eſſe diuerſum à reliquis: in tragœdia comicũ uitioſum eſſe, & in comedia turpe tragicum: porro in cæteris ſuum cuiq; certũ ſonũ, & quandam intelligentibus notam eſſe uocem.

*Cicero lib. 2. de Oratore.*

Sæpe ipſe audiui, poetam bonum nullum (id quod à Democrito & Platone in ſcriptis relictum eſſe dicũt) ſine inflammatione animorũ exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris:

*Idem in oratione pro Archia poetá.*

Atqui ſic à ſumis hominibus eruditiſſimiſq; accepimus, cæterarum rerum ſtudia & doctrina, & præceptis, & arte cõſtare: poetam ipſa natura ualere, & mentis uiribus excitari, et quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poetas, quod quaſi Deorum aliquo dono atq; munere commendati nobis eſſe uideantur: ſit igitur, iudices, ſanctum apud uos humaniſſimos homines hoc poetæ nomen, quod nulla unquam barbaria uiolauit. Saxa & ſolitudines uoce reſpondent, beſtiæ ſæpe immanes cantu flectũtur, atq; conſiſtunt: nos inſtituti rebus optimis, non poetarũ uoce moueamur? Homerum Colophonij ciuem eſſe dicũt ſuum, Chij ſuum uendicant, Salaminij repetunt, Smyrnei uero ſuum eſſe cõfirmant: itaq; etiam delubrum eius in oppida dedicauerũt: permulti alij prætera pugnant inter ſe, atq; contendunt: ergo illi alienum, quia poeta fuit, poſt mortem etiam expetunt: nos hunc uirũ, qui & uoluntate & legibus noſter eſt, repudiabimus? preſertim cum omne olim ſtudium atq; ingenium contulerit Archias ad populi romani gloriam laudemq; celebrandam, & cimbricas res adoleſcens adtigit, & ipſi illi C. Mario, qui durior ad hæc ſtudia uidebatur, iucundus fuit.

*Codrus Bononienſis in 8. ſermone habito de laudibus Homeri.*

ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου, σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν σαλαμὶν χῖος, ἄργος ἀθῆναι, id eſt:

Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri: Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ. Ego autem cum uideam tot uarias ſententias, Homerum κοσμοπολίτην, id eſt, ciuem mũdi, quod de ſe dicere ſolebat Socrates, appellarem. Huic meæ ſententię cõuenit Antipater poeta, qui epigrãma huiuſmodi de Homero ſcripſit, quod Guarinus Veronenſis latinum ita fecit.

*Diceris à multis Colophonis alumnus Homere,*
*Hic tibi dat Smyrnam, præbet at ille Chium.*
*Quin & Ion quidam, quidam Salamina ſuperbam,*
*Theſſaliam multi te genuiſſe ferunt.*
*Sunt & qui memorent alijs te ſedibus ortum.*
*Sic uarijs natus crederis eſſe locis.*
*Dicere ſi liceat mihi Phœbi oracula mundi,*
*Certa tibi patria eſt Calliopea parens.*

*Cicero uocabulum poetæ pro fictione uſus eſt, in oratione pro M. Cœlio.*

O magna uis ueritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraq; fictas omnium inſidias facile ſe per ſeipſam defendat. uerum hæc tota

ſabella uetus,& plurimarum ſabularum poetria, quàm eſt ſine argumento, quã nullum inuenire exitum poteſt.

D. Auguſtinus lib. 2. de ciuitate Dei cap. 13. & lib. 1. confeſs. de poetis loquẽs dicit, didici in poetis utilia multa.

*Poeſis mores format. Ouidius lib. 3. de arte amandi.*

*Adde quod inſidiæ ſacris à uatibus abſunt,*
*Et facit ad mores ars quoq; noſtra bonos.*
*Nec nos ambitio, nec amor nos urget habendi,*
*Contempto colitur lectus & umbra foro.*

*Ibidem.*

*Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,*
*Et ſtudio mores conuenienter eunt.*

*Horatius in arte poetica.*

*Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poetæ,*
*Aut ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ.*

*Laus poeticæ, ex Cœlio in antiquis lectionibus lib. 4. cap. 1. deſumpta.*

Poeta ſolus ſapiẽs. Poetica philoſophia. Doctiſſimum quemq; ſic de poetica prodidiſſe animaduerte, ueluti ſit ea prima quædam philoſophia, quæ nobis à cunabulis quodam modo uitæ rationem commonſtret: quid agẽdum, quidue declinandum, muſica iucunditate præſcribat, adeò ut nonnulli poſteà dicere minus addubitarunt, poetam ſolum eſſe ſapientem. Quo nomine Græcorum nobiliſſimi ab ineunte ætate ſic inſtituebantur, non quia uoluptatem toto impetu captarent, ſed ut optimis ſtatim imbuerentur: Quoniam ſe eſſe morum magiſtros muſici profiteantnr, idq; cum Pythagoricis comprobat Ariſtoxenus, itẽ & Horatius. Poetæ magiſtri morũ.

*Ex lib 2. epiſt. 1. ad Auguſtum Cæſarem.*

*Os teneſum pueri, balbumq; poeta figurat,*
*Torquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus aurem,*
*Mox etiam pectus præceptis format amicis,*
*Aſperitatis & inuidiæ corrector & iræ.*

Poetæ caſtigatores & cantores ſunt. Homerus literarum parens in Clytemneſtræ cuſtodia poetas cantores & caſtigatores eſſe putat, ut qui philoſophi ſint, ac ex muſis omnia ſciant, quum & ſapientiæ magnitudine etiam uaticini cenſeantur.

*Cicero in oratione pro Archia poeta.*

Ennius ſanctos appellat poetas, quod quaſi aliquo Deorum dono atq; munere commendati nobis eſſe uideantur, proinde minus mirum, ſi non alium eſſe poetã, quàm uirum bonum ſtatuũt prudentiores. Adeo aũt multiplex poetarum eruditio eſt, adeo neceſſaria, ſummis coniuncta emulumentis, ut nec defuit qui ſolutam orationem poetices uideri imitationem, argumentis aſtruere nitantur, ceu poetæ primum prodierint, mox qui metrum ſoluerint: Cadmus, Pherecides, Hecateus, quod prima in Homerum ſcribit cõmentatione Euſtachius, & quia genus id orationis magnitudinem habet ac ſublimitatem, eſtq; ἐποχον, id eſt, equo uehitur: inde quæ talis nõ eſt oratio, ex humilitate pedeſtris dicitur, ut quæ ex alto in ſolum ſit delapſa paulatim: ita ut Rhetoricæ elocutionis & artis dicendi fons, ſit ipſa poetica

*Laus poetarum ac poeticæ, poeta unde, uaria genera poematum.*

Plato in lib. 2. de Repub. poetas Deorum filios uocat: in Lyſide, adeo poetas admiratur, ut eos ſapientiæ patres nuncupet, ac duces. Et in Ione carminis excellentis poetã non arte fieri ſcribit, ſed afflatu diuiniore: imo uero, inquit, muſa diuino inſtinctu concitat poetas: conciti poetæ, alios timore corripiunt, ut fiat annulorum quodam modo mirus ordo, qualem creditur magnes efficere: addit & paulopoſt, nil aliud eſſe poetas, quàm Deorum interpretes, dum afflantur furore. Porrò idem in Phædro ſcribit, non hominum eſſe inuenta, præclara poemata: ſed cœleſtia munera: argumento illud eſſe, quod nemo etiamſi orbem illum doctrinarum obierit accuratiſſimè, excellens euaſerit poeta, ni cœleſtis ille uigor & concitatio acceſſerit feruentior, ut uera fiat illa aſſertio ex Faſtorum 6.

*Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,*
*Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.*

Hanc diuinitatem poeticam & Demo critus

critus aſtruxit. Plato idē in Cratylo ſcrutans, qui ſint uerorum nominum doctores, Sophiſtas irridēs poetas cenſet adeundos, nec quoslibet etiā in Triuio, ſed diuinos, ceu à dijs hi plane didicerint nomina rerum uera, apud quos ea demum reperiantur.

*Cœlius lib. 4. antiquarum lectionum cap. 2. 3. 4. 5.*

Poetæ nomen inde propagatum ſcribit Euſtachi⁹, quod ποιεῖν ſignet ἐμμέτρως cantare uel ſcribere. Fabius Quintilianus inquit, perito quodam initio infuſum, & aurium menſuræ, & ſimiliter decurrentium ſpaciorum obſeruatione eſſe generatū, mox in eo repertos pedes. Ariſtoteles poeſin ex imitatione natam primum oſtendit: quoniam imitandi ſtudium ſit ab ineunte ætate homini innatum, & eo à brutis differat. Mox ſubdit. ad metrum natura procliues maximè paulatim produxiſſe poeſin, ac genuiſſe, ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, quod non aliud ſonare uidetur, quàm ex rudi principio et hac imitandi ratione. Vnde poeſis ortum ducit, diuulſa diſparataqꝫ ars eſt, ac abijt quodammodo in membra plura, ſicuti hymnos alij, et laudes concinnarūt, alij monodi, alij lyrici, alij comici, quidā tragici uocantur: communi nomine omnes, poetæ. Lyrici dicti, quòd ad Lyram eorum carmina concinnuntur, ut Pindari principis in hoc genere monodorum peculiare eſt, ſub una tantum perſona argumentum explicari quodlibet, quod illi dicunt μονοπροσώπως ἀφηγεῖσθαι. Eſt enim monodia, cantus lugubris. Comicorum riſus eſt proprius cum choris & perſonis: Tragicis familiaris eſt miſeria & calamitas.

*Poetarum lectio quid oratori conferat.*

Plurimum dicit oratori conferre Theophraſtus lectionem poetarum, multiqꝫ eius iudicium ſequūtur, neqꝫ immeritò: namqꝫ ab ijs & in rebus ſpiritus & in uerbis ſublimitas, & in affectibus motus omnis, & in perſonis decor petitur, præcipueqꝫ uelut attrita quotidiano actu forenſi ingenia optimè rerum talium blandicia reparantur. Meminerimus tamen non per omnia poetas eſſe oratori ſequendos, nec libertate uerborum, nec licentia figurarū, genus oſtentationi comparatum; & præter id quod ſolam petit uoluptatem, & eam non falſa modo fingendo, ſed etiam quędam incredibilia ſectatur, patrocinio quoqꝫ aliquo iuuari, quòd alligati ad certam pedum neceſſitatem, non ſemper uti proprijs poſſint, ſed repulſi à recta uia, neceſſario ad eloquendi quædam diuerticula confugiant: nec mutare quædam modo uerba, ſed extendere, corripere, cōuertere, diuidere cogātur. Nos uero armatos ſtare in acie, & ſummis de rebus decernere, & ad uictoriā niti decet.
Hæc Quintilianus lib. 10. cap. 1. de copia uerborum.

*Picturæ ſimilis eſt poeſis: ex arte poetica Horatij.*

*Vt pictura poeſis erit, quæ, ſi propius ſtes,*
*Te capiat magis, & quædam ſi longius abſtes:*
*Hæc amat obſcurum, uolet hæc ſub luce uideri,*
*Iudicis argutum quæ non formidat acumen.*
*Hæc placuit ſemel, hæc decies repetita placebit.*

*Poetæ officium eſt delectare, ex arte poetica Horatij.*

*Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poetæ,*
*Aut ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ.*

*Poetæ diuini ex lib. Faſt: Ouidij 6.*

*Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,*
*Impetus hic ſacræ ſemina mentis habent.*

*Idem in tertio, de arte amandi.*

*Eſt Deus in nobis, ſunt & commertia cœli,*
*Sedibus æthereis ſpiritus ille uenit.*

*Iſocrates in Pareneſi ad Demonicum.*

Poetarum optimę ſententię diſcendę, & quæ alij ueri eloquentes utiliter præceperunt, legenda ſunt: nam ut apes uidemus omnibus quidem floſculis inſidere, & de ſingulis utilia carpere: ſic

eruditionis comparandæ ſtudioſos nihil inexploratum relinquere, ſed utilia undiq; colligere decet.

*Poetæ & ſtudia eorum in nullo precio ſunt, neq; habentur, ergo miſeri.*

*Poetarum ſors dura & miſera.*

*Heu miſeram ſortem, duramq; à ſydere uitam,*
*Quam dat doctiloquis uatibus ipſe Deus.*
*Siue Deus ſeu fata ferant, ſeu noſtra uoluntas,*
*Sunt miſeri ingenijs qui micuere ſuis.*
*Virgilius patrios miſerandus perdidit agros,*
*Et ſeruus ſtabulis factus in urbe fuit.*
*Proſcriptus Geticas habitauit Ouidius oras,*
*Et procul à patria barbara regna tulit.*
*Tarpeiæ inuiſus fuerat ſed Horatius urbi,*
*Solus Mecœnas uerus amicus erat.*
*Aſt ego Germano qui primus in orbe poeta,*
*Cui ſcripta eſt multis patria carminibus,*
*Et uirtus laudata bonis, ſcelera exagitata,*
*Quæ pia poſteritas non ſine laude canet:*
*Me miſerum quoties iniuria ficta laceſſit,*
*Innocuam uitam commaculare ſtudens.*
*Forſitan hæc nobis Deus ad meliora parauit,*
*Vt pateat uitæ candida fama meæ.*
*Accedit noſtris ingens nunc pondus erumnis,*
*Infirmus lecto uoluor ut ipſe meo.*
*Iamq; miſer iaceo cunctis deſpectus amicis,*
*Dum me pauperies uexat, & atra lues.*
*Scilicet aduerſis rebus ſe prodit amicus,*
*Ignotus lætis qui mihi rebus erat.*
*Solus ades noſtros poteris qui auferre dolores,*
*O Fuſemane, malis unica cura meis.*
*Te mea Muſa rogat, quæ te ſuper æthera tollit,*
*Pollicita ut regis iam mihi ſumma fiet:*
*Ni faciat, ueniet mea ſub fora chara ſupellex,*
*Vt mihi iam miſeros comparet ore cibos.*

*Poeſis uera à Deo, & ad Deum.*

Plato in dialogo, qui Ion inſcribitur, carmina illa ſolum diuina, muſica, muſarumq; furore infuſa poetis exiſtimat, quę quando muſica humana cantantur, & cantatorem ipſum & audientes quodammodo concitant in furorem. ad Alexandrum Braccium M. Ficinus lib. 1. epiſt.

Plato & Pythagoras Homerum Heſiodumq; ex hominum cœtu ad inferos expulerunt, quòd partim tanquam ingrati diuina ad homines, partim tanquam impij humana ad Deos tranſtulerint.

*De impietate poetarum; Iſocrates in Buſiride.*

Poetæ ex immortalitate Deos genitos aſſerũt, eoſq; atrociora facinora perpetraſſe, tamen pertuliſſe aſſerunt, quã hominum nefariorum filios; taleſq; fabulas de ipſis commenti ſunt, quales nemo contra ſuos inimicos dicere audeat.

*De poëtarũ miſeria. Ioannes Campanus uir admirabilis ingenij et doctrinæ.*

*Vade quà ſemper populi uagantur,*
*Quà manu ramis capiunt ab altis,*
*Quà Notus ſpirat tenui ſuſurro*
*Vellera Seres.*
*Vade per ſyluas Arabum beatas,*
*Qui uident Phœbum gelidas ad Arctos,*
*Qui bis æſtatem, totieſq; brumam*
*Exhibet annus.*
*Aut agros Nili madidos calentis,*
*Fer gradum ad ſummos Zephyri uolatus,*
*Quære per totum ſtudioſus orbem*
*Diue Tridente.*
*Tu genus nullum reperis ſub ipſo*
*Syderum lapſu inferius poetis,*
*Vilius ſacris nihil eſt Camœnis*
*Tempore noſtro.*
*Quid manum prodeſt ferulæ minantis*
*Tot pati pœnas teneris ſub annis,*
*Et metu ſequi Samium bicorni*
*tramite callem?*
*Quid iuuat longas uigilare noctes,*
*Igne ſecerni borea furenti,*
*Ducere & mæſta iuuenilis æui*
*Tempus in umbra?*
*Scribimus longos ueterum triumphos,*
*Conſulum faſces, equitumq; pugnas*
*Carpimus luxum, pariter docemus*
*Dogmata uitæ.*
*Viuit Argoæ dominus carinæ,*
*Hectoris uiuit domitor ſuperbus,*
*Viuit Actææ ſuperator arcis*
*Carmine Minos.*
*Phyllidis triſti lachrymantis umbra,*
*Pyramum Thyſbes miſerum clamantis*
*Et piæ durum Halcyonis amorem*
*Carmina ſeruant.*

Liberas

Liberatorem patriæ Camillum,
Qui Numantinos Numidaſq; uicit,
Quiq; Cymbrorum domuit feroces
Milite turmas,
Carmen euerſas Babylonis arces,
Ilij muros, Tyriæq; Thebes,
Alteram Theben penitus ruentem
Stare coëgit.
Nemo tam claro genitus parente:
Nemo tam clara probitate fulſit,
Mox edax quem non perimit uetuſtas,
Vate remoto.
Sed ſui nunquàm precium laboris
Sentiunt uates, alios & aurum
Veſtit & gemmæ, miſeris poetis
Trita lacerna eſt.
Pictor ex pictæ precio figuræ,
De tuba uiuit tubicen canora,
Paſcit ars omneis, ſua ſola damno
Muſa poetæ eſt.
Iam palus triſtes retinens arenas,
Eſt ubi fontes fuerant Meduſæ,
Iam ruit rupes tibi ſacra quondam
Mitis Apollo.
O duces magni, ingenuiq; reges,
Imperatores, equiteſq; clari:
O boni damnoſam Heliconis omnes
Flete ruinam.
Ergo ſi miſera eſt uatum fortuna, ualete
Vos mea Pierides, ad fora regredior,
Iam ſatis indultum, ſteriles ſat uerba dediſtis,
Vtiliora fori iurgia triſtis erunt.
Exercete dolos, ſæuaſq; intendite lites:
Ad ueſtrum redeo peſſima turba forum.

## CVR POETAE PAVCI BONI.

Iacobus Mycillus poeta elegantiſsimus, amicus ſummus meus.

Muſæ ocio gaudent. Non bene conueniunt trepidæ cum carmine curæ,
Non eadem uerſus cura, lucrumq; facit.
Pierides ſyluas ac ocia libera quærunt,
Et tacitas inter flumina ſacra uias.
At fora ſolicitæ curæ populoſa frequentant,
Et ſtrepitus uulgi, iudiciumq; colunt.
Hinc eſt quod raros ætas habet iſta poetas,
Et noſtra nullum carmen ab urbe uenit.
Diuitias quando ſolum ſpectamus & aurum,
Curarum fontes, & caput omne mali.
Solæ diuitiæ amantur. Nec ſtudium recti, nec fas laudatur, & omnis
A precio uirtus, famaq; uicta iacet.

Depoſcit uacuum Thalia pectus,
Et curas fugit ocioſa Clio.

Ouidius, ultimo libro de Triſt. Ad amicum exhortantem ut carmina componat.

Scribis ut oblectem ſtudio lachrymabile tempus,
Ne pereant turpi pectora noſtra ſitu.
Difficile eſt quod amice mones, quia carmina lætum
Sunt opus, & pacem mentis habere uolunt.
Deniq; non paruas animo dat gloria uires,
Et facunda facit pectora laudis amor.

Quomodo quis poeta fiat.

Mycillus poeta elegantiſsimus fecit.

Vnde breui longum deducas tempore carmen,
Quoue modo fias Iuſte poeta rogas?
Nulla ſua ignauos ſequitur incuria ſponte
Reges, ſed forti eſt fama paranda manu.
Aeacides multos tolerauerat ante labores,
Quàm meruit magni nomen habere ducis.
Multa tulit fecitq; prius, quàm contigit eſſe
Aeneæ generum priſce Latine tuum.
Quam cupis aſsiduo quærenda eſt fama labore,
Ocia non ullos excoluere uiros.
Sunt faciles muſæ, aſt habitant in rupibus altis,
Has ſuperare labor, cætera plana uia eſt.
Vince modo rupes, nec duro parce labori:
Atq; ultro uenient in tua fata Deæ.
Ingenium non dura tibi natura negauit,
Et uincire potes, qua decet arte potes.
Cur ſtudium & ſolum deprædas Iuſte laborem?
An quia non tanto carmina digna operæ?
Carmina cœleſtes poſſunt adducere Diuos,
Tartara carminibus flectere ſæua potes. Vis carminis.
Carmina crudeles demulcent ſæpe labores,
Hæc magis innumeris artibus una ualent.
His quoq; formoſam potes exorare puellam,
Victa erit, & teneras porriget illa manus.
Cinthia carminibus quoties tibi capta Propertie?
Aut quoties lachrymas hæc tibi uicta dedit?
Fallitur immenſo qui ſe ſpectabilis auro
Eſſe putat, nec ſpes inuenit iſta fidem.
Carmina ſola beant, ſola addunt carmina famam?
Hæc metuunt magni fulmina nulla Iouis.

Poetis ſunt quædam inter ſe communia, ex lib. 2. de Ponto.

Sunt tamen inter ſe communia ſacra poetis,
Diuerſum quamuis quiſq; ſequamur iter.

Poetæ & natura & arte conſumati fiunt, ex arte poetica Horatij.

*Natura fieret laudabile carmen, an arte,*
*Quæſitum eſt: ego nec ſtudium ſine diuite uena,*
*Nec rude, quod proſit, uideo ingenium: alterius ſic*
*Altera poſcit opem, res & coniurat amice.*

*Poëtæ fingunt uera aut uerſimilia: ex arte Poëtica Horatij.*

*Ficta uoluptatis cauſſa ſint proxima ueris,*
*Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci,*
*Lectorem delectando pariterq; monendo.*

*Idem.*

*Muſæ Poëtarum ſteriles.*

*Diſpereant latiæ ſterilis mea caſtra camenæ,*
*Diſpereat fallax numen Apollo tuum.*
*Iam ſat arenoſis commiſimus hordea ſulcis,*
*Tutaq; ſunt uano ſat mea colla fuco.*
*Tota fuit ſtulto conſumpta labore iuuenta,*
*Paſceret ut uatem uita beata ſenem.*
*Inuida canicies properat: nil Phœbe propinas,*
*Nil mihi dat Helicon Pegaſis unda nihil.*
*Coccina fert humeris & ſerica quæq; ſatelles,*
*Et Paticus, læno, pharmacopola, cocus.*
*Horum eſt quicquid nunc auditur in orbe monetæ:*
*Nil aliud uates, quàm benè dixit, habet.*

*Deſpecti poëtæ.*

*Vix dederat placidam membris nox atra quietem,*
*Cynthius eſt noſtro uiſus adeſſe toro:*
*Et mihi Daphnæa cinctus ſua tempora lauro*
*Edidit hæc mœſto Fuchſmage uerba ſono:*
*Quid ſequeris noſtras uates miſerande ſorores,*
*Quid tua Cæſareis laudibus ora teris?*
*Carmina da Scombris, doctas iam linque Camænas,*
*Spongia ſit multis uerſibus una ſatis.*
*Præmia nulla refert ſcriptor: uix tanta poëtæ*
*Aera ſonant, tenues comparet unde libros.*
*Nullaq; nunc curat Fridericus carmina: rarus*
*Cæſarea uates nunc ope diues erit.*
*Vis tua Rhenenſes repleant marſupia nummi,*
*Vis tibi perpetua templa parare fide?*
*Vade cito domini fornaci ligna miniſtres:*
*Solus habet ueſtri Cæſaris Haytzer opes.*
*Conſule iam miſero (ſi qua eſt uia) conſule uati,*
*Qui mea nunc ſolus carmina ſæpe rogas.*
*Sed quæ nam Phœbi melior ſententia, iam te*
*Lincia uel linquam uel, calefactor ero.*

Ofenhei- ter preferun- tur Poë- tis.

*Nulli poëtæ, ubi deſunt Polliones, & Mecænates.*

*Si ludo Fuxmage tibi, qua fronte pudorem*
*Noſtrum, queis uerbis, qua ratione tegam?*
*Quod tam noſtra diu ſiluit modo ruſtica Clio,*
*Et ſcio me ueri criminis eſſe reum.*
*Si tamen admittis tenuis purgamina culpæ:*
*Commoditas muſis non fuit ulla meis.*
*Non laurus, plectrumuè dei, non enthea uatis*
*Pectora turbidulis ſurripit Iſter aquis.*
*Mecænas mihi nullus erat, nec prodigus ore*
*Pollio reſtituit aruula rapta mihi.*
*Ergo qui poteram turbato pectore ſortem,*
*Et genus & mores commemorare tuos?*
*At cecini, dices, ad magni Cæſaris urnam:*
*Sic deſertus olor morte premente canit.*
*Crede mihi incultis ſterileſcunt uitibus uuæ:*
*Nec ſegetes reddit non bene cultus ager.*

*Poëtæ uenerandi & non deſpi- ciendi ſunt.*

*Fauſtus Andrelinus poëta.*

*Nomina doctiloqui non ſunt ſpernenda poëtæ,*
*Nomina non uiles inter habenda uiros.*
*Rebus in humanis nil eſt precioſius illo,*
*Qui ſua Gorgoneis ora rigauit aquis.*
*Cui tantum natura fauet, cui ſpiritus ingens,*
*Cui furor ætherea miſſus ab arce uenit:*
*Inclyta uirtuti tribuit, qui nomina famæ,*
*Quo ſemel offenſo quisquis ab hoſte cadit.*
*Res tamen arcta domi eſt, fateor, ſed maxima uati*
*Gloria gemmiferis anteferenda uadis.*
*Nil habet, eſt ipſi contempta pecunia uati,*
*Charius eſt laudi conſuluiſſe ſuæ:*
*Ignaui tumidos populi contemnit honores,*
*Non facit ad doctos uulgus inane uiros.*
*Nos ſyluæ, nos antra iuuant, nos deuia tantum*
*Rura, nemus, fontes, flumina riuus habet.*
*Sunt ea ſcribendis quæſita ſilentia rebus,*
*Aptior eſt multo ſylua nemuſq; foro.*
*Nulla tamen noſtras eneruant otia mentes,*
*Maxima ſunt uanos damna præeſſe dies.*
*Hic repetit primas ueteres ab origine cauſas:*
*Hic ſua Phœbeos ſub iuga ducit equos:*
*Concinit hic pigri tardantia plauſtra Bootæ,*
*Hic nunquàm uetito ſydera merſa mari.*
*Ille Gigantæo ſparſa eſt ubi ſanguine tellus,*
*Hic noua magnorum concinit acta ducum.*
*Vos, quibus æternæ facimus uaga murmura famæ,*
*Digna decet larga dona dediſſe manu.*
*Exiguo, reliquis quæ dantur, tempore reſtant:*
*Quæ data ſunt uati munera, ſemper habes.*

*Magna utilitas poëtarum lectionis: ex Horat. lib. 2. Epiſtol. ad Auguſtum.*

*Scribimus indocti, doctiq; poëmata paſſim.*
*Hic error tamen, & leuis hæc inſania, quantas*
*Virtutes habeat, ſic collige.*
*Torquet ab obſcænis iam tum ſermonibus aurem:*

Mox

*Mox etiam pectus præceptis format amicis,*
*Aſperitatis & inuidiæ corrector, & iræ.*
*Rectè facta refert, orientia tempora notis*
*Inſtruit exemplis, inopem ſolatur, & ægrum.*
*Caſtis cum pueris ignara puella mariti*
*Diſceret unde preces, uatem niſi muſa dediſſet?*
*Poſcit opem chorus, & præſentia numina ſentit,*
*Cœleſtes implorat aquas, docta prece blandus*
*Auertit morbos, metuenda pericula pellit,*
*Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum.*
*Carmine Dij ſuperi placantur, carmine manes.*

*Carmen ueræ opes.*

*Cum fuerit uacuis manibus capitale uerendos*
*Cæſaris Aſſyrij crimen adire lares:*
*Scandere dux celſos timuit mea muſa penates,*
*Munere regifico ni comitata foret.*
*Copia nulla mihi, flaui tibi nulla metalli*
*Cura, nec occiduo ditior orbe uiget.*
*Ergo det alter opes, ego princeps do tibi carmen,*
*Nec maius uates, quod dare poſſit, habet.*
*Gratius argento, fuluo precioſius auro*
*Carmen, & hoc tanto principe digna magis.*
*Verè carmen opes: nam cætera carmina præter,*
*Fortuna inſtabili datq; rapitq; manu.*
*Excipias igitur placido mea carmina uultu,*
*Parua nec audacis munera ſperne uiri.*

*Carmina præſtant omnibus diuitijs.*

*Paule decus patriæ, parui lux magna Naonis,*
*Natus Amalthæa gloria prima domo.*
*Si tibi Pactolus fuluum ſine fine metallum*
*Afferat, aut dites lydius Hermus aquas.*
*Quicquid & Eōa nudus legit Indus in unda,*
*Ornet inauratos, accumuletq; lares.*
*Nil dederis lepido, mihi crede, decentius unquàm*
*Carmine, non maius numina munus habent.*
*Eſt ratio, labuntur opes, ſunt friuola rerum*
*Omnia: ab æterno carmen ubiq; uiget.*

*Ouidius lib. 4. de Ponto ad Suilium.*

*Muſæ uetant ſuos mori.*

*Carmine fit uiuax uirtus, experſq; ſepulchri,*
*Notitiam ſeræ poſteritatis habet.*

*Horatius in Odis. 8. lib. 4. ad Cen.*

*Dignum laude uirum muſa uetat mori.*
*Cœlo muſa beat.*

*Laus carminum.*

*Magnanimo qui dat regi uel rura, uel aurum,*
*Argentum, menſas, coccina uaſa, domos.*
*Dat cupidè Curio Craſſo, paruoq; potenti,*
*Munera Fabricio pernicioſa Mydæ.*
*Non aurum cupiunt pulchræ ſed laudis honores*
*Et decus & clari nomina clara duces.*
*Carmina qui regi, regum fert munera, uitam*
*Carmine poſt uitæ tempora Cæſar habet.*
*Carmine defunctus magnus nunc uiuit Achilles,*
*Semper & Alcides carmine uiuus erit.*
*Dices fortè tuum carmen non uiuit, at illud*
*Viueret ut feci, ſit uoluiſſe ſatis.*

*Carmina neminem intermori ſinunt modo quis laudabilis ſit. Ex Oda. 8. Hora. lib. 4. ad M. Lollium conſulem.*

*Vixere fortes antè Agamemnona*
*Multi, ſed omnes illachrymabiles*
*Vrgentur, ignotiq; longa*
*Nocte carent, quia uate ſacro*
*Paulum ſepultæ diſtat inertiæ*
*Celata uirtus.*
*Non ego meis Chartis inornatum ſilebo*
*Totue tuos patiar labores impune*
*Lolli carpere liuidas obliuiones.*

*Carmina neminem interire ſinunt.*

*Gloria præclaris ducibus poſt funera uatum*
*Carminibus doctis non moritura uenit.*
*Sic non tam clarè referunt Chartaginis altæ*
*Mœnia ſe nobis igne peruſta diu.*
*Non celeris fuga bellantis reiecta retrorſum*
*Hannibalis nobilis, cladiferæq; minæ,*
*Nota forent: forſan non nouiſsemus & ipſum*
*Affrica quem miſit, nomine uicta alio.*
*Eſt ea uis doctis ô Cyſce iocunde poetis,*
*Illis ut clades nulla nocere queat.*
*Chartæ ſi ſileant, ſi quid benefeceris ipſe*
*Mercedis facti cæperis inde nihil.*
*Ilion euerſum quid quæſo laudis haberet?*
*Quæq; futura tibi Romule fortis erat?*
*Sic quoq; quæ nullo procurat reddere menti,*
*Antiqua ex libris diſcimus illa nouis.*
*Sic uirtus, uatum fauor, atq; potentia linguæ*
*Aeacum ab infernis reſtituere locis.*
*Dulcibus hinc epulis ſummi Iouis impiger aſtat*
*Hercules, ac unà fercula grata capit.*
*Dignos laude uiros infernas ſcandere noctes*
*Non fert, ſed ſedes ponit ad æthereas.*

*Carmina lætum animum & liberum à curis omnibus expetunt. Cymbriacus.*

*Et tu Caſtalidum cultor ſtudioſe Sororum*
*Phoſmagone, hæc quondam carmina noſtra leget.*

Tum

*Tum dices, noſtro ſunt cæſar tempore uates,*
*Ad cytharam numeris qui tua facta ferant.*
*Ocia ſi dederis toties ſperata Camœnis,*
*Vt tibi ſecuri plectra mouere queant.*
*Qualis erat quondam uafri laudator Vlyſsis,*
*Tunc cum Smyrnæas ſcriberet Iliadas.*
*Qualis & Andinus uates, quum ferret in oras*
*Aenæam Latias, Iliacoſq; Deos.*
*Aut cum Marmoreis caneret Lucanus in hortis*
*Prælia ciuili geſta nephanda manu.*
*Aut cum laudaret lepidum Verona Catullum,*
*Delia bella ſuum, Cynthia bella ſuum.*
*Carmina proueniunt numeris deducta ſerenis:*
*Eſuriens certè non bene cantat olor.*
*Nec magno conſtant uates uiliſsima rerum*
*Pars, cupidæ uobis pluris emuntur opes.*
*Quæ pereunt uſu: quum longos carmina honores,*
*Et laudes ſemper in noua ſecla ferant.*

*Carminum nulla merces, nec honor eſt. ad Pergerium.*

*Do quod carmina ſerius, putato*
*Id cauſſæ mihi Pergeri fuiſſe,*
*Quod non eſt precium meis Camœnis:*
*Cum ſint cæſareis coquis honores,*
*Et tibicinibus ſatis potentes.*
*An, te oro, eſuriet ſacer poëta,*
*Qui de carminibus poteſt ſonoris*
*Annos addere cæſari Sybillæ,*
*Parcarumq; colos diu morari,*
*Et facta inclyta mittere ad nepotes?*
*Sed mi, dum uigilo, periit papyrus,*
*Et magni emptum oleum uocat lucerna,*
*Tum ueſtes nimio teruntur uſu,*
*Inſomnes mihi pruriunt ocelli,*
*Dum noctes alijs meas repono.*
*Verum hæc nemo hominum mihi reſarcit,*
*Sic grati pereunt dies & anni,*
*Occultis pedibus uenit ſenectus,*
*Dum Phœbum ſequor, & nouem ſorores,*
*Et plectris ferio lyram ſonoris.*
*Impune ô mala cæcitas, canentem*
*Verſus ſolicitat furens egeſtas:*
*Et gratis tamen audiunt poëtam.*

*Carmina nil commune habent cum curis.*

*Anxia mens hominum, curis confecta dolore &,*
*Non potis eſt cantus pandere Pierios.*
*Carmina proueniunt cytharam pulſando ſonoram,*
*Triſtia cum lætis non bene ſigna cadunt*

*Carmina ſcripta potoribus aquæ non diu manent.*

*Priſco ſi credis, Mœcænas docte, Cratino*
*Nulla placere diu, nec uiuere carmina poſſunt,*
*Quæ ſcribuntur aquæ potoribus, ut male ſanos*
*Aſcripſit Liber Satyris Faunisq; poëtas:*
*Vina ferè dulces oluerunt mane Camenæ.*
*Laudibus arguitur uini uinoſus Homerus.*
*Ennius ipſe pater, nunquàm niſi potus ad arma*
*Proſiluit, dicenda forum putealq; Libonis*
*Mandabo ſiccis adimam cantare ſeueris,*
*Hoc ſimul edixit: Nec ceſſauêre poëtæ*
*Nocturno certare mero, putere diurno.*

*Hinc Atheneus i. Dipnoſophiſtarum libro.*

ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις. id eſt.
*Aquam bibens nihil probum & utile paries.*

# PRAECEPTORES.

## *Magiſtri, ludi, ſcholici moderatores, diſcipuli, officia magiſtrorum, ac diſcipulorum.*

### LVDIMAGISTRI OFFICIVM HONESTVM.

*Eraſ. in lib. Epiſtolarum.*

CVm inter magiſtros aliquot, pponerē de hypodidaſcalo, quidam non infimæ opinionis ſubridēs: quis, inquit, ſuſtineat in ea ſchola uitam agere inter pueros, qui poſſit ubiuis quomodocunq; uiuere? reſpondi modeſtius: hoc munus mihi uideri uel in primis honeſtū, bonis moribus ac literis inſtituere iuuentutē: neq; Chriſtum eam ætatem cōtempſiſſe, & in nullum rectius collocari beneficium, & nuſq̃ expectari fructū uberiorem, utpote cum illa ſit ſeges ac ſylua reipub: addidi, ſi qui ſint homines uerè pij, eos in hac eſſe ſentenita, ut putent ſe ſe nullo officio magis demereri Deum, quā ſi pueros trahant ad Chriſtum. Pueri Chriſto amati ſunt.

*De conditione ludimagiſtrorum. Eraſmus in farragine Epiſtolarum, ad Ioannem Sapidum.*

Porrò ſortem tuam, ut laborioſam eſſe non negauerim, ita tragicam (ut tu uocas) aut deplorandam eſſe prorſus inficior. Ludi literarij magiſtrum eſſe, proximum regno munus eſt. An tu putas ſordidam eſſe functionem, primam illam ætatem tuorum ciuium, optimis literis, & Chriſto ſtatim imbuere, totꝗ probos & integros uiros patriæ tuæ reddere? ſtultorum opinione humilius eſt, re longè ſplendidiſſimum. Etenim ſi Ethnicis quoꝗ ſemper præclarũ, magnificumꝗ fuit de repub. benè mereri, dicam audacter, nemo melius de ea meretur, quàm rudis pueritiæ formator, modo doctus, & integer: quæ duo ſic in te paria ſunt, ut neſcias utro teipſum ſuperes. Iã quod in ſalario diminutum eſt, Chriſtus ipſe de ſuo penſabit abundè: ſiquidem ipſa uirtus ſatis amplum ſui premium eſt. Neꝗ uerò quicꝗ moueat animum tuum, quod uides quorundam ignauiſſimo ocio tantum annui cenſus è publico decretum, qui ſibi uiuant, uel principibus inſeruiant, at non ex uſu reipublicæ: ei uerò, qui communis eſt omnium liberorum parens, & in re maximè omnium neceſſaria tantis ſudoribus agit publicum negocium, tam malignum ſtipendum exolui: integrum & incorruptum uirum munus hoc requirebat, cuiꝗ uel gratuitas, pietas, cordi ſit. Itaꝗ magnitudo ſalarij, dignitaſꝗ ꝓpoſita, ſceleratiſſimum quemꝗ ad hoc negocium pelliceret. Ipſe, mi Sapide, dignitatem addes ex tuis dotibus: munere ſi parũ apud homines ſplendido, certè apud Chriſtũ magnificentiſſimo decoraberis.

*Miſeria Pædagogorum:* Ex Borbonio.

*Qui nunc me uideo eſſe pædagogum,*
*In prædiuite ſum domo moratus,*
*Contriuiꝗ bonos miſer tot annos,*
*Guſtando mala, gratiaſꝗ agendo,*
*Sperando, ingenuèꝗ ſeruiendo,*
*Tantorum mihi præmium laborum*
*Sunt, ſerò ſapere atꝗ pœnitere,*
*Tabeſꝗ, ſenium. Ergo nunc ab aula*
*Ad caulam uenio, quid eſt agendum?*
*Sole perfugium fidele, & unum,*
*Si quas calleo, literæ ſuperſunt.*
*Hec iam me pudet eſſe Pædagogum.*

*Præceptor à diſcipulis & uirtute & habitu differat.* B. Mantuanus, *de uita beata.*

Quis eſt qui neſciat æquum eſſe, ut à diſcipulis præceptor, nedum uirtute diſcernatur, uerumetiam grauiori quodam, & honeſtiori habitus priuilegio? partim quia diſcipulo maior eſt præceptor, partim quia modeſta corporis ornamenta non paruo adiumento uirtutibus animi ſunt ad comparandam grauitatẽ, ut uulgaris tumultus ac cupiditas reprimi poſſit, ac gubernari. Præceptor eſt maior diſcipulo.

MVNVS PRAECEPTORIS.

*Aldus Manutius Romanus.*

Primum memineritis oportere uos eorum, quos accepiſtis inſtituendos, ſic ſatagere, ut ſimul & docti fiant, & imbuantur moribus: quia quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorẽ teſta diu: atꝗ adeo à teneris adſueſcere multum eſt, nec ſolum rectores, magiſtroſꝗ uos eſſe adoleſcentiũ, ſed & parentes putetis: ſcitis enim illud, qui præceptorem ſancti uoluère parentis eſſe loco: equidem bonos maloſuè uos eſſe tantum referre exiſtimo, ut auſim dicere, bonorũ malorumꝗ omnium, quæ ubiꝗ fiunt terrarum, uos eſſe potiſſimam cauſſam: nam iuris conſulti, philoſophi, rectores urbium, principes duceſꝗ, ac reges, nec non monachi, ſacerdotes, epiſcopi, cardinales, ipſiꝗ ſummi pontifices, & deniꝗ quicunꝗ uel ſolas literarum notas tenent, ſub diſciplina olim ueſtra fuere paruuli, à uobis inſtituti ſunt, uirtus ueſtra uitiumúe eorum profuit aut nocuit moribus. Tantum ualet longa conſuetudo, ut ſi cum ſancto diu uixeris, ſanctꝰ futurus: ſi cum peruerſo, peruertaris. Siquidem (ut inquit Fabius) Leonides Alexandri Pædagogus, quibuſdam eũ uitijs imbuit, quæ robuſtum quoꝗ & maximũ regẽ ab illa inſtitutione puerili ſunt proſecuta. Quamobrem quantũ boni, ſancti præceptores ciuitatibus ꝓſint, nõ facile dixerim: quantum obſint praui, & uitioſi, non queo dicere. Quare non poſſum non multum mirari, Sãcti præceptores & boni, item mali.

nullam

nullam ferè puerorum patribus, & rectoribus urbium, in eligendis præceptorum moribus eſſe curam. Non animaduertunt, quantum inde boni, maliùe infundatur in ciuitates: nam quales ſunt qui inſtituunt, tales & qui inſtituuntur, uelint nolint, euadent longa die.

*Longa dies homini docuit parere leones:*
*Longa dies molli ſaxa peredit aqua.*

Videte igitur uos, qui & longo tempore, et aſſiduè teneros, & ſimplices adoleſcentulorũ animos inſtituitis, quantum & prodeſſe poteſtis, & obeſſe hominibus. Quod ſi quiſq; eſt ſic oblitus ſui ipſius, ut agnos ſuæ commiſſos fidei ceu lupus deuoret, heu quanta illũ pœna apud Manes uel breui expectat: nã qui ita pernicioſi ſunt, ut non ſolũ obſint, quod ipſi corrumpuntur, ſed & q̃d corrumpunt, pluſq; exemplo quã peccato nocent: immatura morte, ne tantũ obeſſe queant.

Magna pœna expectat eos qui pueros fidei ſuæ commiſſos nõ rectè educant.

*Petrarcha de remedio proſperæ fortunæ.*

D. Excellenti præceptore glorior. R. Alieno necdum deſinis gloriari: quid ad te excellentia preceptoris tui? crede, quod ſæpe reputo, intra te ſit oportet, quod te faciat glorioſum, de te qualis tu diſcipulus ſis uideto: an neſcis multos ſtultos ac hebetes fuiſſe in ſcholis Socratis aut Platonis?

*Eraſmus in paracleſi hæc de ludimagiſtris narrat.*

Hæc inq; plebeia, ſi præſtarent pro ſua ſorte principes, ſi in concionibus inculcarẽt ſacerdotes, ſi pueris inſtillarent ludimagiſtri potius, quàm erudita illa ex Ariſtotelis & Auerrois deſumta fontibus, non ſic perpetuis penè bellis tumultuaretur undiq; res chriſtiana, non tam inſano ſtudio, per phas nephaſq; congerendi diuitias feruerent omnia, non tot litibus ubiq; preſtreperent ſacra pariter ac prophana: deniq; non titulo tantum, & ceremonijs differremus ab ijs, qui Chriſti philoſophiam non profitentur. Siquidem in illis trib⁹ hominum ordinibus præcipuè ſitum ẽ Chriſtianæ religionis uel inſtaurandæ, uel augendæ negocium: in principibus, &, qui horum gerunt uices, magiſtratibus: in Epiſcopis, & horum uicarijs ſacerdotibus, & in ijs, qui primam illam ætatem ad omnia ſequacem inſtituunt. Quos ſi omiſſo negocio ſuo contingat ex animo conſpirare in Chriſtum, nimirum uideremus haud ita multis annis uerum quoddam, ut & Paulus inquit, γνήσιον Chriſtianorum genus paſſim emergere, quod Chriſti philoſophiam non ceremonijs tantum & propoſitionibus, ſed ipſo pectore, totaq; uita referret. His armis longè citius pellicerent ad Chriſti fidẽ Chriſtiani nominis hoſtes, quàm minis, aut armis: ut omnia iungamus præſidia, nihil ipſa ueritate potentius.

Principes Epiſcopi, Ludimagiſtri miſerũ illud & minis

deſpectũ hominum genus.

*Ludouicus Viues lib. 2. de anima, in titulo de ratione ſtudij.*

Externa ſunt, magiſter & inſtrumentum: Magiſtro non ſatis eſt benè, quæ profitetur, ſcire, niſi expeditè ea poſſit explicare, & artem dexteritatemq; ad rẽ adiungat: quod ſi contingat, breuiter in magnam eruditionem docilis diſcipulus euadet.

*Idem eodem libro.*

Alterum præceptoris officium eſt, emendare ac corrigere, quod non minus eſt utile, quàm umbratilis explicatio præceptorum, & eo magis ſi corrector, cur quicq; uel probet uel reijciat, tum norit ipſe, tum ſciat tradere, & uelit diligenter explicare. Vitamus enim damnata, pergimus qua uidemus cum preire, ac nos ducere. Quod ſi ſolidi ſit, & exacti iudicij præceptor, plus ab emendatione paratur iudicij, quàm ex alijs omnibus ſcholæ exercitamentis.

*Philelphus libro 2. de educatione liberorum.*

Pædagogi graues ſint in primis, liberiq; ab omni uitæ crimine: dehinc egregiè docti: nam quemadmodum nutricum quanto purius incorruptiuſq; lac fuerit, tanto infantium, qui eo alunt, ualetudo magis atq; robur adiuuatur:

Ita

Ita ij, qui electiores literas & mores habuerint, eò etiam diſciplinis firmiora relinquent probitatis & doctrinæ altius demum ſurrectura ueſtigia. Nec dubitandum eſt, quin à principio præſtantiſſimis pueris doctor eligatur, licet ad imbuendam rudem adhuc ætatem mediocriter etiam doctus quiſque ac gregarius ſufficere uideatur. Nam quò eruditior fuerit, eò faciliorem, clarioremq́; doctrinam miniſtrabit, quæ puerorum maximè nutrit ingenia, iacent etiam in eis certiora literarum, ac rectiora fundamenta, quæ non aliter ac iacta fuerint, perpetuò ſecum ſedebunt, atque infixa perdurabunt. Præſtabit quoque eruditores eis præficere placidi ac mitis ingenij: Nam præceptorum inhumanitas maximè impedit profectum, qui ad literas in ea ętate fit. Imitantur etiã facilimè pueri mores, quos in maiorbus ſuis aſſiduè conſpiciunt: in quo præclarum eſt illud, quod apud Platonem educatum puerum, ad parenteſq́; poſtea reductum, cum ſublata uoce excandeſcentem conſpicerent patrem, dixiſſe ferunt: Nunquam hæc apud Platonem uidi.

Sarpedon præceptor Catonis.

Catoni fuit pædagogus Sarpedon, homo comis atq́; urbanus, & qui uerba magis, quàm uerbera in promptu haberet, quod illi admodum ad literarum morumq́; rationem profuit, parebat ei Cato, faciebatq́; omnia illius iuſſu, ſingulas cauſas rationeſq́; ab eo efflagitans, ac tanquam diuinum quoddam oraculum obſeruans. Præſtat igitur, ut magiſtri pueros ſibi commendatos, non aliter, quàm filios omni cura & amore proſequantur, nullum denique refugientes in erudiendis eis laborem, pro quibus cũ perfectam ad eruditionem euaſerint, non minus gaudebunt, quàm agricolæ pro plantatis arboribus, ubi dulcem edunt fructum. Hæc ille.

# PRINCEPS.

## *Principatus.*

PRINCEPS dicitur, qui aliquot urbes ſeu ciuitates ſub ſe tenet et poſſidet. Dictus princeps, quaſi primum caput; & principatꝰ dominatus, uel imperium. Regna autem dicuntur, integræ regiones, quæ à rege poſſidentur. Hinc reges à regionibus poſſeſſis dicti: Ita Gallia regnum eſt, & dicitur rex Galliæ, qui præſidet ei: item Boëmiæ, Vngariæ, Poloniæ &c̃. dicuntur & principes, optimates ciuitatis, qui rempublicam adminiſtrant. Nonnunquam principes uocantur domini: ſic Auguſtus princeps, Nero princeps, Caius princeps notantur: Vnde principatus deriuatur pro dominatu, Græcis ἄρχος dictus, & ἀρχὴ principatꝰ. Vocatur & imperator princeps. ff. de conſtit. prin. per totum. Princeps, id eſt, primum locum tenens. Extra de elect. c. cupientes in Pan. lib. 6. & ibi Ioannnes And. C. de principibus agen. in rebus, lib. 12. Princeps ex diuina ordinatione ad regendum populum inſtituitur. 8. q. 1. c. Ergo. Et eius officium eſt cogitare de utilitate communi: deinde ſingulorum: item proſpicere illum oportet, ut ſubditi in pace, ſecuri ac tranquilli uiuere queant. In Auten. De hæred. et falcid. collat. 1. ibi quid princeps. Principes ciuitatis dicuntur magiſtratus. ff. de excuſa. l. Spadonem. §. ſi ciuitatis. Item principes pro maioribus officialibus accipiuntur in iure. C. de offic. diuerſ. Iud. l. fui. Dicitur & papa princeps. Porrò & prælatus. extra de Reg. Iur. c. 2. 25. diſtin. c. Eccleſiæ principes. Vide Egidium in tractatu de regimine principum.

Lege hæc ex iure.

Ad Rom: cap. 13.

PRINCIPEM ESSE NECESSARIUM, *rationibus quibuſdam ſubſequentibus colligitur.*

Salomonis præclara eſt ſententia, ubi inquit: Vbi non eſt gubernatio, diſſipabitur populus. In omnibus ꝓfectò, quibus

bus certus aliquis eſt propoſitus finis, in quibuſq; ſic aut aliter procedere contingit, opus eſſe dirigente aliquo nemo dubitat, ſi modo ad præſcriptum finem perueniendum fuerit. Neq; enim nauis uentorum flatibus expoſita diuerſis in portum appellat unquam, niſi id agat præſidentis induſtria. Sed homini eſſe finem quendam propoſitum, ad quem uita & actiones tanquam ſcopum dirigantur, non eſt, opinor, qui ambigat: etenim per intellectum agit, cuius ex fine diuerſa eſt operatio: diuerſo autem calle ad eum ipſum homines perduci, ſtudiorum diuerſitate notiſſimum. Proinde aſſiſtat neceſſe eſt quiſpiam, à quo intendatur, dirigaturq; ad finem, ad quē inſito rationis lumine ferimur. Aptiſſimum igitur eſt unum aliquem eſſe debere, cuius conſilio & prudentiæ reliqua ſubijciatur multitudo: alioqui multis cohabitantibus, & unoquoq; ſua commoda procurante, nullo negocio dilaberentur res, ni princeps aliquis præſideret, qui publico bono tanquam mitis parens, ut ab Homero dictum conſuleret: ſicut & hominum cæterarumq; animantium diffluerent corpora, niſi uis aliqua foret excellētior, quæ aſſiſtens membrorum aleret cuſtodiretq; compagem. Igitur neceſſe eſt, præter id, quod mouet ad proprium uniuſcuiuſq; bonū, eſſe item, quod commune omnium diſtribuat, cōponatq; bonum: nam & in omnibus, quę in unum ordinantur diſponunturq;, quiddam pernoſcitur, principis gerens uicem: ſiquidem in corporum uniuerſitate, corpus primum, id eſt, cœleſte, reliqua corpora quodam diuinæ prouidentiæ munere, ordineq; diſpenſat atq; moderatur. Omnia uerò animantia rationale animal regit, hominem ipſum diuinior anima. Cœlius lib. 13. cap. 29. & 30. Antiqua. lectionum.

Principis officium ac munus eſt, ita regnum gubernare, & ei præſidere, ſicut corpori præſidet anima, & amplius, & ueluti mundo Deus: tum ſuborietur manſuetudinis & clementiæ lenitas, dū ſingulos ipſi obnoxios, perinde habet ac corporis ſui membra, cogitabitq; id ſolum fulmen, quod Iuppiter mittit, placabile eſſe: pernicioſum id, quod deliberauit, &, ut Seneca inquit, alijs quoque Dijs autoribus miſit: quia Iouem, id eſt, regem prodeſſe etiam ſolum oportet, nocere non, niſi cum pluribus uiſum eſt.

PRINCEPS, EIVS OFFICIVM, *bonus, malus, principatus, imperium.*

*Iſocrates ad Demonicum.*

εἰς ἀρχὴν καταςαθεὶς, μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς τὰς διοικήσεις: ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτοι σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν. Id eſt: Imperium gerens nullius mali opera ad gubernandum utere: illius enim peccatorum cauſæ in te referentur.

*Solon Athenienſis.*

ἄρχε πρῶτον, μαθὼν ἄρχεσθαι: ἄρχεσθαι γὰρ μαθὼν ἄρχειν ἐπιςήσῃ. Id eſt: Impera ubi prius didiceris parêre: regi enim cum didiceris, ſcies regere.

Bion dixit, oportere bonum principem ac magiſtratum diſcedentem non ditiorem, ſed clariorem euaſiſſe.

Agathon dixit, principem oportere trium meminiſſe: primum, quòd imperet hominibus: deinde, quòd ſecundum leges: tertiò, quòd non ſemper imperet.

*Græcè.*

τὸν ἄρχοντα τριῶν δεῖν μεμνῆσθαι, πρῶτον μὲν ὅτι ἀνθρώπων ἄρχει, δεύτερον ὅτι κατὰ νόμους ἄρχει, τρίτον ὅτι οὐκ ἀεὶ ἄρχει.

*Themiſtius ex Philotecno.*

Principatus & imperij nomen uerum mihi gerere uidetur ille princeps, qui auro inexpugnabilis, ratione facilis captu ſit, libertatem exerceat, magnanimitatem laudet, & contumaciam ſibi uicinā caueat.

*Euſebius Sardus.*

Illum, qui alijs præeſt & præcipit, nō poteſtate ſolùm regendi ac imperandi, ſed dignitate prudentiaq; ſubditis antecellere conuenit. *Idem.*

Homines inobedientes ſunt illis, qui cum iniuſtè uiuant, alijs præeſſe uolunt: Obedientiam autem facilem ad ea, quæ princeps uel ipſe, uel per alium præcipit, apud ſubditos efficiet quiuis, qui, quæ ipſum facere decet, diligenter exequitur, & eorum, quæ agere conuenit, ſubditis ſeſe exemplum præbet.

*Idem.*

Boni principis eſt hoc unum proprium lucrum, & inſtar infinitorum aliorū, omnia ſic facere, ut & in ipſo imperij tpe, & poſt id, iuſticiæ ac bonorū omnium à ſubiectis teſtimonium habeat.

QVALEM PRINCIPEM ESSE *oporteat, id eſt, non ſolùm ſubditorum patrem & paſtorem, ἀλλὰ τὸν ἤπιον ἤπιον φέρων, ut Homerus inquit.*

*Idem Euſebius Sardus.*

Vir princeps & priuatus quilibet intelligat, quod qualis fuerit ipſarum rerum actionumq́; quas agit, natura, talē quoq; ex ipſis memoriam & famam, uel bonam uel malam conſequuturus ſit. His conſideratis, ita demum alterutram uiam ingrediatur, uel eam, quæ perducit ad infamiam, uel quæ ad memoriæ ſplendorem: & illam, quæ ei melior futura uidebitur, anteponat.

*Idem.*

Principatum gerens ne reminiſcaris inimicitiarum & diſſenſionum, ſi quæ prius tibi cum aliquibus interceſſerunt: Non enim ad regnandum promotus es, ut teipſum ulciſcaris, uerùm ut imperio tuo ſubditos etiam ab aliorum inſidijs ſecuros atq; tutos cuſtodires: & ut cuſtos eſſes recti, & magnæ Deæ iuſticiæ miniſter ac interpres. Itaq; ſi quid admiſeris præter eius ſententiam, aut deceperis ipſam, uelut in Deā maximam delinquens, tum ab ipſa, tum à conſtitutis circa eam genijs cuſtodibus & ultoribus pro factis uindictam expectato.

*Idem.*

Si conſtitutus in magiſtratu inimicitiæ memor fueris, in deteriorem conditionem teipſum das, & grauitate ac ſanctitate, quæ requiritur in principe, teipſum priuabis apud conſcios tibi, qđ inimicitiæ indulgeas, & pro ſanctiſſimis nominibus, & ꝓ iudice, inquā, ac principe cauſam agentium hoſtis eorum turpiſſimo nomine appellandus ſis.

*Idem.*

Principatum, quem geris, ornes, teipſum uerò non immutes: neq; enim per magiſtratum tibi quicquam acceſſit, neq; eo depoſito decedet.

*Idem.*

*Ἀρχὴν λαβὼν μὴ ἐπαίρεο, οὕτως δὲ διατέλει: οὕτω γὰρ καὶ ἀποθέμενος, οὐκ ἀφῃρῆσθαι τοῦ σεμνύνοντός σε νομισθήσεται.* Id eſt: Magiſtratum nactus non extollaris, ſed idē permaneas: ſic enim depoſito quoq; magiſtratu non priuatus exiſtimaberis, eò quod te illuſtrauerit.

*Idem.*

Vir bonus, qui gentis alicuius, aut ciuitatis imperium ſuſcepit, nō propter fiſcum, aut dona cupiendi, & à diuitibus pecuniam comparandi cauſa, ſimilis eſt homini, qui pretioſum aliquod depoſitū accepit: ut hic enim quod datur, non retinendi, aut ſibi uendicandi gratia ſumit, ſed ut cuſtodiat, & integrum reddat ei, qui depoſuit, quandocunq; repetiuerit: ita principem quoq; non ob quæſtum priuatum, ſed ſalutem cuſtodiamq́; ſubditorum omnia facere oportet, ſic ut ipſos quoad efficere poteſt illeſos, & in felici ſtatu, ei, qui credidit, reſtituat.

*Democritus.*

Homines meminerint magis malè q̃ benè factorū: ſic enim fieri decet, quemadmodum illum, qui reddidit depoſitū, laudari non oportet, qui uerò non reddidit, is uituperari & puniri debet: Similiter de principe res habet, non enim ideo creatus eſt, ut læderet, ſed ut iuuaret.

*Sopater in epiſtola ad Hemetenum fratrem, de gubernando imperio.*

Imperio dignus fieri debes, non Reip. ſtatu, ſed uirtutis & animi erga ſubditos excellentia. Scias igitur te ſubditorum ſingulis pręſtare communi pro omnibus cura, & ſolicita gubernatione pro uniuerſa Repub.

*Ibidem.*

Quos autem prius non cognoſcebas, & nihil ad te pertinere putabas amplius, quàm quiuis homo communem hominum naturam, illos iam princeps factus reuereri debes, ceu iam notos & familiares, ac omnes tibi amicos eſſe uidens, paterna beneuolentia complecti. Homero certè non ſatis fuit principem ſimpliciter ſubditorum patrem appellaſſe, quamuis haud aliud nomen inter homines benignius inueniri poſſet, ſed ad patris uocabulum adiunxit quoq; manſuetum, ſimul & parentibus & bonis principibus huiuſmodi nomenclaturam cōuenire ratus.

*Ibidem.*

Curam quidem & prouidentiam ſubditis debitam omnibus tribuere animū inducas: illos uerò, quos uſu bonos eſſe cognoueris, morum familiaritate tibi cō cilies. Fugienda eſt ſuperbia, & coniuncta ei uitia, ut ſunt: arrogantia, & perti-

nacia, tanquam humilis uiliſq; animę affectus: Sui enim obliuiſci propter phantaſiam breuis imperij, magnam puſillanimitatem arguit. Curandum eſt tamen, ne dum probroſos iſtos exceſſus malitiæ uitamus, in alteram improbitatis extremitatem turpiter impingamus: lenitatem dico, & humilem animi uilitatem, malos mores pro malis prioribus commutantes. Quamobrem oportet uerè imperantem, manſuetum ſimul & grauem erga ſubditos tum uideri, tum eſſe.

*Ibidem.*

Nec ira in ſubditos utendum eſt, neq; peccantibus inſtitutum ſuum ſine reprehenſione relinquendum: nam iracundia principem ab inſanis nihil differre ſignum eſt: hoc uerò leuitatem ad peccandum in ſubditis gignit.

*Ibidem.*

Præbe teipſum ſimul & clementem & malis infenſum; lentè quidem puniendo, clementiam: malis autem indignando improbitatis odium præ te ferens: Vt hoc quidem, fugienda eſſe mala, illud autem, non nimis implacabilem ijs, qui peccauerunt, eſſe fortunam: documento ſit.

*Ibidem.*

Abſtinendum eſt etiam dicterijs uerè imperantibus: nam qui ridiculis gaudet, imperij maieſtatem imminuet.

*Ibidem.*

Quin & à conuitijs purus ſit princeps: hoc enim præcipitis imperitorum hominum iracundiæ ſignum eſt.

*Ibidem.*

Admonitionm duo genera: alterum acriter obiurgans, alterum leniter curans, argumenta mihi uidentur probi principis.

*Ibidem.*

Imperandi modum ſingulorum moribus decenter accommodato: cum probis moderatè, cum ſupinis uehementer, cum audacibus acerbè, cum cautioribus deniq; leniter agens.

*Ibidem.*

Oportet autem à peccatis arcere per neceſſitatem ſuadelæ coniunctam: his uerò, qui deliquerunt, moderatam iuſticiæ caſtigationem inferre, ita ut parua quidem & uulgaria peccata diſſimulentur (nec enim conducit & quælibet, & omnia ſimpliciter punire, neq; cognoſcentem negligere) quæ uerò iam ingraueſcunt, ijs cura ſecundum leges adhibeatur.

*Ibidem.*

Deſiderandum quidem eſt, animam quoad eius fieri poteſt à uitijs puram eſſe, interim tamen cogitabis, homini congenitum eſſe peccare. Quocirca qui punit homines tanquam impeccabiles, modum tranſgreditur rectæ & ſecundum naturam caſtigationis. Exhibeas autem teipſum magiſtratui ornamentũ: non externis & temporaneis adumbrationibus glorieris.

*Ibidem.*

Gratiæ & beneficia, quæ iuſticiã tranſgrediuntur, ne gratiæ quidem mihi dici debere uidentur; amicas autem iuſticiæ nemo reiecierit ultrò, qui modo non ex quercu, aut petra natus ſit. Quandoquidem enim lex ſæpiuſculè duriores peccatis pœnas irrogat: ius, quod æquum: dũ auſteram legum ſententiam mitigans, inculpata mihi uidetur ueræ & liberæ gratiæ occaſio: uerum iudicia quidem, quæ occupantur circa iuſticiæ emendationem, in contractibus omnino nõ agnoſcunt gratiarum genus: Quæ autem circa delicta uerſantur, manſuetam & humanam gratiarum faciem non recuſant.

Lex.

Aequitas

*Archytas Pythagoræus de lege & iuſtitia.*

Cæterum oportet uerum principem non rectè tantùm imperare ſcire, ac poſſe, ſed etiam humaniter: turpe enim fuerit, paſtorem oues odiſſe, & pecoribus ſuis infenſum eſſe, quinetiam legitimus: ſic enim demum principis dignitatem habuerit. Scientia enim rectè iudicare poterit, poteſtate punire, humanitate beneficia conferre, deniq; ex legibus iſta omnia ſecundum rationem facere. Optimus autem erit princeps, qui lege diuiniſſima utitur, qualis futurus eſt, qui nihil ſui gratia facit, ſed omnia ꝓpter ſubditos: Nam lex quoq; non ſui, ſed ſubditorum gratia eſt.

*Iamblichus in epiſtola ad Dyſcolium.*

Verus princeps magna cum dignitate & bonitate præeſt, magnifica bonorum munera ſubditis exhibet, uictus abundantis, ſalutis omnimodæ, & uitæ tranquillitatis autor eſt. Hunc enim ſibi finē proponit honeſtus princeps, ut ſubditos feli-

felices efficiat: & tum ſanè præ cæteris, qui ab eo gubernantur, in primis eximius eſt, cum illi beatam uitam agunt, qui ſeipſos ei cōmiſerūt. Siquidē publica utilitas nō ſeparata eſt à priuata, quin potius in uniuerſali: ſingulis etiam utile continetur, & partes in toto ſeruantur, tum in animalibus, & ciuitatibus, tum in alijs quoq; naturis.

*Idem in eadem epiſtola.*

Inter omnia principum opera plurimum facio, & admiror magnanimitatem & magnificentiam, & maximè cum benè merendo de hominibus, non exactis & aureis rationibus utuntur, neque parcunt in largitionibus, nec tanquam in lance trutinæ æqualia pro æqualibus commutant; ſed gratiam ingenuè proferunt, non tantum ex ualis fundentes ipſas, ut poetæ canunt, nec alijs huiuſmodi organis incluſas, ſed nudas, intectas, & ſine uelamentis externis continuas, ſibiq; cohęrentes, benigniter & beneuolè porrigunt, ut decet & gratioſum eſt. Huiuſmodi enim gratiarum decus, meritò coronam imperij appellauerim.

*Idem in epiſtola ad Agrippam.*

Lex eſt commune bonum, ſine quo nihil bonum fieri poteſt. Cęterum oportet principem legibus præfectum, ſyncerè purgatum eſſe iuxta ſummam legum rectitudinem, ac neq; ſeductione, aut fraude falli per ignorantiam, nec uim inferentibus concedere, nec ulla occaſione iniuſta allici: nam ſeruatorem & cuſtodem legum, tam incorruptum oportet eſſe, quàm ſummè fieri poteſt in humana natura.

Cato maior peſſimum dicebat eſſe principem, qui imperare ſibijpſi non poſſit.

*Græcè ſic.*

κάκιστον ἔλεγε τὸν ἄρχοντα εἶναι τὸν ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον.

*Epictetus in Enchiridio.*

Quemadmodum ſi gubernare nauem conareris, omnino prius artem gubernandi perdiſceres; ita ciuitatem recturus, regendi diſciplinam addiſcito: ut enim illic nauis uniuerſa tuæ fidei committitur, ita hic tota Reſpub. gubernanda eſt.

*Ibidem.*

Si propoſueris ornamenta quæpiam ciuitati conſecrare, teipſum pulcherrimo manſuetudinis, iuſtitiæ, & beneficentiæ ornamento primum decores.

*Plutarchus ad imperitum ducem.*

Ratio ex philoſophia aſſidens principi, & uelut cuſtos in mente recondita, quicquid in potentatu periculoſum eſt, tanquam in athletico habitu demit, & ſalubre tantum relinquit. Verum multi regum ac principum ſine mente imperitos ſtatuarios imitantur, qui Coloſſos putant ita demum magnos uideri, ſi multum diuaricatos, diſtentos, & hiantes fecerint: Nam & illi (principes inquam) grauitate uocis, aſpectus aſperitate, difficultate morum, & conuerſandi aſpernatione, magnitudinem & ſeueritatem imperij exprimere ſe putant.

*Ibidem.*

Cæterum oportet, quemadmodum amuſſis, cum planè recta & minimè peruerſa fabricata eſt, cætera, quibus admouetur & accommodatur, dirigit: ſimiliter quoq; principem, ubi primum didicerit imperare ſibijpſi, & animum ſuum rectè inſtituere, & mores habuerit benè compoſitos, ita demum ſubditos regere. Nec enim cadentis eſt currere, aut incōpoſiti componere, aut parère neſcij.

*Ibidem.*

Tot tantorumq; bonorum & munerum, quæ dij largiuntur, nullus eſt fructus, aut uſus rectus ſine lege, iure, & principe.

Ius finis eſt legis: Principis opus, lex. Princeps autem imago dei cuncta adminiſtrantis.

*Plato in Politicis.*

τὰ μὲν γὰρ σωφρόνων ἀρχόντων ἤθη σφόδρα μὲν εὐλαβῆ καὶ δίκαια, καὶ σωτήρια, δριμύτητος δὲ καὶ τινὸς ἰταμότητος ὀξείας καὶ πρακτικῆς ἐνδεῖται. Id eſt:

Etenim principum mores ualde cauti, iuſtiq; & ſalubres ſunt, indigent uerò etiam acrimonia quædam, & acri efficaciq; pertinacia.

*Idem in epiſtola ad Dionyſium.*

Conſiderato, quod uidearis quibuſdam officioſus, & affabilis eſſe minus, quam par ſit: Quare nolo te ignorare, quod obſequendo & placendo hominibus rerum gerendarum commditas acquiritur: auſteritas uerò amicorum ſolitudinem parit.

*Xenophon in œconomico.*

Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἡγοῦμαι μέγα τεκμήριον ἄρχοντος ἀρετῆς εἶναι, ὧ ἂν ἑκόντες ἕπωνται, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς παραμένειν ἐθέλωσιν. Id eſt: Equidem & iſtud opinor magnum eſſe argumentum uirtutis in principe, ſi ſubditi ipſum libenter ſequantur, & in periculis unà perſeuerent.

*Idem in libro octauo de Pædia Cyri.*

Verùm ego, ô uiri, ſæpenumero etiam aliâs cogitaui, bonum principem nihilo differre à bono patre: nam & parentes filijs prouident, ut bona his unquam ſint defutura. Et Cyrus mihi uidetur nunc ea nobis conſulere, à quibus maximè in felicitate poſſumus ad ultimum uſq; finem perſeuerare.

*Græcè.*

πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε κατενόησα δὲ ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ: οἱ τε γὰρ πατέρες προνοοῦσι τῶν παίδων, ὅπως μήποτε αὐτοὺς τ᾽ἀγαθὰ ἐπιλείψῃ.

*Principes doctrina maximè decet.*

Alphonſus Aragonum rex commemorantibus quendam ex Hiſpaniæ regibus dixiſſe: non decere principes uiros ſcire literas, exclamauit eam uocem bouis eſſe, non hominis. Nō omnes literæ conueniunt principi, ſed eæ, quæ Politicen tradunt, aut Ethicen, quæq; rectè ac ſecus geſtorum exempla commonſtrāt: id quod facit hiſtoria. ~~Eraſmus~~ libro octauo Apophthegmatum.

*Pontanus Iouianus de Principe.*

Qui imperare cupiunt, duo ſibi proponere in primis debent: unum, ut ſint liberales: alterum, ut clementes: princeps enim qui liberalitatem exercuerit, ex hoſtibus amicos, ex alienis ſuos, ex infidis fidos faciet, peregrinos etiam & in extremis terris agentes, ad ſeſe amandum alliciet. Vtraq; autem princeps Deo maximè ſimilis efficitur, cuius proprium eſt benefacere omnibus, parcere delinquentibus.

*Idem.*

Qui alijs præeſt omnino uacuus eſſe debet affectibus: ira namq; rectum quid ſit cernere non patitur, odium ad iniqua impellit, amor iudicium impedit, trahit ad uim inferendam libido, ſtimulat ad uindictam dolor, inuidia præcipitanter agit. Maximè autem hominis eſt, & eius præſertim hominis, qui principatum gerat, præſenti animo in aduerſis uti, nec aduerſanti fortunæ ſuccumbere.

*Idem ad Alphonſum.*

Auus tuus Antonio Panormitano poëtæ incredibili quadam uoluptate operam dabat, aliquid ex priſcorum annalibus referenti, quinetiam ueterum ab eo ſcriptorum lectiones ſingulis diebus audiebat, ac licet multis magniſq; interim grauaretur curis, nunquā tamen paſſus eſt, horam libro dictam à negocijs auferri. Mirum enim eſt, quantum ualeat ad optimam inſtitutionem uitæ aſſidua & diligens lectio: nam ſi, ut Scipionem de ſe dicere ſolitum ſcribit Saluſtius, maiorum imagines mirum in modum intuentes ad uirtutem excitant, quantò magis illorum dicta factaq; imitatione digna, ſæpius animo repetita, & ante oculos poſita commouere debent? Auus tuus nunquam ſine libris in expeditionem profectus, tentorium, in quo aſſeruabantur, iuxta ſe poni iubebat: cumq; nullas Fabiorum, Marcellorum, Scipionum, Alexandrorum, Cæſarum haberet imagines alias quas intueretur, libros inſpiciebat, quibus geſta ab illis continerentur.

*Auari. Profuſio. Prodigentia.*

PRODIGALITAS eſt intemperãs ac nimia pecuniarũ profuſio. In dandis accipiendiſq; pecunijs mediocritas. Liberalitas dicitur, quæ modũ trãſit, prodigalitas: quę ab eo deficit, auaritia. Prodigus largiendo modum tranſit, & accipiẽdo abeſt ab eodẽ: Ariſtoteles 2. Ethicorum 4. Pecunias appellamus res omneis, quarum numo ponderatur ęſtimatio. Sunt autem in pecuniarum uſu duo uitia, quorum alterum in exuperantia poſitum eſt, diciturq; prodigalitas: ac auaritiæ quidem crimen in eos ſemper trãſferimus, qui nimio pecuniarum ſtudio tenentur. Prodigalitatẽ autẽ quandoq; cum alijs uitijs confundimus: impotentes enim & qui ſumptus faciunt, profunduntq; pecunias in eas res, quæ ſunt intemperantiæ, prodigos dicimus: non igitur proprio nomine appellatur: eſt eñ prodigus certo uitio implicatus, quod in effundendis pecunijs cernitur. Prodigus enim per ſeipſe perit, atque etiam uidetur ipſius interitus quidã eſſe facultatum effuſio, quod ex ijs uita conſtet. Prodigalitatem igitur hoc pacto intelligimus.

*Ibidem.*

Prodigalitas & auaritia exuperantiæ ſunt ac defectus, uerſanturq; ambæ in duobus, largiendis accipiẽdiſq; pecunijs: ſumptus enim referũtur ad largitionem. Prodigalitas largiendo, & minus accipiendoq; modum deſerit: auaritia autem largitur parum, ſed accipiẽdo niſi in paucis ultra modum progreditur. Prodigorũ igitur non ferè opes augeri ſolent, neque eñ facile eſt, eum qui à nemine accipiat largiri omnibus, celeriter enim deſunt ad largiendũ facultates ijs qui priuati ſunt, quales ſunt ferè prodigi. Atqui cum ſit eiuſmodi, tamen uidetur multo melior auaro: facile enim ad ſanitatem traduci poteſt, & progreſſu ætatis & inopia coactus, ad medioctitates peruenire poſſit: in eo enim ſunt ea omnia, quæ ſunt liberalis, quod & largitur, nec aliunde accipit: ſed tamen neutrum faciens, nec decorum ſeruat, nec æquitatem: qui ſi ad huius mores adducatur, aut alias commutetur, iam erit liberalis, nã & quibus largiendum erit, largietur, nec unde iniquũ erit accipiet: quocirca non uidetur deprauatis, corruptiſq; moribus præditus: non enim ſcelerati eſt, aut ingenioſi, ſed ſtulti largiendo, nec accipiendo finẽ modumq; tranſire. His igitur moribus prodigus præditus eſt, auaro multò melior, cùm ob eas cauſas, quas dixim⁹, tũ quod hic prodeſt omnibus, ille nemini, ne ſibi quidem.

*Cicero lib. 2. officiorum.*

Omnino duo ſunt genera largorũ, quorum alteri prodigi, alteri liberales: prodigi qui epulis, uiſceratiõibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, uenationumq; apparatu pecunias profundũt in eas res, quarum memoriam aut breuẽ, aut omnino nullã ſint relicturi. Liberales qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt cauſa amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur, uel in re quærenda uel augenda.

Diogenes Cynicus petebat à prodigo minam, à quo cum rogaretur: cur ab alijs obolum, à ſe peteret minam: quia, inquit, ab alijs omnibus denuo me accepturum ſpero, abs te uerò an rurſus acceptur⁹ ſim θεῶν ἐν γουνάσι κεῖται, hoc eſt, in genibus Diuum poſitum. Laërtius libro ſexto in uita Diogenis.

*Menander.*

τοὺς τὸν ἴδιον δαπανῶντας ἀλογίστως βίον
τῷ καλῶς ἀκούειν, ταχὺ ποιεῖ πᾶσι κακῶς. i.
*Si qui ſuas opes temerè dilapidant,*
*Laudibus extollunt, id obeſſe multis poteſt.*

*Euphron in Didymis.*

ὁ γὰρ τὸν ἴδιον οἰκονομῶν κακῶς βίον,
πῶς οὗτος ἂν σώσειε τῶν ἔξω τινάς, Id eſt:
*Nam qui ſuam male gubernat rem familarem,*
*Dic quæſo quomodo ſeruabit is alienam:*

*Lucianus in Menippe.*

*Theron Menippæ fili⁹ patrimoniũ omne adhuc iuuenis*
*Turpiter laſciuis ſumptibus diſsipauerat.*

*Poſtquàm uerò Euctemō paternus amicus ipſum uidit*
*Iam excruciari arida pauperie,*
*Illachrymans ad ſe recepit, & maritum*
*Suæ coiunxit filiæ, magnam dotem largitus.*
*Vt primum autem Theron præter ſpem ditatus eſt,*
*Statim priſtinos ſumptus repetebat,*
*Nihil non deliciarum indulgens uentri indecenter,*
*Ac nefariæ ſub uentre libidini,*
*Ita Theronem obruit ſecundò*
*Noxiæ paupertatis reciproca unda.*
*Cæterum Euctemon denuo defleuit, non quidem illum,*
*Sed filiæ ſuæ dotem & nuptias.*
*Cognoui autem, quod quiſquis male uſus eſt*
*Rebus proprijs, non poßit eſſe fidus in alienis.*
ἔγνω δὲ ὡς οὐκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα τοῖς ἰδίοις, τῶν πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις.

*Euphon.*

ἔργον συναγαγεῖν σωρὸν ἐν πολλῷ χρόνῳ, ἐν ἡμέρᾳ δὲ μιᾷ διαφορῆσαι ῥᾴδιον, Id eſt.
*Haud facilè cumulus aceruatur, etiam longo tempore:*
*Vno uerò die facile diſsipabitur.*

*Menander comicus.*

*Multi ſic affecti ſunt, ut ægrè queant*
*Parcere quicquàm ulterius, quàm uita præſenti.*

*Diphilus Poëta.*

*Si nauigatio fortè quatridui inſtituatur,*
*Proſpicimus quæ neceſſaria ſunt indies.*
*At ſi quid parcendum in ſenectam ſit,*
*Cur non uiaticum parſimonia reponemus.*

*Theognis.*

*Sicut ego, mediam uiam ingredere pedibus,*
*Neq; alijs Cyrne largitor aliena.*

*Pythagoras Samius.*

μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν ἀπειροκάλως ἵνα ἡμῶν μὴ δὲ ἀνελεύθερος ἴσθι. μέτρον δὲ ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, Id eſt:
*Ne ſumptus temere & importunè feceris,*
*Sed neq; illiberalis eſto. Modus in omni re optimus.*

*Vrſinus Velus ſic uertit.*

*Dilapidare caue nummos, ceu neſcius uti:*
*Pelle tamen ſordes, modus optima regula rerum.*

Socrates cū facilè quendam omnibus gratificari, nulloq; delectu ſuppeditare animaduertiſſet: malè pereas, imprecatus eſt, quoniā gratias uirgines ut ſcorta proſtituiſti. κακῶς ἀπόλοιο ὅτι τὰς χάριτας παρθένους οὔσας πόρνας ἐποίησας.

Crates diuitum & prodigorū pecunias ficis arboribus, quæ in precipitijs naſcūtur, cōparabat: quibus homines non fruuntur, ſed corui tantū & milui, ut prodigorum opibus ſcorta & paraſiti. τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἀσώτων χρήματα ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκαῖς ἤκαζεν, ἀφ' ὧν ἄνθρωπον μηδὲν λαμβάνειν, κόρακας δὲ καὶ ἰκτίνους ὥσπερ παρὰ τούτων, ἑταίρας καὶ κόλακας.

*Prodigi, quia res ſuas malè adminiſtrant, alienas regere minimè poſſunt.*

Zenon ad prodigalitatem ſuam excuſātes, quod ex multis ſuperfluis ſumptus facerent, dicebat: igitur & coquis ueniam dabitis, ſi ſalſa obſonia ſe feciſſe dixerint, quod copia ſalis adfuerit.

*Xenophon in libro 8. Inſtitutionis Cyri Perſarum regis.*

οὐ γὰρ τὸ μὴ λαβεῖν τ' ἀγαθὰ οὕτω χαλεπόν, ὡς τὸ λαβόντα στερηθῆναι, Id eſt:
Non tam graue eſt, bona nō accipere, quàm acceptís priuari.

*Horatius ſaty. 3. lib. 2. ſermonum.*

Si malè rem gerere, inſani: contrà, benè, ſani eſt.
*Quid ergo?*
*Senſit, cum ſummum patrimonij inſculpere ſaxo*
*Hæredes uoluit? Quo ad uixit credidit ingens*
*Pauperiem uitium, & cauit nil acrius, ut ſi*
*Forte minus locuples uno quadrante periret,*
*Ipſe uideretur ſibi nequior. Omnis enim res,*
*Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris*
*Diuitijs parent: quas qui conſtruxerit, ille*
*Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam rex,*
*Et quicquid uolet. Hoc ueluti uirtute paratum,*
*Sperauit magnæ laudi fore. Quid ſimile iſti*
*Græcus Ariſtippus? qui ſeruos proijcere aurum*
*In media iuſſit Lybia, quia tardius irent*
*Propter onus ſegnes. Vter eſt inſanior horum?*

*Theages.*

καὶ μὲν ἀσωτία ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν δαπάνᾳ χρημάτων, Id eſt:
Prodigalitas quidem eſt exceſſus decori in ſumptu pecuniarum.

*Quatuor Senarij Menandri, quos Volaterranus lib. 42. Philologiæ ſic uertit.*

*Stulte ſua prodigentes uiri cauſſam dant*
*Cauſam dant omnibus audiendi malè,*
*Nam qui propriam uitam neſcit domi regere*
*Quo nam pacto hoc alienam ſeruauerit?*

Proteruiam facere, eſt omnia decoquere. Erat religioſum in hoſtijs, ut ſi quid reliquū eſſet, id igni cōſumeretur: quemadmodum Moſes tradit de agno paſchali. Porro id gen' ſacrificij Romani proteruiam appellāt: unde celebratur illud Catonis feſtiuiter dictū in Albinū quendā, qui patrimoniū uniuerſum luxu abſumpſerat, unis exceptis ædibus, quę incēdio con-

conflagarũt:Protormã,inquit,fecit,propterea quod ea quæ cõmeſſe non potuerit,quaſi combuſſiſſet.

Gallorum incuſare uentrẽ:Cõtra multũ abſumentes luxu facultates. Huic animanti uenter eſt mirificè calidus, ita ut omnia ſtatim concoquat.

Aliud relinque quippiã & Medis. λᾶπέ τι καὶ μήδοις. In eos, qui facultates om̃es abliguriũt,id eſt:comparce tu,quod diſſipent ij,qui tibi malè uolũt. Ex quo Medi & Phocidem ipſam,& extremos Beotiæ terminos incurſarũt, omnia uexãtes miſcentesq́ populationibus.

E dolio hauris:in profuſores & prodigos, Heſiodus: monet dimicato dolio parcendũ eſſe,quòd ſera ſit in fundo parſimonia:& Perſius Satyra 2. Donec deceptus & expes,nequicquàm in fũdo ſuſpiret numus in imo.

Vnà cum caniſtro.i. αὐτῷ κανῷ. In eos quadrat,qui rem intemperanter profundunt,deuorant, atq; abligurιunt. Plato: ipſo caniſtro cuncta rapuiſti ſimul.

*Cicero.*

Largitio non habet fundum. Significatur autẽ liberalitate ſtulta quantaslibet opes exhauriri. Translatũ uidetur,à pertuſo dolio Danaidum apud inferos.

*Plena manu.*

Feſto die ſi quid prodegeris, profectò egère liceat,niſi peperceris. Admonet ne in ſumptibus ſolennibus ita profuſi ſimus,ut non ſuppetat,quo feramus quotidianos. Accommodabitur non perperam in eos,qui iuuenes rem prodigũt, eſurituri ſenes.

Bello parta. ἐκ πολεμίας. Vbi qs immodicè inſumpſerit. Solẽt aũt erepta ex hoſtibus celerius ac magis temerè ꝓfundi.

Glaucus alter. In hominem alendis equis exhaurientem facultates ſuas. γλαῦκος ἄλλος ἱππόβροτος,

Immolare boues. βουθυτεῖν: qui amplos, magnificosq́ ſumptus faciũt: diuitum & regum eſt potius, boues ſacrificare, & βουθυσίαν pro magnifico apparatu uſurpant.

Nõ nauigamus ad Hippolaëtas. Admonemur inde parcius utendũ eſſe rebus præſentibus: neq; eñi nauigari ad eũ locum,unde rerũ copia exuberat: ut quod temerè ꝓdegeris,facile poſſis ſarcire. Vide Eraſ.in Chiliad.ſuis de ijs omnibus.

*Qui fuerint olim prodigi, ex uarijs autoribus collecti ſequuntur.*

Formianus à Catullo ut decoctor ac magno ære alieno oppreſſus inceditur, ita ait.

*Iſta turpitudo puella naſo*
*Decoctoris amica Formiani.*

M. Tigellius Hermogenes adeò fuit prodigus,ut tibicines,hyſtriones, paraſiti, gnatones, Mimi,epulones, balatrones, mendici,unguẽtarij,caupones, reliquiq́ ocioſæ uitæ homines mortem eius multis lachrimis defleuerint.

*Horatius lib. 2. Sermonum.*

*Ambubaiarum collegia,pharmacopolæ,*
*Mendici,mimi, balatrones, hoc genus omne*
*Mæſtum,ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli:*
*Quippe benignus erat. &c.*

Filius Æſopi tragœdi tanta fuit prodigentia, ut uniones aceto liquefactas cœnis apponeret.

*Horatius lib. 2. Sermonum.*

*Filius Aeſopi detractam ex aure Metellæ,*
*Scilicet,ut decies ſolidum exorberet,aceto*
*Diluit inſignem baccam.*

Martialis lib. 1. epigrammatum notat, Baſſam fœminam,quod excrementa corporis aureo exciperet uaſe,ubi ait.

*Ventris onus miſero(nec te pudet)excipis auro,*
*Baſſa bibis uitro,carius ergo cacas,*
*Idem libro 9, Cinnæ cuiuſdam luxum*
*ita arguit.*
*Nam tu dum metuis,ne quid poſt fata relinquas,*
*Hauſiſti patrias luxurioſus opes.*

M. Liuius cum omnia per luxum dilapidaſſet,ſuæ ſtultitiæ per iocum illudebat, dicens, ſe nihil cuiquàm reliquiſſe præter cœlum& cœnum. itaq; cum pecunia egeret,multa per ſcelus commiſit.

Nero princeps annis 14. quibus imperio præfuit,bis & uicies milies donatiõibus effudit,id eſt: quingenties & quinquagies centena milia aureorum.

C. Caligula opes immenſas à Tyberio congeſtas,ac uicies ſeptics milies ſeſtertiũm intra annum abſumpſit.

Demetrius Antigoni & Aratonices filius, ducenta talenta ſcortis dari iuſſit, autore Plutarcho.

Apitius omnium ferè luxum, ac prodagalitatem nepotinis helluationibus ſuperauit. De quo Martialis libro 3.

*Dederas Apici bis trecenties uentri,*

*Sed adhuc ſuperat centies tibi laxum,*
*Hoc tu grauatus ne ſitim & famem ferres.*
*Summa uenenum potius duxiſti.*

Quod ſic interpretatur Budeus: apici ſexcenties ſeſtertiũm, id eſt, quindecies centena aureorũ coronatorũ milia, inexplebili illa helluatus ingluuie, cũ poſſes adhuc ducentis quinquagenis milibus, (quod cẽties laxũ Poeta appellat) uitam cauto & eleganti uictu producere, tamen uenenum miſer hauſiſti, ne patrimonio tanto ſupereſſes, quod iam non te deſerturũ uidebatur. Cleopatra ultima Ægypti regina cœnam parauit Antonio, in qua centies ſeſtertiũm, id eſt, ducenta & quinquaginta milia aureorum uno ferculo ſecundæ mẽſę conſumpta ſunt: unde Sidonius Cleopatricas dapes uocat. Tantus fuit Agrigentinorum luxus, & prodigalitas in omni re, ut Plato diceret, eos ędificare, ac ſi uicturi perpetuo forẽt: ita demum conuiuari, ueluti ſemper morituri. Vtebantur lechytis & xiſtris argenteis, habebãt & lecticas totas ex ebore. Singuli Vitellij apparatus non minus quadringẽtis milibus cõſtiterunt. In cœna eidem à fratre data duo milia lectiſſimorum piſcium, ſeptem auium appoſita tradũtur. Idem Vitellius in ſuo principatu, ducentis ſeſtertijs condidit patinã, cui faciẽdæ fornax in campis ædificata erat: habuit autem in ea patina ſcarorum iecinora, phaſianorum & pauonũ cerebella, linguas phœnicopterum, murenarũ lactes à Carpathia uſq; fretoq; Hiſpaniæ petitarum. Auctor eſt Suetonius trãquillus in eius uita.

Licinius Craſſus cũ omnia decoxiſſet, occurrentium tum cachinnis uocabatur diues, his uerbis: q in Parthos militauit, nõ fuit appellatus diues primus, ſed hic.

Heliogabalus inuitatis ad prandiũ ſummis uiris, croco mẽſam ſternebat, dicens, ſe fœnũ pro eorũ dignitate exhibere. Idẽ triclinia, lectos, & porticus omni florũ genere ſtrauit, lilijs, uiolis, hyacinthis, & narciſſis, quos flores pedibus conculcabat, naues pretioſis mercib' onuſtas mergi in portum iuſſit: magni animi id eſſe dicens. Aureo utebatur uaſe, ad corporis excrementa: gemnas ab optimis ſculptas artificibus in calceamentis ferebat, quæ nunq̃ iterabat: pretioſas ueſtes ſæpe cõſcidit: mixit etiã in Myrrhinis & Onichinis uaſis, omibus meretricib' ſine effectu libidinis, multos quãdoq; dedit aureos nummos.

*Exempla memorabilia prodigorum.*

Lutius Neratius homo egregiè improbus, autore Gellio, cum pro delectamento haberet os hominis liberi manus ſuæ palma uerberare, ſeruũ comitẽ habebat, crumenam plenam aſſium portitantem, quemcunq; depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum 12. tabulas, uiginti quinq; aſſes eidem iubebat.

Callias fuit quidam, qui conſectandis meretricibus uniuerſum dilapidauit patrimonium: hinc per iocum dicebatur à ſcortis deplumatus

Phocus Phocionis filius cum paternas opes prodigo luxu prodegiſſet, Atheniẽſibus uſq; adeo factus eſt odioſus, ut occurrẽtes omnes diffamatorem ſui generis illum nuncuparent.

Alphonſu s rex Neapolitarum, cum multa per luxum prodegiſſet, conflatoq; ære ingenti alieno, iam nõ haberet unde creditoribus ſatisfaceret, dolore & ira permotus, pleroſq; ſuis ſpoliauit bonis.

Alexander Macedo Promachũ bibaciſſimum hominẽ, uictorem in uini certamine aurea corona donauit.

Belflorius homo Siculus priuatus domũ inchoauit tãto ſumptu, ut fundamẽtis modicè adhuc ab humo extãtibus pecunia ſit exhauſtus, quam tamen multis annis improbo labore ſibi cõparauerat.

Cleopes Ægypti rex ſumptu Pyramidis eò redactus inopia eſt, ut filiã exponere uenalem ad meretricium quæſtum coactus ſit.

Galenus imperator Valeriani filius gẽmatas ferebat caligas, exẽplo Caligulæ, qui inde traxit nomen.

C. Curio Tribunus plebis ſexcẽta ęris alieni ſeſtertia debuiſſe fertur. Autor Valerius Maximus.

Petrus presbyter cardinalis, ſedente in põtificatu Sixto, duob' annis trecẽta aureorũ milia luxu & uanitatibus ꝓdegit.

Cęſar Alexandri ſexti põtificis filius cotidianis epulis ducentes aureos dicauit: paraſytis ueſtes duorum milium donauit: exercitum octo milia hominum uiuente patre ſemper aluit.

*Prodigis bonorum adminiſtratio interdicitur, et datur ex l. 12. Tabularum. Curator.*

Pro-

Prodigus eſt, qui ſermone quidem uidetur ſapiens, ſed factis tamen inſipiens, l. his qui. §. D. Pius, ff. de tuto. & curat. Et dicitē magis uanus quàm malus. quarto ethico. Inter uiles perſonas numeratē. ff. de donat. l. non debet. Et quis ſit uerè prodigus ac auarus. lege Ber. extra de cōſuetu. c. ex parte & ff. de cura furi l. penul. & l. 1. c. eod. Quomodo autē probetur quis prodigus ac auarus ex fama uicinorum, habes ff. de Edili edict. l. ſciendum. §. illud. De mino. l. 3. §. ſi minor. Et notatur in ſimili c. de iure dot. l. ubi. Ad hæc delinquit prodigus in ſe tantum, nō alium. Gloſ. ſingula ſecūdum Baldum in l. 1. §. Exigitur. ff. de bono poſſeſſ. ſecund. tabul. Quis ſit prodigus: Bart. in l. habet in prin. de tute. l. is qui. §. de tutoribus & curat. dat. Quomodo uerò differat à furioſo, habetur in l. is cui. ff. de Teſta. et cōfertur pupillo in cōtrahendo, non autem peccando. Bart. in l. ſi cura. uer. uel ad ſecundum. C. de reſtitutionibus in integrū l. ſi quis in tantam uer. quæro quid prodigi. C. unde ui & plenè Alex. atq; Aretinus in l. is cui bonis. ff. de uerb. oblig. Abbas & alij in. c. ex parte de conſuet.

Prodigalitas eſt morbus curabilis, ſed auaritia non. Egidius lib. 2. cap. 18. De regimine Principum.

Lege 12. tabularum interdicitur furioſo & prodigo bonorum ſuorum adminiſtratio, daturq; utriq; curator: tamq; diu erūt ambo in curatione, quàm diu uel furioſus ſanitatem, uel prodigus ſanos mores receperit. Vlpianus. ff. de cura. fur. dan.

Alphonſus Aragonum rex equiti ſubinde aliquid à rege flagitanti, ſed mox quod acceperat profundenti: ſi pergā, inquit, tibi dare quæ petis, citius me pauperē effecero, quàm te diuitē: nā qui tibi donat, nihil aliud quàm aquā infert pertuſo dolio. Eraſ. libr. 6. Apophthegmatum.

Diogenes prætericēs prodigi cuiuſdam ędes inſcriptionem habentes uenales: facile, inquit, diuinabam fore ut prę immodica crapula domum euomeret: iam eēm domum abſumpſerat, antequàm uenalem proſcriberet: uomitus igitur erat uerius, quàm uenditio. Eraſ. in lib. 3. Apophthe. folio 124.

# PRVDENTIA.

PLATO IN LIBRO DEFINI*tionum.*

PRVDENTIA facultas eſt per ſe hominis felicitatem efficiens. φρόνησις δύναμις ποιητικὴ καθ' αὑτὴν τῆς ἀνθρώπου εὐδαιμονίας.

*Ariſtoteles de uirtutibus.*

*ἔστι δὲ φρόνησις μὲν ἀρετὴ τοῦ λογιστικοῦ παρασκευαστικὴ τῶν πρὸς εὐδαιμονίαν συντεινόντων,* Id eſt:

Prudētia eſt rationabilis animæ partis uirtus, qua ea quæ ad felicitatem ſuam tendunt, diſpicientes ſibi comparant.

*τῆς δὲ φρονήσεως ἐστὶ τοῦ βουλεύσασθαι, τὸ κρῖναι τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὰ κακὰ καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ αἱρετὰ καὶ φευκτὰ, τὸ χρῆσθαι πᾶσι καλῶς τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, τὸ ὁμιλῆσαι ὀρθῶς, τὸ συνιδεῖν τοὺς καιροὺς, τὸ ἀγχίνως χρήσασθαι, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, τὸ τὴν ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν χρησίμων πάντων,* Id eſt:

Prudentiæ quidem eſt, & cōſilium capere, & bona malaq; diſcernere, & petenda fugiēdaue in uita dijudicare, & bonis ijs, quę quidē cōceſſa nobis natura ſunt, præclarè uti, & rectè cum hominibus cōgredi, & opportunitatem rerum cernere, & rationē orationemq; ſagaciter adhibere, et eorum, quæ eſſe nobis poſſunt uſui, omnium experimentum, ſcientiamq; tenere. Ipſa uero memoria, experientiaq; & induſtria, aut à prudentia proficiſcuntur, aut comes eius unaquæq; earum exiſtit, aut experimentum & memoria quidem concurrentes coadiutricesq; cauſſæ: induſtria uero, & in dando conſilio felicitas, partes prudentiæ ſunt iudicandæ.

*Aeſchilus.*

*ἃ δεῖ παρὼν φρόντιζε, μὴ παρὼν ἀπῇς:*
*ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, οὐχ ὁ πολλ' εἰδὼς σοφὸς,* Id eſt:
*Quæ opus eſt præſens diſpice, ne præſens abſis:*
*Qui utilia nouit, non qui multa nouit, ſapiens eſt.*

*Menander in Theoph.*

*ὁ πλεῖστον νοῦν ἔχων μάντις πλείστων αἰτία,*
*ἡ σύνεσις αὖ ἡ πρὸς τὰ βελτίω σοφή,* Id eſt:
*Mente præcellens uates, erit plurimarū rerum cauſſa,*
*Intelligentia prudens utiq; fuerit reſtitutionis in meliorem partem ſiue ſtatum.*

Idem

*Idem in Imbrijs comœdia.*

*Non eſt quicquam, pater, in hominum natura*
*Maius ratione & conſilio: nam componendis & diſponendis rebus,*
*Et rationem ſubducendo commodè unuſquiſq; eſt*
*Princeps, imperator, dux populi: rurſum*
*Conſiliarius, qui præſtat ratione, omnia habet.*

*Agatheri.*

*Recta prudentia magnus eſt Deus:*
*Non prudentiam ſed fortunam ſequi oportet.*
*Non prudentiam, ut putas, conuitio affeciſti.*

*Græcè ſic.*

ἀλλὰ ἡ φρόνησις ἡ ἀγαθὴ θεὸς μέγας
οὐ τῇ φρονήσει τῇ τύχῃ δ' ἑπτέον.
οὐχ ὡς νομίσεις τὸ φρονεῖν εἴπας κακῶς.

*Pythagoras Samius*

*Inter homines multi mali boniq; ſermones*
*Incidunt, quibus haud abſterrearis, neq; ſinas*
*Ab inſtituto te dimoueri, ſi quis aduerſus te mentiatur,*
*Leniter cedes: quod uero nūc dicam, ubiq; ſequi debes:*
*Nemo tibi neq; uerbis neq; factis imponat,*
*Vt facias dicaſue, quod tibi non conſultiſsimum ſit:*
*Quin facito quæ tibi non obſint, & rationem ante factum inito.*

*Idem,*

*Robur & murum & arma ſapienti prudentia præſtat, id eſt:* ἰσχὺς καὶ τεῖχος καὶ ὅπλον σοφῷ ἡ φρόνησις.

*Sententia Monaſtica.*

ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησις ἐστὶ ἀεί, *Id eſt:*
*Prudentia bonum ſemper eſt quàm maximum.*
ἡδύ γε πατὴρ φρόνησιν ἀντ' ὀργῆς ἔχων, *Id eſt:*
*Suauis eſt pater, qui prudētior quàm iracūdior fuerit.*
Συνετὸς πεφυκὼς, φεῦγε τὴν κακουργίαν, *Id eſt:*
*Cum ſis prudens, fuge malitiam.*
ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἢν μὴ νοῦς παρῇ, *Id eſt.*
*Quàm nihil eſt diſciplina ſine mente.*

*Theognides Poëta.*

ἀργαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πόλλ' ἀγορεύειν:
καὶ σιγᾶν αἰεὶ καὶ τὸ γὰρ ἀδύνατον, *Id eſt:*
*Indecorū eſt prudentē apud imprudentes multa loqui:*
*Perpetuò autem tacere, impoſsibile eſt.*

*Exemplum.*

Prudentia eſt bonorū malorumq; ſciētia ad hominem pertinentium: ſed ſcire eſt ſolius hominis. Ergo hæc uirtus huic uni animalium à natura eſt cōceſſa. Huius non uulgare exemplum edidit uetuſtiſſimus ille Chananeæ regionis accola: is cum Sara cōiuge Ægyptum ingreſſus gentis libidinem in alienas fœminas ueritus, pro coniuge fratrem egit, haud ignarus id conſilium & ad muliebrē pudicitiam tuendam, & ad ſuam ipſius ſalutem pertinere. Profuit haud dubiè id hominis commentum, ſed humana pietas, cuius ille erat diligens cuſtos, utrunq; ab iniuria ſeruauit.

Geneſ. 12. Sabellicus lib. 4. cap. De prudētia.

Prudens conſilium Abrahami.

*Apophthegma ſapiens.*

Demades nolentibus Athenienſibus diuinos honores Alexandro decernere: uidete, inquit, ne dum cœlum cuſtoditis, terram amittatis. Valerius lib. 7. ca. 2. de ſapienter dictis.

Cœlum cuſtodire, terram amittere.

*Apologui.*

Glires quercum arborem glandiferam dentibus eruere deſtinauerant, quò paratiorem haberent cibum, ne uictus gratia toties aſcendere & deſcendere cogerētur: ſed quidam ex ijs, qui ætate & uſu rerum ac prudentia cæteros lōge antcibat, eos abſterruit, dicens: ſi nutricem noſtrā nunc interficiemus, quis futuris annis nobis, ac poſteris noſtris alimēta præbebit? Fabula hæc monet, uirum prudētem debere non modo præſentia intueri, uerumetiam futura longè proſpicere.

*Simile uel* παραβολή.

Sicut animantia quædam etiam corporis partes amputant, ob quæ periclitari ſeſe ſciūt, ueluti Fiber: ita prudentis eſt aliquando facultatum iactura uitæ conſulere.

*Prouerbium.*

A fronte ſimul & occipitio oculatus: cū indicabimus admirabilē rerum omnium cognitionem, aut ſingularē prudentiam, quæ conſtat non præſentium modò ſcientia: ſed & memoria præteritorum, & futurorum proſpicientia.

Rectè uerſum hunc ex 1. Homeri libro uſurpabimus.

ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα, i.
*Qui ſcit præterita ac præſentia, poſtq; futura*
*Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur.*

*Sententia Græca.*

ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται, *Id eſt:*
*Viri character ex ſermone cognoſcitur.*

*Latina Philoſophica.*

Non eſt turpe, conſilium cum re mutare. Seneca lib. de beneficijs,

*Iuuenalis ſatyra decima.*

*Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia, ſed te*
*Nos facimus fortuna Deum, cœloq; locamus.*

*Exemplum.*

Alexander Auguſtus mater Mammea parum probante uxore, etiam grauius ferente, quod popularitate uel nimia uteretur, præcipue uero quod ab amicis ſe atq; familiaribus corrigi facile pateretur, ac ſi quid parum pro dignitata ab eo factum argueretur, illud confeſtim ad arguentis ſententiam emendaret: qua ex re imperatoriã maieſtatẽ nõ imminueret modo, uerum contemptibilem eam conceſſione illa ſua redderet, quin me hercule, inquit, ſecuriorem, magiſq; ac magis ſtabilem, ac longe amplius gentibus acceptam.

*Apophthegma.*

Xenocrates philoſophus cum maledico ſermoni quorundã ſummo ſilentio intereſſet, uno ex hís quęrente, cur ſolus linguam ſuã cohiberet: quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam.

*Fabula.*

Piſcator quidam demiſſis in mare retibus, extulit piſciculum puſilli corporis, qui piſcatorem obſecrabat ne ſe tam puſillum & minutum caperet, ſed abire & creſcere permitteret, poſthac grandiuſculo potiturum, cui piſcator: ego uero amens ſim, ſi lucrum quod inter manus habeo, licet exiguum dimittam, ſpe futuri boni quantumlibet magni. Hæc fabula innuit ſtolidũ eſſe, qui propter ſpẽ maiorem, rem præſentem & certam, licet paruam non amplectitur.

*Parabola.*

Vulpes ſcilicet. Animalia quædam circa cubilia confundunt ueſtigia, ne queant inueniri, ſic nobis cælandum bonum noſtrum, quo tutius ſit.

*Alter Ianus, ἰανὸς ἄλλος,*

Quadrat in prouidum ac circumſpectum. Perſius. ô Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit. Sumptum ab Iano bifronte, cuius fabula eſt notiſſima & celeberrima apud poetas.

*Sententia Græca.*

*Sophocles, in Aiace flagellifero.*

οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τ᾽ ἀγαθὸν χερσὶν ἔχοντες οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ, id eſt.

Homines ſtolidi non nouerunt bonũ, etiam ſi manibus habeant antequam amittatur.

*Philoſophica.*

Præſcire cuncta prudentes decet. Apuleius de natura Deorum.

*Poetica.*

*Vergilius 12. Aeneid.*

*Quantum ipſe feroci*
*Virtute exuperas, tanto me impenſius æquum eſt*
*Conſulere, atq; omnes metuentem expendere caſus.*

*Ariſtoteles.*

Prudentia eſt habitus agendi circa humana bona uera cum ratione.

*Officium prudentis.*

Δοκεῖ δὲ φρονίμου εἶναι, τὸ δύνασθαι καλῶς βουλεύσασθαι περὶ τὰ αὑτῷ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα, id eſt. Ariſt. lib. 6. cap. 5. ad Nicomachum.

Videtur itaq; prudentis eſſe, benè conſulere poſſe circa ea, quæ ſibi ſunt bona, ac conducentia.

*Exemplum.*

Agebatur Romæ occultè inter patres de Carthagine funditus delenda, exijtq; ea conſultatio in longam & difficilem diſceptationẽ: Maiore Portio Catone, cui antea priſci nomen fuit, cenſente Carthaginem eſſe delendam, ut roma incolumis eſſet, & cum multi pedibus irent in eam ſententiam, tum Scipio identidem teſtatus dicitur, uiderent illi qui cupidè uellent Carthaginem exciſam, ne populus romanus æmulæ & inimicæ urbis metu liberatus, in domeſticam laberetur diſcordiam: quod malum multo prius proſpexit Naſica ac prædicauit, ſed fatali neceſſitate ire obuiam nõ potuit, Sabellicus cap. 8. lib. 4. Florus lib. 49. in Florum. Florus lib. 3. cap. 15. de bello punico tertio. Appianus in Lybico. Plutarchus in uita Catonis Cenſorij. Oroſius lib. 4. cap. 22. Plinius cap. 18. Cœlius naturalis hiſtoriæ 15.

*Apophthegma.*

Quũ Antonius Getæ pater ſeuerus deſtinaſſet omnes diuerſarum partium occidere, inter ſuos dicere ſolitus eſt: Hoſtes uobis eripio, adeo conſentiente Baſſiano, ut liberos etiam illorum ſuaderet necari. Geta puer interrogauit quantus eſſet occidendorum numerus, cum eum pater edidiſſet, rogauit, num iſti haberent parentes ac propinquos: Quum reſpõſum eſſet, habere, et quidem

Ii multos:

multos: plures ergo, inquit, in ciuitate triſtes futuri ſunt quàm læti, quod Vicinij ualuiſſet cordati pueri dictum, niſi quorundam crudelitas obſtitiſſet. Eraſmus lib. 6. Apophtheg. Spartianus in uita Antonij Getæ.

*Fabula.*

Domo quapiam, quòd perplures forent mures catus præſentiens illuc acceſſit, atque nunc unum, nunc alium capiens, complures interimendo comedit: uerùm mures cum ſe in diem conſumi perciperent, ad unum coacti, inquiunt ſecum, amplius inferius non eſſe deſcendendum, ſi nolumus perditum iri omnes, ſed hic ſuperius manendum, quò catus aſcendere non poteſt: at catus conſilio murium percepto, ſimulans ſe mortuum eſſe, poſterioribus pedibus ſe ad palum ſuſpendit, qui fixus parieti erat, è muribus quiſpiam deorſum acutè proſpiciens, ut catum eſſe cognouit, haud infacetè ait: Heus amice, et ſi te follem eſſe certò ſcirem, deorſum minimè deſcenderem.

*Fabula*

Significat uirum prudentē, ſi ſemel fallitur, fictis & ſimulatis hominibus non amplius fidere.

*Simile.*

Sunt qui propius admota non cernūt, quæ longius abſunt uident, ita nonnulli plus ſapiunt in rebus alienis, quā in his, quę ad ſe pertinent.

*Parœmia.*

Acetum habet in pectore: pro eo, quod eſt ſapit & aſtutus eſt, Plautus in Bacchidibus eo uſus eſt. Sumptum ab illo, quod acida palatum iuuant, acuuntque & irritant ſtomachum: conſimile eſt, ſalſitudo ineſt illi.

*Sententia græca.*

Σ'φρονος δ' ἀπιςίας οὐκ ἔςιν οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς, id eſt,

Prudente diffidentia haud alia res utilior eſt mortalibus

*Euripidis in Helena.*

*Petrus Moſellanus uſurpare ſolebat.*

Νῆφε καὶ μέμνησο ἀπιςεῖν. Sobrius uel prudens ſis, & memineris nemini confidere: eſt autē Epicharmi Siculi. Allegat Cicero 1. epiſt. ad Atticum. Eraſmus in prouerbio: nemini fidas.

*Philoſophica.*

Prudens beatus eſt, & prudentia ad uitam beatam ſatis eſt. Seneca epiſtola 86. Valerius Flaccus lib. 4. argonauticôn.

*Poetica.*

*Sed te non animus, nec ſolis uiribus æquum*
*Credere, ſæpe acri potior prudentia dextra.*

Πανουργίαν Ariſtoteles dicit eſſe δεινότητα οὐκ ἐπαινετήν. id eſt ſolertiā non commendabilem.

*Eccleſiaſt. cap. 1.*

Πανουργεύομαι καὶ πανούργευμα ῥίζα σοφίας τίνι ἀπεκαλύφθη, καὶ τὰ πανουργεύματα αὐτῆς τίς ἔγνω, id eſt: Radix ſapientia cui reuelata eſt, & aſtutias illius quis cognouit?

*Exemplum.*

*Pontanus de prudentia. Plinius cap. 15. de uiris illuſtribus.*

Aedificauerat Romæ ædes ea tēpeſtate magnificas, æditoque in loco Publius ille Valerius, cui pòſt à publici ac popularis boni ſtudio inditum cognomen eſt Publicola, ijs ex ædibus cū deſcendiſſet in forum atque in curiam Valerius, ut & conſulum primorum urbis uirorū mos erat, magno patrum ac populi comitatu honoris gratia deducebatur, quæ res uiſentibus regiæ pompæ ſimilitudinem præſeferebat. itaque cum ob hoc ipſum, quodque collegam minime ſuffeciſſet, in ſuſpitionem ueniſſet affectati regni, clāquè à quibuſdam etiam maledictis diſcerperetur, rei eius ab amicis admonitus conſilium è ueſtigio cœpit diruendæ domus, quæ magna ex parte cauſſam ſuſpitioni uidebatur afferre: nocte igitur non exigua manu fabrorum operariorumque conducta, domum omnem à fundamentis dirui tanta feſtinatione iuſſit, ut illuceſcente iam die ædificium uniuerſum æquatum iam ſolo iaceret. Hac itaque demolitione non ſuſpicionem modo aboleuit omnem, uerum in populo patribuſque ſummam uitæ integritatiſque ſibi admirationē peperit, maxima etiam cū gratia, ac beneuolentia, ex eoque maior indies eſt habitus. Florus lib. 1. cap. 9. Epitomatū. Valerius li. 4. ca. 1. de animi moderatione. Plutarchus in uita eius.

*Apophthegma.*

*Eraſmus lib. Apophtheg. 6.*

Crœſus

Crœſus Lydorum rex, cum uideret Cyri milites per urbem captam diſcurrentes, percontatus eſt Cyrũ, quid agerent, quumq́ue is reſpondiſſet, diripiunt urbem tuam, opeſq́ue tuas populantur: nequaquã: inquit, ô Rex, nihil iam hic rerum eſt, tuum eſt, quod diripiunt, ea uox commouit Cyrum, ut ſuos à direptione reuocaret.

*Fabula.*

Senex quidam iuuenem ſibi poma ſurripientem blandis orabat uerbis, ut ex arbore deſcenderet, nec res ſuas auferre uellet: ſed cum incaſſum uerba funderet, (iuuene eius ætatem, ac uerba contemnente) non in uerbis tantum, inquit, uerum etiam in herbis audio eſſe uirtutem. Herbas igitur uellere, & in illum iacere cœpit, quod iuuenis conſpicatus, in uehementem riſum effuſus eſt, & ſenem delirare arbitrabatur, qui crederet eum ex arbore herbis poſſe depellere: tunc ſenex omnia experiri cupiens, quando, inquit, uerborum & herbarum uires aduerſus raptorem mearum rerum nullæ ſunt, lapidibus agam, in quibus dicunt quoq́ue eſſe uirtutem, lapideſq́ue, quibus gremium impleuerat, in iuuenem iaciens illum deſcendere & abire coegit.

*Affabulatio.*

Hæc fabula indicat, omnia prius prudenti tentanda, quàm ad armorum confugiatur auxilium.

*Simile.*

Ex moralibus Plutarchi. Quemadmodum medici pharmacum ad unicum morbum repertum, ad omnes ſimiles ac finitimos accommodant, ita conuenit autorum dicta ad uarios uſus accommodare.

*Aliud elegans ſimile ab apibus.*

Vt apis ex amariſſimis floribus, & aſperimis ſpinis mel ſuauiſſimum ac leniſſimum colligit, ſic ex turpibus ac ſceleratis fabulis utcunq́ue decerpi poteſt aliquid utilitatis.

*Prouerbium.*

πολλῶν πανηγύρεων διὸς βαλάνων ἔφαγεν. i.

Multorum feſtorum Iouis glandes comedit: de ſene longoq́ue plurimarum rerũ uſu docto: perinde ualet, quaſi dicas, multas uixit Olympiadas, quercus autem Ioui ſacra.

*Sententia græca.*

*Homerus odiſſeæ ω.*

Καὶ πολιοί περ ἐόντες, ἀναγκαῖοι πολεμισταί, i.

Aetas cana quidem, ſed non inidonea bello.

*Latina.*

*Macrobius in ſomnium Scipionis.*

Prudentiæ eſt, mundum iſtum & omnia, quæ in mundo ſunt, diuinorum contemplatione deſpicere, omnemq́ue animi cogitationem in ſola diuina dirigere.

*Poetica.*

*Muſonius de ſeptem ſapientũ ſententijs.*

*Bias Prienus.*

*Quod prudentis opus? cum poſſit, nolle nocere.* Loqui & ſimul ſentire animo
*Quid ſtulti proprium? nõ poſſe & uelle nocere.*

*Borbonius poeta.*

*Spernit turpe lucrum prudens, ædeſq́ue ſuperbas*
*Spernit inauratas, marmoreaſq́ue trabes:*
*Spernit ebur, gemmas, argentum, aulea, tapetas,*
*Spernit opes, uaſtæ luxuriemq́ue domus:*
*Spernit odoratas ueſtes, auroq́ue trilices,*
*Spernit delicias Cypris amorq́ue tuas.*
*Spernit compoſitæ damnoſa impendia menſæ,*
*Spernit res hodie, quas rude uulgus amat.*
*Spernit & inuidiam & ſceleratæ murmura linguæ,*
*Spernit clamoſi iurgia uana fori,*
*Omne malum (breuiter) prudens ſpernitq́ue fugitq́ue,*
*Virtutemq́ue bonæ gaudia mentis habet.*
*Contentuſq́ue una hac mortaleis ridet honores,*
*Inq́ue humili patiens neſcit egere caſa.*
*Omnia fert, & ſe caſus componit ad omneis,*
*Quod loquitur lingua, pectore ſentit idem.*

*Prudentia quid?*

*Viues lib. 2. de anima.*

Ratio eorum quæ aguntur in bono, eſt prudentia: eorum aũt quæ exercentur in utilibus uitæ huius exterioris, ut Ariſtot. placet, eſt ars. Ars eſt collectio generalium formularum ad uſum aliquem tendentium, quæ uero circumſtantijs ſeu negotijs uariantur (ea ſunt enim περιστάσεις) hoc eſt, locis temporibus, perſonis, & eiuſmodi: circumſpectionis ſunt ſeu prudentiæ, quam multi iudicium appellãt. item in ſolis hominibus ingenium eſt, & prudentia.

*Iſocrates in Nicocle.*

Prudentes exiſtimamus, qui inter ſe de negotijs optimè diſſerunt.

*Viues in 3. declamatione L. Syllæ dictaturam deponentis.*

Prudentis & boni uiri officium eſt, nõ à pręſenti affectu capi, & ſi quid ſuaſerint uel ira, uel odium, uel uoluptas, Verba L. Syllæ.

(mali conſultores) non protinus ei aſſentiri, ſed aduocata in conſiliũ ratione atq; prudentia, ſuperioribus rebus cũ præſentibus collatis, iudicio ſingula æſtimare, non priuato aliquo dolore benemerita omnia more ingratiſſimorum hominum obliuiſci, quod & ſpero, & confido uos facturos, quos ſæpe audiui ingratitudines illas leuiſſimi populi Athenienſis damnare, & aduerſari, qui uel propter ſuſpitiones nonnullas criminis maximos ciuitatis uiros & fortiſſimos imperatores, uel exilio, uel morte mulctarunt, obliterata memoria tantorum in Rempub. meritorum.

*Iſocrates ad Demonicum.*

ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως, ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης, πλεῖον τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε, id eſt

Fortitudo cum prudentia quidem iuuat, ſine ipſa uero magis lædit habentes.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τί φρόνησις ἐναρμοσία εἶπε, ψυχῆς. ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς τίνες φρόνιμοι, οἱ μὴ ῥαδίως, εἶπεν, ἐξαμαρτάνοντες. id eſt.

Socrates interrogatus quid eſſet prudẽtia, animę, reſpondit, continuitas: idẽ roganti, quinam prudentes eſſent, qui non facile aberrant, dixit.

Gregorius Naſianzenus theologus dixit, qui ſerpentis prudentiam in malis, columbinæ ſynceritati circa bona miſcuerit, is neq; prudentiam ſinet malignã fieri, neq; ſimplicitatem ſtolidam, id eſt.

ὁ γὰρ τὸ ὄφεως φρόνιμον περὶ τὸ κακὸν γοῦν τῇ περιστερᾶς ἀκεραίῳ περὶ τὸ καλὸν ἀναμίξας οὔτε τὸ φρόνιμον ἐάσει κακοῦργον γενέσθαι, οὔτε τὸ ἁπλοῦν ἀνόητον.

*Plutarchus in lib. de Morali uirtute, quid differant inter ſe ſapientia & prudentia.*

Rerum omnium, aliæ abſolutè quodam modo ſe habent, ut terra & cœlum & aſtra: alia erga nos modo quodam affecta ſunt, ut bonum, malum, eligẽdum, fugiendum, uoluptas, dolor, utrumq; ratio complectitur: ſuperioris generis ſcientia eſt, & cõtemplatio: ex altero, quod uidelicet nos reſpectat, deliberandi facultas oritur: Et agẽdi huius uirtus eſt prudentia, illius uero ſapientia. à ſapientia autem differt prudentia in eo, quod à cõtemplandi genere, ad actuum affectionibusq; agitatum, conuerſione & reſpectu quodam facto ſecundum rationẽ prudẽtia ſubſiſtit: quapropter prudentia fortunæ eſt opus, ſapientia uero nec cõſilio quidẽ eget ad ſuũ finẽ cõſequendum: in æternis enim, & eodem modo ſemper ſe habentibus uerſatur, & quemadmodum Geometria non conſultat, utrum triangulus in ternos angulos abeat, duobus rectis æquales, ſed nouit, (ſunt enim conſilia earum rerum, quæ aliàs aliter ſe habent, non autem firmarum atq; mutabilium) ſic mens contemplatiua, prima ſtabilia unam ſempiternamq; naturam habentia, nulliſq; obnoxia mutationibus exercens, à capiendo conſilio libera eſt. At prudentiam in rebus errorum, ac turbulentiæ plenis immerſam, ſępe cum fortuitis miſceri neceſſe eſt, & conſulatione in rebus dubijs uti, & ubi conſuluerit iam agere, irrationabili quoq; aſſiſtente atq; præſente, & ſimul à iudicijs tracto.

*Idem eodem loco.*

Circa bonum prudentia quadruplíciter ſe gerit, quum aut adipiſcitur bona, aut tuetur, aut adauget, aut prudenter utitur: hi prudentiæ aliarumq; uirtutum ſunt canones, quibus ad utrũq; utendũ eſt fortuna.

*Idem in libro an utilis ſit prænotio futurorum.*

Porrò prudentia quidem non tam corporũ, quam rerũ eſt inſpectio, priuſquã ipſas res homo aggrediatur, ut quàm cõmodiſſimè eas obuias, & quaſi incidentes excipiat: proſpicit enim futura, ſiquidem corpus anteriori ſoli parte oculis præditum eſt, poſteriori uero omnino cæcum. Cogitatio autẽ præterita quoq; memoriæ beneficio conſpicit: hæc enim eſt ille ſcriba, qui ſemper intus manet & reſidet, ut Plato inquit, hęc eſt animæ pars ſiue inſtrumentum, quod res tranſeuntes apprehendit, conſeruat, ſiſtit, et circulum facit, id quod præterijt reflectens, ut cum præſenti iungatur, nõ permittens, ut in infinitum abeat, & in natura nõ conſiſtat, neq; cognitione comprehendatur.

*Democritus.*

Prudentiæ eſt, futuram iniuriam pręcauere, indolentiæ uero, quod factum eſt non ulciſci.

Ariſtoteles dixit; quoniam euentus qui- Officium prudẽtiæ.

quidem rerum noſtræ uolūtati, ſe haud quaquam accommodant, nos certè uoluntatem euentibus accommodare oportet.

*Iamblichus in epiſtola ad Aphaleum.*

τὴν ἡγεμονοῦσαν τῶν ἀρετῶν φρόνησιν καὶ χρωμένην αὐταῖς ὅλαις καθάπερ ὄμμα νοερὸν τάξεις, τὰ καὶ μέτρα αὐτῶν καὶ τὴν εὐκαιροτάταιν διακοσμοῦσαν, ἐπιδείκνυσιν ὅλον ὑπαυγὲς ἐν τῷ παρόντι, id eſt.

Prudentia uirtutum princeps eſt, reliquiſq; omnibus utitur, atq; ipſarum ordinem, modum, & occaſionem in præſentia tanquam oculus quidam mentis undequaq; luci diſſimus oſtendit: generatur ergo hæc primum quidem à ſyncera perfectaq; mente, atq; ſic genita, in ipſam mentem intuetur à qua perficitur, modūq; et exemplar inde ſibi pulcherrimum omnium ſuarum actionum habet. Quod ſi quæ nobis etiā cum dijs intercedit communitas, ea maximè uirtutis huius gratia conſiſtit, & per hanc in primis ipſis aſſimilamur, huius beneficio bona & utilia, honeſta & turpia diſcernimus, factaq; conuenientia iudicamus ac emēdamus: deniq; ut paucis omnia complectar, gubernatrix eſt hominum, & omnis inter ipſos cōſtitutionis princeps, quinetiam ciuitates & familias, priuatamq; ſingulorum uitam, ad exemplar diuinū referens, qua poteſt optima ſimilitudine depingit, hoc dolet, illud inſcribit, utrobiq; aſſimilationis modo ſtudens. Merito igitur deo ſimiles facit ſui poſſeſſores prudentia.

Vnde generetur prudētia.

*Plato in Phædro.*

πέφυκε ξυνιέναι εἰς τὸ αὐτὸ φρόνησίς τε καὶ δύναμις μεγάλη, καὶ ταῦτα ἄλληλα ἀεὶ διώκει καὶ ζητεῖ, καὶ συγγίνεται, id eſt.

Prudentia & magna uis naturæ coniungi ſolent, ſemper ſe mutuo perſequūtur, quærunt, & conueniunt.

*Idem.*

Σωφρονέστερον οἶμαι σοῦ μετὰ τὸ παθεῖν ἐγκαλεῖν, τὸ πρὶν παθεῖν φυλάξασθαι τὸ μὴ παθεῖν, id eſt.

Prudentius agit, qui ſibi cauet priuſquàm malum ingruat, quàm qui malo iam accepto ad accuſandū conuertitur.

*Crito.*

Prudens uir ad uitam, quaſi uiam quandam, non precioſius uiaticum, ſed quod magis neceſſarium eſt, comparat.

*Græce ſic.*

φρόνιμος ὥσπερ εἰς ὁδὸν τὸν βίον οὐ τὰ πολλὰ ἄξια σύνθεσιν ἐφόδια, ἀλλὰ τὰ ἀναγκαιότερα.

*Socrates.*

ὥσπερ εἰς κενὸν σκάφος τὰ ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἔργματα δεῖ προσεμβάλλειν, id eſt.

Prudenter facta, tanquam in uas inane, alia alijs ſuperinijcere oportet.

*Damippus Pythagoricus in lib. de prudentia & bona fortuna.*

Prudentia & bona fortunæ ita ſe habent inuicem, prudentia res eſt rationē habens, & uerbis effabilis ordinata & definita: fortuna uero neq; ſermone recte comprehenditur, neq; rationem habet, inordinata omnino ac infinita. Illa prior et dignitate et potentia, hęc utroque poſterior: ſolet enim illa gubernare, determinare, hæc uero regi & terminare, iunguntur tamen aliquando & ſimul utraq; conueniunt prudentia ſimul & bona fortuna: cæterum oportet ſemper naturam rationalem, & quæ ſermone definiri poteſt, habere quod terminet, ac diſponat: irrationalem autem in uerbis non effabilem habere opus eſt, alteram naturam qua definiatur & ordinetur, eadem enim ubiq; eſt ratio, de infinita, & finiente natura: ſiquidem infinita, ut materiæ & ſubſtantiæ, habentia rationem, terminari & diſponi apta ſunt ab alijs ratione, & prudētia præditis: quod cum artis efficientiſq; cauſſæ locum habeant, ordinare ac finiri cætera ſolent.

*Idem.*

Prudentia eſt, quæ res definit, ac infinita diſponit: ideoq; cæterarum quoq; uirtutū dux & mater eſt: etenim uirtutes omnes ad præſcriptum & rationem prudentiæ conſtituuntur.

*Archytas Pythagoreus in lib. de uiro bono & felice.*

Vir prudens hoc maximè pacto naſcetur: primum nactus ſit oportet ingenium ſo-

um ſolers, memor, & laborioſum, deinde ſtatim à puero animum exerceat, ratiocinetur circa mathemata exactas ſpeculationes, & rectam philoſophiam uerſetur, poſtea de dijs & legibus & uitis hominum experientiam indipiſcatur: duo enim ſunt, quæ prudentis habitum gignunt, quorum alterum eſt, ut mens diſciplinis ac exquiſitis contemplacionibus animum exercitauit, ad prudentiam ſat idoneus eſt: nec ille, qui iam dictorum quidem nihil conſequutus, ſed in multis aliâs hiſtorijs & rebus experiundo uerſatus eſt: prior enim ad ſingularia perpēdenda cœcum habet animum, alter in uniuerſalium contemplatione nihil uidet. quemadmodum aliquis computando partibus coniunctis totum ex ipſis reſultans colligere poteſt, ita in rebus quoq; ratio quidem ſpeculationem uniuerſalem deliniat, experientia uero ſingularia iudicat.

Prudentia uirtus eſt, de rationali parte manans, ad ea quæ ad felicitatem tendant conſtituenda idonea.

Vel eſt recta ratio agibilium. Ariſtoteles lib. Ethicorum 6. uel eſt rerum bonarum ac malarū ſciētia. Cic. li. 2. Rhet.

Eius proprium eſt, ut omnia ratione, atq; conſilio agitentur, inde cōſulta maturè tranſigantur.

Item munus eius eſt in conſilio res adhibere, bona malaq; diſcernere, et omnia quæ in humana uita deligenda fugiendaq; ſunt, præſentibus omnibus bonis honeſtis uti, bene conſueſcere opportunitates percællere, ſermone & opera ſagaciter uti, rerum omnium utilium habere experientiam & memoriam. Prudentiæ contraria ſtultitia & dementia.

*Partes prudentiæ quatuor ſunt, & numerantur.*

Aſtutia mentis eſt, qua rebus induſtrijs cautum captatur cōſilium, & acutè diſpicitur atq; iudicatur, quid bonū, quid malum, quid utile, quid incommodum ſit: uerſutiæ nomen aſſumit, quum in malum ſeſe contulerit.

Memoria, qua repetit animus quæ fuerunt. Cicero in Rhetoricis. idem de memoria & reminiſcentia, eſt iterata reſumptio alicuius apprehenſi ſenſu, uel intellectu. Vel, ſecundum eundem, eſt pars integralis prudentiæ, non eſt autem futurorum, nec præſentium: ſed præteritorum tantum. ſenſus præſentium, ſpes furorum.

Intelligentia eſt, per quam ea perſpiciuntur quæ ſunt, à qua ſunt, qui non ſeiungant calliditatem, per quam mentes, quid cuiq; rei tractanda conueniat, callent: cuius contrarium ignorantia uel ſocordia.

Prouidentia eſt, per quam futurum aliquid ſpectatur, antequam factum eſt. Ex cunctis prudētiæ partibus induſtriæ omnes actioneſq; ſolerter tractatæ, probitatis & officij nomen aſſequuntur, & deniq; tria prudentiæ tempora deputātur: ut præterita meminerit, præſentia conſyderet, futura connectat. Sed ueritatis partibus hæc adſcribi ſolent, & nō, iniuria, cunctis ſiquidem uirtutibus moralibus moderatur prudentia, ut ſine ipſa nomen ullum obtinere non poſſint, &c.

*Ariſtoteles de uirtutibus*

*ἐςι δὲ φρόνησις μὲν ἀρετὴ τοῦ λογισικοῦ παρασκευασικὴ τῶν πρὸς εὐδαιμονίαν συντεινόντων*, id eſt.

Prudentia eſt rationabilis animi partis uirtus, qua ea, quæ ad felicitatem ſuā tendunt, diſpicientes ſibi comparant.

Comites qui ſint, uide apud Ariſtotelem, et cæteros, qui ex profeſſo hac de re ſcribunt.

REGNVM

## QVIS OPTIMVS REIPVBLICAE *ſtatus. Thomas Morus.*

*Quæris uter melius, rexnè imperet, anuè ſenatus?*
*Neuter (quod ſæpe eſt) ſi ſit uterq; malus.*
*Sin ſit uterq; bonus, numera præſtare ſenatum,*
*Inq; bonis multis plus reor eſſe boni.*
*Difficile eſt numerum forſan reperire bonorum,*
*Sic facile eſt unum ſæpius eſſe malum.*
*Et fuerit medius ſæpe inter utrumq; ſenatus,*
*Sed tibi uix unquàm rex mediocris erit.*
*Conſilioq; malus regitur meliore ſenator:*
*Rex conſultores ſed regit ipſe ſuos.*
*Alter ut eligitur populo, ſic naſcitur alter.*
*Sors hic cæca regit, certum ibi conſilium,*
*Ille q; ſe factum populo, populum ſibi factum,*
*Scilicet hic ut ſint, quos regat ipſe, putat.*
*Rex eſt in primo ſemper blandiſsimus anno,*
*Omni anno conſul rex erit ergo nouus.*
*Rex cupidus longè populum corroſerit æuo:*
*Si conſul malus eſt, ſpes melioris adeſt.*
*Nec me nota mouet quæ paſtam fabula muſcam*
*Ferre iubet, ſubeat ne malè pranſa locum.*
*Fallitur, expleri regem qui credit auarum,*
*Nunquàm hæc non uacuam mittet hirudo cutem.*
*At patrum conſulta grauis diſſenſio turbat,*
*Regi diſſentit nemo, malum hoc grauius:*
*Nam cum de magnis uaria eſt ſententia rebus,*
*Quæſtio ſed tamen hæc naſcitur unde tibi?*
*Eſtnè uſquàm populus, cui regem ſiue ſenatum*
*Præficere arbitrio tu potes ipſe tuo?*
*Si potes hoc, regnas: nec iam cui conſule tradas*
*Imperium: prior eſt quæſtio, an expediat.*

*Duo neceſſaria reipub. præfuturis, ex officiorum libris M. Cicero.*

Duo præcepta gubernantium.

Omnino qui reipub. pręfuturi ſunt, duo pręcepta Platonis teneant: Vnum, ut utilitatem ciuiū ſic tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: Alterum, ut totum corpus reipublicæ curent, ne dum partem aliquam tueantur, reliquas deſerāt: ut enim tutela, ſic ꝓcuratio reipublicæ ad eorum utilitatem, qui comiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Qui autem partem ciuium cōſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt, ſeditionem atq; diſcordiam: ex quo euenit, ut alij populares, alij ſtudioſi optimi cuiuſq; uideantur, pauci uniuerſorum.

Seditio, diſcordia unde naſcatur.

*Thomas Morus Anglus.*

*Regibus ex multis regnum cui ſufficit unum,*
*Vix rex unus erit, ſi tamen unus erit.*
*Regibus è multis regnum benè qui regat unum,*
*Vix tamen unum erit, ſi tamen unus erit.*

*Regno fidere ſtultum, ex Troade Senecæ Hecubæ.*

*Quicunq; regno fidit, & magna potens*
*Dominatur aula, nec leues metuit Deos,*
*Animumq; rebus credulum lætis dedit,*
*Me uideat: & te Troia nonnunquàm tulit,*
*Documenta fors maiora quàm fragili loco*
*Starent ſuperbi, columen euerſum cecidit*
*Pollentis Aſiæ, cœlitum egregius labor:*
*Ille tot regum parens*
*Caret ſepulchro Priamus, & flamma indiget*
*Ardente Troia*

*Reges debent eſſe humiles, ex Thyeſte Senecæ.*

*Vos quibus rector maris atq; terræ*
*Ius dedit magnum necis atq; uitæ,*
*Ponite inflatos, tumidoſq; uultus:*
*Quicquid à uobis minor extimeſcit,*
*Maior hoc uobis dominus minatur:*
*Omne ſub regno grauiore regnum eſt.*
*Quem dies uidit ueniens ſuperbum,*
*Hunc dies uidit fugiens iacentem.*
*Nemo confidat nimium ſecundis*
*Nemo deſperet meliora lapſis:*
*Miſcet hæc illis, prohibetq; Clotho*
*Stare fortunam, rotat omne fatum.*
*Nemo tam diuos habuit fauenteis,*
*Craſtinum ut poßit ſibi polliceri.*
*Res deus noſtras celeri citatas*
*Turbine uerſat.*

*Seruientem regi impudentem eſſe neceſſe eſt. Ex Hippolito Senecæ.*

Verecunda inutilis aulico. Aureus uerſus.

*Haud eſt facile mandatum ſcelus adire,*
*Verum iuſta: qui reges timet,*
*Deponat, omne pellat ex animo decus.*
*Malus eſt miniſter regij imperij pudor.*

*Magna pericula regibus impendent:*
Ex Oedipode Senecæ.

*Quiſquam ne regno gaudet? O fallax bonum,*
*Quantum malorum quàm fronte blanda tegis?*
*Vt alta uentos ſemper excipiunt iuga,*
*Rupemq́; ſaxis uaſta dirmentem freta,*
*Quamuis quieti uerberant fluctus maris:*
*Imperia ſic excelſa fortunæ ſubiacent.*

*Regis ad exemplum ſubditi uiuunt: ex Claudiano, de quarto Honorij conſulatu.*

Tyrannorũ eſt terrere.

*Qui terret, plus iſte timet, ſors iſta Tyrannis*
*Conuenit, inuideant claris, forteſq; trucident,*
*Muniti gladijs uiuant, ſeptiq́; uenenis,*
*Ancipites habebant artes, trepidiq́; minentur:*
*Tu ciuem patremq́; geras, tu conſule cunctis.*
*Nec tibi, nec tua te moueant, ſed publica uota*
*In commune iubes: ſi quid, cenſeſq; tenendum*
*Primus iuſſa ſubi, tunc obſeruantior æqui*
*Fit populus, nec ferre uetat, quum uiderit ipſum*
*Authorem parêre ſibi. Componitur orbis*
*Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos edicta ualent, quàm uita regentis.*
*Mobile mutatur ſemper cum principe uulgus.*
*His tamen effectis, nec faſtidire minores,*
*Nec pete præſcriptos homini tranſcendere fines.*

Officium boni regis. L. digna uox C. de conſt. Pri.

EX HIPPOLYTO SENECAE.

*Aula Fraudulenta.*

*Fraus ſublimi regnat in aula.*

EX HERCVLE FVRENTE.

*Inuidiam pati ars prima regni.*

*Ars prima regni eſt poſſe inuidiam pati.*
Ex Troade Senecæ.
*Eſt regis alti, ſpiritum regi dare.*
*Cur dextra regi ſpiritum eripuit tua?*
*Præferre patriam liberis regem decet.*

Patria liberis præferenda.

*Regis eſt, fortunam ferre: ex Seneca.*

*Quid iuuat coniunx mala*
*Grauare queſtu? regium hoc ipſum reor*
*Aduerſa capere, quoq; dubius magis*
*Status, & cadentis imperij moles labat.*
*Hoc ſtare certo preßius fortem gradu:*
*Haud eſt uirile, terga fortunæ dare.*

Fortunæ terga dare eſt fœmineum.

*Amari regem magis decet, quàm metui.*
Ex Octauia Senecæ.

N. *Ferrum tuetur principem.*
S. *Melius fides.*
N. *Decet timeri Cæſarem.*
S. *At plus diligi.*
N. *Metuant neceſſe eſt.*
S. *Quicquid exprimitur, graue eſt.*
N. *Iußiſq; noſtris pareant.*
S. *Iuſta impera.*
*Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera*
*Cæde abſtinere, tempus atq; iræ dare,*
*Orbi quietem, ſæculo pacem ſuo,*
*Hæc ſumma uirtus: petitur hac cœlum uia.*
*Sic ille patriæ primus Auguſtus parens*
*Complexus aſtra eſt, colitur & templis Deus.*

Summa uirtus quę ſit in rege. Auguſtus cæſar.

Auguſti dictum. Nolle ſe nocentibus imperare, imperium depoſiturum ſi reipublicæ ſe eſſe principem non expediret.

*Deo gratum interimere Tyrannum.*
Ex Hercule furente Senecæ.

*Victima haud ulla amplior*
*Poteſt magis optima mactari Ioui,*
*Quàm rex iniquus.*

Rex iniquus.

*Quid regem faciat, ex Thyeſte.*

*Quis uos exagitat furor,*
*Alterius dare ſanguinem,*
*Et ſceptrum ſcelere aggredi?*
*Neſcitis cupidi artium,*
*Regnum quo iaceat loco.*
*Regem non faciunt opes,*
*Non ueſtis Tyriæ color,*
*Non frontis nota regiæ,*
*Non auro nitidæ trabes.*
*Rex eſt, qui poſuit metus,*
*Et diri mala pectoris,*
*Quem non ambitio impotens,*
*Et nunquàm ſtabilis fauor*
*Vulgi præcipitis mouet.*
*Qui tuto poſitus loco,*
*Infra ſe uidet omnia,*
*Occurritq́; ſuo libens*
*Fato, nec queritur mori,*
*Mens regnum bona poßidet.*

Audi obſecro.

*Rex eſt qui metuit nihil,*
Qui ſit uerus rex.
*Hoc regnum quiſq; ſibi dat:*
*Stet quicunq; uolet, potens*
*Aulæ culmine lubrico.*
*Me dulcis ſaturet quies,*
Lubrica aula.
*Obſcuro poſitus loco,*
*Leui perfruar otio:*
*Nullis nota Quiritibus.*
*Aetas per tacitum fluat,*
*Sic cum tranſierint mei*
*Nullo cum ſtrepitu dies,*
*Plebeius moriar ſenex.*

*Cœlius lib.14.cap.12. Ennius.*

*Nulla ſancta ſocietas, nec fides regni eſt,*
*Omniſq; poteſtas impatiens conſortis erit.*

*Seneca.*

*Regnum non duos capit: neq; mundus duos ſoles.*

*Reges omnia timent, ex Thyeſte Senecæ.*

*Ille qui donat diadema fronti,*
*Quem genu noſſe tremuere gentes,*
*Cuius ad nutum poſuere bella,*
*Medus & Phœbi propioris Indus,*
*Et Dacæ Parthis equidem minanti,*
*Anxius ſceptrum tenet, & mouentes*
Caſus rerũ mobiles.
*Cunctas diuitias, metuitq; caſus*
*Mobiles rerum, dubiumq; tempus.*

*Viues in Epiſtola ad Henricum Angliæ Regem.*

Magnum regni columen ſunt amici prudentes ac liberi, quibus moderata potentia ſuſtentatur: Rexq; ſiue prudẽtiæ uerecundia, ſiue melius ſuadentis monentiſq; oratione atq; autoritate, ſe ſe ad ſtudia uirtus conuertit, tum populo utitur ſui ſimili, hoc eſt optimo: regnũq; quietum agit, minimè ſtudioſum rerum nouarum.

*Reſpublica firma, ex Perſa Plauti.*

Quid id quod uidiſti, ut munitũ muro tibi uiſum eſt oppidum? ſi incolæ bene ſunt morati, pulchrè munitum arbitror, perfidia & peculatus ex urbe & auaritia ſi exulant, quarta inuidia, quinta ambicio, ſexta obtectatio, ſeptimum periurium octaua, indiligentia, nona iniuria, decimum, quod peſſimum adgreſſu, ſcelus. Hæc niſi unde aberunt, centuplex murus rebus ſeruandis parum ſit.

*Multi regna non reges colunt: ex ultima Tragœdia Senecæ.*

Tu quicunq; es, qui ſceptra tenes, licet omne tua uulgus in aula centum pariter limina pulſet: cum tot populis ſtipatus eas, in tot populis uix una fides. Pauci reges non regna colunt: Plures fulgor conuocat aulæ: cupit hic regi proximus ipſi, claruſq; latas ire per urbes: urit miſerum gloria pectus, cupit hic gazis inplere famem: Colit hic reges, calcet ut omnes, perdatq; aliquos, nullũq; leuet, tantum ut noceat, cupit eſſe potens.

*Ludouicus Viues in Epiſtola ad Henricum Regem Angliæ. 8.*

Malos regere acerbiſſimum eſt.
Bonitas maximũ uinculum eſt regni
Occaſio.
Inter bonos maximum glutinum.
Officium Principis boni.

Regi malo mali ſunt ſubditi: inter malos uerò concordia haud diuturna. Quum princeps ſuperbè imperat, ſubditi contumaciter parent. Malos regere acerbiſſimum eſt: Acerbius, etiam ſi rector ipſe ſit malus, nec ulli parent libentius quàm boni bono. Ergo regni uinculũ maius aut firmius nullum eſt, quàm bonitas: Nam imperia dura, aut moderata citò diſſoluuntur, magiſq; uiolenta ſunt quàm duratura, quoniam nihil ſtabile principẽ cum ſubditis coniungit, nec aliud ad diſunctionem expectatur, quàm occaſio. Nullũ animal inuitum retinetur perpetuo, ſi liceat effugere: nihilq; magis à coacto laboratur, quàm ut citiſſimè quicquid remoratur, abrumpat. Maximum eſt animorum glutinum inter bonos, nec ſecus bonus uir bonum imperantem audit quàm ſeipſum. Quapropter illud in primis eſt ſapienti principi laborandum, quiq; ſempiternum imperium, & ipſe dum uiuat poſſidere, & heredibus tradere per manus cupit, ut ſe ac ſuos bonos faciat, ipſeq; ſit gubernãdi peritiſſimus, & parère modeſtè atq; obedienter ſubditos doceat.

*Muſonius, quod oporteat etiam reges Philoſophari.*

Ne tibi perſuadeas, cuiquam eſſe magis quàm tibi philoſophandum: nec id aliam ob cauſam magis, quàm quia rex es. Eſt enim regis poſſe homines conſer-

conſeruare,ac beneficijs afficere: Id aut facturo ſcire neceſſariū fuerit, quid homini bonum,aut malum ſit, quid iuuet, quid obſit,quid utile,aut inutile. Siquidem pereunt,qui in mala incidunt: ſeruantur qui bona conſequuntur, & beneficijs obſtringuntur,qui his digni iudicantur,quæ iuuent,utiliaq; ſint: contra malè afficiūtur, qui in damnoſa atq; inutilia impelluntur. Quid ſit autem

Bonum. Vtile.

bonum aut malum,utile aut inutile, qd conferat aut obſit,nō alterius eſt diſcernere, quàm philoſophi:quippe qui in eo ipſo continuè uerſatur, huic uni rei ſtudet,ut percipiat, quicquid ad hominis felicitatem, aut infelicitatem pertinet. Conſtat igitur, philoſophari regem oportere.

Præterea decet, aut potius neceſſe ē, regem ita ſubditis iura adminiſtrare, ut ne quiſpiam plura ꝗ par ſit, aut pauciora conſequatur, ſed ut mereat̃ unuſquiſq;, ita uel honore uel pœna afficiatur.

Iuſtitia.

Quomodo autē quiſpiam hæc, iuſticia non prēditus efficeret? iuſtus uerò quo pacto quis eſſe poterat,ſi iuſticia qd ſit ignoret? Eſt igitur rurſus regi et hanc ob cauſam philoſophandum: nec enim abſq; philoſophia iuſticiam, iuſtumq; tenere unq; exiſtimabitur? Etenim haud dici poteſt,quod qui didicit iuſta, non magis ea intelligat, quàm ille qui non didicit: neq; quod non ſint huiuſmodi rerum imperiti omnes, qui nunq; philoſphati ſunt: Quo fit,ut homines inter ſe contendant,ac digladientur,dum alij alia iuſtiora eſſe aſſerunt. Certè ſuper illis,quæ ſciunt homines, non ſolent diſſentire homines: neq; enim de albis, nigris,calidis, frigidis, mollibus, aut duris contendunt,ſed de huiuſmodi eadem omnes ſentiunt & loquuntur. Quare etiam de iuſtis conſentirent ſimiliter, ſi noſsent ipſorum naturam: ſed interim dum concordes non ſunt, ignorantiam ſuam arguunt. Nec tu quidem(ut mihi uidetur) huius inſcitiæ es expers. Quapropter huic cognitioni operam dare debes magis, quàm alius

Temperātia.

quiſpiam,idq; tanto diligentius, quanto turpius eſt regē quàm homines priuatam iuſticiam ignorare.

Ad hæc tum regem ipſum temperantem eſſe oportet, tum ſubditos eiuſmodi reddere, ut & ipſe modeſti' imperet, ac ſubditi pareant decentius, neutri autem delicientur. Perniciosa enim eſt uoluptas & principi, & priuatis omnib'. i. λυμαντικὸν γὰρ ἄρχοντός τε καὶ ἰδίου τοῦ παντός ἡ τρυφή. Quo autem pacto quiſpiam aut ipſe temperans erit, cum imperare cupiditatibus haud didicerit? aut quomodo luxuria diffluens alios reddet tēperatos? quæ uerò ſcientia, præter philoſophiam, ad temperantiam perducat, nulla eſt: hæc enim uoluptatem & auaritiam uincere,frugalitatem diligere,luxum & ſumptus declinare docet: uerecundiam ſeruare,linguamq; compeſcere adſuefacit, modum, ordinem, elegantiam, & honeſtatem parit: deniq; decorū in geſtu habituq; conciliat: quæ cum homini inſunt, eum grauem ac tēperantem reddunt. Quapropter & rex ita inſtructus, maximè Deo ſimilis & uenerandus exiſtit. καὶ δὴ καὶ βασιλεὺς ὅτῳ ὑπάρχει ταῦτα μάλιστα ἂν εἴη θεοπρεπής τε καὶ αἰδοῦς ἄξιος. Vt autem quis intre- Fortitudo

pidus ſit,audens,& minimè formiduloſus,id p̄ſtat fortitudo,quæ nemini utiq; ineſſe poteſt,qui in more ac labore nihil ineſſe mali ſibi non conſtanter perſuaſerit. Hæc etenim mors inquàm, & labor homines perterrefaciunt, & à mente deturbant, cum pro malis habentur? Quod autem mala non ſint, ſola docet philoſophia. Quare ſi fortitudo regibus eſt acquirenda, ut omnio eſt, præ omnibus ſtudijs philoſophari debent, cum fortes aliter euadere non ualeant.

*Eloquentia decet etiam reges.*

Eſt item ſi quid aliud, & hoc maximè regum, dicendi facultate minimè ſuperari, & haud ſecus oratione colloquentes, quàm armis hoſtes uincere: nam ſi in hac re inualidi reges fuerint, neceſſe erit,ut quàm ſæpiſſimè ſeducantur, & falſa pro ueris admittant: quod imprudentiæ extremæq; indicium eſt ignorātiæ. At neſcio an philoſophia qcq; magis mortalibus largiri ſoleat, quàm ut ne oratione ſuperentur, falſaq; à ueris di-

ueris diſcernant, hæc affirment, illa redarguant.

*Boni magiſtratus aut principis eſt, Iuſtis eſſe æquum, malis uerò hoſtem, & porrò utramq; partem audire, atq; poſtea rectè iudicare.*

*Euripides in Syleo.*

*Iuſtis quidem æquus & iuſtus, malis uerò*
*Omnium maximus hoſtis in terra.*

*Idem in Heraclidis.*

*Quisnam de cauſa iudicaret, aut ſententiam ferret,*
*Priusquàm utriuſq; ſermonem euidenter audierit?*

*Idem.*

*Ego illum, qui iniuſtitia infamis*
*Ad aram aſſidet, lege neglecta,*
*Adducerem ad pœnam dandum, nihil metuens Deos:*
*Nam uirum malum ſemper malè affici conuenit.*

*Menander.*

Qui prius condemnauerit, quã cauſam luculenter audiuerit: is malus eſt, quia malè credidit.

*Apollodorus Athenienſis Comicus.*

*Oportet auditorem & re uera prudentem Iudicem,*
*Antequàm narretur ſermo, uitam conſiderare*
*Dicentis, qualis nam ſit, cuias, & ſummam ſtudij*
*A puero ſui quorſum direxerit. Qui enim eſt proditor*
*Sui ipſius, & malus ætatis ac formæ ſuæ cuſtos,*
*Talis in primis ciuitatem totam peſſundat:*
*Nec enim turpe putant, huiuſmodi homines repulſam pati.*
*Cum nihil non audeant, dudum namq; pudorem*
*Omnem exuerunt apud alias fores.*
*Itaq; aggreditur omnia impudenter*
*Quilibet ipſorum, audax eſt, undequaq;*
*Mentitur, peierat, teſtatur, rabulam agit,*
*Furatur, publicanus eſt, diſſolutus ac ignauus: tandem uerò*
*Si non ciuitatem, certè tribum ſuam paulatim euertit.*

Lyſias Orator. Iudicantes eadẽ mẽte preditos eſſe decet qua legiſlatores.

*Antiphon.*

Si peccandum ſit iniuſtè, reum abſoluere, quàm iniuſtè perdere, melius fuerit: Illud enim quidem peccatum eſt, hoc uerò impietas.

*Plutarchus in libello de Iſide.*

Thebis iudicum imagines uiſuntur abſq; manibus, & ſummi iudicis oculi coniuent, eò quod iuſticia nec muneribus capiatur, nec hominum uultu flectatur.

*Plato in Demodoco.*

Quo pacto quiſpiam aut ius rectè dicere, aut homines decẽter iudicare poſſet, qui non utrumq; aduerſariorum audierit? Sermones, enim quemadmodum purpura & aurum melius, dijudicantur ſi conferas inuicem. Nam qua gratia uel dicendi tempus aduerſariorũ utriq; cõceditur, aut cur iudex utroſq; ſe ſimiliter auditurum iurat, niſi exiſtimaſſet legislator cauſſas hoc modo iuſti⁹ ac melius à iudicibus poſſe iudicari? Tu uerò mihi uideris ne uulgare quidem iſtud dictum audijſſe: μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. id eſt. Iudicium non ante feras, quàm audiueris ambos. Atq hoc non celebraretur ita, niſi rectè decẽterq; dictum eſſet: Conſulo itaq; tibi, dixit, in poſterum ne tam præcipitanter homines aut reprehendas, aut collaudes. Cato. Audienda utraq; pars.

*Sententia Græca.*

Τοῖς μὲν δικαίοις ἔνδικος, τοῖς δὲ αὖ κακοῖς
Πάντων μέγιστος πολέμιος κατὰ χθόνα.

*Vtraq; pars audienda.*

Τίς ἂν δίκην κρίνειεν, ἢ διοίη λόγον,
Πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν, μῦθον ἐκμάθῃ σαφῶς.

*Idem.*

Ἐγὼ γὰρ ὅστις μὴ δίκαιος ὢν ἀνὴρ,
Βωμὸν προσίζει τὸν νόμον χαίρειν ἐῶν,
Πρὸς τὴν δίκην ἄγοιμ' ἂν οὐ τρέσας θεούς:
Κακὸν γὰρ ἄνδρα χρὴ κακῶς πάσχειν ἀεί.

*Græca ſententia Menandri.*

ὁ προκαταγιγνώσκων δὲ πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς,
Αὐτὸς πονηρός ἐστι, πιστεύσας κακῶς.

*Græca ſententia Apollodori.*

Δεῖ τὸν ἀκροατὴν, καὶ συνετὸν ὄντως κριτὴν
Πρὸ τοῦ λεγόμενον τὸν βίον διασκοπεῖν,
Ποῖος τίς ὁ λέγων, καὶ πόθεν, καὶ τὴν ἀκμὴν
Ἐκ παιδὸς αὐτοῦ πρός τε καταθέμενος.

*Cheremon.*

Σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν τὰς ἁμαρτίας καλῶς
Κρίνειν, τὸ δ' εἰκῇ, καὶ μετὰ σπουδῆς κακόν. I. Sapientum eſt uirorum, peccata diligẽteret rectè iudicare: Quod autem temerè ac negligenter fit, malum eſt.

*Euripides in Auge.*

Οὐ τῶν κακούργων οἶκτος, ἀλλὰ τῆς δίκης
Ἔστι τοι καλὸν τοὺς κακοὺς κολάζειν. id eſt. Miſericordia digni ſunt, non malefici, ſed probi homines: malos homines caſtigare bonum eſt.

*Pindarus Lyricus poëta.*

ἐπη-

ἐπηρεάζοντα τι καὶ παθεῖν ἔοικε. id eſt.
*Contumelioſè quidpiam agentem pati quoq; conuenit.*

*Plato in Gorgia.*

οὐκοῦν τὸ δίκην διδόναι μεγίστου κακοῦ ἀπαλλαγὴ ἦν πονηρίας; ἦν γάρ, σωφρονίζει γάρ που, καὶ δικαιοτέρους ποιεῖ καὶ, ἰατρικὴ γίνεται πονηρίας ἡ δίκη. id eſt.

Ergo maximi criminis pœnam dare, à malicia liberari eſt. Sic eſt. facit enim modeſtiores, iuſtioresq́; ipſa pœna, & improbitatis pœna fit.

*Euripides in Palamede.*

Στρατηλάται δ' ἂν μύριοι γενοίμεθα,
Σοφὸς δ' ἂν εἷς τις, ἢ δύ' ἐν μακρῷ χρόνῳ. id ē,
*Imperatores quidem innumeros fieri licet,*
*Sapientem uerò uix unum aut alterum longo tempore.*

*Idem in Archelao.*

ἔχει δὲ καὶ τοῦτ' οὐχὶ μικρὸν εὐγενὴς
ἀνὴρ στρατηγῶν, εὐκλεᾶ τ' ἔχων φάτιν. id eſt.
*Hoc etiam non paruum decus eſt nobili*
*Viro, ſi fuerit imperator, & glorioſum inde nomen conſequatur.*

*Idem in eadem Tragædia.*

ὀλίγον ἄλκιμον δόρυ κρεῖσσον στρατηγοῦ μυρίου στρατεύματος. id eſt.

Exigua haſta ualida potior eſt, quàm dux infiniti exercitus.

*Idem in Erechtheo.*

Ὡς σὺν θεοῖσι τοὺς σοφοὺς κινεῖν δόρυ
Στρατηλάτας χρή, τῶν θεῶν δὲ μὴ βίᾳ. id eſt.
*Cum dijs mouere haſtam ſapientes*
*Duces oportet, non autem præter ipſorum uoluntatē.*

*Idem in eadem Tragædia.*

*Odi cum quis imperator in regione*
*Non omnibus ubiq; leuia adhibuerit remedia:*
*Non enim factis ipſis, aut rebus ſuccenſere oportet,*
*Quum nihil aliud inde ſit utilitatis futurum:*
*Sed res ſi rectè inſtituantur, feliciter ſuccedent.*

*Idem in Timeno.*

Τὸ δὲ στρατηγεῖν τοῦτ' ἐγὼ κρίνω καλῶς
Γνῶναι τὸν ἐχθρόν, ᾗ μάλιστα ἁλώσιμος. id eſt.
*Imperatoriam artem in hoc ſitam eſſe puto, ut bene*
*Cognoſcas hoſtem, quo maximè pacto poſsit capi.*

*Ibidem.*

ἄρξεις ἄρ' οὕτω, χρὴ δὲ τὸν στρατηλάτην
ὁμῶς δίκαιον ὄντα ποιμαίνειν στρατόν. id eſt.
*Sic quidem imperabis: Oportet aut imperatorem*
*Simul exiſtentem iuſtum regere exercitum.*

*Idem in Phœniſsis.*

ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης. id eſt.
*Cautus imperator præferendus eſt audaci.*

*Idem in Helena.*

ἴσθι τὸ τολμᾶν ἀδύνατ', ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ:
Δοκῶ μὲν οὐδείς, ἀλλ' ὅρα μὴ κρεῖσσον ᾖ. id eſt.
*Noſti quod audere impoſsibilia, uiri ſit non ſapientis.*

*Xenophon de dictis ac factis Socratis.*

Minima imperandi pars eſt, poſſe inſtruere aciem: Sed imperatorem & præparandi ea quæ ad bellum conferant, expertum eſſe oportet, & ad uictum militibus neceſſaria reperiendi, machinādi & operandi. Et ad hæc diligentem eū eſſe neceſſe eſt, corpore patientem, prudentem, mitem, durum, ſimplicem, inſidiatorem, cautum, furem, liberalem, rapacē, donandi plus q̄ habendi amatorem, tutum, & alios aggredi aptum: Cæteraq́; multa ſunt, quæ tum natura, tum doctrina illum habere oportet, qui bene imperaturus ſit. Bonum uero eſt, aciē etiam ordinare ſcire: multò namq; differt ordinatus, ab inordinato exercitu. Quemadmodum enim lapides, lateres, ligna, & tegulæ, inordinatè quidem proiecta ad nihil utilia ſunt: cum uerò ordinentur deorſum et ſurſum, neq; putrefiunt, nec fluunt lapides ac tecta. In medio autem lapides & ligna, quemadmodum in ædificijs componuntur, tum domus res pluris æſtimanda efficitur. In bello autem primos & ultimos ordinare oportet, qui fortitudine excellant: In medio uerò peiores, ut à primis ducantur, ab ultimis uerò impellantur.

*Ibidem.*

*Quare Agamemnon populorum paſtor dictus.*

Qua de cauſſa inquit, arbitraris Homerum nuncupaſſe Agamemnonē ποιμένα λαῶν. id eſt. Paſtorem populorum? Nonne quoniam, quemadmodum paſtorē oportet curare, ut ſaluæ ſint oues, ac habeant unde uiuant: ſic etiam imperatorem curare neceſſe eſt, ut exercitus ſaluus ſit, illudq́; perficiat, cuius rei gratia militat? Militant uerò ut hoſtibus ſuperatis feliciores ipſi ſint, cur namq; ita laudaſſet Agamemnonē, atq; utrūq; eum appellaſſet, regemq́; bonum, militemq́; robuſtum, ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. Niſi quod probet illum eſſe militem fortem, qui non ſolum aduerſus hoſtes fortiter luctetur,

ctetur, ſed omni etiam exercitui huius cauſa ſit, regemq́ bonum, qui nō ſolùm benè regeret ſe, ſed etiam illis, quos regat, felicitatis cauſa ſit. Rex namq; eligitur, non ut ſuijpſius cauſa agat, & curam habeat, ſed ut per ipſum, qui eum elegerunt, in felicitate degant. Similiter militant omnes homines, ut quàm optima uita fruantur: imperatores præficiunt, ut ad hoc eos conducant. Oportet igitur imperatorem proſpicere, ut hoc idem eli gentibus conferat: nec etiam aliud melius iſto facile eſt reperire, nec contrario turpius. Et ad hunc modum cōſiderans, quæ ſit boni præfecti uirtus, cætera quidem auferebat, illud autem relinquebat, uidelicet, ut felices efficiat illos, quorū quiſq; dux effectus eſt.

*Ibidem paulò poſt.*

Boni imperatores ſunt, qui boni patresfamilias: & eorum officium eſt commune, ſubditos ſibi obedientes facere, et præcipere cuilibet, quæ facere ſciat: bonos premijs afficere, malos autem pœnis. Id eſt: *καὶ μὲν τὸ τοὺς κακοὺς κολάζειν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς τιμᾶν.* Socios autem atq; auxiliares acquirere, cuſtodire res ſuas, circa eas & diligentes ac induſtrios eſſe.

*Plutarchus in libro, An ſeni adminiſtranda ſit Reſpublica:*

Rhetores Athenis Iphicrati, & Timotheo adductum Charetem hominem robuſtum oſtendebant, atq; talem imperatorem conſtituendum uolebant: Timotheus autem, non per Deos, dixit, ſed talis ille ſit, qui imperatori geſtaturus eſt ſtragula: imperator uerò tum quę ante ipſum, tum quæ à tergo ſunt, proſpiciat.

Epaminundas Thebanus magno & egregio exercitu conſpecto, ſed ſine duce: quanta belua, dixit, abſq; capite. Id ē: *ἰδὼν στρατόπεδον μέγα, καὶ καλὸν στρατηγὸν οὐκ ἔχον, ἡλίκον ἔφη θηρίον, καὶ κεφαλὴν οὐκ ἔχει.*

Antigonus olim hoſtibus ingruentibus cedens, dixit, ſe non fugere, ſed utilitatem retrò ſitam perſequi. Id eſt: *ὑποχωρῶν τοῖς πολεμίοις ἐπερχομένοις, οὐκ ἔφη φεύγειν, ἀλλὰ διώκειν τὸ συμφέρον ὀπίσω κείμενον.*

*Eraſmus lib. 5. Apophthegmatum.*

Iphicrates in ſociorum agro caſtrametatus, cum uallum extrueret, & foſſam pararet, obijcienti, quid eſt, quod metuamus? dixit: nulla deterior uox imperatoris eſſe poteſt, quàm non putabam. Id eſt: *τί γὰρ φοβούμεθα χειρίστην, ἔφη, φωνὴν στρατηγοῦ εἶναι τήν, οὐκ ἂν προσεδόκησα.*

Eundem cum rhetor quidam in concione interrogaret: quiſnam eſſet, quod adeò ſe efferret, num eques, aut grauis armaturæ miles, id eſt; *ἢ ὁπλίτης*, aut ſagitarius, aut peltam gerens? nihil horū ſum, dixit, ſed iſtis omnibus imperare noui: Sentiens eſſe pulchrius bonum præſtare ducem, quàm quemuis militem. Eraſmus ibidem, & Ioannes Stobæus in ſermone ſecundo de imperatoribus. Dux bonus.

*χαβρίας* Athenienſis optimos imperatores eſſe dixit, qui res hoſtium notiſſimas haberent. Id eſt: *ἔλεγε κάλλιστα στρατηγεῖν τοὺς μάλιστα γινώσκοντας τὰ τῶν πολεμίων.* Eraſmus libro quinto Apopthegmatum.

Idem dicere ſolebat, formidabiliorem eſſe ceruorum exercitum, duce leone, quàm leonum, duce ceruo: Sentiens totam belli fortunam pendere à uirtute prudentiaq; ducis. Idem Eraſmus præallegato loco. Philippo Macedonū rege à Stobæo aſſcribitur.

*Thucydides lib. 3. in concione Cleonis.*

Quicunq; imperator conſilijs contra hoſtes iuuat, potior eſt, quàm qui ipſos ſine prudentia pugnandi robore aggreditur.

Pyrrhus Epirotarum rex, cum quidam inter pocula quærerent: utrum Antigenidas, aut Satyrus melior eſſet tibicen: Mihi ſanè, dixit, præſtare uidetur dux Polyſperchion: innuens quæri oportere non inutilia, ſed neceſſaria. Id eſt: *διδάσκων ὅτι ἀναγκαῖα δεῖ ζητεῖν, καὶ ἄχρηστα.*

Hannibal cum audiſſet Stoici cuiuſdam argumenta, quibus probaret ſolùm ſapientem imperatorem eſſe, riſit: Exiſtimans fieri non poſſe, ut militaris ſcientia paretur ſine uſu, & experientia in rebus ipſis. Id eſt: *ὁ σοφὸς μόνος στρατηγός ἐστιν,*

ἐγέλασε νομίζων ἀδύνατον εἶναι, ἐκτὸς τῆς διʼ ἔργων ἐμπειρίας τὴν ἐν τούτοις ἐπιστήμην ἔχειν.

Φίλιππος ἔλεγε κρεῖττον εἶναι
στρατόπεδον ἐλάφων λέοντος στρατηγοῦντος
ἢ λεόντων, ἐλάφου στρατηγοῦντος.

Pyrrhus ad quendam promittentem ſe traditurum, & aciem inſtruendi artificium, qui tamen in acie nunquam fuerat, dixit, non opus ſibi eſſe imperatore, cuius aures tubæ ſonus nunquam circumierit.

Timotheus quærenti, quid inter imperatoriam artem, & oratoriam diſcriminis eſſet: idem, dixit, quod inter bellum & pacem.

*Nihil omnium difficilius eſt, quàm rectè imperare & præeſſe aliis.*

Eudamidas, cum philoſophus quidam ſolum ſapientem bonum eſſe imperatorem aſſeruiſſet, dixit: mirabilis quidem oratio eſt: is uero, qui loquitur, nunquã circa ſe claſſicum tubæ ſonum expertus eſt. Id eſt: Φιλοσόφου διαλεχθέντος δὲ μόνος ἀγαθὸς στρατηγὸς ὁ σοφὸς ἐστὶν, ὁ μὲν λόγος ἔφη. θαυμαστὸς, ὁ δὲ λέγων οὐ περί σε σαλπίκτου.

Probauit ſententiam, ſed indicauit cum fide loqui de re, quam nullo modo ſit expertus. Stobæus in ſermone de imperatoribus. Et Eraſmus lib. 1. Apopthegmatum recenſet.

*Imperium neſcit pietatis iura.*

M. Cicero lib. 3. Officiorum ſcribit, Iulium Cæſarem hos uerſus ex Euripidis Phæniſſis ſemper habuiſſe in ore:
εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν, τ᾽ ἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών.
Hos ipſe uertit hoc pacto.
*Nam ſi uiolandum eſt ius, regnandi gratia*
*Violandum eſt, alijs rebus pietatem colas.*
Eraſ. lib. 2. apophthegmatum.

*Difficilè eſt imperare.*

Diocletianus adhuc priuatus dicere ſolet, nihil eſſe difficilius, quàm imperare. Id Flauius Vopiſcus in Aureliano tradit ſe audiuiſſe à patre ſuo, & addunt cauſam: Colligunt, inquit, ſe quatuor aut quinque, ſimul conſilium ad decipiendum imperatorem capiunt, dicunt quid probandum ſit. Imperator qui domi clauſus eſt, uera non nouit, cogitur hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur: facit iudices, quos fieri non oportet: Amouet à Repub. quos debet retinere. Ita, ut dixit Diocletianus, bonus, cautus, optimus uenditur imperator. At uulgus ad imperatoris titulum ſatis eſſe putat naſci, aut eligi: naſci utcunque, eligi emptis ſuffragijs, ac ſolennibus cæremonijs confirmari. Eraſmus lib. 6. Apophthegmatum.

Scipio maior poſtquam Carthaginem armis cœperat, milites quidam uirginem eleganti forma captam adduxerunt, eique tradiderũt: Hic ille, libenter acciperem, inquit, ſi eſſem priuatus, non imperator. Iuuenis inſigni puellæ forma corrumpi non potuit, quo minus meminiſſet, quid deceret imperatorem: At multi hodie ſunt, qui ob hoc ipſum ſibi credunt tum licere, tum decora eſſe omnia, quod ſunt imperatores.

*Homerus in Iliade.*

*Magna etenim magni eſt excandeſcentia regis:*
*Inſuper à Ioue uenit honos, ſceptrique poteſtas:*
*Et colit æterni regem Olympi.*

*Ibidem.*

*Vnius imperium optimum eſſe.*

*Multorum imperium multa eſt confuſio ſemper.*
*Multi ſunt damno domini: rex unicus eſto.*
*Vnus ſit princeps populum ditione gubernans,*
*Cui dedit imperij ſceptrum Saturnius ingens.*

*Ibidem.*

*At rex ipſe tuis prudenter conſule rebus:*
*Conſilijs pare alterius quoque recta monentis.*

*Prouerbium Græcum.*

πολλοὶ στρατηγοὶ καρίαν ἀπώλεσαν. Id eſt:
*Multi imperatores perdiderunt Cariam.*

Adrianus Cæſar moriturus dixit illud uulgatum: Turba medicorum perdidit Cæſarem. Id eſt: πολλοὶ δ᾽ ἰατροὶ τὸν βασιλέα ἀπώλεσαν. Atqui & hodie uerũ eſt, turbam medicorum multis eſſe cauſam mortis. Eraſmus libro 6. Apophthegmatum.

Antigonus rex conſpiciens filium ſuum eos, in quos habebat imperium, ferocius tractantem atque inſolentius: An ignoras fili, inquit, regnum noſtrum eſſe ſplendidam ſeruitutem? Nihil dici potuit cordatius: nam princeps non minus obſeruire cogitur populo, quàm populus principi: niſi quod princeps id facit cum dignitate, alioqui reuera mutua eſt ſeruitus. Idem Eraſmus li. 4. Apophthegmatum.

Adria-

Adrianus Cæſar in ſenatu frequenter dicere ſolebat, ſe ſic geſturum principatum, ut ſciret rem populi eſſe, non ſuam priuatam: Nimirũ attigit hoc, quod unum diſtinguit regem à tyranno. Eraſmus lib. 6.

Idem imperator creatus adeò contempſit inimicos, ut uni, quem habuerat capitalem, forte obuio dixerit, euaſiſti. Principibus in priuatis offenſis debet eſſe ſatis, potuiſſe ulciſci. Eodem loco.

*Princeps obſeruare leges ſuas debet.*

Auguſtus legem tulerat de adulteris, quomodo iudicandi eſſent de hoc crimine delati, & quomodo puniendi conuicti. Pòſt iræ impotentia irruit in adoleſcentem delatum, quòd cum Iulia Auguſti filia commercium habuiſſet, eumq; manibus uerberauit. At cum adoleſcens exclamaſſet: Legem tuliſti, ô Cæſar, adeò facti pœnituit Cæſarem, ut eo die recuſaret cænam capere. Crimen per ſe graue erat, tum admiſſum in Cæſaris filiam. Quis princeps ibi dolori ſuo obtemperaret? aut quis ibi legum iudiciorumq; moras expectaret? At tantus princeps ſibi adeò diſplicuit, ut à ſeipſo pœnas ſumeret, quod legi, quam alijs prodiderat, non per omnia paruiſſet.

*Princeps aditu facilis ſit.*

Adrianus cuidam ipſi libellum trepidè porrigenti, qui manum nunc proferret, nunc retraheret: quid, inquit, an putas te aſſem dare elephāto? Solent enim pueri minimos nummos elephanto porrigere, quos ille non ſine ſpectatorum admiratione propoſcide ſic corripit, ut pueri manum non lædat. Sic uidemus pueros & in urſorum rictum manum inſerere, non ſine metu. moleſtum erat optimo principi, quod timeretur. Eraſmus lib. 4. Apophthegmatum.

Optimo iure laudibus uehitur illa uox Traiani, qui amicis incuſantibus, quod parum memor imperatoriæ maieſtatis, nimium eſſet omnibus expoſitus, reſpondit: Talem præſtabo imperatorem priuatis, qualem optarem ipſe priuatus. Eraſmus lib. 8.

*Ibidem.*

Conſtantius Chlorus amicis admonentibus, quod in augendo fiſco uideretur indiligentior, reſpondit, publicas opes rectius à priuatis haberi, quàm intra unum clauſtrum reſeruari. Bonus princeps, qui magis à ſuis diligitur, quàm timetur, habet quicquid ciues poſſident.

Theodoſius iunior tam admirabili fuit ingenij lenitate, ut cum ab amicis rogaretur, quamobrem neminem eorũ, à quibus lædebatur, ſupplicio capitis afficeret: Vtinam, inquit, mihi liceret & mortuos ad uitam reuocare. Ad priuatas iniurias oportet principem eſſe facilem ad ignoſcendum: in ijs, quæ lædunt Rempub. decet eſſe ſeuerum. Eraſmus lib. 8. Apophthegmatum.

Vopiſcus in diuo Aurelio refert Apophthegma ſcurræ cuiuſdam, qui dixerat, in uno annulo bonos principes omneis ſculpi poſſe: ſentiens eſſe magnum imperatorum numerum, ſed in ijs perpaucos bonos.

Adrianus Cæſar in colloquijs etiam humilimorum mirè ciuilis erat, eoſq; deteſtari ſolebat, qui hanc humanitatis uoluptatem ipſi inuiderent, hoc prætextu, quod dicerent principis maieſtatem ubiq; ſeruandam. Eraſmus lib. 6. Apophthegmatum.

*Impar imperio & principatui.*

Adrianus Cæſar commodum Ælium Verum iterum conſulem fecerat, eumq; imperio deſtinauerat: Quem cum cerneret, nec corpore, nec animo ſatis ualidum, dicere ſolebat: in caducum parietem inclinauimus, ac perdidimus quater milies .H.S. quod populo pro adoptione dedimus.

Idem dicere conſueuerat ſibi moleſtum eſſe, ſi quem uideret triſtem, cum tamen omnes doctos quæſtiunculis uexaret, ſed uexatos donauit aliquo munere.

Illum tranſeuntem mulier quædam appellauit: Audi me Cæſar. Is cum reſpondiſſet, non eſt ocium: illa clamauit: Noli ergo imperare. Ad hanc uocem reſtitit, & audiuit mulierem. Eraſmus lib. 6.

Rex quidam, cuius nomen ſupprimitur, nominari alioquin digniſſimus, cum ipſi porrigeretur diadema, tenuit aliquandiu manu, dixitq́ꝫ: ô nobilem magis quàm felicem pannum, quem ſi quis penitus cognoſcat, quàm multis periculis, ſolicitudinibus, ac miſerijs ſit refertus, ne humi quidem iacentem tollere dignetur. Idem lib. 6. Apophthegmatum.

*Sollicita omnino res principatus.*

*Δημοσθένης δυοῖν ἔφησεν οὐσαιν τῆς μὲν ὁδοῖ τὸ βῆμα, τῆς δὲ εἰς ἅδου μᾶλλον ἂν ἑλέσθαι τὴν εἰς ἅδου τὸν εὖ φρονοῦντα.* Id eſt: Demoſthenes dixit, duabus uijs propoſitis, altera ad tribunal, altera ad inferos, prudentem uirum præoptaturum eſſe eam, quæ ad inferos ducit.

Graue dictum Demoſthenis.

*Euripides in Pliſthene.*

*Nec omne populo imperium committas,*
*Nec affliges ipſum, nimis tribuens diuitijs,*
*Nec uirum populo fidum unquam eijcias,*
*Neq; promoueas plus quàm tempus poſtulat:*
*Haud enim tutum eſt,*
*Ne tibi ex ipſo fiat inſignis tyrannus.*
*Adhæc prohibe illum, qui præter ius honoratur:*
*Praui enim feliciter agentes, morbus ſunt Reipublicæ.* Id eſt:

*κώλυε δ' ἄνδρα παρὰ δίκην τιμώμενον:*
*πόλει γὰρ εὐτυχοῦντες οἱ κακοὶ νόσος.*

Idem Tragicus.

*Ἀλλ' οὐ πρέπει τύραννον, ὡς ἐγὼ φρονῶ,*
*οὐδ' ἄνδρα χρηστὸν νεῖκος αἱρεῖσθαι κακοῖς:*
*τιμὴ γὰρ αὕτη τοῖσιν ἀσθενεστέροις.* Id eſt:
*Atqui non decet regem, ut mihi uidetur,*
*Neq; uirum bonum, contendere cum improbis:*
*Iſtud eſt honori enim deterioribus.*

*Menander Comicus.*

*καλόν γε βασιλεὺς, τῇ μὲν ἀνδρείᾳ κρατῶν.* i.
*Egregium quiddam rex eſt, qui fortitudine præcellit.*

LIBERALITAS ET CLEMNTIA, *facilitas, & ueritas principem decent.*

*Pontanus de principe.*

Princeps, qui ſeſe hominem eſſe meminerit, nunquam ſuperbia efferetur, æqualitatem ſectabitur, & cum maximè è ſententia cedere ſibi uidebit, tum maximè credet præeſſe rebus humanis Deum, cui ſuperbia ipſa mirum in modum diſpliceat. Nihil antiquius ueritatę ipſa principi eſſe debet: declarat id, quod à maioribus noſtris ſapientiſſimè inſtitutum eſt, ut liber euangeliorum, quo diuina continetur ueritas, diebus ſingulis oſculandus principi offeratur, cum in re diuina adeſt, ut ex eo colendæ ueritatis admonitus meminerit ſtudioſiſſimum eius eſſe debere. In primis ſtudere oportet, ut, qui te adeunt, facilem eſſe intelligant: nihil enim tam alienum eſt à principe, nec quod aliorum in ſe odium tantopere concitet, quàm aſperitas, & ea quæ moroſitas dicitur: contrà uerò, in omni uita maximè laudatur comitas grauitate temperata.

Summa etiam cura attendendum, ut iuri dicundo præfecti, auaritia cæteriſq́ꝫ malis libidinibus animum liberum atq́ꝫ inuictum gerant, ius quoq́ꝫ ita prohibeatur, ut nullius rei acriorem, quàm legum ac liberalitatis defenſorem ſe princeps oſtendat: nihil niſi quod iuſtum & honeſtum ſit, ab ullo exigat. Ex quo fortuna principum in edito & præluſtri ſita eſt loco, præbetq́ꝫ ſeſe ſpectandam omnibus. ſtudendum eſt, ut dicta factaq́ꝫ illius omnia eiuſmodi ſint, quæ non modo laudem atq́ꝫ autoritatem pariant, ſed & familiares, & populares ipſos ad uirtutem excitent, ad quam nulla eos res magis excitabit, quàm ſpectata ipſis uirtus, & mores quàm probatiſſimi. Prudentiſſimè igitur Claudianus poëta:

Iudices quales.

*Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

Et prouerbij locum tenet idipſum: Dominus qualis ſit, familiam oſtendere.

*Ibidem ad Alphonſum.*

Si amari à familiaribus uis, ſi futuri boni regis expectationem concitare, id de te in primis præſta, ut non uni ex omnibus addictus uiuas, quod maximè alienum eſt à principe, ſed teipſum omnibus tanquam per uices partire, palàm faciens unum te eſſe, ad quem referri omnia & uelis & debeant. Vt enim malè actum eſſet cum genere humano, ſi uni ſe Deus aut paucis admodum præberet exorandum: eodem modo malè cum principum regumq́ꝫ familiaribus, ſi in tanta multitudine uni aut paucis admodum locus fideſq́ꝫ ſit. Nullus enim familia-

liarib⁹ maior eſt dolor, quàm ubi cū principe ſuo, ueluti per interpretem agendum ſit: Oportet enim, qui amari à ſuis & minimè peccare in Republica uelit, plurimis oculis, pluribusq́ue auribus ut utatur. Iacobus Caldora dux ætatis ſuæ clariſſimus dicere ſolebat, eo die multum ſe pecuniæ comparaſſe, quo multos audiiſſet: Cum multum audire, maximos theſauros eſſe duceret. Vultus etiā bonus, & læta (ut dicitur) frons, incredile eſt quantum adiuuent: clarum namq; eſt, dextera corpus paſci, animum uultu.

Principem in umbra & plumis, ut aiunt, aſsiduè agentem multa uitia neceſſe eſt circumſiſtere, cū uoluptatum titillantium nutrix ſit culcitra: cui morbo multum adiiciunt ſecreta cubiculorum conclauia. Quamobrem rectè ab Horatio dictum eſt:

*Ocium & reges prius, & beatas*
*Perdidit urbes.*

PRAVI ET STVLTI PRINCIpes à Deo conſtituuntur propter noſtram inobedientiam.

*Eſaias cap. 3.*

Et dabo adoleſcentes principes, & paruuli dominabuntur in eos. Auget infelicitatem ciuitatis, ubi pro optimis & prudentiſſimis malos & ſtultos magiſtratus ſortita fuerit: id quod conſentaneū eſt, ubi legum ſanctio nulla manet, & cōtemnitur uerbum Dei. Igitur inter calamitates mundi, hæc etiam eſt non minima, ut præficiantur pueri magiſtratus, non ætate, neq; innocentia, ſed ſenſibus pueriles, conſiliis & factis, nullam gerentes curam, nihil experti, temerarii, & quales Roboam habebat conſodales, nullam erga ſubditos habentes affectionem. Etenim ſicut uidemus pueros, quamuis parentes & fratres eorum mortui efferantur, equitare in arundine, ridere, ludere, ineptire: Ita ſtultis principibus omni tempore uacat ludere, uenari, conuiuia, choreas, & ludrica certamina inſtituere, multaq́ue inepta alia agere, quamuis pauperes & ſubditi opprimantur & pereant: et ſi quando ueniunt & ſubſidium petunt, ridentur & contemnuntur, ablutiq́ue conuitiis multis abire in malam crucem iubentur, & non rarò in carcerem coniiciuntur, non aliam ob cauſam, quàm quod dominos interpellarint. Nonnunquam ſuo ſanguine tyrannis pœnam luunt, ſi occiderint uel ceruum, aprum, aut urſum, etiam ſegetes depaſcentes. Iſthæc non fiunt fortuitò, nec citra indignationem Dei.

Oſeæ capite tertio dicit dominus: Dabo tibi regem in furore meo, et auferam in indignatione mea. Atq; hoc iuſtè propter inobedientiam noſtram: quia enim obedire Deo noluimus, qui eſt rex & dominus noſter, ſicut dixit: Et ego eorum dominus ero. Iuſtum eſt, ut tyrannos & aſperos dominos, uel ſtultos ſortiamur. Sic Adam inobediens Deo factus meruit, ne ulla ei creaturarum obediret, fieretq́ue ipſis iumentis contemptior. In tanta tyrannide non humiliabitur plebeiorum inſania, ſed omnes inuadunt proximos, & non expectata iudicis ſententia, alius uim infert alteri: & ſicut obedientiam reiecerunt, ita neq; reuerentiam cuiq; exhibent. Innominatus autor in Eſaiam, cap. 3.

Deus dominatur principibus, & redigit in nihilum. Cor regis in manu Dei eſt: et qui hodie imperat centum prouinciis, cras in ſepulchrum proiicitur, ſicut Nabuchodonoſor accidit. Quare igitur non magis timetur Deus, immò quare non magis ſperatur in Deum, qui tam facilè tyrannos auferre ac tollere poteſt? Tanta eſt potentia Dei, ut principes ac iudices, & eos, qui potentiſſimi uidentur, unico nutu ita annihilet, quaſi nunquam plantati, nunquam comparuiſſent ſuper terram: nulla etiam poſteritas eorum compareat: neq; turbo aliquis tam facilè ſtipulam aufert, quàm ira Dei principes perdet: ſola enim uoluntate perdit. Idem in cap. 40. Eſaiæ.

PRINCIPES HVIVS MVNdi criminum ſuorum reprehenſiones non ferunt.

Exemplum in Herode, Marci cap. 6. Ideo crudeliter è medio tollunt bonos

ac pios uíros, arguentes iniuſta ipſorum facta, & pro fideli admonitione peſſimam reddunt gratiam. Ingrata eſt aulis ueritas, quæ nuſquam minus locum habet: pro ea regnāt adulatio, et calumnia, ſicut hoc multæ pręclaræ ſententiæ, cùm ſacræ, tum prophanæ teſtantur. Licet autem periculoſum ſit & minimè tutum arguere uitia principum, ſed nihilominus recta facienda ſunt, & arguenda mala pijs doctoribus, iuxta uerbū Dei, quocunq; etiam res euadat, ne tacendo culpam alieni criminis in nos deriuemus.

Impij & mali principes regnis præficiuntur, propter peccata populi, Iob 34, cap. Prouerb. 28. Eſaiæ 3. Et dabo pueros principes, & effœminati dominabuntur eis.

*Eccleſ. cap. 10.*

Væ terræ, cuius rex puer eſt, & principes manè comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis eſt, & cuius principes ueſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriam.

*Ibidem.*

Rex inſipiens perdet populum ſuum.

*Inſipiens prorſus gentem rex perdit & urbes:*
*Conſilijs florent mœnia cuncta bonis.*
*In domini eſt concluſa manu terrena poteſtas,*
*Pro meritis reges addit & ille bonos.*
*Ipſe Deus regum uires & ſceptra tuetur,*
*Omnia ut auſpicio proſperiora gerant.*

*Demoſthenes contra Androcionem.*

Eum, qui pro ciuitate aliquid agit, ciuitatis ingenium imitari decet: atq; huiuſmodi nobis, ô Athenienſes, ſeruandi ſunt: odio autem habendi, qui iſti homini diſſimiles fuerint. Siquidem qualeſcūq; amare & ſeruare uidebimini (quod fortè ſcientibus uobis dicam) talibus eſſe ſimiles exiſtimabimini.

*Herodotus lib. 6.*

φιλέει δὲ κῶς προσημαίνειν εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ, ἢ πόλῑ ἢ ἔθνει ἔσεσθαι. Id eſt:

Signa ferè præcedere ſolent, quoties magna mala aut ciuitati, aut genti alicui imminent.

*Polyenus Macedo, in libro de re militari.*

Negotia publica ciuitatis omnium exiſtimare oportet maxima, ut feliciter augeantur: neq; præter æquum contendere, ne potentiam ſibi comparare priuatam, præter publicum bonum. Ciuitas enim proſperè agens, felicitas eſt maxima: in hac inſunt omnia, hac ſalua cuncta ſeruantur, hac pereunte nihil non peſſum it.

*Aeſchines contra Timarchum.*

τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν κακῶς οἰκήσαντα καὶ τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν. Id eſt:

Illum enim, qui in ſua familia non benè uixit, in communibus quoq; Reipub. negocijs ſimiliter uerſaturum exiſtimabat.

*Polyenus, de re militari.*

Vbi potentes pro tenuioris fortunæ hominibus ſumptum facere ſuſtinent, eiſq; miniſtrare & gratificari, ibi miſericordię locus eſt, nullus ciuium deſeritur, mutua ſocietas, defenſio, & concordia naſcuntur, atq; alia bona tot tantaq;, ut nemo uerbis exprimere poſſit.

IVRAMENTVM QVOD EPHOEBI *Athenis præſtare ſolebant.*

*Ariſtoxenus Pythagoricus, in lib. Apophthegmatum.*

Non ignominia afficiam arma ſacra, neque deſeram meam Aſtitem: quo cū uictus fuero, dimicabo pro ſacris & ꝓphanis, ſiue ſolus, ſiue cum multis: Patriam non derelinquam in deteriori ſtatu, ſed ampliori melioriq;, quàm acceperim. Semper magiſtratus præfecto prudenter obediam, & legibus conſtitutis parebo, atq; alijs quibuſcunq; plebis cōſenſu decretis. Quod ſi quis leges, uel irritas facere, uel eis non obtemperare uoluerit, non concedam, ſed ulciſcar tam ſolus, quàm cum pluribus. Sacra quoq; patria colam: horum Dij mihi teſtes & conſcij ſunto.

*Ariſtoteles.*

Omnino putandum eſt, nihil tam eſſe malum, quàm eſt inobedientia: nec homines diu incolumes durare poſſunt, ubi nemo præeſt. De magiſtratu uerò & ſubiectis ita ſentiendum eſt: Magiſtratus quidem oportere non tantùm prudentes eſſe, uerumetiam benignos: Subditos uerò non morigeros tantùm, ſed amantes quoq; magiſtratuum.

Porrò

Porrò ſingularum ętatum cura habenda, ita, ut pueri quidem in literis alijſq; diſciplinis exercerētur: iuuenes ciuitatis, morum atq; legum diligenter eſſent ſtudioſi: uiri actionibus, publiciſq; muneribus incumberent: ſenes autem in meditationibus, iudicijs & conſilijs prudētiſſimè uerſarentur. Sic futurum eſſe, ut pueri non habeāt mores infantium, neq; uiri iuuenile retineant ingenium: nec deniq; ſenes deſipiant. Ad hæc adſueſcendum, ut ſtatim à puero alimēta certo ordine modoq; ſumantur, ex quo ordo ac modus ubiq; decorum & utilitatem adferunt: contraria uerò ut turpia noxia ſunt.

# RELIGIO.

*Religio. Pietas.* θρησκεία, θεοσέβεια, λατρεία. *Diuinus cultus. Falſus cultus. Etymologia religionis.*

DEFINITIONES VARIAE, *hinc inde ex autoribus claſſicis exquiſitæ.*

RELIGIONIS uocabulum Cicero lib. 2. de natura deorum, à relegendo deriuatum eſſe putat: quod qui religioſi eſſent, ſolicitè cūcta retractarent, ac ueluti relegerent, quæ ad deorum cultum pertinerent. Quę quidē ratio uocabuli Theologis quoq; accommoda erit: accipiunt enim religionem pro ea ratione, quæ pietatem totam chriſtianorum, puta fidem, uitam, leges, ritus, ſacramenta complectitur.

Religio nihil aliud eſt quā cult' diuinus. Auguſtinus lib. 10. de ciuitate Dei.

Vel eſt, qua ſe anima uni Deo, unde ſe peccato ſeparauerat, reconciliatione ligat. Auguſtinus lib. de quātitate animæ.

Vel eſt ſtudium ſapientiæ. Idem de uera religione.

Dicta à reeligendo Deum, quem amiſeramus negligentes. Idem lib. 2. de ciuitate Dei.

*Cicero 2. Rhetoricorum.*

Religio eſt, quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ (quam diuinam uocant) curam ceremoniamq; adfert.

*Idem de natura Deorum.*

Religio eſt, per quam reuerēti famulatu, ceremoniæ, diuini cultus exercentur.

Religio duos fines complectitur: alterum, in quem tendit religio, alterū, qui religione tendit in alterum. Deus autem eſt, in quem tendit religio, homo uerò, qui religione tendit in eum.

*Vera religio uel pietas hæc eſt.*

Quæ uni ſoliq; Deo hæret. qui ergo pij ſunt, unum dominum ſuum audiunt, qui eos à carne ita auulſit, ac ſibi adiūxit, ut eius unius uocem audire cupiat, & cum flagrante amore anima, Cant. 2. clamet: ſonet uox tua in auribus meis. &: quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ut ab ore domini pendeat, nullius præter ſponſi ſui uerbum uel audiat, uel recipiat. Quam fidem dominus ut nobis probè ob oculos poneret, crebro in ſcripturis connubio fideli comparat, & tanquam ſedulus maritus ab adulterio deterret, ac ſcortatione. Hoc unum prorſus intendens, quod ſicut in matrimonio fides prę omnibus exigitur (imò matrimonium nihil aliud eſt, quàm data acceptaq; fides) ita pietas non ſit pietas, niſi toto pectore domino animæ ſponſo fidas, in eū ſolum oculos figas, aurem prēter ipſum penitus nulli accommodes: ac propterea iubet Num. 15. per quatuor palliorum angulos fila hiacynthina inſeri, quæ cum uiderint, inquiens, recordentur omnium mandatorum Dei domini, ne ſequantur cogitatiōes ſuas, & oculos, per res uarias fornicantes. Deutero. 4. ſic inquit Deus: Nunc audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te, ut faciens eas uiuas, & ingrediens poſſideas terram, quam dominus Deus patrum ueſtrorum daturus eſt uobis. Non addetis ad uerbum, quod uobis loquor, nec auferetis ab eo. Cuſtodite mandata domini Dei ueſtri, quę ego prēcipio uobis.

*Ibidem 12.*

Quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino, nec addas quicquam, nec minuas.

Reqrit ergo fides, ſiue pietas, ut à Deo diſcamus, quo nam pacto ei placere poſſimus, quibus modis ſeruire, deinde ut ijs, quę ab ipſo didicim⁹, nihil addamus, nihil adimamus.

Qui enim addunt, Deum inſipientiæ arguunt, ſeq́ꝫ ſupra Deum ponunt, quaſi iſta, quę ipſe parum conſideratè promulgauerit, ſua prudentia reſtituere ualeant: callidi ſcilicet.

Qui uerò adimũt, crudelem dominum faciunt, quaſi per impotentiam præceperit, quæ iſti ſua humanitate, manſuetudineq́ꝫ lenire poſſint uel ſciant.

Verbum ergo domini, qui fideles ſunt, ſic amplectuntur, ut naufragi tabulas. Quid enim eſt, quo conſcientia ſe conſolari queat, quàm unico uerbo Dei? Viuit enim homo in omni uerbo, quod de ore Dei procedit. Deute. 6. Matth. 4. Sed qui homo? fidelis. Quid enim cōmercij incredulo cum uerbo Dei? cui ſtultitia eſt cœleſtis ſapientia, qui te, ſi Deo fidas, exibilat.

Pius ergo ſolus eſt, quem uerbum Dei alit, reficit, confortat. è diuerſo uerò ſequitur, quod pius nullo alio uerbo paſci poteſt, quàm diuino. Sicut enim Deo ſolo fidit, ita eius ſolius uerbo certus redditur. & ſicut ſolo Dei uerbo certus redditur, ita nullius uerbũ, quàm Dei recipit. Quibus iterum non modo ex ſcriptura, ſed etiam ex ipſius fidei natura manifeſtum ſit, quod nullius creaturæ uerbum pro uerbo Dei recipi poteſt: quia in creaturæ uerbo non redditur quieta, pacataq́ꝫ conſcientia. Nihil ergo de noſtro addendum eſt Dei uerbo, nihilq́ꝫ noſtra temeritate de illius uerbo adimendum. Pietas ergo incontaminata eſt, quæ unis ac ſolis uerbis Dei nititur. Matthæi 15. Iſaiæ 29. cap. Hinc elicitur eum cultum, eam pietatem, aut religionem uanam ac falſam eſſe, quę ex humana inuentione, aut lege proficiſcitur. Ioan. 8. cap. Docet ſic Chriſtus: qui ex Deo eſt, uerba Dei audit, propterea uos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

Vera pietas.

Falſa religio.

*Summa religionis eſt, Ieſum credere eſſe Chriſtum.*

*P. Ad Roma. 5.*

Si confeſſus fueris ore tuo dominum Ieſum, & credideris in corde tuo, quod illum Deus excitauit à mortuis, ſaluus eris.

*1. Corinth. 5.*

Tradidi in primis uobis quod accepi, quod Chriſtus mortuus fuerit pro peccatis noſtris.

*1. Ioannis 4. & 5. cap.*

Omnis ſpiritus, qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe, ex Deo eſt.

Ea fides, ſi eſt recta, non hiſtorica, nec literalis, nunquàmocioſa erit, quin fructus quoq́ꝫ fidei uiuaces parturiat.

Fides, quę nō eſt fundata in ſcriptura, nulla eſt omnino.

*Nume. 9. cap.*

Per uerbum domini figebant tētoria.

*Deutero. 6. cap.*

Et ligabis ea quaſi ſignũ in manu tua, ſcribeſq́ꝫ ea in limine & ueſtibulo domus tuæ.

*Ibidem cap. 11.*

Ponite hæc uerba mea in cordibus ueſtris, ac animis ueſtris, & ſuſpēdite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos ueſtros collocate. & Deut. 13. per totum.

*Pſalmo 1.*

Beatus uir, qui meditatur in lege domini die ac nocte.

*Ibidem Pſal. 118.*

Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis mei. λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σοῦ καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου.

*Eobanus, Pſalmo 118. Beati immaculati.*

*Felices quicunq; agitant ſine crimine uitam,*
*Qui leges domini, quas meditentur, habent.*

*Ibidem, octonarius 14.*

*Vt laterna pedes, ſic me tua uerba gubernant:*
*Lampas ut extenta quæ face monſtrat iter.*

*Ibidem.*

Mira-

Mirabilia teſtimonia tua, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. θαυμαστὰ τὰ μαρτυρία σου, διὰ τοῦτο ἐξηρεύνησεν αὐτὰ ἡ ψυχή μου.

*Declaratio ſermonum tuorum illuminabit, & intellectum dabit paruulis.*
*Eobanus, octonar. 6.*

*Admiranda tuis ſunt, quæ tu oracula reddis:*
*Sunt & ob hoc animæ maxima cura meæ.*
*Cuncta tuum ueniens renouat ceu lumine uerbum,*
*Vt ſapiant ſtupidis pectora docta facit.*

*Ex uerbo Dei dijudicantur ſpiritus, utrum ex Deo ſint. Eſtq; uerbum Dei amuſsis ac perpendiculum.*
*Prouerb. 1.*

Salamon prolixè hortatur ad cognitionem uerbi, quæ eſt uera ſapientia.

*Eſaiæ 8. cap.*

Liga teſtimonium, ſigna legem, in diſcipulis meis expectabo dominum, qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum.

Prouerb. 8. 9. & 2. Petri 1. iubemur armati eſſe uerbo.

*Epheſ. 4. cap.*

Sic Theſſalonicenſes ſcrutabãtur ſcripturas, an ne ita haberent, quæ prædicabat Paul⁹. Et ideo ſolicitè monemur etiã per Apoſtolos, ut ſimus in uerbo Dei. Hoc enim eſt amuſſis & perpendiculum, quo ſpirit⁹ metimur, an ex Deo ſint: alioqui quomodo ſpiritus dijudicabimus? neq; tamen hoc dictum eſt de mortua litera, quæ & ipſa chara eſt, neq; iuſtificat, ſed de uerbo, quod per fidem firmatũ eſt in corde gratia ſpiritusſãcti, ut ad Romanos 10. cap. Quomodo credent ei de quo non audierunt? quomodo autem audiẽt abſq; ulla prædicatione, uel prædicante? quomodo autem prędicabunt, niſi miſſi fuerint? Fides ergo per uerbum Dei, ſi per uerbum Dei, itaq; neceſſario concluditur: nullam eſſe fidem, quæ non ſubſiſtit in uerbo Dei.

*Ioannis cap. 3.*

Qui ex Deo eſt uerba Dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Conſtat ergo, quod qui ex Deo nati ſunt, eius uerbum audiunt, & contra, qui non audiunt, ex Deo nati non ſunt. Qui uero ex Deo nati ſunt, non ex uoluntate uiri, Ioan. 1. ſic nati ſunt, id eſt, non ſuo conſilio aut electione Deum ſibi conſtituerunt, qui uerè Deus eſt, ſed eius ui, quo iam fidũt, factum eſt, ut ſe Dei filios eſſe agnoſcant: inquit enim, non ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed ex Deo nati ſunt. Qui ergo ex Deo nati ſunt, eius ſolius uerbum audiunt ex quo nati ſunt. hoc enim eſt diſcrimen inter filios Dei, & filios carnis: quòd qui Dei filij ſunt, carnalia cogitant. Roman. 8. porro quicquid ex ore Dei non eſt profectum, à filijs Dei non recipitur: inhabitans enim in eis Spiritus omnia prodit, dictatq;, carniſne ſint quæ audiunt, an ſpiritus. Vnde poſtea fit, ut ſpiritualia omnia iudicet, omnia cognoſcat, 1. Corinth. 2. cap. Ipſe uerò à nemine iudicatur. non enim caro, aut ſanguis eſt, qui iudicat, ſed ſpiritus. Loquimur autem de eis ſolummodo, qui Chriſti ſunt, & qui ſpiritum eius habent. ad Roma. 8.

Ex uerbo Dei dijudicãtur Spiritus.

RHE-

*De origine, fine, ac uiribus Rhetoricæ.*

RHETORICA primùm in Sicilia Corax & Ctesias Syracuſani, ut ait Cicero, ſimul & procœmiorum & epilogorum, ac argumentationū, quas græci agonas uocāt, repertores fuêre: inde Athenas per Gorgiam Leontinum fluxit, cuius diſcipulum Iſocratem Ariſtoteles tunc æmulatus ſcholis pomeridianis cœpit præcipere, dictitans illud notum, αἰσχρὸν γὰρ σιωπᾶν ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν eodem ferè tempore Theodectes: poſt hos, Hermogoras & Hermogenes, qui etiā de arte ſcripſit. Inde Rhodum per Æſchinem exulem ars peruenit: poſtea deflorescentibus iam Athenis Alexandriam migrauit, quanquam celebriore philoſophiæ ſtudio ea urbs teneretur: poſtremo Maſſiliç per Antoninorum tēpora, cum huius facultatis, tum reliquarum artiū ſtudia uiguere. Apud noſtros uerò, Romç Ciceronis tēporibus maximè floruit, per Apollonium Melonem. Cicero initium orandi conditoribus urbium & legislatoribus tribuit: negatq́ ante Periclem quicq̄ in ea, quod ornatum habuerit, reperiri. Hæc ex Volaterrano.

*De orationis origine, deq́; eloquentiæ uiribus.*

Expoſiturus hoc anno Rhetoricen ad Herēnium, tria potiſſimum præſenti proludio exequar, illa ſanè quæ præſtare debet quiſq́ orator: ut doceat, delectet, moueat. Exordiar autem prius ab orationis origine, deinde ab eloquentiæ uiribus, deinceps ad reliqua pergam. Oris ſonus ab initio olim confuſus erat, qui tandem paulatim uoces diſcernēs res omneis ſuo nomine appellauit. Mercuriū aiunt apud Ægyptios primum uerba in ordinem redegiſſe, multisq́ rebus impoſuiſſe nomina, fuiſſe quoq́ literarum inuentorem. Athenis autem primum ſe orator extulit, primumq́ etiam monumentis & literis oratio eſt cœpta mandari. Hæc uerò omnium regina rerum: nam non modo inclinantem erigere, aut ſtantem inclinare, ſed etiam aduerſantem & repugnantem, ut imperator & fortis & optimus, capere poteſt.

*Eloquentiæ uis.*

Cū duç ſummç ſint in oratore laudes: una, ſubtiliter diſputandi ad docendum: altera, grauiter agendi ad animos audiētium permouendos. ipſius autem eloquentiæ tanta uis eſt, ut omnium rerum, uirtutum, officiorū, omnisq́ naturæ, quç mores hominum, quæ animos, quæ uitā cōtinet, originem, uim, mutationesq́ teneat: eadem mores, leges, iura deſcribat, rempub. regat, omniaq́ ad quamcunq́ rem pertineant, ornatè copioſeq́ dicat. Eloquentia probamus uera eſſe quæ defendimus: eloquentia cōciliamus nobis eos qui audiunt: eloquentia eorum animos ad quemcunq́ motum cauſſa poſtulabit, uocamus. Ea apud Romanos adeo floruit, ut nonnulli ex infima fortuna in ordinē ſenatorium, atq́ ad ſummos honores proceſſerunt. Cæterū quia res nulla apud animos hominum plus quàm ordo & ornatus orationis ualet: & ut terra cultu, ſic animus diſciplinis melior, uberiorq́ efficitur: nec unquam ſolida & robuſta fuerit eloquentia, niſi multo ſtylo uires acceperit, &c.

Finis Rhetoricç, ut Ariſtoteli placet, non perſuadere, ſed tantum benedicere, & ea noſſe, quæ ſint ad rem perſuaſibilia: ueluti & medicinæ, non ſanitatem quærere, ſed bene mederi, & eò procedere arte, quouſq́ fieri poterit. Cicero idem in arte ſentit, aliis uerbis: finem, ait, aptè dicere atque adpoſitè, quæ faciunt ad perſuadendum.

*De uiribus ipſius.*

Parem hāc uiribus dialecticæ Ariſtoteles facit, niſi quod illa ſtrictior, hæc latior: ambarumq́ nullius certè ſcientiæ, ſed communem quēdam modum omnium noſſe. Aliarum quidem artium, præter

ter has, nulla inter ſe pugnantia ſyllogizat. Huius igitur facultatis magna uis eſt, ait Quintilianus, nec ulli ueterum ſatis pertractata: quam ſi quis ritè ſectatus fuerit, ungues tondere, capillos reponere, non exiſtimabit ad ſuam curam pertinere: quodq; mirũ, cum cæteræ artes iudicium doctorum exquirant, hæc etiam imperitorum: quapropter ex Demoſthenis ſententia, nulla huic res magis quàm pronunciatio conferet, quæ corporis eloquentia putatur. Hac igitur una re uel indocti ſæpe dicendi famam quærunt: itaque ubique clamant ac dextram eleuant, multaq; uoce, anhelitu, iactatione corporis contendunt. Iam manum ad pectus reuocare, ferire caput, pede terrã incutere, mirè ad pullatum circulum facit. In his uerò qui defecerunt, uel doctiſſimus nihil ſcire putabitur: quamobrem modeſtis tantũ hæc facultas ediſcenda, ut uirtus: cæteris, ut arrogantiæ inſtrumenta, fugienda.

Archidamus Lacedemonius interrogatus, an eſſet Pericle potentior, reſpondit, quamuis Pericles in bello ſit à me uictus, ea tamen eſt facundia præditus, ut cum de his ratiocinetur, non uictus ſed uictor appareat.

Eloquentia eſt cultura animi. Hæc una eſt de ſummis uirtutibus, quæ ſacra ac uenerabilis, quæ rerum publicarum gubernatrix eſſe perhibetur: quam M. Tullius primam artem appellat: quam Cornelius Tacitus autumat cæteris aliarum artium ſtudiȷs eſſe anteponendam: in qua præſidium ſimul & telum eſt, & quo pugnare pariter & niteſcere poſſimus: quæ flexamina, quæ omnium rerum regina à luculẽtis ſcriptoribus nuncupatur: qua qui præditus eſt, inter homines (ut ita dicam) deus putatur: qua denique efficitur, ut reliquis hominibus tantò præſtemus, quantò homines beſtiȷs antecellunt.

*Iſocrates in Nicocle. Eloquentia plurimorum in humana uita bonorum autor.*

Nihil cæteris naturæ dotibus à brutis animantibus ſæparamur: quid? quod & robore, & celeritate inferiores ſumus, aliȷſq; commoditatibus permultis. Verum inſita nobis ui quadam inuicem perſuadendi, explicandiq; quæcunque uiſum fuerit, ſimul beluinam uitam exuimus ſimul congregati: ciuitates cõdidimus, & leges inuenimus, & artes excudimus.

ORIGO ET INITIVM RHEtoricæ, *utilitas & commoda.*

*Communis Mercurius κοινὸς ὁ ἑρμῆς. Initium Rhetoricæ.*

In initio cum eſſent recens nati homines, magnos inter hos, ac reliqua animantia tumultus erat, perturbatioq; ſuper terram, propterea quod non poſſent inuicem uti ſeſe: nec enim ulla res intercedebat, quæ illos conciliaret: uerum qui potentiores erant, opprimebant inferiores, neque ſatis erant idonei, ut reliquis animantibus reſiſterent: omnibus enim illis omni ex parte inferiores erant, aliaq; in re ab aliȷs uincebantur: ueluti ab uniuerſo genere uolucrium celeritate: unde factũ eſt, ut, quod ait Homerus, Pygmæis accidere à gruibus, id tum temporis paſſim à robuſtioribus auibus paterentur homines. Rurſum quantum ad uires attinebat, longè ſuperabãtur & à leonibus, & ab apris, & aliȷs item compluribus: atq; hunc in modum ſilencio peribant. iam uerò quæ ad munitionem ornatumq; corporis, non coruis modo, uerum etiam cocleis cedebant, neq; cuiquam ex ipſo ſuppetebat, quod ad tuendam uitam erat opus: itaq; cum ad eum modum interiret hominum genus, ac paulatim dilaberetur: Prometheus (ut ſemper eſt hominum ſtudioſus) orator aſcendit in cœlũ mortalium nomine, non ille quidem miſſus ab eis, neque enim id temporis legatos ullos erat cernere, ſed ipſe ultroneus abiȷt. At Iupiter partim in gratiam Promethei maximè qui iuſta poſtulare uideretur, partim negocio apud ſeſe conſiderato, filium ſuum Mercuriũ iubet ad homines deſcendere, rhetoricen ſecũ adducentem. Edixit aũt, ut eã mortalibus impartiret, non quẽadmodũ Promethe⁹, oĩbus ex ęquo ſeſus reliquaq; corporis membra, perinde quaſi theatralẽ pecuniã diſpertiens, ut omnes

ex

ex æquo Rhetorices eſſent participes, non aliter quàm oculorum, manuum, ac pedum: ſed ut præſtantiſſimos quoſq; ingenioq; generoſiſſimo, & indole pollentiſſima præditos deligeret, atque ijs demum munus hoc impartiret, ut pariter & ſuam ipſorum & aliorum incolumitatem tueri poſſent. Porrò poſteaquàm Rhetorica iam ad mortales perueniſſet, cum negotium, quod habebant cũ beluis moleſtiſſimũ, licebat effugere, tũ uero deſierũt undequaq; inter ſeſe ſimultatẽ exercere, reperto commerciorũ initio: digreſſiq; de moribus alij in aliam orbis partem iungebantur: principio quidem ſub dio uiuentes, pòſt autem ubi uerbis inter ſe cõmunicaſſent, & ciuitatem condiderunt ac diſtributi ſunt, non quemadmodum antea temerè, uerũ in ordines plebis ac belli duces, ſanctiſq; legibus tum principes, tum reipub. ſtatum inſtituerũt: ijs munera cœperunt offerre, primitias, auſpicãtes ab oratione, quibus nunc quoq; uel maxime gaudere deos conſentaneum eſt: quandoquidem hac contigit, ut primum eſſe deos cognoſceremus. Hinc deinceps ita creuit homo, ut qui initio debilis fuerat atq; inualidus, poſtea in altũ tolleretur: quiq; antea pro nihilo habit⁹ ac deſpectus erat, deinceps factus eſt omniũ, quę ſunt in terra, dominus: cui quibus uti liberet ius eſſet, non alio propugnaculo ſibi parato, quàm oratione. Atq; hic nobis ſit fabulæ finis. Hactenus Ariſtides. Extat cõſimilis apud Platonem de Protagora.

*Non omnibus eloquẽtia datur.*

*Homo per eloquentiam factus dominus omnium rerum.*

### *Rhetoricæ commoda.*

Sed quibus honoribus, quáue dignitate Rhetoricam, id eſt, eã quam benè diſſerendi rationem appellant, proſequar? cum huic uni iamdudum uos ipſi bonã & magnam laudis partem attribueritis. Quantum enim apud cæteras artes ualeat, etſi uobis omnibus uiri inſignes notum eſſe arbitror, illud tamẽ aliarũ ſcientiarum pace dicam, quod omnes uerè aliæ artes ac diſciplinę ſine hac una ieiunæ & non ſatis ornatę habeãtur: efficit quoque ut de unaquaq; ſcientiarum copioſè & ſubtiliter diſſeramus, tantum uerò noſtris temporibus apud nos lumen & dignitatem attulit, ut non ſatis docti habeantur, qui in hac una ſaltem mediocriter eruditi non ſint. Nonnihil etiam ad animorum uim rationemq; attinet: quod facilè uidemus, ſi ueterum exempla cõmemorare uoluerimus: in ea cognouimus quàm plures omne ſtudiũ adhibuiſſe, ut in aliqua eius parte floreret. Audiuimus illos priſcos oratores, Catones, atq; gracchos, quorum eloquentia actũ eſt, ut ea re ſummis honoribus & dignitatis adaucti fuerunt. Audiuimus alios, quorum eloquentia imperio Romano profuit, Ciceronẽ in primis, Craſſumq;, Antonium, & alios quàm plures: quibus tantum hodierno die debemus, quãtum his, qui noſtris temporibus ſummam laudem & ornamentum attulerunt.

### *Quanta utilitas oratoriæ facultatis: ex præfatione Trapezuntij, in libros Rhetoricorum.*

Cum mihi in mentẽ uenit, quanta oratoriæ facultatis tum dignitas, tum utilitas ſit, non poſſum non uehementer dolere, quod his noſtris temporis nulla ferè bonarum artium tam abiecta, atq; contẽpta habeatur: nam etſi nonnullæ liberalium artium, ut Geometria, ut Arithmetica, & quæ huius generis ſunt, omnino ab uſu ceciderunt, ne non multum eas ad humanitatem pertinere dicam, non ſumus tamen in ipſis tantam paſſi iacturam, quantam in hac humanitatis artium præclariſſima, maximeq; neceſſaria: nam in illis quidem ita integra ſubtiliſſimorum ſcriptorum opera uſq; ad præſens extat, ut nihil ei deſit qui proficere in eis deſideret, niſi ſtudium ac diligentia: in hac uero dicendi copia, quanto plures ſcriptorum elegantiſſimi libri à maioribus noſtris tam latinis quàm grecis relicti ſunt, tanto pauciores, uel potius nulli his perditis temporibus noſtris reperiuntur: quod ſiue negligentia omnium, ſiue eorum qui docent, quiq; orationis copiam profitentur, ignorantia quadam aut perfidia factum ſit, unuſquiſque per ſeipſum conſideret. Ego id exiſtimo, niſi Bertolini, Alani, aliorumquè huiuſmodi libros, neſcio an ſatis utiles tranſcribere, ab his qui docent, coacta eſſet poſteritas, aut loco harum nugarum, bonorum opera

opera inuenirentur, aut ſaltem auditores non imbuti his delirationibus, nudos animos ad humanitatis doctrinas facilius adplicarent, quibus nihil unquã utilius, nihil dignius homini à patre hominũq; Deorũq; tributum eſt: nam philoſophia quidem, qua omnes liberales artes continentur, ſi dicendi ſuauitate priuata ſit, omnem orationis grauitatem infringit, atq; concidit, totumq; ingenij ſuccum aſperitate imbibit nimia. Quod ſi omnes mutum eſſe ſummum incommodum arbitrantur (carere enim omni humanitate profectò uidetur qui loqui non poteſt) certe & male loqui: id uerò ſummo incommodo humanitatiſq; priuationi proximum eſt: quare poſſe temporibus, locis, perſonis, cauſis, rebus, ornatè, diſtinctè, copioſe atq; prudenter orationem accommodare, quod huius artis officium eſt, non paruę felicitatis exiſtimauerim: quantus uerò honor, laus, dignitas, in eos qui copiam dicendi adepti ſunt confluat, quæ emolumenta, quæ commoda homines eloquentia conſequantur, nemo facile poterit explicare, nam & patrium fundare legibus, tutari conſilijs, ſententijs ſuis amplificare diſertus poterit, & amicis præſidio, & ſuis ornamento futurus eſt: præterea inimicis timorem, hoſtibus terrorẽ incutiet: quod Macedonum reges cum clariſſimos oratores ab Athenienſibus peterent, ut facilius denudatam cuſtodibus urbem opprimere poſſent, ita eſſe declararũt. Neq; nos terret, quod à nonnullis ignorantia dicitur orationis copiam, quod nonunquam obfuiſſet ciuitatibus, ab omni bene inſtituta Repub. exterminandam uideri: nec enim ullam artem inuenies, qua quibus cum uerſamur detrimentum afferre nõ poſſimus. Quis ignorat quãto facilius cæteris atq; cautius ſalutem hominis medicus oppugnare poſſit? quis neſcit iuriſconſultum acuta nimium interpretatione legum ſummum ius in ſummam iniuriam poſſe conuertere: at nemo eſt, qui aut legum ſcientiam, aut medicinæ doctrinam exterminet: tanto magis amplectuntur, quanto ciuitatum ægritudines eadem arte qua illatæ ſunt curari etiam ſolent. Præterea eloquentia expulſa (niſi mutus eſſe malis, quod omnem ſocietatem coniunctionemq; hominum, totamq; rempublicam funditus euertit) & in iudicijs, & in ſenatu, & apud polulum tibi nonnunquam dicendum eſt, ubi niſi dicendi copia ualeat, à malis, & à loquacibus uiris ſimul cum Repub. euertère.

Philoſophia ſine eloquẽtia nulla.

Neſciens loqui caret omni humanitate.

Nota de peritis oratoribus.

Abuſum non artem tollendam eſſe.

Iuris conſultus. Medicus.

*Vtilitas eloquentiæ.*

Non igitur obſunt rebuſpub. hæc dicendi ſtudia, ſed proſunt: non cõprimũt, ſed conſtituunt: non euertunt, ſed erigunt: nam ſi nulla eſſent, nihilominus improbi peruerſiq; homines, ac tantò magis, quantò ſe tueri oratione boni non poſſent, rebus nocerent. Quare ut non medicina, ſed perditi medici, ut nõ ius, ſed improbi iuriſconſulti expellẽdi ſunt: ſic nec eloquentia eijcienda uidetur, ſed hi quum diſerti ſint, improbi ſunt. Ac multò magis medicina & cæteris artibus eloquentia eſt retinenda: nam neq; gubernari reſpub. ſine oratione poterit, nec improbos ciues arcebit, & à gubernaculis ciuitatis depellet, niſi uis eloquentiæ. Huius ergo tam præclariſſimæ rerum publicarum tutricis ſtudia, tantò nobis ardentiore animo ſuſcipienda, illuſtrandaq; uidentur, quantò diutius iacuerint: ſolet enim præclariſſimarum artium iactura, niſi qui citius ſuccurrat, non ſufferendas calamitates & publicas, & priuatas inuehere.

Eadem Iſocrates in Nicocle.

Medicina non expellenda ſed perditi medici.

*Vis eloquentiæ ex Cicerone, de natura Deorum.*

Sic iam uerò domina, ut uos ſoletis dicere, eloquendi uis quàm eſt pręclara, quamq; diuina, quæ primum efficit, ut ea quæ ignoramus diſcere, & ea quæ ſcimus alios docere poſſimus, deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſolamur afflictos, hac ducimus perterritos à timore, hac geſtientes comprimimus, hac cupiditates iracundiaſq; reſtinguimus: hæc nos iuris, legum, urbium ſocietate deuinxit, hęc ab uita immani & fera ſegregauit, &c.

Eloquentia rerum domina.

*Multi ob eloquentiam periere. Petrarcha de aduerſa fortuna, &c.*

D.eloquentiæ nihil eſt.R.Cura,ut ſapientię ſit aliquid,ut innocentiæ,ut uirtutis: illa enim paucorum, hę ſunt oĩm. multi propter eloquentiam periere.ſunt quibus obſcurum nomen propugnaculum eſt ſalutis.diſertis nunquam deſunt labores,tantæq́ꝫ uigiliæ ultro ſuſcipiuntur. flatus uolatilis ſic exercet animum, ſolida quaſi uirtus in uerbis ſit: rebus intende animum. in uerbis enim flatus & labor, & eloquentia, in rebus quies, uirtus, felicitas. unde ſi tibi eloquium deeſt,maximo quærendi odij inſtrumento cares,&c.

In uerbis flatus. In rebus uirtus.

*Effectus eloquentiæ.*

Effectus eloquentiæ ſecundum Ciceronem in Quæſt.Tuſcul.eſt approbatio audientium.

*Petrarcha,de remedio proſperæ fortunæ, Dialogo 9.*

Verus orator,id eſt eloquentiæ magiſter,niſi uir bonus,eſſe non poteſt.Cato:orator eſt uir bonus,dicendi peritus.

*Cicero.*

Nihil eſt eloquentia, niſi copioſe loquens ſapientia: ad eloquentiam perfectam bonitas & ſapientia exiguntur, deinde nec ipſa ſufficiunt, niſi adſit peritia & copia: ita prima illa duo uirum bonum ſapientemq́ꝫ duntaxat, hæc autem ſola duo nec bonum & ſapientem, nec eloquentem quidem efficiunt, ſed loquacem:omnia uero coniuncta, perficiunt oratorem,eiusq́ꝫ artificium.

*Ludouicus Viues lib. 2. de anima.*

Quibus eſt ratio ac iudicium citum, ſed inefficax,ij loquaces eſſe poſſunt, eloquentes autem nullo modo.Eloquentiam uoco abſolutam expreſſionem eorum, quæ mente conceperis, aptis atq; commodis uerbis, quod poſitum eſt in perfecta cuiq; linguæ cognitione, tum connexione ſermonis congruenti,& rationibus appoſitis, quod eſt iudicij non ſolum acutiſſimi, ſed etiam ſolidi ac circumſpecti. Salluſtius de L. Catilina: bene expreſſit, ſatis loquentiæ, ſapientiæ parum. & multos uideas facundos in narrando,in argumentis plane infantes: ſicut e contrario, expenſio hæc eorum,quæ dicenda ſunt, & circũſpectio illorum,quæ adiacent:loci,temporis, perſonarum, atq; huiuſmodi tardiloquos ſæpe ac pauciloquos facit uiros magni ingenij: Leues autem et acutuli,quod nihil penſi habeant,quid profundant,uerboſiſſimi ſunt.

Diogenes Cynicus oratores ac cęteros ad gloriam facientes omnia appellabat τρισανθρώπους,id eſt,ter homines,ancipiti dicto:nam ut uulgus hominem eſſe negat, qui nec doctus nec humanus eſt, ita philoſophus hominem uocabat miſerum, qui nihil haberet ſupra hominẽ. ſiquidem,iuxta Homerum,nullum animal homine miſerius:proinde ter homines dixit,ter miſeros,qui ſua ſtudia omnia conferrent ad rem inaniſſimam, ac populari multitudini, multorum capitum beluæ ſeruirent ſeruitutem. Eraſmus lib.3. Apophthegmatum.

Epicurus philoſophus diſſuaſit,oratoriæ operam dare,ſubiungens illam nihil quidem unquam profuiſſe, plurimũ etiam obfuiſſe. Laërtius diogenes in uita eius,lib.10.

Archytas ſermonem ſimplicem probat, nixus authoritate Euripidis in Licym no de Hercule.

φαῦλον ἄκομψον τὰ μέγισ᾽ ἀγαθὸν πᾶσαν ἐν
ἔργον περιτεμνόμενον σοφίαν λέσχην ἀτρίβωνα

hoc eſt,

*Neglectum,inornatum,atq; ut plurimum probum,*
*Remetientem,non uerbis ſapientiam:*
*Sermone nunquam palliato,at ſimplici.*

Laërtius in uita Archytæ lib. 3.

*Ibidem de oratione.*

Archytas in 5. partes orationem diuiſit. Eius genus quoddam, quo utuntur in concionibus hi, qui adminiſtrant Rempub.idq́ꝫ ciuile appellari. 1.

Aliud,quo utuntur oratores in demõſtratione, dum uel laudent, uel uituperent, uel accuſant quempiam. eſſe uero id genus oratorium. 2.

Tertiũ,quo priuati inter ſe mutuo colloquuntur,diciq́ꝫ priuatum. 3.

Quartum,quo cõpendio ij qui rogãt, & reſ- 4.

& reſpondont, ad interrogata diſerunt, uocarique id genus Dialecticum.

5. Quinto, quo artifices, dum de ſua arte diſſerunt, loquuntur: appellarique id artificioſum.

*Zeno philoſophus apud Laertium. lib. 7.*

Dictio. Oratio. Loquutio

Dictio, inquit, eſt uox literata, ut dies eſt: oratio uero uox ſignificatiua, quę, ex mēte proficiſcit: loquutio eſt dictio expreſſa, iuxta gentium uarietatem, quemadmodum Attico more dicitur θάλαττα, Ionico uero ἡμέρη, id eſt, dies. Vox à dictione differt, nam uox quidem ſonus eſt: fit enim dictio nihil ſignificans, ut blytiri.

*Exphantes Pythagoricus in libro de Regno.*

Vtinam humanum ingenium nulla perſuaſione opus haberet, eſt enim perſuaſio terrenæ prauitatis ueſtigium, qua mortale animal participat: nam perſuaſio res eſt uicina neceſſitati, ut quæ ea perficere ſua opera conetur, quæ neceſſitatem declinauerunt; at quæ ſponte naturæ honeſtum amplectuntur, nulla perſuaſionis reuerentia mouentur, nec enim timent neceſſitatem. poſſet autem ſolus rex in hominis animo etiam hoc bonum efficere, ut quod melius eſt, imitando decorum ſequeretur, illos uero, qui tanquam ebrietate corrupti ſunt, & proter malam educationem melioris obliuionem inciderunt, oratio adhibita reſtituit, laborantes ſanat, eiectaque obliuione prauitatis uitio ipſis innata, memoriam inſerit, ex qua perſuaſio dicta naſcitur, quæ licet malis orta, boni tamen aliquid producit terram inhabitantibus: in qua, quod uitio naturæ deeſt, propter eius imbecillitatem, oratio inter homines uſurpata, reſarcit ac explet.

*Orator eadem dicere debet, quæ lex. Aeſchines.*

Χρὴ τὸ αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα, καὶ τὸν νόμον; ὅταν δὲ ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφίησιν ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ, τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ δεῖ διδόναι χρὴ τὴν ψῆφον μὴ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ id eſt:

Idem dicere oportet tum oratorem, tum legem: cum autem aliam uocem lex, aliam orator ædit, iuſtitiæ legis ſuffragari oportet, non dicentis impudentiæ.

*Euripides in Oreſte.*

ὅταν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις φρονῶν κακῶς
πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα:
ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσι ἀεὶ,
Κ' ἂν μὴ παραυτίκ' αὖθις εἰσὶ χρήσιμοι,
id eſt.

*Si quis blandiloquus ſed malo preditus animo*
*Perſuaſerit uulgo, magnum eſt ciuitati malum:*
*Illi uero, qui prudenter bona ſemper conſulunt,*
*Etſi non in præſentia, in poſterum tamen utiles ſunt.*

*Idem in Bacch.*

Vir potens qui fuerit audax, & dicendi peritus, malus fit, & ſine mente ciuis.

ὑγεία.

*Galenus, de ſanitate tuenda lib. 1.*

DIGNITATE & tempore ſanitas morbum præcedit, eſſe autem oſtendimus ſimilariũ, quas uocant, partium ſanitatem, calidi, frigidi, humidi, & ſicci ſymmetriam, id eſt, conuenientiam inter ſe quãdam eſſe: inſtrumentalium uero ex ſimilarium ipſarum compoſitione, numero, magnitudine, figuraq́ conſtare.

1. *Ibidem.*
Primum ad præſentium contemplationem, pro hypotheſi præſumptũ eſto:
ſanitatem non eſſe abſolutè elementorum, ex quibus conſtamus, tẽperamentum (quàm ſymmetriam appellant) quẽadmodum omnibus ferè, qui ante nos ſcripſerũt, uiſum eſt, ſed eàm duntaxat,
2. quæ ſimilarium eſt partium: deinde
inſtrumentalium ſanitatẽ in figura, numero, magnitudine, ac compoſitione ſimilarium conſiſtere. Tertiò, functioni-
3. bus ſecundum naturam obeundis ſanitatis habitum diſcerni. poſtremo ſanitatem quandam optimam eſſe, (& ut ſic di-
4. cam) conſummatam, atq; ſummam quãdam, ceu deficientem ab hac, nec planè abſolutam perfectamuè, atq; hanc etiam latitudinem habere non paruam.

*Cornelius Celſus lib. 1. cap. 1.*

Sanus homo, & qui bene ualet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neq; medico neq; alipta egere: hunc oportet uarium habere uitę genus, modo ruri eſſe, modo in urbe, ſæpiusq́ in agro, nauigare, uenari, quieſcere interdum, ſed frequentius ſe exercere. ſiquidem ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa naturam ſenectam, hic longam adoleſcentiam reddit. Prodeſt etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti, modo ungi, modo idipſum negligere: nullum cibi genus fugere, quo populus utatur, &c.

*Ex Regimine ſanitatis.*

*Magninus medicus Mediolanenſis autor eſt.*

Sanitas eſt una bona diſpoſitio corporis humani, per quam agit uel patitur actionem uel paſſionem ei debitam, ſecundum naturam, abſq; notabili læſione: atq; hæc diſpoſitio eſt primum in mẽbris homogenijs, ut in oſſe, & carne, & conſimilibus, & uocatur commenſuratio in quatuor primis qualitatibus, puta in calido, frigido, humido, et ſicco. ſecundo eſt in membris heterogenijs, ſeu officialibus: puta in manu, pede, cerebro, & corde.

*Quot modis ſanitas dicatur.*

Sanitas autem non conſiſtit in indiuiſibili: id apparet primo, inducentibus in diuerſa membra, quorum non eſt eadem ſanitas, cum conſtet habere diuerſas ſanitates, quod rationi etiam conuenit, ex quo habẽt diuerſas operationes: quæ omnia arguũt diuerſam ſanitatem. Galenus tertio de morbo. Siquidem ſanitas diſpoſitio eſt factiua actus, atq; hoc idem patet in conſideratione diuerſitatis ætatum.

Alcmeon aſſerebat continentem ſanitatis cauſſam in æqualitate facultatũ ineſſe, nempe humidi, ſicci, calidi, amari dulcis, & reliquorum: una autem ex ipſis præpollente, morbum fieri.

*Plutarchus in ſalubribus præceptis.*

Sanitatem, ait, maximè diuinum, longeq́ blandiſſimum eſſe condimentũ, i. τὴν ὑγείαν, ἥδυσμα θειότατον εἶναι καὶ προσκυνέστατον.

*Idem.*

Cibi uiliores appetentiam intra naturæ modum cohibent, cæterũ artes iſtorum, qui obſoniorum ſunt opifices, atq; architecti & operoſæ iſtæ cupediæ, ac ingenioſa condimenta, ſemper (ut inquit comicus) uoluptatis fines longius promouent, ac uitiant utilitatem.

*Ibidem.*

Fertur & Alexander dixiſſe: poſtquam ſolitos obſoniorũ artifices adieciſſet, ſe lõgè cõmodiores ſecũ poſſe ducere, nẽpe nocturnã profectionẽ ad condiendum pran-

prandium,ad cœnā uero,prandij tenuitatem.

*Ibidem.*

Expendere non oportet, num recens ſit piſcis, num purus panis, num caleat balneum, num formoſum ſcortum, ſed ſeipſum quis conſyderet, faſtidioſus ne ſit,aut parum tranquillus, aut marcidus aut perturbatus. Quod ni fiat, non ſecus ac ſi commeſſatores ebrij in ædes irrumpant luctu funeſtas, nihil hilaritatis,neq; uoluptatis ſint allaturi, quin eiulatum potius excitaturi: ſic etiam uenus, obſonia, balnea, uinum, ſiquidem in corpore malè, præterq; naturam affecto miſceantur, his etiam humoribus, qui non certum uitium, aut corruptionem acceperunt, phlegma bilemq; mouent,exagitant,magis ac magis excitāt. Igitur exacta quidem illa, & uehementer ad unguem,ut dici ſolet, obſeruata uitæ ratio, ſimul & corpus formidoloſum reddit, ac periculis obnoxium, & animi frangit uigorem, & alacritatem, dum omnia negocia refugit, dumq; non audet nec in uoluptatibus, nec in laboribus uerſari,dum omnem rerum adminiſtrationem ſuſpectam habet,nec quicquam confidenter,& intrepidè aggreditur. Verùm oportebit corpus non aliter quàm nautæ uelum, neq; contrahere ſereno cœlo, neq; uehementer premere: neq; rurſus luxatis uti linteis, & negligenter ac ſupinè agere, cum ſuſpicio ſit tempeſtatis, ſed obſequi conuenit,ac leue corpus reddere:unde non in cibis ſolum, & exercitationibus conueniet obſeruare corpus,num præter ſolitum illis grauatim & illibenter utatur, aut cōtra: num ſiticuloſius magiſq; famelicum ſit, quàm conſueuerit:ſed etiam illud obſeruandum erit,ſi quando ſomnus nec perpetuus fuerit, nec placidus,ſed inæqualis & interruptus: quin etiam inſomniorum abſurditatem cōueniet annotare: nam ſi nepharia, & inſueta uiſa occurrerint,aut craſſis humoribus plenū corpus, aut ſpiritus intus turbatos declarant. Quin & animi affectiones indicant, corpus ad morbum eſſe propenſum:nam ſæpe occupat quoſdam triſtitia, nullam ob cauſſam idoneam ſuborta,aut metus repente ſpes extinguens: idq; cum nihil appareat, cur ſit metuendum. Redduntur autem & iracundi, ſic ut facilè commoueantur,& ob rem quālibet leuem indoleant, lachrymantur ac mœrent,quoties mali uapores,& exhalationes amaræ condenſatæ, animi circuitus (ut inquit Plato) prępediunt, occupantq;:unde optimè dicitur,non ſatiare cibo,non refugere laborem, ſeminis ſubſtantiam conſeruare, hæc tria ſaluberrima eſſe:nam incōtinentia circa Venerem,dum uires maximè reuoluit, per quas alimentum elaboratur, magis excrementa & plenitudinem auget.

*Pythagoras.*

Corpus requirit, ne famem, ne ſitim, ne frigus patiatur.

Socrates monebat, ut cauerent ſibi homines à cibis, qui non eſurientes ad edendum,& à potibus, qui non ſitientes ad bibendum alliciunt.

Gorgias Leontinus interrogatus quonam uſus genere uictus in tantam ſenectutem progreſſus eſſet:nihil unquam uoluptatis gratia ſe aut comediſſe aut feciſſe dixit.

*Hyppocrates.*

Σιτία,ποτὸς,ὕπνος,ἀφροδίσια,πάντα μέτρια, id eſt.

Cibi,potus, ſomni, Venus, omnia moderata ſint.

*Plato lib. 7. de Legibus.*

Corporibus omnibus motus agitioq; non laborioſa prodeſt,ſiue à ſeipſis, ſiue in uehiculis, ſeu naue, ſiue equis, ſiue quomodocunq; aliter moueantur,& horum motuum beneficio, ciborū,potus, quæ alimentum ſuperantia, ſanitatem, pulchritudinem & uires nobis præbere poſſunt.

*De pædia Cyri Xenophon lib. 1.*

Mutatio,quæ fit, paulatim efficit ut omnis natura mutationes ferat: docet præterea Deus ipſe,qui paulatim nos deducit ex hyeme ad uehementes æſtus tolerandos, ex æſtu in hyemem uehementem: quem imitantes,ad quod cundū eſt aſſuefacti antea,ire nos debemus.

*Antyllus.*

Auxiliorū genera quatuor ſunt:primū facien-

facienda, quæ utilitatem in ægrotantis
1. actione ſitam habent: Alterum, ſumenda,
2. quæ pro cibo aut potu capiuntur:
3. Tertium, euacuanda, quæ aliquid educendo è corpore iuuant. Multi ſanè circa hoc nomen ocioſi quidam homines occupantur, dum curioſiosius inquirunt, cur euacuanda potius, quàm euacuantia nominata ſint. Poſtremum genus auxiliorum forinſecus accedentia conſtituunt.

*Xenophon, de factis & dictis Socratis.*

Tantum laborandum, quantum animus libenter ſuſcipit, eamq; exercitationem ad ſanitatem admodum conducere, animiq; diligentiæ non eſſe impedimento, conſtat.

*Pythagoras, in aureis carminibus.*

*Sed nec deſpicias ſeruandi corporis arteis:*
*Iuſta cibi potuſq;, & ſit menſura laborum,*
*Menſuram dico, quæ non queat eſſe dolori.*

*Paulus Aegineta, de uictus ratione: quolibet anni tempore utitur.*

Hyeme quidem & fortiori exercitatione, & pleniore cibo utendum eſt, præcipuè ſi tempeſtas aquilonia fuerit, ſi uero auſtralis, ſimiliter exercitari oportet, ſed cibo potioniq; aliquid demere, atq; in totum per tempus humidum omnino aridum reddere corpus: per frigidū uero calidius, ac tum carnes eſſe, oleraq; calidiora, atq; uinum bibere meratius. Aduentante uere alius quidem per uomitum, alius per uentrem uacuetur, alius ſecta uena ſanguinem mittat, prout cuiuſq; fuerit uel cōſuetudo uel animi prōptitudo. Æſtate confert quies, exercitatio remiſſior, atq; cibus exiguus, qui quidem ex frigidiore genere deligēdus eſt: tum uero potioni adijcere, atq; quicquid refrigerare humectareq; poſſit, adhibere oportet. Per autumnum maiori cautela opus eſt, quippe qui uſq; quaq; & inæqualis & inordinatus eſt, multiformeſq; inducit morbos: itaq; ne circa refrigerationem quid peccetur cauendum eſt: à uenere quoq; & frigida potione abſtinendum, neq; uero aëri quis ſe credat, uel per matutinum frigus, uel per ardorem meridianum: pomis impleri noxium eſt, non ob ſocietatem tantum, uerum etiam, quoniam uitioſi humores inde naſcuntur, atq; flatum quoq; excitant, ſiquidem omnium fructuum optimi ficus uuaq;, & flatum pariunt, & alimenta corrumpunt, niſi ante alios cibos aſſumantur, præſumpti uero neq; inflāt neq; corrumpunt: quum frigeſcere cœperit aër, corpus pro frigoris ratione calefacere oportet, atq; omnia facere, ut cum hyems iam proceſſerit, nec ab re fuerit, reuoluto æquinoctio, uacuare corpus ex aliquo eorum, quæ diximus, ne redundantia quædam per hyemem retenta moleſtiam inferat.

# SAPIENTIA.

*Sapientiæ ſtudium, ſapiens. Σοφία.*

SAPIENTIA eſt multarum & mirabilium rerum ſcientia. Ariſt. lib. 1. Metaphy. eſt cognitio primarum, & altiſſimarum cauſarum.

Cicero lib. 4. Quæſt. Tuſcul. ſapientiam definit, rerum diuinarum ac humanarum ſcientiam, cognitionemq;, quæ cauſſa cuiuſq; rei ſiet, ex quo efficiat, ut diuina immitetur, humana uero omnia uirtute inferiora ducat.

Seneca definit, perfectum eſſe bonum mentis humanæ: prudentiam uero ſcientiam eſſe rerum expetendarum fugiendarumq;.

Ariſtoteles 10 Ethicorum, ſapientiam, inquit, nihil aliud eſſe ſignificamus, niſi artis uirtutem, & præſtantiam: & paulò poſt, perſpicuum eſt, reliquis ſcientijs perfectione & abſolutione præſtare ſapientiam: ergo ſapientis eſt, non ſolum ea intelligere, quæ principijs concludūtur, ſed rerum etiā cauſſas tenere, ut ſit ſapientia, intelligentia et ſcientia, quaſi caput continens eorum omnium ſcientiam, quæ in maximo honore ſunt & pretio.

Viues lib. 2. de anima, uocat ſapientiā lumē ſupernaturale. Architas Pythagoreus in libro de uiro bono & beato, definit ſapientiam, cognitionem numinis, rerumq; humanarū; prudentiā uero humana-

humanarum rerum,& eorum quæ ad uitam ſpectant.

*Perictyone Pythagorica de ſapientia.*

Conditus uerò & compoſitus eſt homo in hoc,ut contempletur naturæ, rerum,ipſiuſq; ſapientiæ rationem:eidémq; labor iniunctus eſt comparandi, contẽplandiq; rerum,quę extant,ſapientiam.

*Idem circa quæ uerſetur ſapientia.*

Stobæus in ſermo I. de uirtute.

Geometria & Arithimetica,reliquaq; in ſpeculatione ſita,& ſcientiæ ſunt, & circa entia uerſantur: At ſapientia circa omnia quæ ſunt, ceu uiſus circa omnia quæ ſunt,& auditus circa oĩa audibilia, Accidentium uerò entium,alia quidem in uniuerſum omnibus accidunt , alia uerò eorum pluribus,alia uero ſingulis. Ea itaq;,quæ in uniuerſum omnibus accidunt, cognouiſſe & perſpexiſſe,ſapiẽtiæ munus eſt : ea uero,quæ pluribus, Phyſicę eſt ſcientiæ. Propria uero cuiq; rei accidentia noſſe, & circa quid ſeparatum,ſcientię.Ideoq; ſapientia entium omnium principia indagat: Phyſica uero eorum quæ natura produxit : Geometria uero & Arithmetica & Muſica quantitatis & conſonantiæ. Quiſquis igitur reſoluere potis eſt omnia genera ad unum idemq; principium , iterumq; ex eo componere,& enumerare, hic & ſapientiſſimus eſſe, & ueriſſimus uidetur: Quum & pulchram ſpeculam inueniſſe, in qua poterit & deum contẽplari, omniaq; quæ in eadem ſerie ſunt, & ordine ab ipſo ſeiuncta.

*Antiphon.*

Sapientem uirum non rectius alium iudicaueris,quàm illum,qui ſeſe contra momentaneam iræ titillationẽ muniẽrit,& potuerit ipſe refrenare,ac uincere ſeipſum. Contra,qui iræ uoluerit indulgere, huic ſanè deteriora præ melioribꝰ placent. id eſt.

Vincere iram, eſt ſummæ ſapentiæ.

*Ἀνεφάνησαν αὐτοὶ σωφροσύνην δὲ ἀνδρὸς οὐκ ἂν ἄλλος ὀρθότερον τις κρίνειεν, ἢ ὅσις τοῦ θυμοῦ ταῖς παραχρῆμα ἡδοναῖς ἐμφράσσει αὐτὸς ἑαυτὸν, κρατεῖν τε καὶ νικᾶν ἠδυνήθη αὐτὸς ἑαυτὸν, ὃς δὲ θέλει χαρίσασθαι τῷ θυμῷ παραχρῆμα θέλει τὰ κακίω ἀντὶ τῶν ἀμεινόνων.*

*Nullus ſapiens noſtro tempore.*

*Celtis 4. Amorum, Elegia. 4.*

*Quod ſi caſtigent fido me in amore ſodales;*
*Illis reſponſum carmina noſtra dabunt.*
*Græcia ſeptenos habuit quondam ſapientes,*
*Qui patriam ingenijs erudiere ſuis.*
*Italo adhuc nullus nobis numeratus in orbe eſt,*
*Et neq; Germanis inuenietur agris.*
*Ibis ad Hiſpanos,Gallos & in orbe Britannos,*
*Extremos Dacos,Sarmaticoſq; uiros.*
*Inuenies paucos, quos φρόνησις alma tenebit,*
*Et quos naturæ ſollicitaret opus.*
*Diuinas atq; humanas qui pectore cauſſas*
*Verſarent,raro ſydere proueniunt.*
*Ergo ſenex fugiam ſapientis nomen & arteis,*
*Stulticia plenus cum uagus orbis eat.*
*Ob bene uiuendi rationes philoſophatur*
*Iam nemo,aut quæ ſit uita beata,petit.*
*Propter diuitias ſolum nunc diſcitur,orbe*
*Turpius & nihil eſt,quàm modo habere nihil.*

*Eraſmus lib. 3. Apophthegmatum.*

Diogenes dicebat,faciles eſſe Deos ad donandum hominibus uitam:cæterum hanc ignorari ab his,qui quærunt dulciaria,unguenta, aliaſq; hoc genus delicias ; his enim qui fruuntur, credunt ſe uiuere,cum ueram uitam,tranquillam, ac ſuauem ſola præſtet ſapientia. Non igitur dij ſunt incuſandi , ſed homines, qui per ſtulticiam non poſtulant ab illis uitam,ſed uoluptates.

Idem ſapienti nihil deeſſe hoc ſyllogiſmo colligebat:Deorum omnia ſunt: Deorum autem amici ſunt ſapientes:& amicorum comunia omnia ſunt,ſapientum igitur ſunt omnia. Ibidem Eraſmꝰ.

*Idem Eraſmus lib. 7. Apophtheg.*

Antiſthenes dicebat ſapientem ſibi ſufficere,eò quod quæ ſunt aliorũ, ſunt & huius , qui cũ omnibus habet amicitiam, & amicitia facit omnia cõmunia.

*Epicharmus Siculus.*

*οὐ μετανοεῖν , ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν.* id eſt. Non re facta , ſed multò ante deliberandum eſt uiro ſapienti.

*Socrates.*

*Τοῦ σοφοῦ ςόματος ἀνοιχθέντος, καθάπερ ἱεροῦ τὰ τῆς ψυχῆς καταβλέπεται ὥσπερ ἀγάλματα.* id eſt.

Quum ſapiens os ſuum aperuerit , tanquàm templum ibi animæ pulcherrima ſimulachra perſpiciuntur. Ioannes Stobæus in ſermo. 1. de uirtute.

*Quæ ſapientiæ ſtudium impediant. Iſocrates in epiſtola ad Dionyſium.*

Satellites, lictores, caducеatores, & altiſſimi ſolij adeptio ſapientiæ ſtudio tenebras offundunt: nec ulla res eſt qua uirtus facilius & celerius exterminetur.

*Iſocrates ad Demonicum.*

*οὕτω γὰρ τὰ τοῖς ἄλλοις χαλεπῶς εὑρημένα συμβήσεταί σοι ῥᾳδίως μανθάνειν.*

*ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω, τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἀπολείπει, τὰ δὲ πάντα τὸν χρόνον παραμένει: Σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον.* id eſt.

Multas utiles doctrinas multis pecunijs præſtare ducito: nam hæ faciſe amittuntur, illæ nunquam deſerunt: Sola enim inter omneis poſſeſiones ſapientia immortalis eſt.

*Seneca lib. 3. Epiſtola 20. De concordia doctrinæ cum uita, inquit.*

Quid eſt ſapientia? ſemper idem uelle, atque idem nolle.

*Cicero in 5. Quæſt. Tuſcul.*

At nos uirtutem ſemper liberam uolumus, ſemper inuictam, adeo ut nulla re unquam terreamur: ſemperque ſimus inuicti, ita ut nihil pœniteat, nihil deſit, nihil obſtet. Etenim ut ſtulticia, etſi adepta eſt quod cõcupiuit, nunquam ſe tamen ſatis conſecutam putat: ſic ſapiẽtia ſemper eo contenta eſt, quod adeſt, neque unquam ſui pœnitet.

*Ludouicus Viues lib. 3. De anima, cap de affectionibus.*

Actiones naturales nõ ſunt ex limitibus uoluntatis noſtræ, ſed ex facultatis cuiuſque ſumma, ui, ac potentia. In ſapiente multo ſunt omnia diuerſa: is enim nec in eligendo bono fallitur, & unum aliquod ſibi proponit, paucaſque ad illud uias, eaſque exploratas ac certas, nec permittit ſe regendum negocijs, ſed regit ipſe negocia, habetque ſe in ſuo iure ac poteſtate, ut ſurgentem ui naturæ affectum ſtatim rationis fræno compeſcat, cogatque recto iudicio cædere.

*Iſocrates ad Nicoclem, de regno.*

Sapientes exiſtima non eos, qui de rebus minutis curioſe rixantur, ſed qui de maximis rebus egregrè dicunt: nec eos, qui alijs felicitatem pollicentur, cũ ipſi in maximis anguſtijs uiuant, ſed qui mediocria de ſe profitentur, uerum & negocia dextrè obire, & inter homines uerſari commodè poſſunt, nec in uitæ mutationibus perturbãtur: ſed pulchrè & moderatè res tam ſecundas, quam aduerſas ferre norunt.

*Sapientibus nulla præmia conſtituuntur. Iſocrates in Panegyrico.*

Sæpè admirari ſoleo, quid in mentẽ illis uenerit, qui celebritates haſce congregarunt, & ludos gymnicos inſtituerunt, ut corporum uiribus tanta præmia proponerent: eos uerò qui reip. ſtudio labores capiunt, & animis ita ſe ſe parant, ut alijs quoque proſint, nullo prorſus honore dignarentur: quorum utique ratio maior habenda fuiſſet: nam etſi robur pugilum duplicaretur, nullus tamen ex eo fretus rediret ad cæteros: at unius uiri prudentia fruuntur omnes, qui aptis eius conſilijs parere uoluerunt.

*Lucretius lib. 2. de natura rerum.*

*Sed nil dulcius eſt, quàm benè munita tenere*
*Edita doctrina ſapientum templa uirorum,*
*Deſpicere unde queas alios, paſſimque uidere*
*Errare, atque uiam palantis quærere uitæ:*
*Certare ingenio, contendere nobilitate,*
*Noctes atque dies niti præſtante labore,*
*Ad ſummas emergere opes, rerumque potiri.*

*Horatius lib. 2. in ſermo Satyra 7.*

*Quiſnam igitur liber? Sapiens, ſibi qui imperioſus:*
*Quem neque pauperies, neque uincula terrent:*
*Reſponſare cupidinibus, contemnere honores*
*Fortis, & in ſeipſo totus teres, atque rotundus:*
*Externi ne quid ualeat per leue morari:*
*In quem manca ruit ſemper fortuna. Potes ne*
*Ex his ut proprium quid noſcere? quinque talenta*
*Poſcit te mulier, uexat, foribuſque repulſum*
*Profundit gelida: rurſus uocat: eripe turpi*
*Colla iugo liber. Liber ſum, dic age: non quis:*
*Vrget enim dominus mentem non lenis, & acres*
*Subiectat laſſo ſtimulos, uerſatque negantem.*
*Vel cum pauſiaca torpes inſane tabella.*

*Idem Epiſtolar. lib. 9. epiſtol. 1.*

*Ad ſummam, ſapiens uno minor eſt Ioue, diues,*
*Liber, honoratus, pulcher, rex deniquè regum,*
*Præcipuè ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.*

*Ouidius 9. de arte amandi.*

*Pectoribus*

*Pectoribus mores tot ſunt, quot in orbe figuræ,*
*Qui ſapit innumeris moribus aptus erit.*

*Iuuenalis Satyra 13.*

*Plurima fœlix*
*Paulatim uitia atq; errores exuit omnes,*
*Prima docens rectum ſapientia.*

*Idem eadem Satyra.*

*Magna quidem ſacris quæ dat precepta libellis*
*Victrix fortunæ ſapientia, dicimus autem*
*Hos quoq; felices, qui ferre incommoda uitæ,*
*Nec iactare iugum uita didicêre magiſtra.*

*Horatius, epiſtola 1. ad Mecœnatem.*

*Virtus eſt uitium fugere, & ſapientia prima*
*Stultitia caruiſſe.*

SAPIENTIA PROXIMA DEO.

*Horatius libro 1. Oda. 12. de laudibus Deorum.*

*Proximos illi tamen occupauit*
*Pallas honores.*

CANITIES NON FACIT SAPIEN- *tem, ſed candor uitæ, morumq; grauitas.*

*Vir ſapiens, ex Heſiodo.*

*Vir ſapiens eſt ille quidem, qui cuncta uolutat,*
*Omnia perpendens inſpiciensq; modum.*
*Proximus huic qui conſilio parere fideli*
*Geſtit, & huic paret, qui benè cuncta monet.*
*Sed qui non paret, neq; conſulit optima factu,*
*Extremi crede hunc ingenij eſſe uirum.*

*Græca.*

οὖτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσας,
φρασσάμενος τ' ἃκ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἦσιν ἀμείνω,
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται,
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ. *id eſt.*
*Optimus ille quidem, qui per ſe omnia nouit,*
*Expendens ſecum quæ ſint meliora futura:*
*Nec minus iſte bonus fuerit, qui recta monenti*
*Obſequitur, uerùm qui per ſe nil tenet unquam,*
*Nec reliquos audire uelit, ſceleratus habetur.*

*Menander comicus.*

οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν,
ἀλλ' ὁ τρόπος ἐνίων ἐστὶ τῇ φύσει γέρων. *id eſt.*
*Cani capilli non parant ſapientiam,*
*At uita, candidiq; mores & graues*
*Quorundam, hic optimè ſenium præſeferunt.*

*Idem.*

ἰσχὺς δὲ τεῖχος καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ φρόνησις. *id eſt.*
*Robur ſapientis, murus & ſcutum prudentia.*

*Stephanus Niger in expoſitio. Carm. Pythag. Ex Heſiodo ſuperiora uertit, ut ſequitur.*

Omnium ſapientiſſimus ille non iniuria nuncupandus eſt, cui, quod opus ſit, ipſi ueniat in mentem: proximè accedere, qui alterius benè inuentis obſequatur. Qui uerò nec quid ſibi maximè conueniat excogitare poterit, nec aliorum benè inuentis obtemperauerit, is infimo ac teterrimo hominum genere collocandus eſt.

*Archytas Pythagoricus in libro de uiro bono.*

Θεῶν μὲν εὐδαιμοσύνα, καὶ βίος ἄριστος, τῷ δ' ἀνθρώπῳ ἐξ ἐπιστάμας καὶ ἀρετᾶς, καὶ τρίτου εὐτυχίας σωματούμενα παραγίνεται: λέγω δὲ ἐπιστάμαν, σοφίαν μὲν τῶν θείων καὶ δαιμόνων, φρόνασιν δὲ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν περὶ τὸν βίον. id eſt.

Dei quidem felicitas atq; uita optima eſt, at hominis & ſcientia & uirtute, tertiaq; proſpera fortuna coaleſcens peruenit. Apello autem ſapientiam cognitionem numinis, rerumq; diuinarũ: at prudentiã rerum humanarum, & eorũ, quæ uitam ſpectant. Vide Stobæum in collectaneis, ſermone primo de uirtute.

SENE-

SENECTVS OMNIBVS HOMINIbus exoſa. Ex Mimmermo poëta, de quo Gyraldus de poëtis meminit.

Scripſit librum florilegiorũ.

Κρυπταδίη φιλότης, καὶ μείλιχα δῶρα ἐυνὴ
ἄνθεα ει ἥβης γίγνεται ἁρπάλεα.
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶν, ἐπεὶ
δ' ὀδυνηρὸν ἐπέλθῃ
Γῆρας, ὅτ' αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἄνδρα τιθεῖ,
Αἰεὶ μὲν φρένας ἀμφὶ κακαὶ τείρουσι μέριμναι
ὀυδ' ἀυγὰς προσορῶν τέρπεται ἠελίου,
Ἀλλ' ἐχθρὸς μὲν παισὶν, ἀτίμαστος δ' γυναιξὶν:
οὕτως ἀργαλέον γῆρας ἔθηκε θεός. id eſt.

*Amor, inquam, occultus, & blanda domus, & lectus,*
*Rapidè carpendi ſunt iuuentutis flores*
*Viris & mulieribus: ubi uerò moleſta ingruerit*
*Senectus, quæ pulchrum etiam uirum reddit informẽ,*
*Semper tum graues animum rodunt curæ:*
*Nec ſolis aſpectu delectatur ſenex:*
*Oderunt illum pueri, contemnunt mulieres:*
*Adeo miſerum Deus ſenectam fecit.*

EVRIPIDES IN PHAENISSIS.

*Laus Senectutis.*

*O fili non omnia mala ſenectuti*
*Aſſunt: ſed experientia ſenum*
*Plus ſapientiæ demonſtrare poteſt, quàm iuuenes.*

*Græcè.*

ὦ τέκνον, ὀυχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ
πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ ἐμπειρία.
ἔχει τί δεῖξαι τῶν νέων σοφώτερον.

*Idem in Bellerophonte.*

*O fili, manus quidem iuueniles ad agendũ robuſtæ ſunt,*
*Seniorum autem ſententiæ ſapientia præſtant:*
*Tempus enim multam & uariam doctrinam parit. i.*
Ὦ παῖ, νέων τοὶ δρᾶν μὲν ἔντονοι χέρες,
Γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων:
ὁ γὰρ χρόνος δίδαγμα ποικιλώτατον.

*Idem in Erechtheo.*

*Colloquia uerò ſenilia diligas,*
*At amores laſciuos, qui ſolum ridendo ſplendent,*
*Oderis: Non diu durat malæ uoluptatis delectatio.*
Ἀκόλαστα δὲ ἤθη μίσει, βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς κακῆς.

*Menander comicus.*

*Quamuis cætera longum tempus nobis auferre*
*Soleat, prudentiam tamen firmiorem facit.*

*Euripides in Menalippe.*

Παλαιὸς αἶνος, ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλαὶ δὲ ἔχουσι τῶν γεραιτέρων. id eſt.
*Vetus hoc dictum eſt, opera quidem iuniorum,*
*Conſilia autem ſeniorum uim habere.*

*Idem in Peleo.*

*Senectus ô fili iuuenilibus annis*
*Sapientior eſt atq; tutior.*
*Experientia uincit imperitiam.* id eſt:
ἐμπειρία τε τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.

*Sophocles in Tyrone.*

Γῆρας διδάσκει πάντα καὶ χρόνου τριβή. id eſt.
*Senectus omnia docet, moraq; temporis.*

*Crates ex Antiphane.*

*Exprobraſti mihi ſenectam ceu magnum malum,*
*Quam qui non aſſecutus fuerit, morte mulctatur,*
*Quam omnes deſideramus: At ſi quando uenerit,*
*Aegrè ferimus: adeo ingrati naturæ ſumus:*
*Nullus enim tam diligit uitam, quàm qui neſcit.*

*Antiphanes ex Philoctèta.*

*Sapientiæ nonnihil ad conſultationes habet*
*Senectus, ut quæ multa uiderit, atq; didicerit.*

*Græcè.*

Σοφόν γε τοι πρὸς τὸ βουλεύειν ἔχει,
τὸ γῆρας, ὡς δὴ πολλ' ἰδόν τε καὶ μαθόν.

*Sophocles in Thyeſte.*

Καίπερ γέρων ὤν: ἀλλὰ τῷ γήρᾳ φιλεῖ
Χ' ὁ νοῦς ὁμαρτεῖν, καὶ τὸ βουλεύειν ἃ δεῖ. id eſt.
*Quamuis ſenex ſit. ſolent enim ſimilem ætatem*
*Mens etiam & opportuna conſilia ſequi.*

*Phauorinus de Senectute.*

Nam hoc etiam nõ tacebo, quod Platoni & Pythagoræ uideatur, ſenectutẽ non tam eſſe iuxta finem uitæ, quàm iuxta principium benè beatèq; uiuendi.

*Plutarchus.*

Iuuenes decet, ut æmulentur ſeniores: iuxta Simonidem,

Vt lactens pullus curſum comitatur equæ. id eſt.

Νέοις δὲ ζηλωτέον τοὺς γέροντας κατὰ Σιμωνίδην,
ἄθηλος ὕππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχειν.

Et, ut Plato inquit, de mero aquæ miſcendo, deum furentem ab alio deo ſobrio temperari.

*Democritus.*

Robur & forma corporis bona ſunt, ſenectus autem flos eſt temperantiæ & prudentiæ. id eſt.

Ἰσχὺς καὶ εὐμορφίη νεότητος ἀγαθὰ, γῆρας δὲ σωφροσύνης ἄνθος.

*Phauorinus de Senectute.*

Beotius quidã cũ iã natus annos pluſquàm ſeptuaginta theſaurũ reperiſſet, ſublato crure,

crure, ipſum cõtempſit & prçteriuit, ut qui non amplius uſui ſibi futurus eſſet: Ita ſenectus animum & tranquillũ reddit, & multæ pecuniæ ſtudium & impenſas adimit.

*Aeſchines contra Demarchum.*

Diligenter conſiderandum eſt (ut legislatori uidetur) quod ſeniores prudẽtia quidem uigent: audacia uerò iam ipſos deſtituere incipit, propter experientiam rerum.

*Iuncus de ſenectute.*

Ad meam ſententiam explicandam me confero: exiſtimans ſenes propter longum tempus & rerum per uitã actarum experientiam erroribus non obnoxios eſſe: iuuenibus autem impedimento eſſe ad bona, tum uires corporis, quibus illi freti, temerè bellum capeſſunt, & maiora appetunt, tum in conſiderationem rerum utilium. Atqui fuerit mihi teſtis illorum, quæ dixi, Solon Athenienſis, qui lege ſanxit, ne quis admodum iuuenis ad magiſtratum, aut conſultationes admitteretur, quamuis prudentiſſimus eſſet uiſus. Cæterum quoad cupiditates, ſenes immunes ſunt, & nihil amplius ab eis turbantur. Hoc maximũ & pulcherrimum à Dijs donum hominibus datum eſſe reor, per quod diuinæ naturæ ꝗdamodo ſimiles fiant. Nam dij non comedunt fruges, non potant feruida uina. *οἱ μὲν γὰρ ὀυ σῖτον ἔδουσιν ὀυ πίνουσιν αἴθοπα οἶνον.*

Senes autem ſuperfluis & moleſtis abſtinentes, ipſorum uſu nihil egent, indigentiæ moleſtijs liberati, & frugalis animi, rebuſq; contenti, uoluptate fruentes: etenim ab impetu & appetitu in Venerẽ ruente ſeiunctum eſſe. Dij boni, quanta utilitas & furoris moleſtięq; amiſſio dicenda eſt, quo tempore bruta & cupiditatibus obnoxia pars animæ pulchritudinis uoluptate fruitur: deinde inutilium & laſciuarum rerum mentionem omnino facit nullam.

*Archytas Pytagoricus Philoſophus in libro de uiro bono & felice.*

Similiter & ſenectus ad iuuentutem ſe habet: hæc aggrediendo quippiam præualet, illa prouidendo nunq̃ ſeipſũ ſine mentis cuſtodia relinquit, ſed quid agat, aut quid egerit conſiderat, ut futura prçſentium, prçſentia autem prçteritorum collatione trutinans, ipſa ſe ſe rectè dirigere poſſit, ad preteritum temp9 memoriã accomodans, ad præſens ſenſum, ad futurũ uerò prouidentiã. Semp enim memoria nobis adeſt prçteriti tẽporis, prouidentia futuri, præſentis autem ſenſus. Propterea hominem benè beateq; uicturum non ſenſu ſolum & memoria, ſed etiam prouidentia ualere oportet.

*Themiſtius de anima.*

Atqui Sophocles de ſenibus eleganter dixit:

*Vetuſta paruo corpora momento lapſa uiuunt,*
*Χαρίεντος σμικρὰ παλαιὰ σώματ᾽ εὐνάζει ῥοπή.*

Mors enim ſenilis diuerſorio ſimilis eſt, iuuenilis autẽ tanq̃ eiectio & naufragium eſt: elabitur enim anima uiolẽter contrito corpore.

*Parmenides.*

*Γῆρας γίγνεσθαι παρὰ τὴν τοῦ θερμοῦ ὑπόλειψιν.* id eſt. Senectutem ob caloris defectum fieri.

*Euripides in Aeolo.*

*Papè, quàm benè uetus hoc dictum celebratur:*
*Nos ſenes aliud nihil quàm turba ſumus,*
*Et figura tantum ſomniorumq; ſimulachra ſerpimus,*
*Mens autem non eſt amplius, putamus*
*Verò nos rectè ſapere.*

*Idem in Bacchis.*

*Ὡς δύσκολον τὸ γῆρας ἀνθρώποις ἔφυ.* id eſt.
*O quàm difficilis ſenectus eſt hominibus.*

*Idem in Aenomao.*

*O ſenectus qualem uoluptatis ſpem de te prebes,*
*Et omnes homines ad te cupiunt peruenire:*
*At qui iam experitur, pœnitentia ducitur:*
*Siquidem nullum eſt graui ſenectute grauius malum.*

*Menander.*

Quid aliud eſt uir ſenex, quàm uox & umbra? moleſta res eſt tempus longum; grauis ô ſenex es: nihil enim boni, multa uerò habes difficilia & dolorifica hominibus: nihil minus tamen omnes ad te ſtudemus & optamus peruenire.

SERVI-

## *Serui. Famulitium. Famuli. Miniſtri.*

*Cœlius Rhodig. lib. 13. cap. 47.*

SERVITVS eſſe ex ijs uidetur, quæ præter naturam ſunt. Ita ſancit imperator, item & iureconſultus Pomponius. ff. de uerb. & rerũ ſignificatione, Florentinus. ff. de ſtatu hominum. Seruitus eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contra naturam ſubijcitur. Serui ex eo appellati, quod captiuos uẽdi imperatores iuberent, ac per hoc ſeruare, nec occidere: qui & mancipia dicuntur, eo quod ab hoſtib⁹ manu caperentur. Seruos porrò naſci tradunt, aut fieri: naſci quidem ex ancillis noſtris: fieri autem iure gentium, hoc eſt, captiuitate, aut iure ciuili, cum homo liber maior 20. annis, ad pretium participandum ſe ſe uenundari paſſus eſt. Inſtit. de iur. perſon. §. Seruitus.

*Præclara D. Ambroſij ſententia.*

Ex uino ſeruitus. Manebat, inquit, ante uini inuentionem omnibus incõcuſſa libertas, nemo ſciebat à conſorte naturę ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Non eſſet hodie ſeruitus ſi ebrietas non fuiſſet.

*Ariſtoteles 1. Politico. inquit.*

τοῖς δὲ παρὰ φίσιν δοκεῖ τὶ δεσπόζειν: νόμω γὰρ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δ' ἐλεύθερον, φύσει δ' οὐθὲν διαφέρειν: διόπερ οὐδὲ δίκαιον βίαιον γάρ. id eſt.

Videtur nonnullis eſſe dominatio pręter naturam. Lege namq; inſtitutum ut ſerui habeantur aliqui, liberi autem alij: at natura nullum prorſus diſcrimẽ: proinde nec eſſe iuſtum quidem, quando non obſtat uiolentia. At enim cum ſine neceſſarijs impoſſibile ſit uiuere & bene uiuere: nam & in artibus neceſſarium eſt propria ſubeſſe inſtrumenta, ſi opus modo confici debeat. Equidem in re familiari idem contingere in confeſſo eſt. At τῶν ὀργάνων, τὰ μὲν ἄψυχα τὰ δ' ἔμψυχα. i. Inſtrumenta autẽ alia inanimata ſunt, alia animata: ut enim gubernatori clau⁹ inanimatus eſt, is autẽ qui proram gubernat animatus (miniſter enim inſtrumenti ſpeciem gerit in artibus) ſic opes in inſtrumentis ſunt, quæ ad uitã ſunt neceſſaria, & poſſeſſio. Cõmoditatum copia, & ſeruus animata eſt poſſeſſio, & miniſter omnis eſt quaſi inſtrumentum, modò munus quod iuberetur, aut quod pręſentiſceret exequi poſſet, ut quemadmodum aiunt Dedali ſtatuas aut Vulcani tripodes (q̃s inquit poeta ſpontæ ſua ad prelia Deorũ ueniſſe) ſic & pectines texerent, & plectra lyram pulſarent: haud eſſet ſanè q̃d uel architecti miniſtros, uel domini ſeruos requirerent.

*Seruitus malum abominandum ualdè.*

Seruitutem eſſe omnium malorum poſtremum, non modò bello, ſed etiam morte fugiendam, à celeberrimis autoribus pronunciatum eſt. Spinoſa uita ẽ, & multis obicibus præpedita: quoniã, ut inquit imperator, libertas incomparabile prętium eſt, cõtemptibilis quoq; nam & iure ciuile ſerui pro nullo habẽtur, nec caput habent, immò uerò etiam miſerrima. Etenim quid miſerius, aut infelicius, quàm addici alicui, qui & uitæ, & necis in te habeat poteſtatem, & ſi quid acquiras, domino acquiras. Sed & uates nobiliſſimus libro Odyſſeæ 7. & 10. ita canit: ἥμισυ γὰρ τὰ ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα τεὺς, ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦπαρ ἕλῃσι. id eſt. Quibus dimidium ei uirtutes perire confirmat, quem ſeruilis obuallarit neceſſitas. Inde factum puto, ceu premente ui, cũ qua ne Dij q̃dẽ (ſicuti dicitur) pugnarint: ſiue educatione praua, ceu utroq; potius, ut parte plurima ſerui de prima maliciæ ac uafriciæ nota ſint & habeantur, quod furciferi appellatio indicarit: & quia malis moribus homines, & lingua proterua, ab hoc ferè genere uernaculi nuncupãtur. Hinc dira excogitata ſupplicia, ad reprimen-

Libertas incomparabile pretium.

Serui pro nullis habentur.

Seruus dimidius homo.

Neceſſitas.

Quod ſerui mali plerumq;

reprimendam æſtuantis mali, & increſcentis audaciæ uim proruptam, nimio plus graſſantem, ac in domini perniciem ſubinde aſſultantem: quæ cum materno lacte uitiorum (ut ſic loquar) ſegetem hauſiſſe uideri poteſt. Cœlius Rodiginus lib. 4. lectionum antiquarum.

*Menander. Stobæus ſermone 60.*

ὅταν τύχῃ τὶς εὐνοοῦντος οἰκέτου, οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον βίῳ. Id eſt: Quum quis incidit in ſeruum bonum, nulla eſt poſſeſſio melior.

*Euripides in Alexandro.*

Magis ſeruum oportet habere ſapientem, quàm ut ipſe ſapias.

*Idem.*

οὐκ ἔχθρος μεῖζον οὐδὲ δώμασιν κτῆσις κακίων, οὐδ' ἀνωφελέστερος οἰκέτου. Id eſt: Domi nullus maior inimicus, neq; peior poſſeſſio, neq; inutilior, ſeruo.

*Democritus.*

δοῦλος ἀναγκαῖον κτῆμα οὐχ ἡδύ. i. Seruus neceſſaria poſſeſſio, non autem dulcis.

*Plautus in Pſeudulo.*

Plagigera hominum genera, quorum haud quicquam in mentem uenit, ut rectè faciant: At cum eſt occaſio data, tene, clepe, rape: hoc eſt eorum opus: ut malis lupos apud oues relinquere, quàm hos domi cuſtodes.

Eleganter expreſſæ ſunt naturæ ſeruorum.

SENTENTIAE DE DOMINIS ET *ſeruis, ex Stobæo & alijs decerptæ.*

*Euripides in Helena.*

κακὸς γὰρ ὅστις μὴ σέβει τὰ δεσποτῶν
καὶ ξυγγέγηθε καὶ ξυνωδίνει κακοῖς:
ἐγὼ μὲν εἴην κοινῇ πέφυκ', ὅμως λάτρις
ἐν τοῖσι γενναίοισιν ἠριθμημένος
δούλοισι: τοὔνομ' οὐκ ἔχων ἐλεύθερον
τὸν δὲ νοῦν, κρεῖσσον γὰρ τόδ' ἢ δυοῖν κακοῖν
ἐνδόντα χρῆσθαι, τὰς φρένας ὄντα τῶν πέλας. i.
*Malus eſt quicunq; domini res non colit,*
*Et ſimul cũ ipſis gaudet, uel propter incõmoda dolet.*
*Ego ſanè, licet ſeruus ſim, idq; à natiuitate, ueruntamẽ*
*Inter eximios numerandus*
*Seruos, nomen quidem non habeo liberum,*
*Sed animum: hoc enim præſtat, quàm duobus malis*
*Victum inuolui, ac tum improbæ mentis eſſe,*
*Tum alijs obedire ſeruitutem proximis.*

*Idem in Meleagro.*

ὡς ἡδὺ δούλοις δεσπότας χρηστοὺς λαβεῖν, καὶ δεσπόταισι δοῦλον εὐμενῆ δόμοις. Id eſt:
*Quàm iucunda res eſt ſeruis bonos dominos nanciſci,*
*Et dominis ſeruum in ædibus beneuolum.*

*Idem in Antiope.*

οὐ χρή ποτ' ἄνδρα δοῦλον, ἐλευθέρας
γνώμας διώκειν, οὐδ' ἐς ἀργίαν βλέπειν. Id ẽ:
*Nunquam oportet ſeruum ingenua*
*Studia tractare, nec ocium ſequi.*

*Menander.*

λυπεῖ δοῦλος, μεῖζον οἰκέτου φρονῶν. Id eſt:
*Moleſtus mihi ſeruus eſt, qui altius famulo ſapit.*

*Idem.*

ὅταν τύχῃ τὶς εὐνοοῦντος οἰκέτου
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον βίῳ. Id eſt:
*Non eſt ulla poſſeſſio melior in uita,*
*Quàm beneuolum ſibi famulum adipiſci.*

*Philemon.*

ὡς κρεῖττον ἐστὶ δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν
ἢ ζῆν ταπεινῶς καὶ κακῶς ἐλεύθερον. Id eſt:
*Multò potius eſt bonum dominum eſſe nactum,*
*Quàm uiuere liberum, humiliter, & malè.*

*Euripides in Antiope.*

τὸ δοῦλον οὐχ ὁρᾷς ὅσον κακόν. Id eſt:
*Non uides, quantum ſit malum ſeruile genus.*

*Idem in Archelao.*

κρεῖσσον γὰρ οὔτε δοῦλον, οὔτ' ἐλεύθερον
τρέφειν ἐν οἴκοις ἀσφαλὲς τοῖς σώφροσι. Id eſt
*Melius eſt neq; ſeruum, neq; ingenuum*
*Alere domi tutum eſt ſapientibus.*

*Idem in Alexandro.*

Σοφὸς μὲν οὖν εἶ πρίαμ', ὅμως δέ σοι λέγω
δούλου φρονοῦντος μᾶλλον φρονεῖν χρεών·
οὐκ ἐστὶν ἄχθος μεῖζον οὐδὲ δώμασι,
κτῆσις κακίων, οὐδ' ἀνωφελεστέρα. Hoc eſt:
*Sapiens tu quidem es Priame, ueruntamen tibi dico:*
*Seruo ſapiente magis, quàm ſapere conuenit,*
*Nihil eſt moleſtius, neq; in ædibus*
*Deterior, aut inutilior poſſeſſio.*

*Ibidem.*

ἤλεγχον οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος
γαστὴρ ἅπαντα, τοὐπίσω δ' οὐδὲν σκοπεῖ. Id eſt
*Reprehendebam uſq; adeò malum eſt ſeruorũ genus,*
*Nihil præter uentrem ſunt, nec futurum quicquam proſpiciunt.*

*Menander.*

τὸ δ' εὖ κελευόμενον μὲν ἐστὶν ἀσφαλέστατον δούλῳ ποιεῖν, ὥς φασιν. Id eſt:
*Tutiſſimum eſt ſeruo, quod uulgo fertur, ut cum quid rectè iubetur, perficiat.*

*Euripides in Alcmæone.*

μέτεστι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσου·
δούλῳ γὰρ οὐκ ἔξεστι τ' ἀληθῆ λέγειν,
εἰ δεσπότῃ σιμὴ πρέποντα τυγχάνοι. Id eſt:
*Serui dominorum morbis inficiuntur,*
*Seruo enim non fas eſt uerum dicere,*
*Quod hero fuerit incommodum.*

Notatu dignum.

*Idem in Euryſtheo.*

πιστὸν μὲν οὖν εἶναι χρὴ τὸν διάκονον

τοιοῦτον τὰ εἶναι τὸ στέργειν τὰ δεσποτῶν. .i.
*Fidum oportet eſſe miniſtrum,*
*Et talis cum ſit, res beriles amat.*

Sophocles.

εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος. Id eſt:
*Etſi corpus ſeruum ſit, mens tamen eſt libera.*

Euripides.

Ἀεὶ δ' ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι· ταῦτα γὰρ
δούλοις ἄριστα κ' ἀφ' ὅτῳ τεταγμένος
ἦν τις ἀνδάνοντα δεσπόταις ποιεῖν. Id eſt:
*Semper placere oportet dominis. Hoc enim*
*Optimum eſt ſeruis, ut cuicunq; rei aliquis deſtinatur,*
*In ea gnarum ſe & placentem domino prębeat.*

Idem in Hecuba.

αἰαῖ τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πέφυκ' ἀεὶ
τολμᾷ θ' ἃ μὴ χρὴ τῇ βίᾳ κρατούμενον. Id eſt:
*Heu heu quàm ſemper improbi ſunt ſerui,*
*Et audent illicita neceſſitate adacti.*

Idem in Ione.

ἓν γάρ τι τοῖς δούλοισιν αἰσχύνην φέρει
τοὔνομα, τὰ δ' ἄλλα πάντα τῶν ἐλευθέρων
οὐδεὶς κακίων δοῦλος ὅστις ἐσθλὸς ᾖ. Id eſt:
*Solum enim ſeruis dedecoroſum eſt*
*Nomen. In cæteris uerò omnibus liberis,*
*Nullus eſt deterior ſeruus, ſi probus fuerit.*

Menander in Pedio.

ἅπαντα δουλεύειν ὁ δοῦλος μανθάνει
πονηρὸς ἔσται μεταδιδοὺς παρρησίας
βέλτιστον αὐτὸν τοῦτο ποιήσει πολύ. Id eſt:
*Si ſeruus nihil quàm per omnia ſeruire diſcat,*
*Malus erit. At ſi libertatem ei permittas loquendi,*
*Id eum efficiet longè optimum.*

Philemon.

καὶ ἂν δοῦλος ᾖ τις, οὐθὲν ἧττον δέσποτα
ἄνθρωπος οὗτος ἔστιν ἂν ἄνθρωπος ᾖ. Id eſt:
*Etſi quis ſeruus ſit: nihilominus, ô here*
*Homo eſt, ſi ſaltem homo fuerit.*

Idem in Excæcizomeno.

κακὸν ἐστὶ δούλῳ δεσπότης πράσσων κακῶς·
μετέχειν ἀνάγκη τῶν κακῶν γὰρ γίνεται. Id eſt:
*Malum eſt ſeruo herus malè agens,*
*Neceſſarium enim eſt, ut participet malis.*

Sophocles in Acriſio.

δοῦλον γὰρ ἐν δεσμοῖσι δραπέτην ἀνὴρ
κῶλον πεδηθεὶς πᾶν πρὸς ἡδονὴν λέγει. Id eſt:
*Procul dubio enim uir fugitiuus in uinculis*
*Pede detentus, omnia ad uoluptatem dicit.*

Menander.

ἐμοὶ πόλις ἐστὶ καὶ καταφύγιμ' καὶ νόμος
καὶ τοῦ δικαίου τοῦ τ' ἀδίκου πάντος κριτὴς
ὁ δεσπότης· πρὸς τοῦτον ἕνα δεῖ ζῆν ἐμέ. Id eſt
*Mihi ciuitas eſt, & confugium, & lex,*
*Et iuſtorum iniuſtorumq; omnium iudex,*
*Dominus meus: Huic ſoli me uiuere oportet.*

Theognides poëta.

οὔποτε δουλείη κεφαλὴ ἰθεῖα πέφυκεν,
ἀλλ' αἰεὶ σκολιὴ, καὐχένα λοξὸν ἔχει. Id eſt:
*Nunquam rectum eſt ſeruile caput,*
*Sed ſemper intortum & obliquum collum habet.*

Euripides in Medea.

χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν
κακῶς πίτνοντα καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται. Id eſt:
*Boni ſerui calamitatem dicunt, ſi res beriles*
*Siniſtrè eueniant, & mens ipſorum percellitur.*

Idem in Menalippe.

πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρὸν, ἡ δὲ φρὴν
τῶν οὐχὶ δούλων ἐστ' ἐλευθερωτέρα. Hoc eſt:
*Multis ſeruorum turpe nomen eſt, animus uerò*
*Magis eſt ingenuus, quàm non ſeruientium.*

Idem in Phryxo

δοῦλον γὰρ ἐσθλὸν τοὔνομ' οὐ διαφθερεῖ,
πολλοὶ δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν ἐλευθέρων. Id eſt:
*Nomen ſanè non corrumpit bonum ſeruum,*
*Sed multi meliores ſunt, quàm ingenui.*

Alexides.

ἀλλ' ὡς τὸ πλῆθος ἐμφερεῖς τοὺς οἰκέτας
ἔχοντας ὄψει τοῦ τρόπους τοῖς δεσπόταις·
τοῖς ἤθεσιν γὰρ τοῖς ὑπηρετοῦσι καὶ
προσεῖχουσα τούτοις ἡ φύσις κεράννυται.
*Cæterum erga uulgus ſeruos ſimiles*
*Habere uidebis mores dominis,*
*Ingenio enim ad ſeruiendum idoneo, etiam*
*Præfecta alijs natura commiſcetur.*

Euripides in Antiope.

φεῦ φεῦ τὸ δοῦλον ὡς ἅπαντα χρὴ γένος
πρὸς ζῆν ἐλάσσω μοῖραν ὥρισεν θεός. Id eſt:
*Papè, quàm ubiq; ſeruile genus*
*Deteriori ſorti deſtinauit Deus.*

Bion in libro de ſeruitute.

οἱ ἀγαθοὶ οἰκέται ἐλεύθεροι, οἱ πονηροὶ ἐλεύθεροι
δοῦλοι πολλῶν ἐπιθυμιῶν. Id eſt:

Boni famuli liberi ſunt, improbi uerò liberi multis cupiditatibus ſeruiunt.

Metrodorus.

δοῦλος ἀναγκαῖον μὲν κτῆμα, οὐχ ἡδὺ δέ. Id eſt:

Seruus quidem neceſſaria poſſeſſio eſt, ſed non iucunda.

Democritus.

οἰκέτῃσιν ὡς μέρεσι τοῦ σκήνεος χρῶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλο. Id eſt:

Seruis ut partibus corporis, alio ad aliud utere.

Dion in Oeconomico.

χρὴ οὖν δεσπόζειν ἐπιεικῶς, καὶ ἀνεῖναί ποτε βουλομένοις ἐπιτρέπειν· αἱ γὰρ ἀνέσεις παρασκευάσουσι, καὶ πόνων εἰσὶ καὶ πόρον, καὶ λυρὰ, καὶ ἄνθρωπος ἀκμάζει διαναπαύσωσι. .i.

Dominari igitur oportet moderatè,

&

& recreari cupientibus id permittere. Remiſſiones enim ad nouos labores præparant, & arcus, & lyra, & homo, quiete uigent.

*Seruius in Moralibus.*

Γελλίας ἀκραγαντῖνος ἐπιξενωθεὶς ἀνδρὶ σκληρῷ, καὶ ἀπὸ παντὸς πορίζοντι, ὃς οὐδὲ καθεύδειν τοῖς οἰκέταις ἐπέτρεπεν, ἀλλ' ἄλλος ἄλλο ζῆν νύκτα εἰργάζετο ὑποδεξάμενος, μετὰ δ' ὕπνον συνεκάλει τὰ παιδία τῶν οἰκετῶν, τὰ δὲ ἦν πάμπολλα καὶ τοῖς μὲν ἐδίδου κάρια, τοῖς δὲ σῦκα ξηρὰ, ἐρομένου δ' ἐκείνου πόθεν παιδία τοσαῦτα, ταῦτα, ἔφη οἱ ἐμοὶ οἰκέται ἐν νυξὶ ποιοῦσι. Id eſt:

Gellias Agrigentinis hoſpitio exceptus apud hominem durum, & undecunq; facientem quæſtum, qui ne dormire quidem famulis permittebat, ſed alius aliud operabatur noctu. Eundem & ipſe poſtea, cum Agrigentiam ueniſſet, ſuſcepit, & congregatis famulorum pueris (qui permulti erant) nuces & carycas diſtribuit. Interrogante autem hoſpite, unde tot pueri: Hæc famuli mei, dixit, noctu faciunt.

*Plato in legibus.*

Δουλεία γὰρ καὶ ἐλευθερία ὑπερβάλλουσα μὲν ἑκατέρα, πάγκακος, ἔμμετρος δὲ οὖσα πανάγαθον, μετρία ἡ ἡ θεῶν δουλεία, ἄμετρος δὲ ἡ τοῖς ἀνθρώποις θεὸς δὲ ἀνθρώποις σώφροσι νόμος. Id eſt:

Tam libertas enim, quàm ſeruitus, ſi modum excedant, peſſimæ ſunt: moderatę uerò, perquàm bonę. Eſt autem moderata ſeruitus, quæ Dijs obnoxia fuerit: immoderata, quæ hominibus. Deus uerò hominibus ſobrijs lex eſt.

*Idem legum 6.*

ὁ μὴ δουλεύσας, οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου. Id eſt:

Qui nunquam ſeruiuit, etiam dominus laude dignus fieri nequit.

*Herodotus lib. 8.*

πρὸς δὲ ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε ἐς θυμὸν βάλλε, ὡς τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώπων, κακοὶ δοῦλοι φιλέουσι γίγνεσθαι τοῖσι δὲ κακοῖσι χρηστοί. i.

Præterea, ô rex, & iſtud conſiderabis, quod bonis hominibus mali ſerui obtingere ſolent: malis uerò boni.

*Plato in ſexto de legibus.*

Qui circa mores actionesq; ſeruorũ nihil unquam facit impiè, nihil iniquè, atq; ita in ijs ſe ſeruat immaculatum, ad producendas uirtutis fruges erit aptiſſimus. Idem quoq; de domino & tyranno, omniq; potentiore aduerſus imbecilliores rectè dici poteſt. Caſtigandi, cędendiq; ſemper iure ſunt ſerui, neq; ita monendi ut liberi, ne molliores fiant. Alloquutio omnis ad ſeruos quodammodo imperium ſit, neq; iocus ullus cum ipſis, ceu fœminis ſiue maſculis habeatur: q̃d multi ſtultè facientes, dum delicatius eos nutriunt, difficiliorem uitam, & ſibi ad imperandum, & illis ad obediendum reddunt.

*Euripides in Archelao.*

οἱ γὰρ ἥσσονες τοῖς κρείσσοσι φιλοῦσι δουλεύειν βροτῶν. Id eſt:

Inferiores libenter inſeruiunt præſtantioribus hominibus.

COMMODA DE SERVIS, ITEM *& incommoda.*

*Volaterranus lib. 30. Philologiæ, de dominis & ſeruis.*

C. Marius, qui uitas imperatorum ſcripſit, ait, eos omnes ꝓbos fuiſſe principes, qui, quanquam ipſi mali, probos apud ſe libertos ac ſeruos adminiſtratores haberent: contrà uerò, bonos natura principes nequaquam benè regere, ubi malis rem committerent. Quod etiam proximis accidit temporibus: Bonifacio 9. & deinde Eugenio 4. & Calixto 3. optimis uiris omnia peſſum ibant. At ſub Paulo poſtea nequaquam cum illis uita conferenda. Quod M. S. Marci cũcta diſponeret, omnia melius.

Bias bonos omnes, quanquam ſeruos, liberos eſſe dicebat: Improbos, etſi liberi ſunt, ſeruos eſſe multarum cupiditatum.

*Ariſtoteles*

Eos eſſe ſeruos in Republica, qui inſcitia rerumq; ignoratione tenentur: qui uerò ingenio pręſtant, naturaliter dominos: inſuper nonnullorum fides egregia memoratur. Paduanos quondam dominos, teſte Valerio, ob imperatam à Pallione pecuniam, latitantes propoſita libertate qui prodere uellet, ne unus quidem inuentus.

M. Antonium oratorem accuſatum ſtupri, ſeruus captus minimè prodidit, ex quo Plautus ait, ſuperbum eſſe decet fidelem ſeruum apud dominum ſuum.

Populus Romanus in Clade Cannenſi captos redimere nullo modo uoluit:

Cũq; in ſummã penuriã eſſet redact⁹, ergaſtula ſoluit, ſeruorum undecim milia auxilium quæſiuit, ciuium contempſit: & exiſtimauit eos potius tueri liberta-tem, qui nunquam habuiſſent.

Contrà, ex infidelibus multa incommoda. Volſinenſes cum ſeruos temerè omnes manumitterent, ab eis poſtea oppreſſi ſunt, multáq; indigna paſſi: quibus auxilia petentibus, miſſus Decius Muræna libertinos omnes partim necauit, partim dominis in ſeruitutem priſtinam reſtituit.

Seruile bellum in Sicilia terrorem Romanis attulerat, niſi celeriter per Pennam, & rurſus renouatum per M. Aquilianum confectum fuiſſet.

*Cicero.*

Dignitate domini minus turpis eſt fortuna ſerui: Stultum eſt in eum locum uenire ſcientem, ubi libertatem ſis amiſſurus, ut Platoni in Sicilia contigit, & Calliſtheni apud Alexandrum, Demetrio, item Phalereo in Ægypto.

*Quomodo ſerui ſeu miniſtri tractandi.*

Plato de legibus, ſeruos, ait, minus afficere contumelijs debemus, quàm patres, quod illi recompẽſare iniuriam, aut uindicare ſe nequeant: deinde ob metum & obſcuritatem magis iuſticiam colunt. Quapropter in iudicio eorum caſtigatio fieri debet.

Ariſtoteles in Polyticis, ſeruorum miſereri oportere, ait, quòd quanquam ingenioſi natura, minis aſſiduis, & continuo metu, uim ingenij conſiliumq; amittunt.

Seneca in epiſtola 47. plurimis uerbis commendat eos, qui familiariter cum ſeruis uiuunt, illoſq; & cum filijs, & ſermonibus, tum menſæ adhibent, ac tanq; contubernales putant, & humiles amicos: uituperatq; eorum arrogantiam, qui prouerbium hoc iactant: Totidem hoſtes domi habemus, quot ſeruos. Non enim hoſtes, inquit, habemus, ſed facimus, dum magis timeri, quàm coli uolumus, dum eis ut iumentis utimur, & immoderatè imperamus. Sic igitur cũ inferiore uiuamus, quemadmodum nobiſcũ ſuperiorem uiuere uolumus.

Prouerbium planè tyrannicũ

Dominatio apud Latinos haud aliud quàm tyrannidem notat, cum maiores noſtri patres olim dicerentur: ſeq; ita appellari iuberent. Legimuſq; domini nuncupationem, & Romanis quondam rerum dominis inuiſam fuiſſe, Auguſtumq; ita abhorruiſſe, ut ne dominum etiam ſe uel à domeſticis uocari pateretur.

Obſerua de Auguſto Cæſare.

Dion Græcus autor, inter præcepta de principe, cauendam ante omnia inter ſubditos huius nominis inſolentiam dicit: patremq; potius ac paſtorem populorum ſeſe principem uocet, more Homerici Agamemnonis, quem ille ποιμένα λαῶν appellat.

De regno & gloria.

*1. Pet. cap. 1.*

Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, nõ tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.

*Paulus 1. Timoth. cap. 6.*

Quicunq; ſunt ſub iugo ſeruitutis, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur.

*Ibidem.*

Domini, quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate: ſcientes, quoniam & uos dominum habetis in cœlo.

*Eccleſiaſt. cap. 33.*

Si tibi eſt ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua, & quaſi fratrem tuum, ſic ſpe cum tracta.

FAMVLVS, ET MORES ILLIVS *quales eſſe oporteat.*

*Ioannes Campanus.*

*Scis mihi qua Polidore potes ratione placere,*
*Si quæ præſcribam, præcipiamq; facis.*
*Lex igitur ſit prima: Fidem ſeruato: deinde*
*A domini mundas rebus habeto manus.*
*Odi mendacem, non poſſum ferre proteruum,*
*Nec tu luſorem crede placere mihi.*
*Odi qui multum ſeſe mihi iactat, & odi*
*Alterius famam qui lacerando premit.*
*Diſplicet indocilis nimium, mihi diſplicet ille,*
*Qui multo ſemper murmure iuſſa facit.*
*Non eſt quod durum, non eſt quod litis amantem,*
*Contactum non eſt inuidia, quod amem.*
*Aſſentatorem non planè diligo, nec qui*
*Deſidiæ fuerit deditus atq; gulæ.*
*Quis toleret famulum domini ſecreta uolentem*
*Scire: quis elatum, multiloquumq; feret?*
*Fallacem fugio ceu tartara, denique cultum*
*Ingenuis hominem moribus eſſe uolo.*

*Somnia.*

DII melius uenere, quàm in hac qua ſomnia no-
ƈte
Tota ſemel mundi machina uerſa fuit.
Nec ſua lux Phœbo conſtabat, nec ſua Phœbæ:
Iamq; tumens omnem ſtrauerat æquor humum.

DE SOMNO, E GRAECO.

*Sententia Ariſtotelis.*

Fermè dimidium uitæ dormitur in illo,
Aequales ſpacio diues inopſq; iacent.
Ergo Crœſe tibi regum ditiſsime uitæ
Fermè dimidio par erat Irus egens.

ALIVD. *Thomas Morus.*

Non es, dum in ſomno es, dum nec te uiuere ſentis,
Fœlix: at ſomnus ni ueniat, miſer es.
Qui felix igitur ſorte indulgente ſuperbis,
Inflatuſq; leui proſperitate tumet:
Nox quoties uenit, aut toties iam deſinit eſſe,
Felix, aut toties incipis eſſe miſer.

DE SOMNO *æquante paupe-
rem cum diuite.*

Somne quies uitæ, ſpes & ſolamen egenis,
Diuitibus noƈtu quos facis eſſe pares.
Triſtia demulcens lethæo peƈtora rore,
Excutis & ſenſum totius inde mali,
Læta benignus opes inopi per ſomnia mittis:
Quid falſas rides diues opes inopis?
Diuitibus uerè curas, tormenta, dolores,
Pauperibus falſè gaudia uera ferunt.

*Thomas Morus.*

Venator defeſſa thoro cum membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas, & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaq; noƈturnis meta cauetur equis,
Gaudet amans furto, permutat nauita merces,
Et uigil elapſas quærit auarus opes.
Blandaq; largitur fruſtra ſitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoq; Muſarum ſtudium ſub noƈte ſilenti
Artibus aſsiduis ſollicitare ſolet:
Nanq; poli media ſtellantis in arce uidebar
Ante pedes ſummi carmina ferre Iouis.

*Tibullus lib. 3. eleg. 4.*

Somnia fallaci ludunt temeraria noƈte,
Et pauidas mentes falſa timere iubent.

*Ouidius 4. Faſtorum:*

Alliciunt ſomnos tempus, motuſq;, merumq;.

*Idem, lib. 2. de ſine titulo.*

Infelix tota quicunq; quieſcere noƈte
Suſtinet, & ſomnus præmia magna uocat.
Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.

*Idem, lib. 11. Metamorph.*

Somne quies rerum, placidiſsime ſomne Deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Feſſa miniſterijs mulces, reparaſq; labori.

*Seneca in Hercule furente.*

Tuq; ô domitor ſomne malorum,
Requies animi, pars humanæ melior uitæ:
Volucre matris genus Aſtrææ, frater duræ, languidæ
mortis,
Veris miſcens falſa, futuri certus, & idem peſsimus
autor.
Pater ô rerum, portuſq; uitæ, lucisq; requies, no-
ƈtiſq; comes,
Qui par regi, famuloq; uenis:
Placidus feſſum, leuiſq; foues pauidum:
Totum genus humanum lentam cogis diſcere mor-
tem.

SAEPE QVAE VIGILES TRA-
*ƈtamus, inter ſomnum obueniunt.*

*Claudianus, in præfatione de
raptu Proſerpinæ.*

Omnia quæ ſenſu uoluuntur uota diurno,
Tempore noƈturno reddit amica quies.

*Oda. 1. Horatij lib. 4.*

Somnus agreſtium
Lenis uirorum non humiles faſtidit domos.

*Seneca in Oƈtauia.*

Quæcunq; mentis agitat infeſtus uigor,
Ea per quietem ſacer & arcanus refert
Veloxq; ſenſus.

PICTORIVS POETA.

*PReſſus ab exemplo, diſcat ſperare ſecunda,*
*Cuncta ubi ſpes ſtabili ſupplicat ore Deum.*

*Linius Poete.*

ἐλπεσθαι χρὴ πάντα, ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον κακὸν,
ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν. i.
*Speranda ſunt omnia: nihil non enim ſperari poteſt.*
*Omnia Deo factu facilia ſunt, & nihil impoßibile.*

*Apollodorus.*

οὐδέ ποτε ἀθυμεῖν τὸν κακῶς πράττοντα δεῖ:
ἄνδρες τὰ βελτίω δὲ προσδοκᾶν ἀεί, Id eſt:
*Nunq̃ oportet animũ deſpondere hominẽ infortunatũ:*
*Viri meliora uerò ſemper expectate.*

*Euripides in Inone.*

ἐν ἐλπίσιν χρὴ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον, Id eſt:
*Sapientibus uita ſpe confirmanda.*

*Idem tragicus, ibidem.*

μήτ' εὐτυχοῦσα πᾶσαν ἡνίαν χάλα,
κακῶς τε πράσσουσ' ἐλπίδος κεδνῆς ἔχου, Id eſt:
*Neq; bona aſpirante totam laxes habenam:*
*Et in malo ſucceſſu bonam ſpem concipias.*

*Menander.*

ἄνθρωπος ἀτυχῶν σώζετ' ὑπὸ τῆς ἐλπίδος. i.
*Homo infortunatus à ſpe ſeruatur.*

*Heſiodus, in operibus.*

μούνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισιν
ἔνδον ἔμιμνε, πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε:
ἐξέπτη· πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο. i.
*Sola autem ſpes illic in domo firmißima*
*Intus remanſit dolij ſub labris, neq; foras*
*Euolauit: prius enim operculum inieceit dolo.*

*Euripides in Hercule furente.*

*Fatigantur enim & mortalium calamitates,*
*Et uentorum flatus non ſemper ualidi ſunt,*
*Et fortunati non perpetuò habent fauentem fortunã:*
*Diſcedunt enim inuicem omnia à priore ſtatu.*
*Optimus autem ille uir eſt, qui ſpe*
*Semper fretus fuerit, deſperare uerò mali uiri eſt.*
οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος ἐλπίσι
πέποιθεν ἀεί, τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ.

*Menander in Nauclero·*

ὦ Ζεῦ πολυτίμηθ' οἷον ἐστὶν ἐλπὶς κακὸν,
οὕτω τι πρᾶγμ' ἐστὶν ἐπίπονον τὸ προσδοκᾶν. i.
*O Iupiter colendißime, quantum malum ſpes eſt.*
*Adeo moleſta res eſt, expectare.*

*Archilochus Poëta.*

Nulla res non ſperanda uel abiuranda eſt, uel admiratione digna: Iuppiter enim Deûm pat' ex meridie noctẽ fecit, abſcõdita luce, quũ ſol ſplenderet. Triſtis autẽ timor homines inuaſit. Hoc argumento nihil non credi & ſperari debet hominibus: nullus poſthac noſtrũ admiretur, ſi uideat Delphinis cum feris mutare paſcua marina, & maris argutos fluctus beſtijs gratiores cõtinente fieri, Delphinis autem placere mentem.

*Theognis.*

ἐλπὶς καὶ κίνδυνος ἐν ἀνθρώποισιν ὁμοῖα:
οὗτοι γὰρ χαλεποὶ δαίμονες ἀμφότεροι, id eſt:
*Spes, & periculum inter homines ſimilia ſunt:*
*Sunt enim utriq; difficiles dæmones.*

*Idem.*

ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποις μόνη θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστι, Id eſt:
*Sola ſpes inter homines bonum eſt numen.*

*Euripides, in Supplicibus.*

*Spes enim eſt res peßima mortalibus, quæ multas ciuitates*
*Commiſit, nimis efferens animos.*

*Sophocles.*

ἐλπὶς γάρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν. i.
*Spes enim alit homines plurimos.*

*Theocritus in Eleogis.*

θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον,
ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες:
χ' ὦ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει. Id eſt:
*Bono animo amice Batte uiuendum eſt, fortè cras melius ſe res habebit:*
*Spes eſt inter uiuos, extra ſpem uerò ſunt defuncti:*
*Et Iuppiter aliâs ſerenat, aliâs pluit.*

*Euripides in Hypſipyle.*

ἄελπτον οὐδὲν, πάντα δ' ἐλπίζειν, Id eſt:
*Nihil inſperatum, omnia uerò ſperanda ſunt.*

*Bion in Buccolicis.*

*At ego benè procedens, meũq; iter in loco decliui iſto, apud arenam & littus cantillo,*
*Duram obſecrans Galateam: dulcem uerò*
*Spem ad extremã uſq; ſenectutẽ non relinquam, id eſt:*
τὰς δὲ γλυκείας
ἐλπίδας ὑστατίω μέχρι γήραος οὐκ ἀπολείψω.

*Democritus.*

ἐλπίδες αἱ τῶν ὀρθὰ φρονεόντων ἐφικταί, αἱ δὲ τῶν ἀξυνέτων, ἀδύνατοι, ἄλλογοι τῶν ἀξυνέτων αἱ ἐλπίδες, Id eſt:

Spes rectè ſapientium uoti compos fieri poteſt: incipientium uerò præter rationẽ ſunt, uel ἀδύνατοι. i. ſpes impoſſibilis.

Diogenes interrogatus, quidnam in uita extremum eſſet, ſpes, dixit.

τί τῶν κατὰ τὸν βίον ἀκρότατον, ἔφη ἐλπίς.

Socra-

*Socrates in Tomarijs Ariſtonymi.*

αἱ πονηραὶ ἐλπίδες, ὥσπερ, οἱ κακοὶ ὁδηγοί: ἐπὶ γὰρ τὰ ἁμαρτήματα ἄγουσιν, Id eſt:

Spes mala, ſicut malus uię dux, ad peccata ducit.

*Epictetus Philoſophus.*

οὔτε ναῦν ἐκ μιᾶς ἀγκύρας, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ἁρμοστέον, Id eſt:

Neq; nauim una ſolum anchora, neq; uitam una ſpe muniri oportet.

*Idem.*

καὶ τοῖς σκέλεσι καὶ τοῖς ἐλπίσι τὰ δυνατὰ δεῖ διαβαίνειν, Id eſt.

Vt crura, ſic ſpem quoq; non amplius extendere conuenit, quàm fieri commodè poteſt.

*Thales.*

ἐρωτηθεὶς, τὸ κοινότατον, ἀπεκρίνατο, ἐλπὶς καὶ γὰρ οἷς ἄλλο μηδὲν αὕτη πάρεστιν, Id eſt:

Interrogatus, quid maxime commune eſſet, ſpes, reſpondit: hanc enim illi habẽt, qui aliud nihil.

*Socrates Philoſophus.*

οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρός, οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γεννᾷ τι χρήσιμον, *Id eſt:*

Neq; mulier ſine uiro, neq; bona ſpes abſq; labore utile quicquam parit.

*Xenophon, in lib. de Cyri expeditione.*

ἀλλὰ πάντα μὲν ἄνθρωπον ὄντα προσδοκᾶν δεῖ Id eſt:

Atqui hominem natum expectare oportet omnia.

*Statius 2. lib. Thebaid.*

*Et quæ non grauior mortalibus addita cura,*
*Spes ubi longa uenit.*

*Spes uigilantium ſomnia ſunt.*

Plato dicere ſolebat, ſpes eſſe uigilãtium ſomnia. Ad q̃d alluſiſſe uidetur Vergilius, cum ait: an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingũt? nam dictu mirum eſt, quàm uarias imaginationes patiantur in animo ſuo, qui uehementer ſperant aliquid: atq; his inanibus ſimulachris perinde ſemet oblectant, ac ſi iam tenerent, quæ ſibi pollicentur. Eraſmus Apophthegmatum lib. 4.

*Spes boni futuri.*

Apelles cum Laidem adhuc uirginem uidiſſet, ex Piræeo ferentem aquã, admiratus inſignem formam, duxit illam in cõuiuium ſodalium: Cæterum irriſus ab illis, quod pro meretrice uirginem adduxiſſet in contiuiũ, ne miremini, inq̃t, ego eam alo, ut aliquando fruar: nam priuſquam totum exceſſerat triẽnium, eã formoſam reddam. Eraſ. 6. Apophthegmat.

Cato ſenior de ſpe prędicaſſe narratur, autore Plutarcho, quod, quæ magna eſſent, puſilla faceret, quæ puſilla, prorſus nulla: ſentiens opinor de periculis. Victoriæ ſpes extenuat omnia, quæ ſolent à bello deterrere.

Scipio minor, cuidam ſcutum pulchrè ornatum oſtentanti: ſcutum quidem, inquit, ô iuuenis, bellum eſt, at decet uirũ Romanũ in dextera potius, quàm leua ſpem collocare. Clypeus enim ſiniſtra geritur, gladius dextra.

Rhodius quidam ob intempeſtiuam libertatem à tyranno cõiectus in caueã, in qua more nocentis beſtiæ alebatur ad cruciatum & ignominiã, amputatis manibus, ac fœdata uulneribus facie, cum ab amicis admoneretur ut inedia ſibi malorum finem quæreret: cũcta, inquit, homini, quoad uiuit, ſperanda ſunt. Citius illum laudarim, quam iſtos, qui ob cauſſas non admodum graues cõfugiunt ad laqueum, aut præcipitium. Eraſm. libr. 8. Apophthegmatum.

*Spes fallax, Sillius Italicus lib. 7.*

*Spes heu fallaces, oblitaq; corda caducum*
*Mortali quodcunq; datur.*

*Seneca in Troade.*

*Miſerrimum eſt timere, cum ſperes nihil.*

*Idem in Medæa.*

*Spes nulla rebus monſtrat afflictis uiam.*

*Ibidem.*

*Qui nihil poteſt ſperare, deſperet nihil.*

*Statius in 2. Thebaidos.*

*Spes anxia mentem*
*Extrahit, & longo conſumit gaudia uoto.*

*Periander.*

ἐλπίδας τίμα, *Id eſt: Spes tribue.*

*Idem.*

ἐλπιζε ὡς θνητός, φείδου ὡς ἀθάνατος, *Id eſt:*

*Spera ut mortalis, parſimonia utere tanquàm immortalis.*

*Menander comicus.*

αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι τοὺς κενοὺς βροτῶν. *i.*

*Spes paſcunt uanos mortales.*

*Idem.*

ἐλπιζε πάντα μέχρι γήρως, θνητὸς ὤν, *Id eſt:*

*Spera omnia uſq; ad ſenectutem mortalis exiſtens.*

*Iulius Polyenus.*

ἐλπὶς δὲ οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει, *Id eſt:*

Spes non bona indigentem uirum ſequitur.

Idem.

ἐλπὶς ἀεὶ βιότοιο κλέπτει νόον, ἠπυμάτι δὲ
ἠὼς τὰς πολλὰς ἔφθανε ἀσχολίας, id eſt:
Spes uitæ ſemper fruatur mente, extrema autem
Aurora multa præuenit negocia.

Terentius in comœdia Hecyra.

Spe incerta certum mihi laborem ſuſtuli.

Idem in Phormione.

Commodius eſſe opinor, duplici ſpe utier.

Vergilius lib. 2. Aeneid.

Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.

Idem lib. 10.

Spes addita ſuſcitat iras.

Ouidius lib. de Ponto 2. eleg. 7.

Spes igitur menti pœnæ, Græcine, leuandæ
Non eſt ex toto nulla relicta meæ.
Hæc dea cum fugerent ſceleratas numina terras,
In dijs inuiſa ſola remanſit humi.
Hæc facit ut uiuat foſſor quoq; compede uinctus,
Liberaq; à ferro crura futura putet.
Hæc facit, ut uideat cum terras undiq; nullas
Naufragus, in medijs brachia iactet aquis.
Sæpe aliquem ſolers medicorum cura reliquit,
Nec ſpes huic uena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem:
Atq; aliquis pendens in cruce uota facit.
Hæc dea, quàm multos laqueo ſua colla ligantes,
Non eſt propoſita paſſa perire nece.
Me quoq; conantem gladio finire dolorem
Arguit, iniecta continuitq; manu.

Tibullus, lib. 2. Elegia. 7.

Iam mala finiſſem letho, ſed credula uitam
Spes fouet, & melius cras fore, ſemper ait.
Spes alit agricolas, ſpes ſulcis credit aratis
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.
Hæc laqueo uolucres, hæc captat arundine piſces,
Cum tenues hamus addidit ante cibos.
Spes etiam ualida ſolatur compede uinctum,
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Phillis ad Demophronta.

Quæcunq; ex merito ſpes uenit, æqua uenit.

Helena ad Paridem.

Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.

Lucanus 8. Pharſaliæ lib.

Cauſa iubet melior, ſuperos ſperare ſecundos.

Horatius lib. 4. Ode. 11.

Terret ambuſtus Phaeton auaras
Spes, & exemplum graue præbet ales
Pegaſus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem.

Idem epiſtola 5.

Mitte leues ſpes, & certamina diuitiarum.

Franciſcus Petrarcha, Soneto 113.

A me purgioua de ſperar anchora, id eſt:
Mihi inſuper prodeſt ſperare adhuc.

Idem 288.

Quante ſperantze ſe ne porta il uento, id eſt.
Quot ſpes ſecum aufert uentus?

Idem cant. 19. ſtantia 3.

Linfinita ſperanza uccide altrium, id eſt:
Infinita ſpes perimit alterum.

Idem Cantilena 35. ſtantia 3.

Queſto Mauaza di contanta ſpeme:
Et queſto ſolo anchor qui me mantene, id eſt.
Hoc mihi ſupereſt, & tanta ſpes,
Et iſtud ſolum adhuc hic me retinet.

Plautus in Rudente.

Trachalio. Nam multa præter ſpem ſcio multis bona euenisse.
Ampeliſca mul. At ego etiam, qui ſperauerint ſpem decepiſſe multos.

Ouidius, ad græcinum lib. 1. de Ponto.

Quamuis eſt igitur meritis indebita noſtris,
Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei.

Horatius lib. 1. Ode. 11. ad Leuconen.

Tune quæſieris, ſcire nefas, quem mihi, quem tibi
Finem dij dederint Leuconoe: nec Babylonios
Tentaris numeros, ut melius quicquid erit pater:
Seu plures hyemes, ſeu tribuit Iupiter ultimam
Et ſpacio breui.
Spem longam reſeces. Dum loquimur, fugerit inuida
Aetas, carpe diem, quam minimum credula poſtero.

Euripides.

Tu uolucres ô fili ſpes perſequeris,
Non fortuna te: non unus autem fortunæ modus eſt. i.
πτηνὰς διώκεις ὦ τέκνον τὰς ἐλπίδας
οὐχὶ τύχη σὲ· τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος.

Idem.

Ne mihi ſpem profer, qua lachrymæ
Probibeantur: grauiora enim quæ inſperata ueniunt. i.

μὴ

μὴ μοὶ προτείνων ἐλπίδ' ἐξ ἀδε δάκρυ
γένοιτο ταῦ πολλάων δάκησις οὐκ ἔνι

Ibidem.

*Et nunc iſta tam grauia, multaq; uerba*
*In adeò breue uas fortuna collegit.*
*Quid tandem mortales multa temerè minamur?*
*Dum alter aduerſus alterum uehemens eſt dicendo:*
*Et omnia manu nos effecturos animo concipimus,*
*Longè proſpiciens: uicinam autem fortunam*
*Infelicis fati non ſcimus, neq; uidemus.*

Idem in Proteſilao.

πολλ' ἐλπίδες ψεύδουσιν αἱ ἄλογοι βροτούς, *Id eſt:*
*Spes temerariæ plerumq; fallunt homines.*

Idem in œdipo.

ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς
φανεῖσα, μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον, *Id eſt:*
*Ex rebus inſperatis gratia maior hominibus*
*Apparet, potius quàm expectatis.*

Idem in fine Medeæ.

πολλ' ἀέλπτα κραίνουσι θεοί,
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη
τῶν δὲ ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός, *hoc eſt:*
*Multa præter ſpem faciunt Dij,*
*Et ſperata finem non attigerunt,*
*Inſperatorum autem exitum Deus adinuenit.*

Idem in Alcumena.

θάρσει ταχ' ἂν γένοιτο πολλὰ τοῖς θεοῖς
κ' ἂν τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἀνθρώποις πέλει, *id eſt:*
*Bono ſis animo, fortaßis ita fiet: multa Dijs*
*Facilia ſunt, etiam quæ deſperant homines.*

Idem in Alexandria.

O Hecuba, quàm inſperatum accedit numen mortalibus, & fortunas nunquàm eodem modo ſecum trahit.

Idem in Bellerophonte.

*Viden, quàm infinitæ res inſperatæ contingant?*
*Multi tempeſtates effugere marinas,*
*Multi ſuis hoſtibus in pugna præſtantiores,*
*Poſtea uicti ab illis, meliorem fortunam nacti ſunt.*

Menander.

οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα τοῦτ' οὐ πείσομαι, *Id eſt:*
*Nemini, dũ uiuit, dicere licet, hoc uel illud non patiar.*

Idem in Enchiridio.

πάντα δὲ τὰ μὴ προσδοκώμενα ἔκστασιν φέρει, *Id eſt:*
*Omnia non expectata reddunt attonitos.*

Pindarus dicebat, ſpes eſſe uigilantium ſomnia, id eſt:
εἶπε τὰς ἐλπίδας εἶναι ἐγρηγορότων ἐνύπνια.

Dionyſius amiſſo imperio in Corintho agẽs, ſi quis ipſi moleſtus eſſet, dicebat: quàm beati ſunt, qui à puero infelices fuêre.

Homerus in Odiſſea.

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, *Id eſt:*
*Multa cadunt inter calicem, ſupremaq; labra.*

Theognis poëta.

*Sæpe fit, ut præter opinionem ac ſpem fine potiantur*
*Opera hominum, conſilijs ue hominum finis nõ obtigit.*

Idem.

*Rebus omnibus imminent pericula, neq; nouit aliquis*
*Quorſum euaſurus ſit in principio negocij:*
*Sed alius, dum conatur fieri clarus & aſſequi laudem; non proſpiciens*
*In magnum & difficile incommodum cadit:*
*Alij malè ac temere agenti Deus ubiq; indulget*
*Proſperum euentum, quo inſipientiæ malum ſoluitur.*
πᾶσιν τοι κίνδυνος ἐπ' ἔργμασιν οὐδέ τις οἶδε
ποῖ σχήσειν μέλλει πρήγματος ἀρχομένου,
ἀλλ' ὁ μὲν εὐδοκιμεῖν πειρώμενος οὐ προνοήσας
εἰς μεγάλην ἄτην καὶ χαλεπὴν ἔπεσεν,
τῷ δὲ καλῶς ποιοῦντι θεὸς κατὰ πάντα τίθησι
συντυχίην ἀγαθὴν ἔκλυσιν ἀφροσύνης.

SVPER-

# SVPERBIA.

*Arrogantia. Inſolentia.*

GREGORIVS VALLA DE EXpetendo bono & fugiendo malo.

SVPERBIA, ὑπερηφανία, eſt cupiditas faſtus & excellentię, atq; inceſſu præ ſe inſolentiam ferẽs, ſocij & æqualis impatiens, inani de ſe exiſtimatione ab aliorum conſuetudine ſe ſeiungens.

Vel eſt peruerſæ celſitudinis appetitus. Auguſt. lib. 14. de ciuitate Dei.

Vel eſt amor proprię excellentiæ.

*Deſcriptio ſuperbiæ elegans.*

*Culmen & ad ſuperos niti, cœloq; propinquum*
*It grauis, & raro inceſſu ueſtigia profert,*
*Strimoniæ de more gruis, quæ ſemina campis*
*Iacta legens, æquæ tepido ſub ſydere libræ:*
*Si uicina ferat greſſum per rura uiator,*
*Tela ferens, arcumq; manu, caput ardua tollens*
*Clangit, & ingenti mouet internodia paſſu,*
*Paulatimq; uiam ſuſpenſo gutture carpit.*
*Quum bellator equus domini frenatus habenis*
*Oſtentans pectus latum, ceruice ſub alta,*
*Cum glomerat bibulo lentos in puluere greſſus,*
*Nunc hac nunc illac oculos & colla retorquens,*
*Spectari gaudet: Lybicosq; æquare leones*
*Viribus, albanosue canes, dum ſe putat annis,*
*Colligit, & latis imitatur naribus Eurum.*
*Non ſecus hæc rabies uentoſo inflatior utre,*
*Cum graditur uibrans alternis motibus armos,*
*Ardua ſublatæ circumfert lumina frontis,*
*Vanaq; proceri miratur corporis umbram,*
*Et tacitis ardens curis, ſublimia ſemper*
*Mente agitat, tumidoq; ſedet ſub corde uenenum:*
*Contemptrix inopum, uultus elata ſeueros:*
*Inflatoq; rotans turgentia gutture uerba,*
*Ferre nequit iuga, maiorem indignata, paremq;:*
*Imperia uſurpat, regniq; libidine feruet.*
*Immanſueta, ferox, miſeris aduerſa, minaxq;*
*Mitibus, elatis contraria, neſcia pacis,*
*Neſcia amicitiæ, rixarum & litis origo,*
*Dura, ingrata, duplex animo, uiolenta, rebellis,*
*Improba: quid pietas, quid ſit clementia neſcit.*
*Perfida, fœdifragam dubio ſub pectore mentem*
*Verſat, ab excelſo fugientia culmine ſemper*
*Saxa mouet: laudum ſemper ueſana libido,*
*Sollicitum pectus curis flammantibus urget.*
*Nec uitæ ratio, nec opum, nec honoris, in omne*
*Sponte ſcelus præceps ruit implacabile monſtrum.*

*Radix eſt malorum omnium ſuperbia, & ſuperbos omneis perdit Deus.*

*De malo ſuperbiæ 2. Reg. 6.*

Michol non eſt natus filius propter ſuperbiam cordis, quod deriſit Dauid ante arcam ludentem.

*Eccleſiaſt. 10, cap.*

Odibilis coràm Deo eſt & hominibus ſuperbia, & execrabilis omnis iniquitas gentium.

Quid ſuperbis terra & cinis?

Radices gentium ſuperbarum arefacit dominus, & plantauit humiles ex ipſis gentibus.

Memoriam ſuperbarũ perdidit Deus, & reliquit memoriã humilium ſenſu.

Non eſt creata hominibus ſuperbia.

*In uerſus ſuperiora traducta.*

*Nam domino res eſt exoſa ſuperbia cœli,*
*Nec minus his quotquot terrea regna tenent.*

*Item.*

*Heu mihi quid iactas, quid puluis & umbra ſuperbis?*
*Immundum, in uiuis dum datur eſſe, lutum.*
*Sæpe licet medicus quaſſata reſarciat herbis*
*Membra, uelut fumi præterit umbra tamen.*
*Et qui rex nuper uario fulgebat amictu,*
*Mox iacet iniecta uile cadauer humo.*
*Viperios nutrit defuncto corpore dentes,*
*Grataq; fit paſtu uermibus eſca feris.*
*Prouenit ex prima ſcelerata ſuperbia cauſſa,*
*Diuina ſi quis de bonitate cadit.*
*A factore ſuo declinans, perdita corda*
*Deſciſcit, uerum deſerit atq; Deum.*
*Illaq; cunctorum radix eſt prima malorum,*
*Ex illo uitium prouenit omne lacu.*
*Plenaq; ſunt cuius tumido præcordia faſtu,*
*Multis damna dabit, maxima dira feret.*
*Inde ſuperborum turbas regnator Olympi*
*Priuauit, nullo paſſus honore frui.*
*Deiecit faſtum quibus ipſe agnouit ineſſe,*
*Deſtruxit ſolitos nil niſi magna loqui.*
*Grandia ſpirantes ſumma de ſede tyrannos*
*Rex ſummus pœna præcipitauit acri:*

Illo-

*Illorumq; uices humili conceſsit habendas,*
*Submiſsis animo ſceptra gerenda dedit.*
*Sic extirpauit gentes radicitus omnes,*
*Nulla quibus dominum noſcere cura fuit.*
*Ipſe ſuis humiles dextris inſeuit & illos,*
*Creſcere iuſsit humo luxuriente nimis.*
*Euertit populos, & prorſus perdidit omnes,*
*A ſe compoſitos qui coluere Deos.*
*Ex domini nutu gens hæc exaruit almo,*
*Nomen & in terris non licet eſſe malum:*
*Non etenim ad faſtum genus eſt mortale creatum,*
*Præcipuum nec opus trux decet ira Dei.*
*Humano cuncti exornantur ſemine nati,*
*Qui puro dominum corde timere ſolent.*

*Iaco. 4. cap.*

Nunc autem exultatis in ſuperbijs ueſtris, omnis exultatio talis mala eſt: quid eſt uita ueſtra? uapor eſt, qui ad exiguũ tempus apparet, & deinde euaneſcit.

*Græcè.*

Νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν πᾶσα καύχησις τοιαύτη πονηρά ἐστιν: ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν: ἀτμὶς γὰρ ἐστὶν, ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη.

*1. Ioan. 2. cap.*

Omne quod eſt in mundo, ueluti concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum: faſtus uitæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt.

*Græcè.*

μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον μὴ δὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ, ὅτι πᾶν τὸ ἐν κόσμῳ ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς. καὶ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν. καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, οὐκ ἐστὶν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ ἐκ τοῦ κόσμου ἐστί: καὶ ὁ κόσμος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ, ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

*1. Pet. 5. cap.*

Deus reſiſtit ſuperbis, humilibus autẽ dat gratiam.

τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, ὅτι ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται. ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

*Baptiſta Mantuanus, in 1 lib. de calamitatibus temporum ſic ſcribit.*

*Euolat horriſono rapidi Phlegetontis ab amne,*
*Ingenti alarum ſtridente ſuperbia ductu:*
*Sic illam dixere, ſuper quia cætera ſeſe*
*Tollit, & extenſo ſocios ſupereminet ore,*
*Omnia conuoluens cæca de ſede Barathri.*
*Crimina nigrantem poſt ſe trahit omnia pompam.*
*Huius ab ardenti uiroſus anhelitus ore*
*Fumat, & obſcuris oriens à faucibus humor*
*Defluit, hippomanes, aconyta, canisq; uirentem,*
*Tænarij ſpumam ſuperans, omnemq; ueneni*
*Mortiferam rabiem: Stygij lex ima profundi:*
*Se ſuperum genus eſſe putat, ueterumq; Deorum*
*Semen, & à magno ſe iactat Apolline natam.*
*Ardua frons, unoq; oculo uelata, rotundi*
*Circuitus, medioq; ſedens in luminis orbe,*
*Diſceſsit ſpacijs æqualibus undiq; centum.*
*Hoc inſigne patris Phœbiq; ardentis imago,*
*Difficili uultu graditur: geſtuq; maligno.*
*Innocuos miteſq; animos irridet, & odit*
*Quem uidet æternis illuſtrem laudibus altum,*
*Per uirtutis iter ueri conſcendere honoris.*

*Superbus minores deſpicit, maioribus inuidet, ab æqualibus diſſentit.*

*Prudentius poëta.*

*Deſine grande loqui, frangit Deus omne ſuperbum:*
*Magna cadũt, inflata crepãt, tumefacta premuntur:*
*Diſce ſupercilium deponere, diſce cauere*
*Ante pedes foueam, quiſquis ſublime minaris:*
*Peruulgata uiget noſtri ſententia Chriſti:*
*Scandere celſa humiles & ad ima redire uoraces.*

Laërtius ſcribit, Planci Numatij Ciceronis diſcipuli oratoris inſignis Romani hanc fuiſſe ſententiam: naturam ſuperbi ſcilicet eſſe minores deſpicere, maioribus inuidere, ab æqualibus diſſentire.

*Petracha, de remedijs aduerſæ fortunæ.*

D. ſuperbia extollor. R. Cur quæſo, an non te mortalem, an non aſſiduè fatiſcẽtem, an non peccatorem, an non mille caſibus expoſitum, an non morti incertę obnoxium, an non deniq; tu te miſerum meminiſti? ſcire uelim quid te potiſſimũ ad ſuperbiam coarctet, an fragilitas mẽbrorum, exercitusq; morborum: an uitæ breuitas, an cęcitas animi inter ſpecies uiliſſimas, metusq; perpetuos fluctuantis, an præteritorum obliuio, an ignorãtia futurorum & præſentium, an hoſtium inſidiæ, an mortes amicorum, an aduerſitas perſeuerans, an fugitiua proſperitas? hæ non ſunt aliæ uobis ad ſuperbiam ſcalæ, his aſcenditis ad ruinam. Atqui cætera huiuſmodi pericula, etſi iniuſtam, aliquã tamẽ excuſationẽ ſuperbia

&

& inuidia nullam habent. Quid deniq; ſuperbis terra & cinis? Nihil eſt odioſius Deo, quàm ſuperbia: per hāc ille pulcherrimus creatus raptim corruit, per quam tu peccator uis aſcendere, ſi ſic illum ſarcinis tuis cumulum ſuper impoſuiſti?

*Mantuanus, de calamitatibus.*

*Scilicet omne Deo contra nitente ſuperbum*
*Euaneſcit opus: ſicut cum ſurgit in auras*
*Eructantis aquæ fluctus, mox uertice preſſo*
*Decidit, & ſpumas alto demergit in amne,*
*Atq; humiles inter ſine nomine præterit undas.*

*Ibidem.*

*Hæc ſcelerum dux atq; parens, ſublime nitentis*
*Imperium cœli, ſummamq; ambire tonantis*
*Auſa poteſtatem, quantum tentauit in altum*
*Surgere: Tænarios tandem deſcendit ad amnes.*

*Superbia peſtiferum eſt quoddam calamitatum uariarum ſemen.*

*D. Auguſtinus lib. 3. de uerbis domini.*

Medicina timoris omnis humilitas eſt Chriſti: non enim homo perijſſet, niſi ſuperbiam ſuſcepiſſet. Initiū enim, ſicut ſcriptura dicit, omis peccati, ſuperbia. Vnde ſanaretur tumor ſuperbiæ, niſi Deus dignatus eſſet humilis fieri? erubeſcat ergo homo, ſuperbus eſſe.

*Idem in lib. 11. Geneſ.*

Initium omnis peccati eſt ſuperbia.

*Idem ſuper Ioannem ſermone 5.*

Quare patimur multa à creatura, quàm fecit Deus? quia offendimus per ſuperbiam. Ad domandam igitur ſuperbiam inſtituit Deus, ut creatura minima & abiectiſſima nos torqueret, ut homo ſuperb' qui ſe iactauit aduerſus Deum, & proximum non agnouit, pluribus pulicibus ſubdatur.

*Idem de uerbis domini ſermo. 54.*

Prior eſt in uitijs ſuperbia: nō enim inuidia parat ſuperbiam, ſed ſuperbia parat inuidiam: non enim inuidet, niſi amor excellentię. Amor autem excellentię ſuperbia uocatur.

*Hieronymus ſuper Marcum.*

Multò illa deformior eſt ſuperbia, quę ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet: neſcio enim quomodo turpia ſunt uitia, cum uirtutum ſpecie cęlantur.

*Gregorius lib. 23. Moralium.*

Omnis ſuperbia eo ipſo in imo latet, quo in alio ſe erigit, ut inde magis ſuppoſita cunctis ſit, unde cunctis appetit ſupereſſe.

*Idem 31. ibid.*

Vitium ſuperbiæ ab ipſa radice ſecandum eſt, ut cum latenter oritur, tunc uigilanter abſcindatur, ne profectu uigeat, ne uſu roboretur.

*Ibidem.*

Radix cuncti mali, & regina omnium uitiorum ſuperbia eſt, de qua ſcriptura atteſtante dicitur: initium omnis peccati ſuperbia eſt. Vnde principalia uitia de ſuperbia uirulenta radice proferuntur, id eſt, inanis gloria, 2. inuidia 3. Ira. 4. triſtitia 5. auaritia 6. uentris ingluuies 7. luxuria: nam quia his ſeptem ſuperbiæ uitijs nos captos diabolus tenuit, idcirco redemptor noſter ad ſpiritualc liberationis bellum ſeptiformis gratiæ plenus uenit.

*Ibidem.*

Ipſa uitiorum regina ſuperbia, cum deuictum plenè cor cœpit, mox illud ſeptē principalibus uitijs ſuis ducibus deuaſtādum tradit, ex quibus uitiorum multitudines oriuntur.

*Idem, 34. Moralium.*

Euidētiſſimum reproborum eſt ſuperbia, ac contra electorum humilitas.

*Ibidem.*

Cunctis nanq; ſuperbis apud ſeſe cogitatione tumētibus ineſt clamor in locutione, amaritudo in ſilendo, diſſolutio in hilaritate, furor in triſtitia, honeſtas in actione, honeſtas in imagine, erectio in inceſſu, rancor in reſponſione.

*Valerius Maximus lib. 9. cap. 5, de ſuperbia & impotentia.*

Xerxes in cuius nomine ſuperbia & impotentia habitat, ſuo iure tam inſolenter uſus eſt, quòd græciæ indicturus bellum, adhibitis Aſiæ principibus: ne uiderer, inquit, meo tantummodo uſus conſilio, uos contraxi: cæterū mementote parendum magis uobis eſſe quàm ſuadendum. Arroganter etiam, ſi uictori ei petere regiam contigiſſet, tam deformiter uicti, neſcias utrum inſolentius dictum, an imprudentius.

*Ex quadam oratione.*

Primum

Primùm,ſcimus parentem noſtrum primarium ob ſuperbiã è paradiſo ejectum fuiſſe, uitaq; beata priuatum eſſe: deinde conſtat,hoc uicij ſocietates ſanctiſſimas diremiſſe,multa bella inter homines excitaſſe, infinitas domos euertiſſe,& urbes quàm plurimas, deniq; & fuiſſe & eſſe quaſi peſtiferum quoddam calamitatum noſtrarum ſemen.

*Arrogantia.*

*Eraſmus lib. 1. Apophtheg.*

Archidamus Ageſilai filius, poſt conflictum apud Cheroneam habitum,cum à Philippo rege Macedonum literas accepiſſet acerbius ſcriptas, hunc in modum reſcripſit: ſi metieris umbrã tuam, haud quaquam reperies illam factam maiorem,quàm erat ante uictoriam:grauiter admonens, non eſſe prudentis ob fortunæ ſucceſſum intumeſcere, cum ipſe ſit nihilo maior. Aequum autẽ eſt ut homo ſe ſuis ac proprijs bonis metiatur, potius quàm externis, quæ fortuna, cũ libet,dat,cum uiſum eſt,adimit.

*Idem Eraſmus 8,lib. Apophtheg.*

Demonax ad Agathoclem peripateticum arroganter iactantem ſeſe, & ſolum,& primum eſſe dialecticorum:ſi ſolus,inquit,es, qui primus eſſe potes? ſi primus,qui ſolus?

Idem,Cynico cuidam arroganter iactanti pallium, peram, & baculum, ac ſubinde uociferanti,ſe Anthiſtenis,Cratetis, ac diogenis ſectatorem eſſe:impudenter, inquit, mentiris,cũ ſis hyperide diſcipulus: alluſit ad uocem ὑπεριδεῖν, quod eſt,per arrogantiam deſpicere.

*Homerus Iliad. α.*

ἧς ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἄν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ. i.
*Suis ſuperbijs aliquando animam perdet.*

*Menander.*

Ἀλαζονείας οὔτις ἐκφεύγει δίκην. id eſt:
*Nullus ſuperbiæ pœnam euitat.*

*Euripides.*

Βαρὺ τὸ φρόνημα,ὅ ποις ἀνθρώπου κακοῦ,id eſt.
*Grauis faſtus ex improbi hominis opinione naſcitur.*

*Idem in Glauco.*

ὅστις γὰρ ἀστῶν πλέον ἔχειν πέφυκ' ἀνὴρ φίλοις τ'
ἄμικτος ἐστὶ καὶ πάσῃ πόλει. id eſt.

Quicunq; ciuium uir arrogans fuerit, is nec amicis nec toti ciuitati familiarem ſe præbet ac affabilem.

*Idem.*

*Quum uideris in ſublime quempiam elatum,*
*Splendidis glориantem opibus,ac genere,*
*Superciliòq; ſupra ſortem ſuam faſtuòſum,*
*Illius celerem diuinitus expecta breui uindictam.*

*Idem in Andromache.*

*Qui ualde ſunt inflati,ſuperiorum ſermones*
*Aegrè ferunt ab inferioribus audire.*

Demonactes.

Θνητοὶ γεγῶτες μὴ φρονεῖθ' ὑπὲρ θεούς,id eſt.

Mortales cum nati ſitis, ne ſupra deos uos erexeritis.

*Menander.*

*Quàm ſtulti ſunt homines ſuperciliosi,*
*Qui dicunt, conſiderabo: quaſi ſi quis hominum*
*In infortunium inciderit aliquid, conſilio tuo efficere queas,*
*Quia res ſua ſponte in utiliorem partem*
*Fluunt,& ſi dormierit, aliquis itidem in contrariam.*

*Cheremon.*

ὅλως τὸ κρεῖσσον οὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα. id eſt:
*Omnino pars ſuperior non ſinit ſuperbire.*

*Menander in Gubernatoribus.*

*O miſerrimi terq; quaterq;*
*Omnes,qui de ſeſe magnificè ſentiunt, inflati:*
*Ignorant enim illi hominis conditionem,*

*Græcè.*

Ω τρισάθλιοι ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοὺς
μέγα: αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου φύσιν.

*Idem.*

Πᾶς ὁ μὴ φρονῶν.
ἀλαζονείᾳ μὲν ψόφοις ἁλίσκεται,id eſt.
*Omnis inſipiens*
*Arrogantia & plauſibus capitur.*

*Menander.*

Μηδ' εἰ αὐτὸς εἰ σφόδρ' εὐπορεῖς,
Πίστευε τούτῳ μήτε τῶν πτωχῶν πάλιν
ἡμῶν καταφρόνει,τοῦ δὲ γ' εὐτυχεῖν ἀεὶ
Πάρεχε σεαυτὸν τοῖς ὁρῶσιν ἄξιον,id eſt:
*Neq; tu ſi fueris ditiſsimus,*
*Nihil argento crede, neq; etiam pauperes*
*Nos ſpreueris: ſed felicitate tua ſemper*
*Exhibeas teipſum ſpectantibus non indignum.*

*Sophocles in Aiace flagellifero.*

*Video nos nihil aliud eſſe, præter*
*Simulachra quædam, quotquot uiuimus, aut umbram leuem.*
*His igitur conſideratis, faſtuoſum*
*Nullum unquam dixeris in deos uerbum,*
*Nec aliquo modo ſuperbieris, ſi quidpiam amplius*
*Aut polles manibus, aut copia diuitiarum.*

*Euripides in Alcmeone.*

Ταπεινὰ γὰρ χρὴ τοὺς κακῶς πεπραγότας
Λέγειν, εἰ ὄγκον δ' οὐκ ἄνω βλέπειν τύχης. i.

Oportet eos, quibus aſpirauit aura fortunæ ſiniſtra, humiliter loqui, non factum ſuperioris uſurpare ſortis.

*Sotates Athenienſis Comicus.*

*Quamuis rex natus fuerit, audi tamen ut mortalis,*
*Quid tum: quod procul expuis, multa abundas pituita.*
*Veſtem elegantem fers: at hanc ouicula prius habuit,*
*Aurum geris: hæc fortuna inconſtans eſt potentia.*
*Opibus affluis: hæc uis eſt unius temporis*
*Superbis huiuſmodi eſt ſtultitiæ iactantia uel hinnitus.*
*At ſi temperantiam ſecteris, diuinum donum eſt:*
*Fit autem temperantia, ſi teipſum metiaris.*

*Menander in epunpra-mene.*

ἐφ᾽ ᾧ φρονεῖς μέγιστον ἐπολεῖ τοῦτό σε
τὸ δοκεῖν τιν᾽ εἶναι καὶ γὰρ ἄλλους μυρίους. id ẽ.
*Quo tibi maximè places, id ipſum te peſſundabis,*
*Nempe opinio, qua tibi aliquis eſſe uideris:*
*Perdidit enim alios etiam infinitos.*

*Iſiodorus philoſophus & Orator.*

Θνητὸς πεφυκὼς τὰ ὀπίσω πειρῶ βλέπειν. i.
*Quũ ſis mortalis, operã da, ut quæ retro ſunt uideas.*

*Idem.*

*Humilitas tua, ſi qua grauitas acceſſerit, pulchra*
*Apud alios uidebitur ò chare uir, ſin tute feceris*
*Abiectum teipſum, & pro nihilo duxeris,*
*Domeſticis contemptui, & ludibrio apparebit.*

*Idem.*

εὐδαιμονί᾽ εἴωθεν ὑπερηφανίας ποιεῖν, id eſt:
*Felicitas ſolet excitare ſuperbiam.*

*Euripides.*

Σὺ δ᾽ εἶκ᾽ ἀνάγκῃ καὶ θεοῖσι μὴ μάχου,
τόλμα δὲ προσβλέπειν με καὶ φρονήματος,
χάλα τά τοι μέγιστα πολλάκις θεὸς
ταπειν᾽ ἔθηκε, καὶ συνέστειλεν πάλιν, id eſt.
*Concede neceſsitati, & deos non impugna,*
*Quum aſpicere me ſuſtineto, & elationem animi*
*Remitte: maxima quæq; perſæpe numen*
*Humilia reddidit, iterumq; contraxit.*

*Elianus in Hiſtoria.*

Socrates Alcibiadem intuitus ob diuitias inflatum, & ſuperbientem opibus prædijsq;, in quendam ciuitatis locum duxit ipſum, in quo ſuſpenſa erat tabula terræ circuitum complexa, iuſſit igitur Alcibiadem atticam in ea inquirere, quam ut inuenit, ſua etiam prædia inſpicere præcepit, quæ cum Alcibiades nuſquã eſſe picta diceret: cur igitur, Socrates inquit, ob illa ſuperbis, quæ circa nullam terræ partem exiſtunt.

*Socrates.*

Apud ſuperbum ceu apud malum figulũ aut ſtatuarium peruerſas rerũ imagines uidere eſt.

*Græcè.*

Παρὰ τῷ τύφῳ καθάπερ παρὰ κακῷ πλάστῃ διεστραμμένας τὰς τῶν πραγμάτων εἰκόνας ἰδεῖν ἐστί.

*Idem.*

ἡ δεισιδαιμονία. καθάπερ πατρὶ τῷ τύφῳ πείθεται. id eſt.

Superſtitio ſuperbiæ tanquàm parenti eſt morigera.

*Demoſthenes.*

Tantum abeſt ullum illorum, qui ſolidè docti ſunt, quicquam de ſe glorioſius dicere, ut alio etiam dicente erubeſcant: qui uero longius à uera, quam ſibi uendicant, doctrina abſunt, propter inſcitiã uerba moleſtiſſima audienda de ſeipſis proferunt. Diogenes in arrogantia quemadmodum in armis inauratis, nõ ſimilia ſunt interiora exterioribus, &c.

*Superbia inſigne uitium eſt, ingrataq; uirtutum comes.*

*Claudianus de conſulum honore.*

*His tamen effectis nec faſtidire minores:*
*Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.*

*Idem lib. 2. in laude Stiliconis.*

*Quum ipſa ſuperbia longè*
*Diſceſsit, uitium rebus ſolenne ſecundis,*
*Virtutumq; ingrata comes.*

*Plautus in Sticho.*

*Secundas fortunas decent ſuperbiæ.*

*Terent. in Hecyra.*

Profecto hoc eſt, ut puto, omnibus nobis, ut res dant ſeſe, ita magni atq; humiles ſumus.

*Ibidem.*

Quia paululum uobis acceſſit pecuniæ, ſublati ſunt animi.

*Vergilius lib. 1. Aeneid.*

*Tanta ne uos generis tenuit fiducia ueſtri*

*Ibidem.*

*Non ea uis animo, nec tanta ſuperbia uictis.*

*Idem lib. 6.*

*Tu regere imperio populos romane memento,*
*Hæ tibi erunt arces, pacisq; imponere morem,*
*Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.*

*Ouid. lib. 3. de arte amandi,*

*Odimus immodicos (experto credito) faſtus:*
*Sæpe tacens odij ſemina uultus habet.*

*Idem lib. 1. elegia 1. de Triſtibus.*

*Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis*
*Icarus, Icareas nomine fecit aquas.*

Dantes

*Dantes, florentinus infer.*
*Cant 15.*

*Gente auara: inuida & ſuperba*
*Da lor coſtumi fa che, tuti forbi, id eſt.*
*Gen[te a]uara, inuida, & ſuperba:*
*Ab illorum moribus fac te abſtrahas.*

*Ibidem.*

*Or ſuperpite & uia col uiſo altero*
*Figlioli deua: non chinati il uolto:*
*Si che uegiati il uoſtro mal ſentero.*

*Idem Paradiſi cantico 29.*

*Principio dal cader fu il maledetto.*
*Superbit di collui che tn uedeſti:*
*Da tutti peſi del mundo conſtretto.*

*Franciſcus Petrarcha, Sonetto 222.*

*A cader ua chi troppe ſale, id eſt.*
*Vt cadat tenditis, qui minus ſalit.*

*Dantes purgato, can. 10. capite.*

*O ſuperbi Chriſtian miſeri: e laſſi:*
*Chi de la uiſta, & de la mente infermi*
*Fidantza haueti ne ritrorſi paſſi.*
*Non uacorgieti uos che noi ſiam uermi*
*Nati à formare langelica farfanſa.*
*Che uola ala iuſtitia fenza ſchermi.*

*Arrogantes, ſuperbi, glorioſi ac ambitioſi fuerunt ſubſequentes.*

*Dares.*
*Vergilius lib. 5. Aeneidos.*

*Nec mora, continuò uaſtis cum uiribus effert*
*Ora Dares, magnoq; uirum ſe murmure tollit.*

*Idem.*

*Talis prima Dares caput altum in prælia tollit,*
*Oſtenditq; humeros latos, alternaq; iactat*
*Brachia protendens, & uerberat ictibus auras.*

*Numanus Romulus, Rutulus.*
*Vergilius.*

*Is primam ante aciem, digna atq; indigna relatu*
*Vociferans, tumiduſq; nouo præcordia regno*
*Ibat, & ingentem ſeſe clamore ferebat.*

*Murrhanus.*
*Vergilius lib. 12, Aeneid. meminit.*

*Murrhanum hic atauos, & auorum antiqua ſonantem*
*Nomina: per reges actum genus omne latinum,*
*Præcipiti ſcopulo, atq; ingenti turbine ſaxi*
*Excutit.*

*Narciſcus puer. Ouid. lib. 3. Metamorph.*

*Multi illum iuuenes, multæ capière puellæ,*
*Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma,*
*Nulli illum iuuenes, nullæ tetigere puellæ.*

*Soſibianus.*
*Martialis.*

*E ſeruo te ſcis genitum, blandèq; fateris,*
*Quum dicis dominum, Soſibiane patrem.*

Appion Grammaticus Alexandrinus tanta fuit arrogantia, ut ei immortalitatem polliceretur, cui opera ſua nuncupaſſet.

Demetrius Poliorcetes Antigoni Macedoniæ regis filius tanta fuit arrogantia & inſolentia, ut Athenienſium legatos biennium ſuſpenſos tenuerit, ſine colloquio, ac demum re infecta reuerti iuſſerit.

Menecrates Medicus nullam ab his mercedem ſolebat accipere, quibus medebatur, ſed hoc tantum petebat, ut libertatis ſe ipſius ſeruos eſſe faterẽtur, cumq; Iouem dicerent.

Neſtorius hęreticus factus, præſul Cõſtantinopolitanus, orationem poſtero die habuit ad populum, arogantiæ plenam et ſuperbię, quæ cœlum ſe unicuiq; daturum promittebat.

Neuius comœdiographus ſuperbiam ſuam teſtatus eſt epitaphio, quod ſepulchro ſuo inſcribi iuſſit:

*Immortales mortales ſi foret fas flere,*
*Flerent diuæ Camœnæ Neuium poetam:*
*Ita poſtquam Orci traditus eſt theſauro,*
*Obliti ſunt Romæ latina loquier lingua.*

*Arrogantes, urbani, faceti qui.*
*Socrates.*

τοὺς μὲν κενοὺς ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διίστησι, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἴημα, id eſt.

Vtres quidem inanes ſpiritus diſtendit, ſtultos autem opinio.

Σωκράτης.

ἐρωτηθεὶς, τίνες βάναυσοι· οἱ τῶν ὁμοίων, ἔφη, καταφρονοῦντες. id eſt,

Interrogatus, Mechanici qui eſſent: qui ſui ſimiles ſpernunt, reſpondit.

*Phauorinus.*

φρονήσεις μὲν οὖν μὴ δὲ ποτε ἐπὶ σεαυτῷ μέγα, ἀλλὰ μὴ δὲ καταφρονήσεις σεαυτοῦ, id eſt.

Nunquam quidem de te ſuperbam opinionem concipies, neq; contra nimium de te humiliter ſenties.

Democritus iam ſenex aſcendens in arcem Athenis perquam anheloſus: idē ſe facere dixit, quod uniuerſa ciuitas Athenienſium ſoleret, nempe ſe magnū quidem ſpirare, parum autem ualere.

*Diogenes.*

ὁ τῦφος ὥσπερ ποιμὴν ὃν θέλει τοὺς πολλοὺς ἄγει. id eſt.

Faſtus tanquam paſtor quoquo libet uulgus hominum ducit.

*opinionibus regitur mundus.*

Xenophon. Arrogantis nomen uſurpari mihi recte uidetur in illis, qui ſe ſimulant eſſe ditiores & fortiores, quàm ſint: & ea ſe facturos promittunt, quæ præſtare nequeūt: idq; manifeſtè facere uidentur, accipiendi quippiam, & lucrādi gratia. Cæterum ij, qui riſum moliuntur inter conuerſantes, neq; ſuum ob quæſtum, neq; auditorum iacturam, aut ullum aliud damnum, quo pacto illi nō urbani potius & faceti, quàm arrogantes nominabuntur?

*Herodotus lib. 1. Hiſtoriarum.*

Vides, eximia animalia ut fulminet deus, neq; ſuis opinionib⁹ uti ſinat: exigua uero facile fert. uides enim, ut in ædificia maxima ſemper & celſiſſimas arbores cœleſtia tela ingruāt; ſolet enim deus eminentia quæuis caſtigare, ideoq; magnus exercitus ab exiguo quoq; ſternitur, cum deus inuidens, aut metum ipſis inieccrit, aut tonitrua, unde condignam ſe perditionem incidunt. non ſinit enim deus alium, præter ſe altum ſapere.

*Ibidem.*

οὐ μὲν καλὸν ὑπέρβιον εὐχετάασθαι. id eſt:

*Non quidem honeſtum ſuperbè gloriari.*

*Cleobulus.*

Μὴ ὑπερήφανος γίνου, id eſt.

*Ne ſuperbus ſis unquam.*

*Phocylides.*

Μὴ γαυροῦ σοφίῃ μήτ' ἀλκῇ μὴ τ' ἐνὶ πλούτῳ εἷς θεός ἐστι σοφὸς δυνατός θ' ἅμα καὶ πολύολβος.

id eſt.

Ne ſis ſuperbus ſapientia, neq; fortitudine, neq; diuitijs. Vnus Deus eſt ſapiens, potens & beatus.

*Pallades.*

Βέλτερόν ἐστι τύχης καὶ θλιβομένης ἀνέχεσθαι ἢ τῶν πλουτούντων τῆς ὑπερηφανίης. id eſt:

Melius eſt fortunam & prementem tolerare, quàm diuitum ſuperbiam.

*Sophocles in Aeace flagellifero.*

Ἀλλ' ἄνδρα χρὴ κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα δοκεῖν πεσεῖν ἂν κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ. id eſt.

Sed uirum oportet, & ſi corpus natura ſortitus ſit magnum, exiſtimare poſſe cadere, etiam à paruo incommodo.

*Xenophon in lib. 8. de Pædia Cyri.*

Δοκεῖ δέ μοι ὦ κύριε, χαλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τ' ἀγαθὰ καλῶς ἢ τὰ κακὰ φέροντα: τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ, id eſt,

Videtur autem mihi ô domine difficilius inueniri uir, qui ſecundam fortunam bene ferat, quàm qui aduerſam: illa enim in pleriſq; contumeliam, hæc autē temperantiam in omnibns gignit.

*Menander.*

ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα μὴ μεγαφρόνει. id eſt:

Quando fortunatus es maxime, ne ſuperbias.

*Nomina ſuperborum arrogantiumq; hinc inde ex autoribus collecta.*

Rhemnius Palemon grammaticus gloriabatur ſecum natas eſſe literas, ac demum ſecum morituras: idem Marcum Varronem principē linguæ latinæ porcum appellare ſolebat. Crinitus lib. 11. cap. eodem.

Paulus Samoſatenus hereticus diues factus è paupere, excreuit in ſuperbiam intolerabilem: nam incedens per uicos & compita, doctrinam & literas oſtentabat publice, & notarijs in propatulo quicquid primum in buccam ueniſſet di ctabat.

Athila rex pannoniæ ſuperbus inceſſu, huc atq; illuc oculos circumferens, ut elata potentia in ipſo corporis motu appareret.

Domicianus iactabat in ſenatu patri ſe & fratri imperiū dediſſe, illos ſibi reddidiſſe: gaudebat appellatione domini atq; etiā dei. unde Euſebi⁹: primus, inqt, domitian⁹ dñm ſe et deū appellari iuſſit,

hinc

hinc fluxerunt duo uerſiculi cuiuſdam poetæ aſſentatoris.

*Edictum domini deiq; noſtri,*
*Quo ſubſellia certiora fiunt.*

Vnde inſtitutum eſt ab eo, ut ne ſcripto quidē, aut ſermone cuiuſquam aliter appellaretur. Statuas ſibi in Capitolio non niſi aureas & argenteas poni permiſit. Septembrem & Octobrem menſes ex appellationibus Germanicū Domicianūq; transnominauit, quòd altero ſuſcepiſſet imperium, altero natus eſſet.

Maximinus iunior tanta fuit arrogantia, ut manus ac pedes ſenatoribus præberet oſculandos.

*C. Princeps.*

Seipſum inter diuos retulit, & Iouis maximi nomine ſtatuas erigi ſibi imperauit.

Sapor rex Perſarum uocauit ſe regem regum, participem ſyderum, fratrem ſolis & lunæ. Herodotus lib. 2. hiſtoriarū. Plinius 6. natur. hiſt.

Salmoneus tonitrua mentitus eſt, ut deitatis opinionem ſibi uendicaret, ſed à Iouis fulmine ad inferos demerſus.

*Vergilius 6. Aeneid.*

*Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.*

Iulius Cęſar dicebat, debere homines pro legibus habere quæcunq; diceret: eoq; arrogātiæ progreſſus eſt, ut aruſpice triſtia, & ſine corde exta quondam nunciante futura, diceret letiora cum uellet.

Zeuſis pictor adeo ſibi placuit in Helena, quam pinxit, ut non expectato aliorum teſtimonio hos uerſus ipſe adiecerit.

*Haud turpe eſt, Troas, fulgentesq; ære Pelaſgos*
*Coniunge pro tali diuturnos ferre labores:*
*Aeternis facies nimis eſt æquanda deabus.*

Marcus Druſus tanta fuit arrogantia, ut L. Philippum conſulem, quia ſe interpellare concionantem auſus fuerat, obtorta gula, per clientem ſuum adeo uiolenter in carcerem detruſerit, ut multus è naribus eius cruor profunderetur: porro cum ſenatus ad eum miſiſſet, ut in curiam ueniret, quare non potius, inquit, ipſe ad me uenit.

Gneus Pompeius balneo egreſſus, ante pedes ſuos proſtratum Hipſeū ambitus reum, ac ſibi amicum, iacentem reliquit contumelioſa uoce, ad hoc etiam proculcatum.

Hannibal Cannenſis pugnæ ſucceſſu elatus factus ita eſt, ut neminem ſuorum ciuium in caſtra admitteret, nec ulli reſponſum daret, niſi per interpretem.

Hanno Carthaginenſis aures capere ſolebat, quas hanc edocebat uocem: Deus eſt Hanno: adultas demum & doctas quaqua uerſum emittebat, ut eandem emitterent uocem. Eraſ. hoc in quēdam Pſaphonem refert.

Nero Cæſar ducebatur maxima æternitatis perpetuæq; famæ cupiditate: unde & menſem Aprilem Neroneum appellauit, & Romam Neropolim conſtituit appellare: autor Suetonius.

*Eraſ. lib. 4. Apoph.*

Alexander Macedo Ammonis filius dici uoluit, immò à uate ſic dictus, interpretatus eſt, nihil mirum, inquiens, cum Iuppiter omnium natura eſſet pater.

Callipedes tragicus hiſtrio Græcus ſui maximus admirator, cum Ageſilao regi occurriſſet, arrogantius eum ſalutauit, ſubinde illi ſe oſtentans, & inter aſtantes ſe ſe intrudēs: arbitratus fore, ut comiter à rege exciperetur: uerum is cū grauioribus intenderet, ac ne Callipedē reſpectaret, non admodum, inquit, noſſe me uideris ô rex, nec qui ſim, inaudiſſe: ridens Ageſilaus, an nō, inquit, mimus ille? adeò rex nullo honore dignatus eſt hiſtrionem quāuis inſignem, cuius ars ad ſolam parata uoluptatem, corrumpēdis ciuium moribus eſſet accommodata, quàm erudiendis.

## SVSVRRATIO.

### *Obtrectatio. Detractio.*

SVSVRRATIO eſt obloquutio mala de proximo facta occulte ad diuidendam amicitiã. Suſurrones, genus ſunt hominum maledicorum & linguacium, qui non apertè loquuntur, ſed uoce demiſſa in aures hominum obſtrepunt potius, quàm loquuntur, ſuntq; ſuſurro, ſuſurrare, ſuſurrans, uerba ficititia.

Differunt autem inter ſe ſuſurro, detractor, deriſor, conuitiatorq;. Suſurro intendit diſcordiam ſerere: Detractor bona minuere uel negare, deriſor malũ uel uitium naturæ exprobrat, ut ludum ex homine uel riſum faciat: Conuitiator contra honorem alicuius deducit in notitiã hominum opprobria talia, quæ importent culpam uel pœnam.

Detractio græce *κακολογία* eſt denigratio alienæ famæ pocculta uerba: uel ſeminatio mali occultè in proximi iniuriã.

*Differentia.*

Contumelioſus per aperta dicta intendit derogare: detractor uerò in abſentia proximi eius famam lædit.

*D. Paulus cap. 1. ad Romanos.*

Detractores deo ſunt odibiles *καταλάλυς θεοστυγεῖς.*

*Idem 1. Corinth. 6. cap.*

Neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regni dei hæreditatem accipient.

*οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ' ἅρπαγες. βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι.*

*Eccleſiaſt. 5. cap.*

Neq; appelleris ſuſurro in uita tua, & lingua tua ne capiaris & confundaris.

*Ibidem.*

Suſurrator autem odium, inimicitia, contumelia.

*Ibidem, cap. 10.*

Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habe, qui occultè detrahit.

*Cap. 11.*

Bona in mala conuertens inſidiator, & in electis ponit maculam.

*Cap. 21.*

Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur.

*Rhytmic ôs.*

*Dira ſuſurronum ſummis fuge nomina curis,*
*Ne capiat certis te tua lingua plagis.*
*Turpius Harpijs cum nil furacibus extet,*
*Turpior his multo corde bilinguis erit.*

*Maledicentia, Benedicentia.*

Cherondas Cataneus in proœmio legum *βλασφημήτω δὲ μηδεὶς ἐπ' ἀδίκων βλάβη ὑπὸ μηδενός· βιώτερον γὰρ εὐφυΐα κακηγορίας*, id eſt.

Nullus autem damnum iniuſtè paſſus ulla in re conuitijs agat, benedicentia enim multò diuinior eſt, quàm maledicentia.

*Ariſtoteles.*

*Τὴν κακολογίαν ἡ ὀργὴ φαίνεται ἀπογεννῶσα, ὥστε ἡ μήτηρ οὐκ ἀστεῖος.* id eſt:

Apparet iram parere maledicentiam: itaq; mater eſt inciuilis.

*Ouidius.*

*Eximia eſt uirtus præſtare ſilentia rebus:*
*At contra, grauis eſt culpa, tacenda loqui.*

*D. Auguſtinus de conflictu uitiorum & uirtutum.*

Detractionẽ, dicit, quis poteſt ſuſtinere, quis ſilentio tegere quanta illa uel illa praua committit, niſi forte, qui conſentit? libertas iuſtè increpans, reſpondet: nec tacenda ſunt mala proximi, nec conſentienda, ſed charitate fraterna in facie proximus redarguendus eſt. Nonnunquam etiam errata ad tempus delinquentium ſilentio tegenda ſunt, ut pro tempore corrigantur.

*Hos uerſus in ſua menſa babuiſſe fertur.*

*Quiſquis amat dictis abſentum rodere uitam,*
*Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi.*

*Idem, de Paradiſo.*

Bilinguis ſerpens habetur atq; mortalis, eò quod diaboli miniſter aliud lingua, aliud corde meditetur.

*Hieronimus ad Nepotianum.*

Caue ne linguam, aut aureis habeas prurientes, ut alijs detrahas, alios detrahentes audias.

*Ibidem.*

Non licet tibi uituperationem alterius patienter audire, quia nec ab alijs optas recipi tuam. Nemo inuito auditori libenter refert detrectatoria: ſagitta in lapide non infigitur, ſed interdum reſiliens percutit dirigentẽ, diſcat detractor dum

dum te uidet non libenter audire, non facile detrahere.

*Ibidem.*

Plus peccat detractor, qui amorem proximi à corde alterius minuit, quàm qui uictum ab ore pauperis rapit: Nam ſicut anima precioſior eſt quàm corpus, ſic grauius eſt animę noxium auferre, ꝙ noxium corpori.

*Eraſmus, libro 6. Apophthegmatum.*

Maledicus malè audit. M. Seruilius diſſuaſurus legem, quam ferebat: dic mihi M. Pinari, inquit, ſi contra te dixero, num mihi male dicturus es, ut cæteris ſoles: ut ſementem, inquit, Pinarius, féceris, ita & metes: Per allogoriam minitans illum malè auditurū, ſi malediceret.

*Idem, libro 1. Apohpthegmatum.*

Leontychidas Ariſtone natus, cuidā ipſi dicenti, quod Demarati amici male de eo loquerentur: Per deos, inquit, nihil miror, quandoquidem nullus illorum de quoꝗ bene loqui poſſet. Docuit contemnendam eſſe maledicentiā, quæ non à iudicio, ſed ab animi morbo proficiſcitur. Qui uero paſſim male dicunt omnibus, eos palàm eſt id naturæ uitio facere, non ex eorum merito, quibus obtrectant.

*Idem, lib. 5. Apophthegmatum.*

Memnon Dux, quo tempore bellum gerebat aduerſus Alexandrum pro Dario rege, militem quendam mercenariū, multa conuitia petulanter iacientem in Alexandrū, haſta percuſſit: Ego, inqens, te alo, ut pugnes cum Alexandro, non ut illi maledicas.

*Idem, eodem libro.*

Agathocles figulo patre natus fuit. Is cum obſideret urbem quandam, quibuſdam è muro conuitia in ipſum iaculantibus, dicentibuſꝗ, figule, unde militib' tuis perſolues ſtipēdiū: Ille placidus ac ridēs reſpōdit, quum hanc cæpero. At cùm urbe ui potitus fuiſſet, uenderetꝗ captiuos: Si me, inquit, denuo cōuitijs affeceritis, apud heros ueſtros querar de uobis: ciuiliter illis exprobrans, & intempeſtiuam maledicentiā, & ſeruitutem, maledicentiæ pręmium.

*Eodem libro.*

Cato ſenior à quodam infami multis nominib' uexatus; Impar mihi, inquit, tecum certamen eſt. Nam ut tibi & male audire, & maledicere facilimum, ac promptiſſimum eſt: ita mihi maledicere inſuaue, male audire inſolitum.

*Idem, libro 8. Apophtegmatum.*

Proteo Cynico ſine fine Herodē Sophiſtam conuitijs inceſſante: Conſeruimus, inquit, ambo: tu quidem male loquens, ego male audiens. Senſit immedicabile malum eſſe, cui ille tam diu aſſueuerat, & ſe moderatius ferre, quod iā nouum non eſſet.

*Eodem libro, Eras.*

Zoilus interrogatus, quamobrem ita ſtuderet omnibus maledicere: quoniam, inquit, malefacere cum cupiā, non poſſum. Expedita malitia morbum ingenuè confitentis amantis.

*Obtrectatio grauiſsimum eſt peccatum, & contra compendium legis, & Prophetarum.*

Hypocrita eijce primum trabem ex oculo tuo, & tū proſpicies, ut eijcias feſtucam, quę eſt in oculo fratris tui. Hęc oburgatio ſeueriſſima eſt, qua Chriſtus grauiſſimè in eos inuehit, q alienā famā obtrectationibus ſuis ſordidāt, & ſua qdē errata negligunt: aliena autem errata in immenſum amplificant, ac ſeueriter condemnant. Feſtuca enim leue proximi peccatū eſt, trabis autem graue noſtrum peccatum. Iam hæc eſt genuina hominum natura, quod trabes ſuos non animaduertunt, alienas feſtucas ſtatim perſpiciant, hoc eſt, grauiſſima ſua peccata & delicta diligenter excuſant, ac interdum ne requirunt quidem: leuiora autem aliorum errata mirum in modum accuſant & exaggerāt: ac in dijudicandis ſuis peccatis cęci, in alienis autē oculatiſſimi, & plane Lyncei ſunt. Vnde maiores noſtri dixerūt: Vnumquemuis geſtare in humero ſuo manticam, cuius alia pars à fronte, alia à tergo propendeat: ac in poſteriorem quidem partem manticæ ſua ipſius delicta, in priorem uero aliena delicta reponere. Qua re ſignificatum, hoc eſſe hominum ingenium, quod ſua peccata à conſpectu ſuo reijciant, in aliena autem totam oculorum aciem nunquàm non intendant. Sunt qui ſcribant Momū in hoīs conditione, ꝑter alia etiā

hoc reprehendiſſe, quòd homo haberet oculos forinſecus tantū uerſos: quibus aliena duntaxat delicta uideret: non itē inuerſos, quibus & ſua propria delicta intueri poſſet. Sed quid multis opus? uulgaris & notiſſimus hominum morbus eſt, in alieno oculo feſtucam uidere, in ſuo autem oculo trabem nō animaduertere. Num igitur dicemus, ipſum tātò minus periculoſum eſſe, quantò uulgarior eſt? minime omnium, ſed quantò uulgarior eſt, tantò etiam pernicioſior eſt, & tantò grauius, quātò frequentius peccatur. Primum enim, qui aliena delicta exaggerant, peccant contra compendium legis, & Prophetarum, quod eſt: Omnia quæcunq; uolueritis, ut faciant uobis homines, ſic & uos facite illis: &, dilige proximum tuum ſicut te ipſum: unuſquiſq; enim naturaliter hoc deſiderio affectus eſt, ut cupiat peccata ſua aut extenuari, aut excuſari. cum igitur hoc ipſum naturæ ductum uiolat, & in figura hominis feritatem & immanitatem beluæ exercet. Deinde qui aliena delicta traducunt & amplificant, peccant cōtra legem: Non occidas. Homicidium enim non tantum manu, ſed etiā linguæ committitur. Et obtrectatio, ſi probè contemploris, nihil aliud eſt, quàm dilaniatio & deuoratio proximi. Etenī quemadmodum in familiaribus conuiuijs anſer quiſpiam aut gallus gallinaceus aſſatus & menſę appoſitus à famelicis conuiuis ita dilaniatur, ut uix oſſa reliqua maneāt: ita in colloquijs obtrectatorum abſens quiſpiam in medium abripitur, & obtrectationibus ita diripitur & deuoratur, ut ipſi uix mica bonæ famæ, aut honeſti nominis reliquum fiat. Quid ergo obtrectatio à dilaniatione proximi, & homicidio differret? nam obtrectatio genus homicidij haud obſcurè ſignificat. Hub. cap. 31. Si dixerūt, inquiens, uiri tabernaculi mei, quis det, ut non de carnibus inimici ſaturemur? hoc eſt: non ſum paſſus, ut neq; domeſtici mei malè de inimico loquerentur, & ad ruinam eius gauderent. Paulus ad Galatas 5. Si alius alium, inquit, uiciſſim mordetis, & deuoratis, uidete, ne uiciſſim alius ab alio conſumamini. Pſal. 56. ait, filij hominum dentes eorū arma & ſagittæ, & linguæ eorum gladius acutus. Solomon in Prouerb. 25. Iaculum, gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuū falſum teſtimonium. Reliquum igitur eſt, quod non hi tantum ſint homicidæ, qui proximo uitam gladio auferunt, ſed etiam ij, qui proximo bonam famā, quæ honeſto uiro uita potior ē, obtrectationibus auferunt. Cæterum obtrectatio non ſolum peccatum eſt grauiſſimū aduerſus deum & proximum, ſed etiam longè maius incommodum adfert ipſi obtrectatori, quàm ei cui obtrectatur. Nā qui aliena delicta traducit & exaggerat, is ſeipſum palàm prodit, quod nondum ſua errata agnoſcat. Si enim grauitatē peccatorum ſuorum rectè agnoſceret, tantū negocij haberet, ut planè non uacaret ei de alienis delictis cogitare: ubi autem non eſt agnitio peccatorū ſuorū, ibi nec eſt fides, nec Chriſtus, nec ſalus. Quare obtrectator cum aliena delicta traducit et exaggerat, ſe ſe ſuo ipſius iudicio prodit, quod ipſe ignoratione ſuorum ſcelerum, nec fidem, nec Chriſtū, nec ſalutem habeat, ſed ꝑpetuæ internetioni obnoxius ſit. Ad hæc obtrectator etiam precationem dominicam, quam ad deum patrem orat, obtrectationibus ſuis ſibi ipſi incōmodam reddit, atq; contra ſeipſum orat: cū enim precatur: remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris: quid obſecro obtrectatori aliud ſignificat, quàm ſi diceret: ego nulli hominum ſua delicta remitto, ſed bonæ omnium famæ detraho. Ac ubi in proximo meo nulla ſunt delicta, ibi fingo: ubi autem inuenio parua delicta, ea in immenſum exaggero. Precor igitur, ut nulla mihi delicta nec coràm deo, nec coràm hominibus remittantur, & omnes malè de me loquantur, adeoq; minima mea delicta lōgè omnium maxima iudicent: quid hac precatione horribilius? Accedit huc, quod Obtrectator prodat obtrectatione ſua animum ſuum, omni malitia & iniquitate pleniſſimum eſſe: ſic enim ſequitur. Non eſt arbor bona, quæ facit fructum malum, neq; arbor mala, faciens fructum bonum: unaquæq; enim arbor ex fructu ſuo cognoſcitur: Neq; enim è ſpinis colligunt ficus, neq; è rubo uindemiāt

unam. Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui profert bonum, & malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert malum: ex abundantia enim cordis loquitur os eius. Homo ex ſermone cognoſcitur. Cordis boni theſaurus quis ſit, quæ item abundantia cordis mali: audi quid Paulus ad Galatas ſcribat cap. 5. Fructus, inquit, ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, temperantia. In Mathæo cap. 15. commemorat Chriſtus theſaurum cordis mali: Ex corde, inquiens, exeunt cogitationes malę, cędes, adulteria, ſtupra, furta, falſa teſtimonia, conuitia. Obtrectator maximus ſui ipſius proditor eſt: propterea quòd alienam famam detrahendo palam declaret, ſe maximũ in ſinum nebulonem geſtare.

ἀνδρὸς ἐκ χαρακτῆρος λόγου γνωρίζεται.

# TACITVRNITAS.

TACITVRNITAS eſt, qua mentes circũſpicientes quid deceat, & quid non, ſilent cogitabundę: nec putant proferendũ antequàm maturè cũcta examuſſim diſputarent, ne ex ore magis, quàm ex pectore erumpat oratio.

Vel, eſt obſeruantiæ genus, in ſilentio ac ſecreta ſeruando conſtituta. Terentius in Andria: Sed ijs, quas ſemper in te intellexi ſitas, fide & taciturnitate. Græcis dicta σιωπηλότης, σιωπάω; quod eſt taceo. Tacitus, qui tacet, & ſcit tenere ſecreta. Taciturnus, qui natura facilè tacet. Diminutiuum, taciturnulus.

Dogma Pythagoræ philoſophi excellentiſſimi fuit, præter Palingeneſiam & μετεμψύχωσιν, id eſt, regenerationem & tranſanimationem, item abſtinentiã ab eſu carnium & fabarum: de quibus Ouidius lib. 15. Metamorph. & Vergilius in 6. ſcribunt, & ἐχεμυθία, id eſt, taciturnitas illa, qua diſcipulos elinguabat toto quinquennio, ut apud ſe tacere diſcerent, & loqui dediſcerent.

*Rebus in humanis magna eſt doctrina tacere,*
*Teſtis erit ſapiens hic mihi Pythagoras:*
*Nempe loqui doctos, reliquos docet ille tacere,*
*Magnum hoc ad requiem Pharmacon inuenies.*

In Pythagorę Ethemythiam è græco.

Philippus Beroaldus in comment. in Quęſt. Tuſcul. lib. 5. Diogenes Laërtius lib. 8: de uitis Philoſophorum, Raphaël Volateranus lib. 28. Philologiæ. Rauiſius textor refert, triennium præſcriptũ fuiſſe ſilentium, in 2. parte. c. Taciturnitas, in officina.

*Maximus martyr in ſermone 41.*

Socrates admonebat ſuos diſcipulos, ut tria præcipuè in omni uita haberent: in animo prudentiam, in uultu uerecũdiam, & in lingua ſilentium.

*Silentium non ſemper amicitiam dirimit.*

*Angelus Policianus ad N. Barbarum.*

Quod ad te iam diu nihil dederim literarum, nõ tam meis uelim, quàm tuis occupationibus adſcribas. Occupationes autẽ, nõ minus equidem ſtudia ipſa literarũ & ſapientiæ, quibus uſq; adeo inuigilas, quàm iſtos accipio diſcurſus obeundæ legationis, & rei gerendæ publicæ. Quod igitur uel ineptius, uel inhumanius, quàm aut muſarum ſacris operãti obſtrepere, aut agenti rem ſeriã tricas ueluti intempeſtiuas obijcere? Neq; uerò cauſa fuit cur timuerim, ne (quod eſt apud Ariſtotelem tuum) noſtram quoq; amicitiam ſilentium dirimeret: non enim ſic in amore mutuo languemus, ut ſimus inter nos machinis retinẽdi. Sed nec ſilentium quiſpiã interpretetur, ubi neuter ceſſat honorificè de altero & loqui & ſcribere. Caue enim putes, non diem dixerim, ſed horã penè ullam pręterire, in qua non ego de ingenio, de literis, de prudentia, de conſilio, de humanitate, de candore, de ſtudijs deniq; tuis propè declamitem: teſtis Medices Laurentius meus.

*Elegans ſilentij excuſatio, per Angelum Policianum, ad Cæſarem Carmentum.*

Ignoſce occupationibus Cæſar, neq; me uel ſuperbum crede, uel inofficioſũ, quod ad tuas hactenus literas non reſcripſerim: melior diei pars lectionibus uarijs mihi teritur, reliqua datur amicis opera. Noctẽ ſibi quies & ſomnus cum

precibus, horario, & ſtylo diuidunt. Ac (ut manifeſta diſſimulē) recraſtinator quoq; natura ſū maximus, nec ad diem facilè ſoluo, quanquam omnino aliquā ſoluo, quod debui: quorum alterum dum redditur (ut uerum fatear) nonnihil dolet ob ignauiam, alterum quoniam redditum non eſt, ſemper excruciat.

*Secreta non promulganda. Ouidius lib. 2. de arte Amandi.*

*Eximia eſt uirtus præſtare ſilentia rebus:*
*At contra, grauis eſt culpa, tacenda loqui.*

*Silentij tutum præmium.*

Σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας Ariſtides in defenſione Periclis ex Cio quoppiā poeta citat. Plutarchus in Apophthegmatis Auguſto cæſari adſcribit. Vſurpat Horatius odarum lib. 3. Eſt & fideli tuta ſilentia merces: ſilendo nemo peccat, loquendo perſæpè.

Iam olim in prouerbio eſt, nobilis illa Simonidis ſententia, quæ celebratur & apud latinos prouerbij loco. Nā nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutū. Etiāſi Valerius Maximus lib. 7. cap. 2. ſententiam hāc tribuit Xenocrati: Quid, inqt, Xenocratis reſpōſum, quàm laudabile? Quum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet, uno ex ijs querente, cur ſolus linguam cohiberet: quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquàm. Eraſmus in Chiliad. 3. cent 8.

*Idem Eraſ. lib. 3. cent. 10.*

*Alia committenda, alia cælanda.*

Non temerè quiduis apud quemuis effutiendum, at nec familiaribus arcana omnio proferenda ſunt: uerum alia communicare conuenit cum amicis, aut uxoribus, alia celare. Ad hanc ſententiam quadrat illud ex odyſſeæ. λ. Ἀλλ' τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ γ' ἂν κεκρυμμένον εἶναι. i. Dicendum eſt aliud, contra, eſt aliud reticendum.

*Quod ſcis, neſcis.*

Terentius in Eunucho, & ſeipſum excruciante. Tu pol ſi ſapis, quod ſcis neſcias: hoc prouerbio certam in tacendo fidem ſignificamus, dū quis q̄d ſcit, perinde continet ac diſſimulat, quaſi neſciat. Eraſmus 3. cent. 6.

In continentē arcana ſibi commiſſa, & non effutientem cuiq;, quadrat illud Odyſſeæ. χ. τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος. i. Huic pennis dicta uacabant, hoc ē: haud longius auolabant. Eraſ. Chiliad. 3. centuria decima.

*Ex Carcino, de taciturnitate περὶ σιωπῆς.*

Πολλοῖς ἀνθρώποισι φάρμακον κακῶν σιγὴ μάλιστα δ' ἐστὶ σώφρονος τρόπου. id eſt.
*Multis enim hominibus pharmacum malum eſt*
*Taciturnitas, quæ peculiaris eſt frugi moribus.*

*Menander comicus.*

οὐδὲν σιωπῆς ἐστι χρησιμώτερον. id eſt. Nihil utilius quicquam eſt ſilentio,

*Sophocles.*

Ὦ παῖ σιώπα, πόλλ' ἔχει σιωπὴ καλά,
γλώσσης μάλιστα πανταχοῦ πειρῶ κρατεῖν. i.
*O Puer, multa continet bona ſilentium,*
*Linguam inprimis ubiq; moderari coneris.*

*Silentium & continentia linguæ omni uacant periculo.*

*Chares.*

Καὶ γέροντι καὶ νέῳ τιμὴν φέρει
ἡ γλῶσσα σιγὴν καιρίαν κεκτημένη. id eſt.
*Tum ſeni, tum iuueni conciliat honorem,*
*Compos ſilentij lingua tempeſtiui.*

*Athenodorus.*

ἐστὶ καὶ τὸ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. id eſt.
*Silentij præmium periculo uacat.*

*Amphis.*

οὐκ ἐστι κρεῖττον τοῦ σιωπᾶν οὐδὲ ἕν. id eſt.
*Nihil eſt quicquam præſtantius quàm tacere.*

*Philonides.*

Κρεῖττον σιωπᾶν ἐστιν ἢ λαλεῖν μάτην. id eſt.
*Satius eſt tacere, quàm temerè loqui.*

*Plutarchus in lib. Quomodo quis fructum ab inimicis capiat.*

Præter hoc, continentia linguæ non exigua uirtutis pars, rationi ſubijci & morigera fieri non poteſt, niſi qs multo ſtudio, cura, & induſtria peſſimos affectus, qualis ira eſt, deuicerit.

Quum quidam ad tacentem Cleanthē dixiſſet: tu quid taces? atqui iucundum eſt cum amicis confabulari: iucundum quidem, reſpōdit Cleanthes, ſed quò iucundiꝰ eſt, eò magis in hoc amicis oportet concedere.

*Ξενοκράτης,*

Διαιρῶν ἕκαστον τῆς ἡμέρας εἰς πρᾶξιν τινα ἓν τῇ σιωπῇ μέρος ἀπένεμε. id eſt.

Xeno:

Xeno: Singulas diei partes certis negocijs aſſignans, ſilentij quoq; ſuã partem dabat.

*Apollonius ad familiares.*

Simonides aiebat nũq; ſe pœnituiſſe ſilentij, dictorum autem ſæpius.

*Græcè.*

*μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις.*

*Idem.*

*πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι περὶ τοῦ μὴ λέγειν, ἃ μὴ δεῖ· παντελῶς γὰρ ἀπαιδεύτου τινός ἐστι τὸ μὴ δύνασθαι σιωπᾶν, ἀλλ' ἐκλαλεῖν τὰ μὴ καλῶς ἔχοντα.* id eſt.

Adnitendum eſt ſedulo, ut nihil indecens eloquamur: Eſt enim uiri planè imperiti, non poſſe tacere, ſed quæ non decet efferre.

*Dion aliàs Demoſthenes.*

Ne me exiſtimetis Athenienſes ignorare, quàm tutum ſit ſilentium *ἀσφαλὲς τὸ σιγᾶν ἐστι.*

Diogenes ad quendam, qui ſe Philoſophum profitebatur, interrogabat uerò cõtentioſe, uale miſer, dixit, cũ id, quod optimum eſt in uita Philoſophi, corrũpas, uerbis tamen audes te Philoſophũ iactare.

Theocritus à blaterone quodam interrogatus, ubi cras uiſurus eſſet ipſum: illic, dixit, ubi ego te non uideam.

*Græcè.*

*ἐρωτηθεὶς, ὑπὸ ἀδολέσχου, ὅπου αὐτὸν αὔριον ὄψοιτο, ὅπου, ἔφη, ἐγώ σε οὐκ ὄψομαι.*

*Plutarchus.*

Qantũ commendauerit Homerus taciturnitatem, per hæc luculenter oſtenditur, inquit enim: *Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε λόγων περ ἐὼν ἀγορητής ἴσχεο μηδ' ἔθελ' οἶος ἐριζέμεναι βασιλεῦσι.* id eſt. O Therſita loquens ſine iudicio, etſi uehemens concionator ſis, deſine, ac ſolus contendere cum rege noli.

*Heſſus Poëta ſic eleganter uertit lib. 1. Iliad.*

*Garrule Therſita, quanquam tibi multa loquendi*
*Copia ſuppeditet, nec ſis non uoce ſuaui,*
*Nec tamen hic ſolus reges inceſſere, neue*
*Priuolus eſſe uelis, qui ſis teterrimus inter*
*Tot taleſq; uiros, quicunq; Agamemnona magnum*
*Ipſius auſpicijs ſumus ad Troiana ſecuti*
*Mœnia, quod nequeas linguæ dare frena loquaci,*
*Nec moderere tuis ducibus maledicere uerbis.*

Zenon ab Antigoni legatis Athenas miſſis unà cũ alijs Philoſophis ad conuiuiũ uocatus eſt, & cum reliqui inter pocula ſua, quiſq; eruditionem oſtentaret, ipſe tacebat: cum autem legati interrogarent, quid Antigono de ipſo deberẽt renunciare: hoc ipſum quod uidetis reſpondit: Oratio enim omnium eſt difficillima moderatu, id eſt: *δυσκρατέστατον γὰρ πάντων ὁ λόγος.*

Quum Thelemachus apud Homerũ dixiſſet *ἦ μάλα τις θεῶν ἔνδον οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.* id eſt. Nimirum aliquis intus eſt, qui cœlum incolunt amplum: deprehendens pater ſubiecit *σίγα καὶ κατὰ σὸν νοῦν ἴσχανε μηδ' ἐρέεινε.* id eſt. Tace contineq; animum, nec interrogaueris: *αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν οἳ ὄλυμπον ἔχουσι.* id ẽ. Hic equidem mos eſt diuorum cœlicolarum: Hoc interpretationem Pythagorici nominantes, nihil reſpondebant de diuinis reb᷒, quoquo modo interrogarentur.

*Παλλαδᾶ.*

*ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή, μάρτυρα πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω· ὃς λαλεῖν εἰδὼς, ἑτέρους ἐδίδασκε σιωπᾶν, φάρμακον ἡσυχίης ἐγκρατὲς εὑράμενος.*

*Incertus interpres.*

*Non mediocre bonum ſeruata ſilentia præbent,*
*Huius Pythagoras non leuis autor erat.*
*Qui fari callens, alios reticere docebat,*
*Inueniens monitis corda quieta ſuis.*

*Τοῦ αὐτοῦ.*

*πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατός ἐστι σιωπῶν, τὸν λόγον ἐγκρύπτων ὡς πάθος αἴσχιστον.*

*Alciatus expreſsit.*

*Quum tacet haud quicquàm differt ſapientibus amẽs:*
*Stulticiæ eſt index linguaq; uoxq; ſua.*
*Ergo premat labia digitoq; ſilentia ſignet,*
*Et ſe ſe Phariam uertat in Harpocratem.*

*Borbonius.*

*Nobile lingua bonum, ſi ſari in tempore nouit:*
*Nobile lingua malum, ſi fari in tempore neſcit,*

*Ex lingua propagantur plerunq; bona,*
*ſæpe etiam mala.*

Cœlius lib. 7. cap. 26. lectionum antiqua: Idem lib. 11. cap. 80. Quantum inſitq; præferat prudentiæ lingua præparca, græcanicum illud declarat.

*Græcum diſtichon Palladæ.*

*ἀρρήτων ἐπέων γλώσσῃ σφραγὶς ἐπικείσθω· κρεῖσσον γὰρ μύθων, ἢ κτεάνων φυλακή.* id eſt.

*Arcanorum*

*Arcanorum uerborum linguæ ſigillum imponatur:*
*Præſtantior enim ſermonum, quàm poſſeßionum cu-*
*ſtodia.*

Καλὸν ἡσυχία. id eſt.
*Pulchrum, taciturnitas.*

*Pittacus.*

ὃ μέλλεις ποιεῖν μὴ προὔλεγε:
ἀποτυχὼν γὰρ γελασθήσῃ. id eſt.
*Quod facere uolueris, ne prædices,*
*Ne, ſi conſilium non ſuccedat, deridearis.*

*Menander.*

ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν. id eſt.
*Lingua multos in perniciem egit.*

*Iſocrates ad Demonicum.*

Diligentius tuere depoſita uerborum ꝙ pecuniarum: nam boni uiri officium eſt, ita ſe gerere, ut eius mores plus fidei, quàm aliorum deierationes mereantur.

*Ibidem.*

Ne cui arcana tua dixeris, niſi illa taceri non minus audientibus ipſis, ꝙ tibi dicenti expediat.

*Ibidem.*

Duo loquendi tempora facito, uel de rebus tibi planè cognitis, uel de ijs quæ dicenda neceſſariò ſunt: in ijs enim ſolis taciturnitati præſtat oratio, aliàs uerò tacere ꝙ loqui potius eſt.

*In Echemythiam Pythagoræ, è Græco.*

*Rebus in humanis magna eſt doctrina tacere,*
*Teſtis erit ſapiens hic mihi Pythagoras.*
*Nempe loqui doctos, reliquos docet ille tacere.*
*Magnum hoc ad requiem pharmacon inuenies.*

# TENACITAS.

κιμβεία. *Parcitas.* φειδωλία *animi.*

PARSIMONIA, eſt qua honeſti & utilis cauſſa, ne diſpendium faciant, & bona ſua operũ nomine, ac facultatum appellata inutiliter, inhoneſteꝗ conſumant, ſed tueantur atꝗ cuſtodiant, prudenter cõſyderant. Græcis φειδὼ uel φειδωλὸς dicta. Eius contrariũ eſt luxuria, uel luxus, & bonorũ dilapidatio: Videturꝗ parſimonia differre à frugalitate, quod parſimonia quid generalius eſt, frugalitas uerò eſt propriè cibi potuſꝗ, mentis frugi, ac benè compoſitæ moderatio. Cuius contrarium eſt uoracitas. Parcere eſt abſtinere. Vergilius. Parce pias ſcelerate manus. Vnde parcere pecuniæ eſt, abſtinere ab expenſione pecuniæ.

Parſimonia accipitur pro moderatione ſumptuum & parcitate, id eſt, obſeruatione rerum. Hinc uenit parcus, qui frugi quoꝗ dicitur, & ſumptibus parcit: & parcitas, quæ & idẽ eſt, quod parſimonia.

*Phocylides poëta.*

ἀρχόμενος φείδου πάντων μὴ τέρμ' ἐπιδεύῃς. i.
Cũ incipis, parſimonia uterere in omnibus, ne in fine indigeas.

*Heſiodus in Opere, cui titulus eſt opera, & Dies.*

ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι
μεσσόθι φείδεσθαι, δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ. i.
Incipiente autem dolio & finiente, ſatiare: ſed in medio parſimonia utere. Grauis in fundo parſimonia.

*Ariſtoteles in libello de uirtutibus.*

Illiberalitatis quoꝗ genera tria ſunt: Turpilucrium, Parcitas, & Tenacitas.

Turpilucriũ, quo quærere, lucrumꝗ ex re qualibet facere non pudet, pluriſꝗ lucrum quàm ignominia eſt. Græcis αἰσχροκέρδεια.

Parcitas autem, qua honeſtas neceſſariaſꝗ ad res noſtra minimè ſuſtinemus impendere, id eſt. φειδωλία δ' ἐστὶ καθ' ἣν ἀδάπανοι γίνονται τῶν χρημάτων εἰς τὸ δέον.

Tenacitas, qua impendunt quidem, tenuiter uerò malignéꝗ, adeo plus ut incommodent, dum ſumptus in tempore non faciunt. Græcis uocatur κιμβεία.

*Appollodorus Athenienſis comicus.*

Odi fortunam iunctam infortunato corpori: Si quis enim per diuitias ſuauiter age-

uiter agere poteſt, miſerè tamen uiuit: quid aliud quàm fortunã accuſes, quod ſe homini infortunato ſociauerit?

*Idem.*

Ego non opes, quantæ ſint, aſpexerim, ſed num, qui ipſas poſſidet, ſuperior: ut dominus ſit poſſeſſis.

*Euripides in Antiope.*

*Si quis fortunatus & opulentus,*
*Nihil egregium domi inſtituat,*
*Hunc ego nequaquam beatum nominauerim,*
*Sed potius felicem, diuitiarum cuſtodem:*
*Inhumana eſt imperitia, in ſtatu ne miſerabili quidem lachrymas*
*Fundere: hæc uerò eſt malicia, cum opes affatim ſuppetant,*
*Neminem mortalium beneficijs demereri, parcitate uictum improba.*

*Idem in Danae.*

*Quiſquis domi rem gaudet abundare,*
*Et uentrem interea defraudãs, corpus miſer macerat,*
*Is mihi ſacrilego melior non eſſe uidetur,*
*Neq; parricida, aut ſanguine iunctis inimico.*

*Philemon.*

*Si præſentibus non utimur,*
*Abſentia quærimus: his quidem noſtra culpa,*
*Illis uerò per fortunam priuabimur.*

*Menander.*

*Nunquam prædiuitem felicem exiſtimaui*
*Hominem, bonis qui non uteretur ſuis.*

*Idem,*

*Ne lucrum undiq; captes, ſed pudor abſit,*
*Quo minus per nephas conquiras opes, ſemper ſibi timet.*
*Ter miſer ille, qui præ parcitate*
*Odium ſibi peperit, partis opibus duplo maius.*

*Theocritus in εἰδύλλυς.*

Κάλλιον ὦ πιμελητὰ φιλάργυρε τὸν φακὸν ἕψειν,
μὴ πιτάμης τὰν χεῖρα διὰ πρίων τὸ κύμινον. i.
*Decoque lenticulam, ſatius tibi paſtor auare,*
*Quàm leſiſſe manus reſecas dum faſce cyminum.*

*Menander in pſeudo Hercule.*

Ἀσοργίαν ἔχει τινὰ ὁ σκληρὸς βίος. *Id eſt:*
*Inhumana res eſt duritas uitæ.*

*Apollodorus in Apocaſterunte.*

Ἀλλὰ χεδὸν ἐς τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν
εἴρηκας: ἐν φιλαργυρίᾳ γὰρ πάντ' ἔνι. *Id eſt:*
*Propemodum caput malorum nominaſti:*
*Auaritiæ etenim inſunt omnia.*

*Antipeanes.*

*O infelices illos, quibus lucri ergô*
*Turpia uidentur honeſtis præferenda:*
*Quippe prudentia accipiendo obnubilatur.* Id eſt:
ὦ δυστυχεῖς ὅσοισι τοῦ κέρδους χάριν,
ἐπίπροσθε ταἰσχρὰ φαίνετ' εἶναι τῶν καλῶν,
ἐπισκοτεῖ τῷ φρονεῖν τὸ λαμβάνειν.

*Menander in Dyſcolo Comœdia.*

*Diuitias rem inſtabilem commemoras:*
*Eas ſi tibi manſuras cenſes,*
*Perpetuò cuſtodi, neq; cuiquam*
*Hominum communices, ſolus ipſarum tibi dominus:*
*Si uerò ne teipſum quidem, licet omnia fortunæ bona habeas,*
*Quid eſt, ô pater, quod inuideas alicui?*
*Fortuna enim alij fortaßis alicui indigno,*
*Omnia quæ tu te nunc habes, te ſpoliato donabit:*
*Quapropter ſentio oportere te quàmdiu*
*Dominus es, & ipſis liberaliter uti pater,*
*Omnibus opem ferre, dites efficere*
*Per te quàm plurimos ut poßis amicos:*
*Hæc enim uirtus immortalis eſt: atq; ſi fortè*
*Exutus omnibus fortunis fueris,*
*Iterum ab illis, quos antè beaſti, capies.*
*Longè præſtantior eſt aperta uiri amicitia,*
*Quàm opertæ auri diuitiæ, quales tu defodiſti.*

*Euſebius Sardus.*

Vir, cui magnæ ſunt opes reconditæ, quibus pro ſuo arbitrio ad res neceſſarias uti non audeat, ſimilis eſt ærario quæſtori publicum theſaurum ſuum eſſe perſuaſo: quantum enim ad opinionem, ex æquo uterq; diues eſt, uſum uerò diuitiarum, qui proprius eſt poſſidenti, nõ hic magis quàm ille habet.

*Theopompus.*

Si dominus ampliſſimæ fortunæ triſtem uitam tranſigat, ne ille mihi omniũ qui ſunt, quiq; futuri ſunt hominum, eſt miſerrimus. Id eſt:
εἴ τις πλεῖστα τῶν ἀγαθῶν κεκτημένος, μετὰ τοῦ λυπεῖσθαι διάγοι τὸν βίον ἁπάντων ἂν εἴη καὶ τῶν ὄντων, καὶ τῶν ἐσομένων ἀθλιώτατοι.

*Democritus philoſophus.*

οἱ φειδωλοὶ τὰν τῆς μελίσσης σίτον ἔχουσιν ἐργαζόμενοι ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι. Id eſt:
Qui parci pręter modum ſunt, inſtar apicularum operantur, tanquam pertuò uicturi.

*Iddm.*

φειδὼ δὲ καὶ λιμὸς χρηστὴ ἐν καιρῷ δὲ καὶ δαπάνη γινώσκειν δὲ ἀγαθοῦ. Id eſt:
Parſimonia & eſuries bonæ, ſuo aũt tempore: ſumptus etiam porrò uir bonus diſcernet.

*Idem.*

Stolidi Parthorum filij ubi quid à patria conſuetudine exquiſita, & illa tena-

ci deciderint, perire ſolent, non ſecus q̃ qui inter gladios ſaltant, ſi uel ſemel aberrauerint in unico gladio, ubi pedibus niti debebant, intereunt. Eſt uerò difficilimum ne in uno quidem aberrare, cum ſola pedum anguſta ueſtigia relinquantur.

*Antiphon.*

εἰσί τινὲς, οἳ τὸν παρόντα μὲν βίον οὐ ζῶσιν, ἀλλὰ παρασκευάζονται πολλῇ σπουδῇ, ὡς ἕτερόν τινα βίον βιωσόμενοι, ὃν τὸν παρόντα καὶ ἐν τούτῳ περιλειπόμενος ὁ χρόνος οἴχεται. Id eſt: Non deſunt, qui præſentem uitam non uiuunt, ſed magno ſtudio ſe parant, ceu uitam quandam aliam uicturi: interea tempus ipſos deſerit.

*Metrodorus.*

Aliqui in uita præparant, quæ ad uitam pertinent, uicturi poſt id, quod uiuere dicimus: nõ aduertentes lęthale nobis omnibus ipſum generationis infuſum eſſe pharmacum.

*Democritus.*

βίος ἀνεόρταστος, μακρὰ ὁδὸς ἀπανδόκευτος. i. Vita ſine feſtiuitatibus, longa eſt ſine diuerſorijs uia.

*Plutarchus Cheronenſis.*

Veruntamen auaritia & tenacitas cogit aliquos domi repreſſis cupiditatibus apud alios ingurgitari ſumptuoſis alimonijs, ijſq; frui, ceu bello partis ſtrennuè commeſſando: Deinde malè affecti, poſtridianam cruditatem ꝓ mercede ingurgitationis habentes.

*Socrates.*

ὁ τοῦ φιλαργύρου πλοῦτος, ὥσπερ ὁ ἥλιος κατὰ δυσμὸν εὐφραίνει οὐδένα τῶν ζώντων. Id eſt Hominis auari diuitiæ, quemadmodum ſol poſt occaſum, neminem uiuentium exhilarant.

AVARI SVNT TVTORES ET CVſtodes, *non domini pecuniarum, & uita illorum ſimilis eſt conuiuio funerali.*

*Theocritus.*

τοὺς πολλοὺς τῶν πλουσίων ἔλεγεν ἐπιτρόπους εἶναι, ἀλλὰ μὴ δεσπότας τῶν χρημάτων. Id eſt: Dicebat multos diuites, non dominos rerum ſuarum, ſed tutores eſſe.

*Euſebius Sardus.*

Virum, qui magnas opes reconditas habuerit, nec aliam ob cauſam, quàm ut reponat, conquirentem, quo ſemper aliquid præſentibus addat, etſi locupletem, nihil tamen neq; ſui, neq; alterius utilitatis gratia inſumentem, haudquaquam diuitem eſſe dixerim, ſed cuſtodem, & alienis comparandis natum, qui ſæpenumero ſibi labores creet, & res nihil ad ſe pertinentes augeat.

*Xenophon Orator.*

Vt autem & hoc ſcias, ô Crœſe, ego non illos, qui plurima habent & cuſtodiunt plurima, feliciſſimos exiſtimo: nam hoc pacto, qui mœnia tuentur feliciſſimi forent, ut qui omnia in ciuitatibus cuſtodiant; ſed eum, qui tum plurima iure poſſederit, tum plurimis honeſtè fuerit uſus, quod ad pecunias attinet, feliciſſimum eſſe ſtatuo.

*Socrates philoſophus.*

ὁ τῶν φιλαργύρων βίος ἔοικε νεκροῦ δείπνῳ: πάντα γὰρ ἔχων, τὸν εὐφρανθησόμενον οὐκ ἔχει. i. Auarorum uita ſimilis eſt funerali conuiuio: omnia enim cum habeat, hominem, qui præſentibus hilariter fruatur, non habet.

*Epicurus philoſophus.*

Semel nati ſumus, bis naſci non licet, ſed neceſſarium eſt, ætatem finiri: Tu uerò qui ne craſtinum diem quidem in tua poteſtate habes, tempus differs. Omnium uerò uita cunctando perit: Et hinc eſt, quod unuſquiſq; noſtrum inter negocia moritur.

*Antiphon.*

Fama eſt, quod cum uidiſſet quidam alterum argenti multum ferre, rogauerit eum, ut ſibi mutuo daret, cum fœnore reddendum: ille uerò noluit, ut qui diffideret omnibus, & neminem iuuaret: Itaq; quodam in loco argentum recondit, & cũ animaduertiſſet quidam quid egiſſet, ſuffuratus eſt. Reuerſus igitur ille poſtea, qui pecuniam abſconderat, nihil inuenit, unde magno dolore motus eſt, ob calamitatem, tum & aliâs, tum quia roganti non mutuò dederat pecunias, quæ quidem ei ſalua manſiſſet, & inſuper attuliſſet fœnus: Cumq; incidiſſet in uirum, cui mutuare antè noluerat, infortunium ſuum deplorauit, utpote qui peccaſſet, & pœnitere ſe dixit, quod ei non obſequutus, ſed ingratus fuiſſet, & prorſus ei omne argentum interijſſe. Ille autem bono animo ipſum eſſe iuſſit, atque exiſtimare lapidem eodem loco depoſitum fuiſſe: omnino enim ne cum habebas quidem argentũ, eo utebaris: quamobrem

obrem etiam nunc ne putaueris te ulla re priuari: illud enim quo quis nec uſus, nec uſurus eſt, nihil ſiue præſens, ſiue abſens magis minuſue lædit. nam cum Deus alicui non perfectè bona largiri inſtituit, exhibita pecuniarum copia, bonæ mentis inopem facit, atq; ita ablato altero utriſq; priuat.

*Iouianus Pontanus de auaritia & auaris, in lib. de liberalitate.*

Illud autem de auaris rectè dictum conſtat, eos nec ſibi cõmodos eſſe, nec alijs: quibus tametſi comparandis conſeruandiſq; pecunijs nimium ineſt ſtudium, dandi autem uoluntas minima: non æquè tamen habendum ad rem idem cõſilium eſt omnibus. ſunt enim qui rebus ſuis parcentes, ſummo etiam ſtudio rei familiari conſeruandæ intenti, & quàm poteſt minimum de ſuo impendentes, ab alienis contineant, bonitate quadam naturæ ita uicti, ut re ſua contenti, nihil turpe, nihil contra leges, contraq; humanitatem habendi gratia faciant. Hos nominare parcos conſueuimus, eamq; animi inſtitutionem maiores noſtri dixère parſimoniam, quæ in priuatis quibuſdam tenuiq; in re conſtitutis, ac laborantibus multitudine liberorum, humaniſq; neceſſitatibus circumuentis, laudari meritò poteſt. In regibus uerò ac principibus & ijs ciuibus, quorũ res eſt opulentior, atq; auctoritas maior, quo modo laudari poſſit tam minuta diligentia, quæ panis etiam miculas colligit, nequaquam uideo.

Sergium Galbam quanquam alieni nõ appetetem, iure tamen ætas illa plurimũ carpſit, quòd ſuæ quidem pecuniæ parcus cum eſſet, publicè etiam auarus foret: neq; enim aut ſæcula illa, dignitaſq; ſenatoria, aut opulentum Galbæ patrimonium, eam parcendi ac conſeruandi diligentiam, nec aurea ſella tantam è publico auaritiam patiebatur.

Didij Iuliani maximi & potentiſſimi uiri ſordes quis ferat, qui porcellum, leporemúe dono ad ſe miſſum in triduanas partiretur cænas, ſæpe etiam, cum nulla religio aut abſtinendi cauſa ſubeſſet, leguminibus oleribuſq; ſolis contentus cænaret.

Pertinax Auguſtus dimidiatas lactucas et carduos apponere conuiuis eſt ſolitus: ac ſi quando ad amicos de cæna mitteret, binas tantum offulas, aut paucula poma: atq; ubi opiperè magis egiſſe uideri uellet, gallinaceos lumbos mitteret.

*Iouianus Pontanus de liberalitate.*

Plura eſſe auarorum genera. inter cæteros tenaces maximè fuiſſe ſordidum Martinum Pontificem: hunc enim clanculum cereos ſolitum extinguere, qui in diuerſis Baſilicæ locis ſuccenſi à miniſtris eſſent, nocturni luminis gratia. Porrò eundem, ut oleo parceret, inſtituiſſe, ut crudi familiaribus piſces à diſpenſatore in ſportula traderentur, quos antea coctos præbere mos fuiſſet: Vnde hodie quoq; decantari familiaris cuiuſdam eius uerſiculum:

*Vnam quiſq; ſuam digitis contrectat arengam.*

Quàm autem ridicula ac miſera talium uirorum uita ſit, Euclio ille Plautinus docet, qui aquam plorat cum lauat effundere, qui unguium præſegmina à tonſtrina domum referat.

*Bentinus uertit.*

*Aurum qui reperit, laqueum abijcit, alter amiſſo*
*Auro collo aptat, quem reperit, laqueum.*

*Auſonius.*

*Theſauro inuento, qui limina mortis inibat,*
*Liquit ouans laqueum, quo periturus erat:*
*At qui quod terræ addiderat, non repperit aurum,*
*Quem laqueum inuenit, nexuit & perijt.*

Εἰς φειδωλοὺς ἄδηλον.

πλουτεῖν φασί σε πάντες, ἐγὼ δέ σε φημὶ πένεσθαι·
χρῆσις γὰρ πλούτου μάρτυς ἀπολλόφανες,
ἂν μετέχῃς αὐτῶν σὺ τὰ γίγνεται, ἂν δὲ φυλάττῃς
κληρονόμοις, ἀπὸ νῦν γίγνεται ἀλλότρια. Id eſt.

*Te ditem appellant omnes, ego planè inopem te,*
*Nam facit uſus opes teſtis Apollophanes:*
*Si tu utare tuis, tua fiunt, ſin tua ſerues*
*Hæredi, tu iam nunc aliena facis.*

Εἰς φιλαργύρους.

πλάτωνος οἱ δὲ Ἀντιπάτρου.

χρυσὸν ἀνὴρ, ὁ μὲν εὗρεν, ὃ δ' ὤλεσεν ὧν, ὁ μὲν εὑρὼν
ῥῖψεν, ὃ δ' οὐχ εὑρὼν, λυγρὸν ἔδησε βρόχον.

Στατυλλίου φλάκκου.

χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν ἔλιπε βρόχον, αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
ὃν λίπεν οὐχ εὑρὼν ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.

*Laërtius interpres.*

*Depoſuit laqueos aurum uir nactus: at aurum*
*Non nactus, laqueis triſtia colla ligat.*

*Auſonius.*

*Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum,*
*Theſauriq; loco depoſuit laqueum.*
*At qui condiderat poſtquam non repperit aurum,*
*Aptauit collo quem repperit laqueum.*

Eraſmus in Chiliadibus, in prouerbio: Sera in fundo parſimonia, ita uertit:

*Plena ubi dolia ſunt, aut iam prope inania uini*
*Tum ſatiare, ſed in medio fac parcior eſto:*
*Abſurdum ſiquidem & graue in imo parcere fundo.*

*Alluſit huc Perſius Satyricus*
*2. ſatyra.*

*Donec deceptus & expes*
*Nec quicquam fundo ſuſpiret ſummus in imo.*

*Theocritus in Charitibus.*

κενεᾶς ἐν πυθμένι χηλοῦ. Id eſt: Vacuæ fundo capſæ: Scrinium inane ſignificans.

Seneca hanc prouerbialem ſententiam in 1. epiſtola refert: Sera in fundo parſimonia: digna profectò quæ omni ſcrinio, omni cado, omni cellæ penuariæ inſcribatur. Admonet in tempore parcendum rebus neceſſarijs, neq; imitandum profuſorum uulgus, qui tum deniq; incipiunt parcere, poſtquam uiderint minimum ſupereſſe.

*Cicero in paradoxis, cap. Quod ſolus ſapiens ſit diues.*

ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.

Dij immortales, non intelligunt homines, quàm parſimonia magnum ſit uectigal.

*Salomon in prouerb. cap. 13.*

Opes prodigalitate minuuntur, & parſimonia augentur.

*Lucianus.*

ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων:
ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας
φειδοῖ, καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο. Id ē:

*Tanquam moriturus tuis bonis fruere,*
*Tanquam autem uicturus, parce tuis poſſeßionibus:*
*Eſt autem uir ſapiens hic, qui ambo hæc cognoſcens,*
*Parſimoniæ & ſumptui menſuram parauit.*

*Thomas Morus ita reddidit uerſibus Elegiacis.*

*Vtere diuitijs tanquam moriturus, & idem*
*Tanquam uicturus parcito diuitijs.*
*Parcere diuitijs qui tempore nouit & uti,*
*Ille modum ſeruans inter utrunq; ſapit.*

# TEMPVS.

## TEMPORIS IACTVRA grauißima.

*Seneca lib. 1. epiſtolarum.*

ITA fac ergo mi Lucili, uindica te tibi, & temp⁹, quod adhuc aut auferebatur, aut ſurripiebatur, aut excidebat, collige & ſerua. Perſuade tibi hoc ſic eſſe, ut ſcribo, quædam tempora ſurripiuntur nobis, quædam ſubducuntur, quędā effluunt: turpiſſima tamen eſt iactura, quæ per negligentiam fit, etſi uolueris attendere, maxima pars uitæ elabitur malè agentibus, magna nihil agentibus, tota uita aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod precium tempori ponat? qui diem æſtimet? qui intelligat ſe quotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem non proſpicimus, magna pars eius iam præterijt, quicquid ætatis retrò eſt mors tenet. Fac ergo mi Lucili, quod facere te ſcribis, omnes horas complectere: ſic fiet, ut minus ex craſtino pēdeas, ſi hodierno manum inieceris: Dum differtur, uita tranſcurrit. Omnia, mi Lucili, aliena ſunt: tempus tantum noſtrum eſt, in huius rei unius fugacis ac lubricæ poſſeſſionem natura nos mittit: ex qua expellitur quicunque uult, & tanta ſtultitia mortalium eſt, ut quæ minima & utiliſſima ſunt, certè reparabilia imputari ſibi cum perire patiantur. Nemo ſe iudicat quicquam debere, qui tempus accepit: cum interim hoc unum eſt, quod nec gratus quidem poteſt reddere &c.

M. Varro dicere ſolebat, nullam iacturam eſſe grauiorem, præſertim ſcienti, quàm temporis.

## AETATE FRVENDVM.

*Seneca in Hippolyto Tragedia.*

*Aetate fruere, mobili curſu fugit.*
*Optimos uitæ dies*
*Effluere prohibe, propria deſcribit Deus*
*Officia, & æuum per ſuos ducit gradus.*
*Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem.*

*Idem in eadem Tragœdia.*

*Dum licet, utere, tempus ſed tacitum ſubruit, horaq;*
*Semper præterita deterior ſubit.*

HODIE VIVENDVM.

*Marcialis lib. 1. ad Iulium.*

*Non benè diſtuleris, uideas quod poſſe negari,*
*Et ſolùm hoc ducas, quod fuit eſſe tuum.*
*Expectant, curæq́; catenatiq́; labores,*
*Gaudia non remanent, ſed fugitiua uolant,*
*Hæc utraq; manu complexuq́; aſſere toto*
*Sæpe fluunt, immò ſic quoq; lapſa fluit.*
*Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere, uiuam,*
*Sera nimis uita eſt craſtina, uiue hodie.*

Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.

*Virgil. in 3. Georgicorum.*

*Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui*
*Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſq; ſenectus,*
*Et labor & duræ rapit inclementia mortis.*

*Eodem libro.*

*Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.*

*Idem 10. Aeneidos.*

*Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus,*
*Omnibus eſt uitæ: ſed famam extendere factis,*
*Hoc uirtutis opus.*

*Ouidius lib. 15. Fabula 4.*

*Plenaq; uentis*
*Vela dedi, nihil eſt toto quod perſtet in orbe:*
*Cuncta fluunt, omnisq; uagans formatur imago:*
*Ipſa quoq; aſſiduo labuntur tempora motu,*
*Non ſecus ac flumen: neq; enim conſiſtere flumen,*
*Nec leuis hora poteſt, ſed ut unda impellitur unda,*
*Vrgeturq; eadem ueniens, urgetq; priorem:*
*Tempora ſic fugiunt, pariter, pariterq; ſequuntur,*
*Et noua ſunt ſemper, nam quod fuit ante relictū eſt,*
*Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.*
*Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas*
*Omnia deſtruitis, uiciataq; dentibus æui*
*Paulatim lenta conſumitis omnia morte.*

*Ouid. lib. 6. Faſtorum:*

*Tempora labuntur, tacitiſq; ſeneſcimus annis,*
*Et fugiunt freno non remorante dies.*

*Idem 3. lib. de arte amandi.*

*Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ,*
*Sic nullum uobis tempus abibit iners.*

*Eodem libro.*

*Eunt anni more fluentis aquæ,*
*Nec quæ præterijt, hora redire poteſt.*
*Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas:*
*Nec bona tam ſequitur, quàm bona prima fuit.*

*Idem lib. 1. de ſine titulo.*

*Labitur occultè, fallitq; uolatilis ætas,*
*Et celer amiſſis labitur annus equis.*

*Seneca in Hippolyto.*

*Chorus uolat ambiguis mobilis alis*
*Hora, nec ulli præſtat uelox fortuna fidem.*

*Auſonius ad Gallam puellam.*

*Seneſcimus, effugit ætas,*
*Obrepit non intellecta ſenectus.*

*Nec reuocare potes, qui periêre dies.*

*Idem.*

*Miramur perijſſe homines: monimenta fatiſcunt,*
*Mors etiam ſaxis nominibuſq; uenit.*

*Eraſmus Centuria 1. Chiliadis primæ.*

Seruire ſcenæ prouerbialiter dicitur, pro eo quod eſt ſeruire tempori, & rebus præſentibus ſeſe accommodare. Tranſlata ab hiſtrionibus fabularum metaphora, qui non ſuopte ingenio agunt, ſed hoc unum ſpectant, ut quouis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi, exibilandiq́;.

*Cicero in epiſt. ad Brutum, cuius initium: Fungerer eo officio &c.*

Tibi nunc populo & ſcenæ, ut dicitur, ſeruiendum eſt: nam in te non ſolùm exercitus fui, ſed omnium ciuium ac penè gentium coniecti ſunt oculi.

Porrò ſeruiendum eſſe tempori uiro ſapienti, monuit & Phocylides. (Tempori ſeruiendū eſſe.)

*καιρῷ λατρεύειν μὴτ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισιν.* .i.
*Temporibus ſemper cautus ſeruire memento,*
*Nec reflare uelis aduerſum flamina uenti.*

Metaphora hæc ducta eſt à nauigantibus, quos neceſſe eſt ſemel ingreſſos mare, uentorum atq; æſtus arbitrio ferri, fruſtra conaturos ſi uelint aduerſus iſta pugnare. Huic affine eſt: uti foro, pro eo quod eſt præſentem rerum ſtatū boni conſulere, & utcunq; ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. (Ad noſtra tempora accommodatiſſimū)

*Terentius in Phormione.*

Sciſti uti foro. Donatus uulgare prouerbium admonet eſſe, ductamq; metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commertij præſcribunt, quanti uēdunt, quæ aduehunt, ſed ſecundum annonam fori, quam deprehenderint, conſilium de non uendendis, aut uendendis mercibus ſumunt.

*Seneca.*

Vtamur foro, & quod ſors feret, æquo feramus animo.

*Polypi mentem obtine.*

*πουλύποδος νόον ἴσχε.*

Prouerbium, quo iubemur pro tempore, alios atq; alios mores, alium atq; alium uultum ſumere: Quod in Vlyſſe uidetur Homerus laudare, qui cum *πολύτροπον* appellat, id eſt, moribus uerſatilibus. Adagium natum à piſcis huius ingenio, de quo meminit Plinius lib. 9.

cap. 29. Lucianus in ſermone Menelai ac Prothei, ſcribunt illum mutare colorem, maximè in metu: nam perſequentibus piſcatoribus, petris affigit ſeſe, & cuicunque petræ adhæſerit, eius colorem corpore imitat̃, uidelicet ne queat deprehēdi. Sumptum hoc prouerbium ex Theognide, cuius hoc eſt diſtichon de Polypo, quem citat Plutarchus in libello περὶ φιλίας, id eſt, de multorum amicitia.

*πουλύποδος νόον ἴσχε πολυπλόκου ὃς ποτὶ πέτρῃ*
*τῇ προσομιλίζει, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.* Id eſt:

*Mentem habeat uaſri Polypi, qui protinus illa,*
*Si quibus admouit ſaxa, colore refert.*

Clearchus in prouerbijs, teſte Athenæo, citat hoc diſtichon tacito autoris nomine.

*πουλύποδος μοὶ τέκνον ἔχων νόον ἀμφίλοχ' ἥρως*
*τοῖσιν ἐφαρμάζων ὧν κεν πρὸς δῆμον ἵκηαι.* Id ē:

*Polypi ingenio mihi ſis nate Amphiloche heros,*
*Vt temet populo quemcunq; acceſſeris aptes.*

Citat idem carmen Plutarchus ex Pindaro, unde & uerſus ille prouerbialis celebratur.

*ἄλλοτε δ' ἀλλοῖον τελέθειν καὶ χώρῳ ἕπεσθαι.* .i.
*Proq; loco nunc hunc fieri, nunc expedit illum.*

Qui nos admonet, uti nos ad omnem uitæ rationem accommodemus, ac Protheum quendam agamus, prout res poſtulabit, in quamlibet formam transfiguremus.

*Plutarchus.*

*ἀλλοῖος γίνομαι.* Id eſt: In diuerſam ſententiam eo.

Ariſtophanes in Phito, monet uiuendum eſſe, *τρόποις ἐπιχωρίοις*, id eſt, moribus, regionibus ac uernaculis. Eodem pertinet & illud: *νόμος καὶ χώρα*, id eſt: Lex etiam ipſa regio.

Philippi filius Alexander in Caliſthenem philoſophum, nequaquam ſeſe accommodantem aulæ regiæ moribus, ſed & dictis & geſtu præ ſe ferentem nihil ibi placere, dixit hunc uerſiculum:

Elegans ſententia. *μισῶ σοφιστὴν, ὅς τις οὐχ αὑτῷ σοφός.* Id eſt: *Sapientem ego odi, qui ſibi ſapit nihil.* Eraſmus, lib. 4. Apophthegmatum.

Referunt hiſtorici in Alcibiade feliciſſimam quandam & admirandam fuiſſe morum & ingenij dexteritatem, qui ſic Polypum agebat, ut Athenis dicterijs & ſalibus luderet, equos aleret, comiter & eleganter uiueret. Idem apud Lacedæmonios radebatur, pallium geſtabat, frigida lauabat, apud Thraces belligerabatur ac potabat: ubi uerò perueniſſet ad Tiſaphernem, delicijs, mollicie, faſtuq; iuxta gentis morem eſt uſus.

Eſt quædam difficilis ac præfracta moroſaq; ſimplicitas imperitorum, qua poſtulant, ut omnes ubiq; ipſorum duntaxat moribus uiuunt, & quicquid alijs placet, id damnant: immemores adagij illius, *νόμος καὶ χώρα.* quo ſignificatur, unicuiq; regioni quædam peculiaria eſſe inſtituta, quę hoſpites non damnare, ſed pro uirili noſtra imitari debeamus: neq; autem quiſq; exiſtimet hoc adagio doceri fœdam adulationem, qua quidem omnibus omnia aſſentantur, aut uitioſam morum inæqualitatem, quam Horatius eleganter taxat in ſermonibus: quanquam hiſtorici notant in Catilina, atq; in Anedio Caſſio imperatore, deniq; literæ diuinæ, in quouis improbo, cum aiunt: Stultum perinde ac Lunam immutari, cum ſapiens Solis exemplo ſui ſemper ſit ſimilis. Saluſtius.

Rurſum eſt honeſta quædam ratio, quā boni uiri nonnunq; moribus alienis obſecundant, ne uel odioſi ſint, uel prodeſſe nō poſſint, aut ut è magnis periculis ſemet aut ſuos eximāt: Quemadmodum fecit Vlyſſes apud Polyphemum multa ſimulans, apud Procum mendicū agens. Item Brutus adſimulata ſtoliditate: Dauid etiam ſimulata inſania. Quin & D. Paulus Apoſtolus ſancta quadam iactantia gloriatur, hac pia uafricie ſeſe uſum eſſe, atque omnia factū omnibus, ut omnes Chriſto lucrifaceret.

Nihil tamen uetat in notandis uitijs uſum Adagij latius trahere, nempe in homines uerſatili quodam ingenio natos, qui talem ubiq; perſonam induunt, quales ſunt ij, cum quibus contigit agere, quod genus eleganter deſcripſit Plautus in Bacchidibus.

*Nullus, inquit, frugi eſſe poteſt homo,*
*Niſi qui & bene & malè facere tenet.*
*Improbus cum improbis ſit, harpager*
*Furibus furetur quod queat:*
*Verſipellem frugi conuenit eſſe hominem.*
*Pectus cui ſapit, bonis ſit bonus, malis ſit malus:*
*Vtcunq; res ſit, ita animum habeat.*

*Eupolis apud Athenæum.*

*Ἀνὴρ πολίτης πουλύπους ἐς τὸν τρόπον.* Id eſt:
*Vrbanus homo, qui moribus ſit Polypus.*

Plu-

Plutarchus in cauſſis moralibus cauſſã reddit cur hoc accidat piſci, ut ſeſe ſubinde mutet: atq; ſimilem quendam Metaphoram duxit à Chameleonte Ariſtoteles li. 1. Moralium: ait enim ſi quis à fortuna pendeat, cum illa ſubinde mutetur, futurum, ut ueluti Chamæleon quiſpiam identidem uarietur, nunc felix, nunc miſer, utcunq; fors alio atq; alio uultu reſpexerit: ita hunc quoq; uultum atq; animum mutare. De Chameleonte meminit Plinius lib. 28. cap. 8. Scribens hoc animal magnitudine fermè par eſſe Crocodilo: cæterum ſpinis acutioribus, curuatura & caudæ amplitudine diſtare: nullum inquit animal pauidi' eſt, & ideo uerſicoloris eſſe demutationis. Plutarchus in cōment. de adulatione ſcribit Chamæleontem quamuis imitari colorem, prærterquàm candidum.

*Philippides in Philippo.*

ὁ κοινὸς ἰατρός σε θεραπεύσει χρόνος. *Id eſt.*
*Tempus te ſanabit, qui communis eſt medicus.*

*Menander Comicus.*

πάντων ἰατρὸς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
χρόνος ἐστὶν οὗτος καὶ σὲ νῦν ἰάσεται, *Id eſt:*
*Medicus omnium neceſſariorum malorum*
*Tempus eſt, quod tibi quoq; nunc medebitur.*

*Diphilus.*

λύπης δὲ πάσης γίνετ' ἰατρὸς χρόνος, *Id eſt:*
*Tempus omni mæſtitiæ medetur.*

*Philetas in Cerere.*

ἀλλ' ὅτ' ἐπὶ χρόνος ἔλθῃ. ὃς ἐκ Διὸς ἄλγεα πέπτειν
ἔλλαχε, καὶ πενθέων φάρμακα μοῦνος ἔχει
καὶ γάρ τις πλείοιο κορεσσάμενος κλαυθμοῖο
κήδεα δειλαίων εἷλεν ἀπὸ πραπίδων, *Id eſt:*
*Quum tempus aderit, quod à Ioue ut dolores cōcoquat*
*Deſtinatum eſt, & ſolum luctus remedia continet:*
*Nam qui miſerabili fletu ſatur fuerit,*
*Ille miſeras curas expectorat.*

*Dies adimit ægritudinem.*

Menedemus in ἑαυτὸν τιμωρούμενος Terētiana nominatim adagij uice refert inquiens: profectò ingenio egregiè ad miſeriã natus ſum, aut illud falſum eſt, q̄d uulgo audio dici: diem adimere ægritudinē hominibus. Eodem ſpectaſſe uidetur, Sophocles in Æiace Flagellifero χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θεός, Id eſt: Tēpus enī̄ facilis deus, uidelicet quod omnia leniat, molliatq;.

*Ouidius.*

*Quod male fers, aſſueſce, ferè bene multa uetuſtas*
*Lenit.*

*Euripides in Alceſtide.*

χρόνος μαλάξει σε, Id eſt: Tempus dolorē leniet. Eraſmus in Chiliad. 2. Centuria 5.

*Vergilius in elegia de obitu*
*Mecænatis.*

*Tempora diſpenſat uſus, & tempora cultus,*
*Hæc homines, pecudes, hæc moderantur aues.*

*Ouidius lib. 1. de remedio amoris.*

*Temporibus medicina ualet: data tempore proſunt,*
*Et data non apto tempore uina nocent.*
*Quin etiam accendas uitia irritesq; uetando,*
*Temporibus ſi non aggrediare ſuis.*

*Celtis lib. 4. Amorum, elegia 14.*
*ad Barbaram.*

*Sed uelut à libræ deſcendens ſydere Phœbus,*
*Mundus habet cœlo languidiore dies.*
*Sic mea iam uergens ſub ſydera pigra Bootes*
*Aetas, iam teneris uiribus ægra caret.*
*Nec Triuges ſic pellit equos per Pannonis oras*
*Vngarus, ut celeri tempora noſtra fluunt.*
*Omnia tempus alis, rapis omnia nata per orbem,*
*Omnia perpetuo cardine ſæcla ferens.*
*Tempore langueſcunt flores, & tempore ſurgunt,*
*Tempore mammoſum pectus abire ſolet.*
*Pratorum ſpoliatur honos, cum tempore pallent*
*Gramina, & effœta terra faciſcit humo.*
*Sic mihi iam ſolidæ tenuantur tempore uires:*
*Enecat Herculeos curua ſenecta uiros.*

*Tempus omnia mollit. Ouidius in 4. de*
*triſtibus, ad Amicum.*

*Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri,*
*Præbet & incuruo colla premenda iugo.*
*Tempore paret equus lentis animoſus habenis,*
*Et placido duros accipit ore lupos.*
*Tempore Pœnorum compeſcitur ira Leonum,*
*Nec feritas animo, quæ fuit ante, manet.*
*Quæq; ſui iuſſis obtemperat Inda magiſtri*
*Bellua, ſeruitium tempore uicta ſubit.*
*Tempus ut extentis tumeat facit uua racemis,*
*Vixq; merum capiant grana, quod intus habent.*
*Tempus & in canas ſemen producit ariſtas,*
*Et ne ſint triſti poma ſapore facit.*
*Hoc dentem tenuem terram renouantis aratri,*
*Hoc rigidos ſilices, hoc adamanta terit.*
*Hoc etiam ſæuas paulatim mitigat iras,*
*Hoc minuit luctus, mæſtaq; corda leuat.*

Cuncta poteſt igitur tacito pede lapſa uetuſtas,
Præterquam curas attenuare meas:
Nam neq; ſunt uires, nec qui color eſſe ſolebat,
Vix habeo tenuem, quæ tegat oſſa cutem.
Corpore ſed mens eſt ægro magis ægra maliq;
Incircumſpectu ſtat ſine fine ſui.
Vna tamen ſpes eſt, quæ me ſolatur in iſtis,
Hæc fore morte mea non diuturna mala.

Epitaphium Diogenis Philoſophi.

Γηράσκει καὶ χαλκὸς ὑπὸ χρόνου, ἀλλὰ σοῦ οὔτι
κῦδος ὁ πᾶς αἰὼν Διόγενες καθελεῖ
μοῦνος ἐπεὶ βιοτᾶς αὐτάρκεια δόξαν ἔδειξας
θνητοῖς καὶ ζωῆς οἴκων ἐλαφροτατον, Id eſt:
Aera quidem abſumit tempus, ſed tempore nunquam
Interitura tua eſt gloria Diogenes.
Quandoquidem ad uitam miſeris mortalibus æquam,
Monſtrata eſt facilis te duce, & ampla uia. Laërtius lib. 6. de uitis Philoſophorum.

De edacitate temporum, Conradus Celtis lib. 3. odarum 26. de antiquitate Treueris ad ciues.

O quanta ueſtris mœnibus inclytis
Obliterata eſt gloria principum
Viri Treuerenſes, Moſellæ
Qui gelidum bibitis liquorium.
Romam uidebar cernere corrutam,
Rurſus ruina dum ferre impiger
Per porticus, portas, & aulas,
Perq; palacia priſca regum:
Paßim per agros quæ modo concidunt
Feruntq; celſis culminibus ſuis,
Tholisq; ſummis atriorum
Arboreos frutices & herbas.
Idola diuûm uidimus inclyta
Inſcripta ſacris ſub titulis ſuis,
In plateis heu nullo honore
Marmoris recubare ſaxis.
Sepulchra Græcis uidi Epitaphijs
Inſcripta buſta & ſtare ſub hortulis,
Et mœnibus ſacrata functis,
Vrna ſuprema reperta in agro eſt
Auara quid non tempora deuorant?
Tulere metas Herculis Aeneas,
Nos noſtraq; inuoluunt ruinis
Perpetuo rapiente cœlo.

Luſcinius:

In ſex procedat labor horas, ſeptima lucis
Graios Zethi monet, uiuere poſt Genio.

Pictorius.

Dum longum tibi polliceris æuum,
Differs præcipitem referre greſſum,
Ne tandem in foueam ruas, memento
Solum temporibus Deum iubere.

Idem ad Laurentium:

Quo te cunq; die nil ſancti egiſſe uidebis,
Hunc tibi laurenti deperiſſe puta.
Iſta nec in minimis, ponas diſpendia damnis,
Aere poteſt nullo uel breue tempus emi.

Nulla dies ſine linea, Fauſtus Andrelinus.

Nulla dies abeat, quin linea ducta ſuperſit,
Non decet ignauum præteriſſe dies.

Plato de tempore.

αἰὼν πάντα φέρει, δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν
οὔνομα καὶ μορφὴν καὶ φύσιν ἠδὲ τύχην, Id eſt:
Omnia fert ætas: quid enim non deterat æuum?
Fortunam faciem, nomen & ingenium.

Aliter B. Amantius Doctor.

Omnia fert ætas, fortunaq; formaq; nomen,
Ingenij & dotes quàm ſubitò intereunt:

Vel ſic.

Omnia fert ætas, mutant quoq; ſecula nomen,
Et genus & formam diuitiasq; ſimul.

ἄδηλον.

τῆς ὥρας ἀπόλαυε, παρακμάζει ταχὺ πάντα
ἓν θέρος, ἐξ ἐρίφου τραχὺν ἔθηκε τράγον, Id eſt:
Horis perge frui labentibus, en breuis æſtas
Ex hœdo rigidum perficit una caprum.

Aliter.

Aeſtas una poteſt hœdum mutare tenellum
Hircus ut exiſtat, gaudia carpe puer.

εἰς ὥρας ἄδηλον.

ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται, αἱ δὲ μετ᾽ αὐτὰς
γράμμασι δεικνύμεναι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

Volaterranus.

Sex horæ tantum rebus tribuuntur agendis,
Viueq; poſt illas, littera Zetha monet.

Vincentius Obſopæus.

In ſextam labor uſq; horam: nam quæ inde notantur
Litterulis, uitæ commoda habere iubent:

Alciatus.

Sex horas iuſto conſtat ſatis eſſe labori
Viuere, ſed reliquæ Grammata Zytha docent.

TIMOR.

## Timiditas. δειλία. Metus. Ignauia. Pauor.

ARISTOTELES IN LIBELlo de uirtutibus.

Δειλία δ' ἐστὶ κακία τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν ἐκπλήττονται ὑπὸ φόβων τῶν περὶ θάνατον, Id eſt:

Ignauia uel timiditas uitium eſt animoſæ partis, quo conſternātur periculis, prçſertim mortis.

Ibidem.

Ignauia autem eſt, quouis metu facilè percelli, & mortis maximè, & noxarū corporis, & arbitrari præſtabilius eſſe, quomodocunque ſeruari, quàm pulchrè mortē obire. Comitatur autem ignauiā mollities, effeminatio, torpor, uitæ ſtudium, ſubeſt etiam quædam timiditas, & contentionis detractio.

Timor, græcis φόβος, eſt metus mali impendentis. Cicero in Tuſc. Quæſtio. Secūdum Ariſtotelem 2. Ethicorum, eſt expectatio mali, & 2. Rheticorū, eſt ex imaginatione futuri mali corruptiui, ac dolorem inferentis perturbatio quædam ac dolor. Timor inter cæteros animi motus poſt triſtitiam, magis obtinet rationem paſſionis, & eſt ſpecialis paſſio. Timidus eſt, qui cuncta fugit & formidat, nullique reſiſtit. Ariſtoteles 2. Ethicorum.

Cicero lib. 1. de legibus.

Quid contemptius timiditate?

Idem in Paradoxis.

Tu dies noctesque cruciaris, cui non ſat eſt, quod eſt: & ipſū quod habes, ne diuturnum ſit futurum, times.

Idem lib. 2. Nouæ Rheto.

Tres peſtes ſunt, quę oēs homines ſolicitant, metus, cupiditas, & ægritudo. Satis enim fuerat & dixiſſe metum, cupiditatem: quoniam ęgritudinem cum utraque re coniunctam eſſe neceſſe eſt.

Lactantius lib. 2. diuinarum inſtitutionum.

*Timiditas in ſapiente eſſe non debet.*

Plautus in Muſtellaria.

*Qui homo timidus erit in rebus dubijs,*
*Is nauta non erit.*

Lucanus lib. 8. Pharſaliæ.

*Multos in ſumma pericula miſit,*
*Venturi timor ipſe mali: fortiſſimus ille eſt,*
*Qui promptus metuenda pati.*

Iuuenalis Satyra decima.

*Quid enim ratione timemus?*
*Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te*
*Conatus non pœniteat, uotique peracti?*

Sophocles in Acriſio.

*Clamatúe hic aliquis: heus, heus,*
*Audite, ſed temere forſan gannio:*
*Homini enim timido nihil non obſtrepit.*
ἅπαντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ.

Euripides in Meleagro.

δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ
ἀριθμόν, ἀλλ' ἄπεισι, κἂν παρῶσ' ὅμως, Id eſt:
*Viri timidi nullum habent in pugna*
*Numerum, ſed præſentes abſunt.*

Sophocles in Phrygibus.

τοὺς εὐγενεῖς γὰρ κἀγαθούς, ὦ παῖ, φιλεῖ
ἄρης ἐναίρειν, οἱ δὲ τῇ γλώσσῃ θρασεῖς
φεύγοντες ἄτας ἐκτός εἰσι τῶν κακῶν:
ἄρης γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν λογίζεται, Id eſt:
*Generoſos & fortes, ô fili, ſolet*
*Occidere Mars: qui uerò lingua ſunt audaces,*
*Cladem fugientes, ſecuri ſunt à malis:*
*Mars nanque timidos pro nihilo reputat.*

Euripides in Iphigenia, in Tauris.

*Haud ſanè ſapientem eſſe illum iudico, qui moriturus*
*Miſericordia metum mortis ſuperare uult.*

Idem in Phryxo.

ἀνὴρ δ' ὃς εἶναι φὰς ἀνὴρ, οὐκ ἄξιον
δειλὸν κεκλῆσθαι, καὶ νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον, Id eſt:
*Tu quidam uirum te eſſe dicis, ſed indignum eſt uiro*
*Timidum uocari, & morbo laborare turpi.*

Theognis Poeta.

πολλὰ παρὲξ εἴωθε λόγος θνητοῖσι βροτοῖσι
πλάσματα τῆς γνώμης Κύρνε ταρασσομένης. i.
*Multa proferre ſolet oratio mortalibus hominibus*
*Errata, ô Cyrne, cum animus perturbatus eſt.*

Philemon in Enchiridio.

κακὰ μὲν ὄψις ἐστὶ, δειλαῖαι φρένες, Id eſt:
*Eſt trepidus uultus, & latent intus præcordia timida.*

Sophocles.

οὐ τοῖς ἀθύμοις ἡ τύχη ξυλλαμβάνει, Id eſt:
*Timidos fortuna non iuuat.*
*Degeneres animos timor arguit.*

Animus metu cupiditateuè preſſus ſuis bonis haud frui ualet. Horatius in epiſtol. lib. 1. epiſtola ad Lollium.

*Qui cupit aut metuit, iuuat illum ſic domus aut res,*
*Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram:*
*Auriculas cytharæ collecta ſorde dolentes:*
*Syncerum eſt niſi uas, quodcunq; infundis aceſcit.*

*Seneca in Troade.*

*Miſerrimum eſt timere, cum ſperes nihil.*

*Item.*

*Leuius ſolet timere, qui propius timet.*

*Laodomia Proteſilao apud Ouidium Epiſt. 13.*

*Nos ſumus incertæ, nos anxius omnia cogit,*
*Quæ poſſunt fieri, facta putare timor.*

*Idem 6. Faſtorum.*

*Abſtulerat uires corporis ipſe timor.*

*Epiſtola 14. Hypermeſtra Lino.*

*Vires ſubtrahit ipſe timor.*

*Octauo Aeneidos Vergilius.*

*Fugit ilicet ocior Euro,*
*Speluncamq; petit, pedibus timor addidit alas.*

*Ouidius lib. 3. Faſtorum.*

*Exilit & uelox humili ſuper aula feneſtra*
*Te iacit: audacem fecerat ipſe timor:*
*Cumq; metu rapitur tunica uelata recincta*
*Currit ut auditis territa dama lupis.*

*Martialis lib. 11. in Theleſpho.*

*Quid ſi me tonſor cum ſtricta nouacula ſupra eſt,*
*Tunc libertatem, diuitiasq; roget,*
*Promittam: nec enim rogat illo tempore tonſor,*
*Latro rogat, res eſt imperioſa timor.*

*Statius lib. 3. Thebaid.*

*Inuigilant animo, ſceleriſq; parati*
*Supplicium exercent, curæ tunc plurima uerſat*
*Peſſimus in dubijs augur timor.*

*Ouidius de Ponto, ad amicum innominatum.*

*Deſine mitem animum uano infamare timore,*
*Sæua quid in placidis ſaxa ueretis aquis?*

*Seneca in Hercule furente.*

*Turbine magno ſpes ſolicitæ*
*Vrbibus errant, trepidiq; metus.*

*Vergilius lib. 12. Aeneid.*

*Illi membra nouus ſoluit formidine torpor,*
*Arrectæq; horrore comæ, & uox faucibus hæſit.*

*Idem 3. Aeneidos.*

*Tum uero ancipiti mentem formidine preſſus*
*Obſtupui: ſteteruntq; comæ, & uox faucibus hæſit.*

*Ouidius lib. 6. fabula 1. de Aragne.*

*Quid mihi tunc animi miſeræ fuit, anne quod agnæ eſt,*
*Si qua lupos audit circum ſtabula alta frementes?*
*Aut lepori? qui uepre latens hoſtilia cernit*
*Ora canum, nullos audet dare corpore motus.*
*Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus,*
*Ceruleæq; cadunt toto de corpore guttæ.*

*Idem lib. 1. Faſtorum.*

*Tum ſacer ancipiti mirandus imagine Ianus,*
*Bina repente oculis obtulit ora meis.*
*Extimui, ſenſiq; metu riguiſſe capillos,*
*Et gelidum ſubito frigore pectus erat.*

*Lucianus lib. 1. belli Pharſal.*

*Diriguere metu, gelidos pauor occupat artus,*
*Et tacito multos uoluunt in pectore queſtus.*

*Idem lib. 4.*

*Tum frigidus actus*
*Alligat, atq; animum ſubducto robore torpor.*

*Plautus in Amphytrione.*

*Timeo, totus torpeo:*
*Non ædipol nunc ubi terrarum ſim ſcio, ubi roger.*
*Nec miſer me commouere poſſum præ formidine.*

*Idem in Truculento.*

*Neq; uiuus, neq; mortuus ſum,*
*Nec quid nũc faciam ſcio, neq; ut hinc abeã, neq; ut ad hanc adeam ſcio: timore torpeo.*

*Terentius in Andria.*

*Pamphilus. Vix ſum apud me, ita animus cõmotus eſt metu,*

*Statius lib. 2. Thebaid.*

*Solue metus animo, dabitur mihi crede merentum*
*Conſilijs tranquilla dies.*

*Idem 5. Thebaidos.*

*Talia cernenti mihi, quantus in oſſibus horror,*
*Quiſue per ora color? qualis cum cerua cruentis*
*Circumuenta lupis, nullum cui pectore molli*
*Robur, & inuolucri tenuis fiducia curſu*
*Præcipitat, ſuſpenſa fugam iam iamq; teneri*
*Credit, & eluſos audit concurrere morſus.*

*Socrates.*

ὁ μὲν δειλὸς καθ' ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα ἔχει, ὁ δὲ ἀνόητος τὰ χρήματα, Id eſt:

Timidus quidem arma contra ſeipſum habet, ſtultus autem pecunias,

*Plutarchus, de animi tranquillitate.*

Quemadmodũ timidi, & qui nauſeæ nauigando obnoxij ſunt, exiſtimantes ſe meliuſculè habituros, ſi ex acatio in gaulã, ruſumq; ſi in triremẽ cõmigrarint, nihil tamẽ proficiũt, bilẽ, timiditatẽq; ſecũ circumferentes: Ita aliud uitæ genus non eximit animo ea, quibus grauatur & perturbatur: hoc eſt, rerũ inſcitiã, & rationis imperfectionẽ, ac id uitiũ q̃d non poteſt, neque callet rectè præſentibus uti: hæc ſunt

ſunt quæ diuites grauant, ac pauperes.

*Sophocles Tragicus.*

*Timiditas, ubi quid periculi de uita*
*Locum habens dicendi contrariam cauſſam,*
*Et os ipſum coràm hominibus obſtupefactum reddit*
*Et animum, ea quæ lubet, dicere non permittit:*
*Nã qui ſecus fecerit, periclitat, hic uero manet illæſus:*
*Atq; hoc periculi ſubterfugere me oportet:*
*Præmium enim uitam meam proponi uideo.*

*Idem in Archelao.*

ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν, ἡ κακή, τ' ἀνανδρία
οὔτ' οἶκον, οὔτε πόλιν ὀρθώσειεν, *Id eſt:*
*Vita mollis & mala timiditas*
*Neq; domum neq; ciuitatem rectè gubernauerint.*

*Antiſthenes Philoſophus.*

ὅσις γ' ἑταίρους δέδοικε, δοῦλος ὢν λέληθεν ἑαυτῷ, *i.*
*Quiſquis alios metuit, ſeruus eſt, licet neſciat.*

*Diogenes Cynicus.*

Omnia ſanè mala plus terrere ſolẽt eos, qui ipſa futura expectãt, quàm, ubi iã acciderint, moleſtare. Metus eñ tã improbus eſt, ut multi rẽ, quã metuunt, ipſimet anticipent: ut qui in naui tempeſtate periclitantur, nõ expectata ſubmerſione nauis, manus ſibi prius inferunt.

ὑπερίδης ὁ ῥήτωρ ἔφησε τὴν ἀγωνίαν τοῦ λέγειν πέδην εἶν, Id eſt:

Hyperides orator, timorem eſſe uinculum orationis, aiebat.

*Antiphon.*

Morbus timidis hominibus eſt loco facti: ægrotantes enim ad agendum prodire non coguntur.

*Hierocles in lib. de Iuſtitia.*

Age uideamus, an ut homines timidi iuſti ſint, fieri poſſit: nam qui animo ipſis contrario ſunt, hoc eſt, audaces, iniuſtos eſſe deprehẽdimus, eo quod plurima per uim faciant. Eſt autẽ timiditas corruptio legitimi iudicij de rebus metuendis aut non metuendis: aut ignorantia terribilium, non terribiliũ & neutrorum. Quomodo igitur, qui corruptis & illegitimis opinionibus in uita detinentur, iuſti eſſe poſſent? Nõ enim quas uis res rectè æſtimabunt, non permittente ipſos animi timore quamlibet quæſtionem aggredi.

*Demetrius.*

Fingamus exempli cauſſa, belligeranti & in acie ſtanti, hinc fortitudinem, illinc timiditatem aſſiſtere, quantum putas diuerſas orationes habebunt? Nonne fortitudo quidem permanere iubebit, & ordinem ſuum conformare? ſed ingruũt tela, ſuſtinendum eſt: at uulnerabor, tolerato: ſed moriar, morere potius, quàm relinquas aciem. Hæc oratio dura uidetur, & immitis: cõtra uerò timiditatis, humana profectò, atq; mollis. nimium enim recedere iubet trepitantem: ſed ſcutum ægrè fero: abijcias. moleſtat me thorax: ergo reſolue. Cui non hæc uerba benigniora uiderentur, quàm illius? uiden ut hic magnũ ſit utrinq; diſcrimẽ, ſed qs neſcit huiuſmodi quidẽ munus perniciosũ ſuſcipientibus eſſe: contrarium uerò ſalutare.

*Seneca in Octauia.*

*Iuſtum eſſe facile eſt, cui uacat pectus metu:*
*Magnum timoris remedium clementia eſt.*

*Pontanus in libello de fortitudine bellica & Heroica.*

Qui uerò minus extimeſcit, eum timidum ac meticuloſum dicimus: qui nec in eo ſolum peccat, quod etiã non metuenda pauitas, ſed quod ea, quę timẽda ſunt, nequaquam ut oporteat timeat: itaq; trepidat, horreſcit, pallet, fugit animus, metu membra quatiuntur: quæ res efficit, ut quàm hic à metu uincitur, tam illic à fiducia deſeratur: nec ſolum uiribus defectus, uerumetiam ſpe deſtitutus. ſiquidẽ cuncta nimium formidantem, neceſſe eſt ſpe quoq; deſtitui. Habet metus animi fractionem, & quaſi fugam: itaq; metiuloſos non res ſolum atq; pericula, uerum rumores ipſi etiam incerti & uani, & roſæ (ut dicitur) umbra perſæpe terret.

TRAN-

ἡσυχία. Quies.

TRanquillitas pars [m]āſuetudinis eſt, qua mites ac ſedati ab omni perturbatione animi ſunt.

*Ludouicus lib. 3. de enumeratione affectuum.*

Affectus ſunt animorū motus, uel actu uel poteſtate: ac ui nō haberi ꝑ affectib' æquanimitatem & tranquillitatē cordis, ut manſuetudinem, ſecuritatem: quippe quæ non ſint motus: nec opera affectus nuncupari, nec naſci ex iudicio, ſed eſſe naturalia, prout quiſq; eſt animi habitus: ut fletum in mœrore, exanimationem in metu, exultationem & geſticulationē in lætitia immodica.

*Euripides in Antiope.*

ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ μὴ πράσσειν παρὸν
μῶρος, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα, *Id eſt:*
*Quiſquis multa agit ubi ceſſare liceret,*
*Stultus eſt, cum iucundè poſſet tranquillus uiuere.*

*Idem in Iphigenia.*

ζηλῶ σε γέρον, ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον βίον
ἐξεπέρασ' ἀγνὼς ἀκλεής,
τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἧσσον ἐπαινῶ, *Id eſt:*
*Felicem te ſenex prædico, & unumquemq; qui uitam periculis uacuam*
*Tranſegit ignotus, obſcurus:*
*Minus autem laudo in honoribus conſtitutos.*

*Idem in Heraclidis.*

*Quamuis remoti ætherem habitantes,*
*Inſpiciunt tamen res mortalium cœlicolæ.*

*Græcè.*

ἀλλ' ὅμως αἰθέρα ναίοντες
ὁρῶσι τὰ βροτῶν οὐράνιδαι.

*Idem in Oenomao.*

ὁ πλεῖστα πράσσων, πλεῖσθ' ἁμαρτάνει βροτῶν. *i.*
*Qui plurima facit, is & plurimum peccat.*

*Epicharmus in Antomalo.*

*Quies & tranquillitas gratioſa res eſt,*
*Et uicina temperantiæ.*
ἁ δ' ἡσυχία χαρίεσσα,
καὶ σωφροσύνης πλατίον οἰκεῖ.

*Menander in hydria.*

*Quàm iucunda res eſt ei, qui malos mores odit,*
*Solitudo, & cogitanti nihil*
*Mali ſatis magna poſſeſſio eſt ager bene nutriens:*
*Cæterum æmulatio uulgi, & urbana uoluptas, ſplendida quidem eſt, ſed breue tempus durat.*

*Pindarus in hymnis.*

*Communem ciuium ſtatum aliquis in tranquillitate ſitū relinquens,*
*Diligenter inquirat per mortem quietis*
*Sacrum lumen, ſeditionem à pectore*
*Tollens, paupertatis cauſſam*
*Liberorum educationi infenſam.*

*Cercides in Hemianidis.*

*Immemor huius dicti, rugoſæ teſtudinis.*
*Vere enim domus chara eſt & optima.*
τὸ τᾶς ῥικνᾶς χελιόνας ἀμνάμονα
οἶκος γὰρ ἄριστος ἀλαθέως καὶ φίλος.

*Bion in Bucolicis.*

*Ignoro, neq; enim conuenit quæ non dicimus agere,*
*Si pulchra mea carmina ſunt, uel illa ſola*
*Gloriam mihi adferent, quæ iam antea fatū mihi dedit:*
*Sin illa non probantur, quid eſt, quod amplius laborē*
*Nam ſi nobis uiuendi duo tempora dediſſet*
*Siue Iuppiter, ſiue Parca uerſuta, ita ut ageretur*
*Alterum cum lætitia & gaudio, alterum cum labore,*
*Liceret poſt labores aliquando bonis frui:*
*Si uerò Dij unum duntaxat tempus uiuendi annumerāt*
*Hominibus, idq; breue & perquàm anguſtum,*
*Quàm diu uah miſeri labores, & opera inſumimus*
*Quo uſq; animum ad lucra & artes*
*Applicamus, ſemper deſiderando multò maiores opes*
*Omnes ſanè obliti ſumus mortales nos eſſe natos,*
*Et breue tempus fato nobis conceſſum.*

*Apollonius ad Dionyſium.*

καλὸν πρὶν παθεῖν διδαχθῆναι πηλίκον ἐστὶν
ἡσυχία, *Id eſt:*
*Pulchrum ante malum acceptum, cognoſcere quantum bonum ſit quies.*

*Aeſchilus in uinculis Poomethei.*

τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην, *Id eſt:*
*In rebus inutilibus noli fruſtra laborare.*

*Plutarchus in libro de tranquillitate.*

Commodiſſima eſt tranquillitas cùm ad alia, tū ad ſcientiā, & prudentiæ exercitationem: non cauponariā, ſed magnā illam, quæ Deo ſimilem reddit ſui participē. Exercitia enim, quę in ciuitatib', et inter hominum turbas fiunt, dicendi facultatē acriorem, quę nihil aliud eſt, quā calliditas, augent: ita, ut qui in ipſa excellunt, urbanis negocijs ueluti à coquis farciti & uariati, in miniſteria quæuis abſurda abeāt. Solitudo aūt gymnaſiū exiſtēs ſapiētiæ, bene inſtituit mores, format, & dirigit hominū animos. nihil em̄ impedimenti habent, quo min' promoueāt: neq;

ad leges multas, & paruas offendentes à rectitudine inflectuntur, ut animi ciuitatibus incluſi: ſed in in aëre puro, & ut plurimum extra hominum conſuetudinem agentes in rectum ſurgunt, & pennas producunt, limpidiſſimo, & leuiſſimo liquore tranquillitatis irrigati, in quo diuiniores mentis diſciplinæ puriores cõſpiciuntur: hanc ob cauſſam Deorũ quoq; delubra antiquitus conſecrata, in locis maximè ſolitarijs, primi homines conſtituerunt, ut in primis muſarum Panis, nympharũ Apollinis, & omniũ, qui muſicæ præfecti ſunt Dij, utpote ſeparantes diſciplinas, à moleſtis & nefarijs quibuſdam rerum urbanarum negocijs.

*Idem, in opere eodem.*

Ille qui dixit ad uitam tranquillè agendam non multum agere oportere, nec priuatim nec publicè, hic primo magno nobis parabilem animi tranquillitatem facit, utpote inertia uenalem, & tanquã ægrotum unumquemq; hortans uerſu illo tragico:

*Mane miſelle tuis in lectis immotus. id eſt.*

*Μένε ὦ ταλαίπωρε ἀτρέμας σοῖς ἐν λεμνίοις.*

*Eraſmus lib. 7. Apophthegmatum.*

In ſomnis uiſus eſt Stilponi philoſopho Neptunus iratus, quod non immolaſſet Hecatomben, quemadmodum mos erat: at philoſophus hoc uiſo nihil perturbatus, reſpondit, quid ais Neptune? ita'ne ueluti puer huc uenisti cum tua quærimonia, quod pecunia mutuo ſumpta non expleuerim nidore ciuitatem? atq; pro rei familiaris modulo ſacrificaui tibi apuas aliquot: ad hæc arridẽs Neptunus, uiſus eſt illi arrepta dextra dixiſſe, in tuam gratiam ingentem apuarum prouentum largiar ciuitati Megarenſium, quod & eueniſſe tradunt.

*Ibidem.*

Demetrius Antigoni filius cum Megerã cepiſſet, iuſſit Stilponis domum ſeruari indemnem: admonitus igitur Stilpon, ut libellum daret rerum omnium quas amiſiſſet: Ego, inquit, nihil bonorum meorum amiſi, nam eruditio & eloquentia mihi ſunt incolumes, quod hæc uerè ſunt οἰκεῖα. hoc eſt, domeſtica propriáq; bona.

*Euripides Tragicus.*

*Quiſquis enim uictum poſſidens abundè,*
*Rem quidem domeſticam ſocordia ſua neglexerit,*
*Cantibus autem delectatus, id unum ſecutus fuerit,*
*Vir ille in domo quidem & ciuitate ocioſus erit,*
*Amicis uerò nullus: perit enim natura ubi quis à dulcedine uoluptatis uincitur.*

*Idem, in Hyppolito.*

*Quæ bona ſunt ſcimus, & cognoſcimus,*
*Sed opere non facimus, alij propter pigritiam,*
*Alij uoluptatem honeſtati præponentes*
*Aliquam aliam, ſunt enim multæ uoluptates uitæ,*
*Et longæ confabulationes, ac ocium iucundum malum.*
*Τὰ χρηστ᾽ ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν*
*οὐκ ἐκπονοῦμεν δ᾽ οἱ μὲν ἀργίας ὕπο,*
*οἱ δ᾽ ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ,*
*ἄλλοι τινὶ εἰσὶ δ᾽ ἡδοναὶ πολλαὶ βίου*
*Μακραί τε λέσχαι καὶ σχολὴ τερπνὸν κακόν.*

*Philemon.*

*O Cleon deſine nugari, ſi diſcere diſtuleris.*
*Vitam tuã ope deſtitutam omni imprudenter efficies:*
*Neq; enim nauta, ſi non per undas uectus apprehenderit terram,*
*Vnquàm ſeipſum ſeruare poterit, neq; uir pauper,*
*Qui nullam didicit artem, tuto uiuere poteſt.*
*Sed pecunias poßidemus, at illæ cito pereunt,*
*Sũt enim prædia, & domus: an ignoras fortunæ uices,*
*Quæ diuitem hodie, mendicum facit in craſtinum?*
*Quod ſi noſtrũ aliquis ad portum fortunæ appulerit,*
*Demittit anchoram, ſecuritatis gratia:*
*Sin temere iactatus inepto flatu feratur,*
*Nullam in ſenectute paupertatis auxiliarem habebit ſalutem.*
*Sed fortè dices, ſodales, amici, & familiares mihi per Iouem*
*Collationem conferent: quin tu potius opta non periculum facere de amicis:*
*Sin minus noſces teipſum, aliud nihil eſſe quàm umbrã.*

*Heſiodus in operibus, & diebus.*

*τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἀνέρες ὅσις ἀεργὸς ζώῃ Κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὀρμὴν ὅντε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἔδοντες.* id eſt:

*Illi pariter indignātur & dij & hoïes, quiſquis ocioſus*
*Vixerit, fucis abſq; aculeis ſimilis ſtudio,*
*Qui apum opus ſine labore comedunt.*

*Sophocles in Iphigenia.*

Τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν ἀγορὰ σχολὴ
Θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται, id eſt.
*Nihil boni parit ocium inane:*
*Deus enim ociantibus haud adſiſtit.*

*Menander in Epitrep.*

ἀργὸς δὲ ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος πολὺ
ἐστ' ἀθλιώτερος· διπλάσια γοῦν ἐσθίει μάτην,
id eſt.
*Homo ſanè ocioſus, quàm febricitans multò*
*Miſerior eſt: bis enim tantum comedit inutiliter.*

*Alexis poeta.*

*Quicunq; gaudet edere quotidie ſemper,*
*At facere nullum opus dignum, ſed circuire in ocio*
*Ferians, inſenſiſsimum eſt uitæ malum.*

*Græcè.*

ὅστις ἥδεται γὰρ ἐσθίων ὁσημέραι ἀεί, χοὐ ποιεῖν τῶν σιτίων;
ἐπάξιον μηδὲν περινοστεῖν δὲ σχολὴν
ἄγοντα τῷ ζῆν πολεμιώτατον κακόν.

*Euſebius.*

Σῶμα ἀργία τίκτει ψυχὴν διαμελλησμοῖς ἀσκήσιος, τὴν αὐτὴν αἴροντων πρὸς τὸ θεοειδέστατον.
id eſt.

Ocium tabefacit corpus, animam uero ſocordia: exercitatio uerò ad ſpeciem deo ſimillimam ipſam euehit.

*Euripides in Antiope.*

*Multi mortalium hoc uitij habent,*
*Vt quamuis mente ſapiant, nolint tamen obſequi*
*Animo ſuo, ut plurimum ab amicis uicti.*
Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν
γνώμῃ φρονοῦντες, οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν
ψυχῇ, τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

*Heſiodus in operibus.*

Multa uir ocioſus uana ſpe ductus, dum eget uictu, mala ſecum ipſe meditatur.
*Spes autem inutilis indigentem uirum fouet,*
*Sedentē in conuenticulis, cui non ſatis uictus ſuppetit.*

*Idem in Menalippe.*

ἀργὸς πολίτης κεῖνος, ὡς κακὸς γ' ἀνήρ·
ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα
βίον δύναιτ' ἂν συλλέγειν ἄνευ πόνων, id eſt.
*Idem eſt ocioſus & malus ciuis.*
*Nullus enim ocioſus, quamuis ore deos prædicans,*
*Colligere uictum ſine laboribus poteſt.*

Anaxarchus inquiebat, ſi quis alterum audire inprecantem ſibi manus & pedes inutiles, iratum illi proculdubio fore: diuites autem, cum re ipſa manus ſuas pedeſq; faciant inutiles, interim ob hoc ipſum ſe beatos exiſtimare.

*Xenophon lib. 3. de factis & dictis Socratis*

Quum uero de ocio, quidnam ſit conſideraret, ut plurimum dicebat ſe deprehendere omnes aliquid facere: etenim pro teſſeris, quiq; riſu excitando uacāt, aliquid faciunt, nihilominus huiuſmodi omnes ocioſos dicebat: liceret nāq; iſtis dimiſſis meliora agere: à melioribus uero ad peiores migrare, nulli ocium eſſe: ſiquis aūt migret, hunc id malè facere negotijs implicitum.

*Idem lib. 4.*

Socrates aſſerebat operarium eſſe utile ac bonum homini, ocium uero eſſe damnoſum & malum: præterea boni quippiam facientes operari dicebat, & opifices bonos eſſe; aleatores autem, uel aliud quippiam prauum et noxium agētes, ocioſos nominabat. Quare Heſiodus rectè dixiſſe uideri debet.

Nequaquam dedecet operari, ſed ocia probroſa ſunt.
ἐκ δὲ τούτων ὀρθῶς ἂν ἔχοι ἔργον δὲ οὐδὲν ὄνειδος ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.

*Plutarchus in lib. de animi tranquillitate.*

Cum noxium eſt medicamentum corpori, ſepulta illa ſegnicies, tum nihil melius animæ medicus eſt ægritudinis & turbulentiæ torpor & mollitia, ſocordiaq; amicorum neceſſariorum, patriæq; deſertrix. Itaq; ne Epicurus quidem hominibus ambitioſis auidiſq; gloriæ, ut ſe ocio dedant, autor eſt, ſed ut ad gerendā Rempub. natura duce accedant: tales enim nequaquam æquo animo inturbidoq; laturos, ſi ea de re orbatos eſſe, quā in prmis concupierint.

*Bacchilides.*

ἀνάπαυσις ἐστὶ τῶν κακῶν ἀπραξία, id eſt:
Quies eſt omnium malorum ocium.

## λύπη. mœror. mæſticia.

*Menander.*

Ουκ ἔστι λύπης, ἐάν τις ὀρθῶς τις σκοπεῖ
ἄλγημα μεῖζον τῶν ἐν ἀνθρώποις φύσει, id eſt.

Nulla eſt, ſi quis recte conſideret, quàm triſtitia maior ægritudo ſuapte natura inter humanas res.

*Euripides.*

λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσιν νόσους. Id eſt:
*Mœrores morbos pariunt hominibus.*

*Idem in Antrope*

οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ
Βροτοῖς ἅπασι, κἂν θυραῖος ὢν κυρῇ, Id eſt:
*Omnes calamitates miſericordiam cient*
*Cun`is hominibus, & ſi quis externus fuerit.*

*Ibidem.*

ἄνθρωπος ὢν οὐδεὶς ἄλυπος τὸν βίον διήγαγεν, Ideſt:
*Homo exiſtens nullus ſine moleſtia uitam tranſegit.*

*Antiphanes.*

λύπη μανίας ὁμότοιχος εἶναι μοὶ δοκεῖ, id eſt.
*Triſtitia inſaniæ uicina mihi eſſe uidetur.*

Triſtitia ſiue mœror eſt animi de malo præſenti contractio: uel de eo quod iam habetur, pro præſenti perturbatio: eſt hæc omnino lætitiæ contraria. eadē à Cicerone ægritudo nominatur: comites mœroris ſeu triſtitiæ ſunt: fletus, planctus, gemitus. Affectio hæc frigida eſt & ſicca, idcirco inualeſcit in frigidis temporibus & locis, omninoq́ in ijs quæ ingenium obtinent melancholicū, ut in autumno & hyeme, & tempore nubilo, & de nocte, tum ad ſeptemtrionem, in quibus regionibus plures abſumit mœſtitia, quàm in Hiſpania, uel Italia: tollitur mœror uel triſticia uel malo ſublato, uel reddito amiſſo bono, aut rebus lætis maioribus affluentibus, quas non pluris æſtimemus, quàm illas, quarum abſentia dolebamus.

Diluitur ijs etiam, quæ tepefaciunt atram bilem, ut cibis calidis & humentibus, uino potiſſimum, de quo eſt in ſacris literis, da uinum mœſto. Item oblectamentis quoq́ uiſus uel auditus, ut cœlo aperto, campis & pratis patentibus, muſica itē auerſione cogitationis, ut in negotijs & narratiunculis lepidis, recto iudicio, nempe reputatione nō eſſe tātum malum, nec tanti eſſe, ut ſic nos affligamus. Viues lib. 3. de anima.

*Menander alias Philemon.*

*Multorum malorum cauſſa omnibus eſt ſuapte natura*
*Triſtitia: propter hanc etiam inſania oboritur*
*Multis, & ægritudines incurabiles:*
*Interficiunt etiam aliqui ſeipſos præ triſtitia.*
*Quam quod infert mœrorem maius eſt, quàm unde*
*ſperatur ſalus.*

*Seneca de moribus.*

Triſtitiam, ſi potes, ne admiſeris: ſed ſi non potes, omnibus non oſtentes.

*Menander.*

βιοῦν ἀλύπως θνητὸν ὄντ᾽ οὐ ῥᾴδιον, id eſt.
*Viuere ſine triſtitia mortali homini non eſt facilè.*

*Idem.*

τὸ ζῆν ἀλύπως ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς, id eſt:
*Viuere ſine triſticia uiri eſt fortunati.*

*Ouidius de Ponto lib. 1. Elegia ultima.*

*Vnda locusq́ nocent, & cauſſa ualentior iſtis,*
*Anxietas animi, quæ mihi ſemper adeſt.*

*Cleænetus poëta, qui ſcripſit*
*Argonautica.*

λύπη γὰρ ὀργή τ᾽ εἰς ἕνα ψυχῆς τόπον
ἐλθόντα μανία τοῖς ἔχουσι γίνεται, id eſt.
*Triſticia & ira ubi in unum animæ locum*
*Conuenerint, furorem ſibi obnoxijs pariunt.*

*Philemon Syracuſanus Poeta.*

*Heu mihi: nam ipſa triſtitia hanc uocem*
*Statim ut uidetur triſtanti extorquet:*
*Quod ſi quis triſtanti obuius illum iuſſerit*
*Saluere, reipſa, & neceſſariò flere ipſum iubet.*

*Idem.*

Νόσον πολὺ κρεῖττόν ἐστιν, ἢ λύπην φέρειν. id eſt:
*Morbum ferre multo ſatius eſt, quàm triſticiam.*

*Euripides in œnomao.*

*Iſtud ante omnia diſcendum eſt primum,*
*Vt euentus rerum non ægrè aut iracundè feramus:*
*Huiuſmodi uir optimus eſt, & calamitates ipſum minus mordentes*
*Verum hæc dicere quidem nouimus, reipſa autē præſtare difficillimum eſt.*

*Alexis poeta*

λύπη μανίας κοινωνίαν ἔχει τινί, id eſt:
*Triſtitia nonnihil cum inſania commune habet.*

*Euripides in Oreſte.*

λύπη μάλιστά γ᾽ ἡ διαφθείρουσά με:

Δεινὴ γὰρ ἡ θεός, ἀλλ' ὅμως ἰασμός, id eſt:
Triſtitia potiſſimum perdor:
Grauis enim Dea eſt, ueruntamen curabilis.

Apollodorus in Paralogiſmenis.

οὐ δεῖ λέγειν μακάριον τὸν χρήματα
ἔχοντα πλεῖστα, τὸν δὲ μὴ λυπούμενον. id eſt.
Non appellandus eſt felix, qui pecunias
Habet plurimas, ſed qui non triſtatur.

Menander Comicus.

πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις κακῶν
ὄντων μέγιστόν ἐστιν ἡ λύπη κακῶν, id eſt:
Quum natura cunctis hominibus mala multa
Hæreant: maximum eſt triſtitia malum.

Philemon poeta.

Ἀγαθὴ γὰρ λύπη καθ' αὑτοῖς ἀναπλάσαι
Ἀτεχνῶς διπλάσια τῆς ἀληθείας κακά.

Triſtitia per ſe reddere poteſt duplo ſanè maiora quàm reuera ſint mala.

Pindarus in Olympionicis.

αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ παρέπλαξαν καὶ σοφόν. id eſt.
Animi perturbationes uel ſapientem uirũ ſeduxerũt.

Amphis in Philadelphis.

Ἄπολλον, ὡς δυσάρεστόν ἐστι λυπούμενος
ἄνθρωπος ἐφ' ἅπασίν τε δυσχερῶς ἔχει. id eſt.
O Apollo, quàm moroſus eſt triſtitia captus
Homo, & in omnibus difficilis.

Apollodorus in Galatis.

Vbi quis doles, illuc animum conuertit:
Triſtantibus enim & ſolicitis hominibus
Quælibet nox uidetur diu durare.

Græcè ſic ſonant.

ὅπου τις ἀλγεῖ κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει:
Τοῖς γὰρ λυπουμένοις τε καὶ μεριμνῶσιν
ἅπασα νὺξ ἔοικε φαίνεσθαι μακρά. id eſt.

Alexis.

Triſtitiæ pluſquam mediocres
Exturbare mentem ſolent.

Poſidippus in Myrmice.

οὕτω τι πολύπουν ἐστὶν ἡ λύπη κακόν, id eſt.
Adeo multiplex uanumq; malum eſt triſtitia.

Idem in ſimilibus.

ἔργον γε λύπην ἐκφυγεῖν· ἡ δ' ἡμέρα
ἀεί τι καινὸν εἰς τὸ φροντίζειν φέρει. id eſt:
Difficile eſt triſtitiam effugere, dies autem
Perpetuò ſecum nouas curas adfert.

Antiphanes.

ἅπαν τὸ λυποῦν ἐστὶν ἀνθρώπῳ νόσος,
ὀνόματα δ' ἔχουσα πολλά, id eſt.
Omne triſtificum morbus eſt homini:
Multis autem uarijsq; nominibus appellatur.

Euphrautes Syrus amiſſa uxore dicebat, ô philoſophia, tyrannica ſunt præcepta tua, amare iubes, & ſi quis amiſerit quod amabat, dolere prohibes.

Græcè ſic.

Τὴν γυναῖκα ἀποβαλὼν ἔλεγεν ὦ φιλοσοφία,
τυραννικά σου τὰ ἐπιτάγματα, λέγεις φίλει,
κἂν ἀποβάλῃ τις λέγεις μὴ λυποῦ.

Socrates interrogatus quomodo quis ſine moleſtia uitam ageret, negauit id ullo modo fieri poſſe, non enim licet, dixit, ciuitatem aut domum inhabitanti, & hominibus conuerſanti ſine moleſtijs degere.

Πῶς ἄν τις ἄλυπος διάγοι τοῦτο ἀδύνατον, εἶπεν: οὐ γὰρ ἐστὶ πόλιν ἢ οἰκίαν οἰκοῦντα, καὶ ἀνθρώποις ὁμιλοῦντα μὴ λυπεῖσθαι.

Sophocles in Eriphyle.

Quomodo mortalis ego fortunam impugnabo diuinam
Vbi calamitas nihil ſpe iuuatur.

Idem in Aeiace.

Sua intueri mala,
Vbi alius nemo ſimiliter patitur,
Ingenteis ciet dolores.

Græcè hæc eadem.

Τὸ γὰρ ἐ[illegible]λέυσσιν οἰκεῖα πάθη
Μηδενὸς ἄλλου παραπράξαντος
Μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει.

Euripides in Antiope.

Intelligo autem quæ patior, ut hoc ipſum non leue malum eſt.
Ignorantia enim uoluptatis aliquid habet
In homine ægrotante, & inſcitia lucrum eſt in rebus aduerſis.

Græcè ita habent.

φρονῶ ἃ πάσχω καὶ τὸ δ' οὐ σμικρὸν κακόν,
τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονήν ἔχει τινά,
Νοσοῦντα κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία,

VERI-

*Veritas Deo gratiſſima.*

QVOD aũt ueritas ſit optima, & apud deũ maxima, cum plurimi demonſtrant, tum Homerus his uerſibus.

ὀυ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον ὀυδ' ἀπατηλὸν ὀυδ' ἀτελέυτητον ὅ,τι κὲν κεφαλῇ κατανέυσω.

*Iuppiter loquitur.*

*Non equidem noſtrum eſt, aut detrectabile uerbum*
*Decipiens'ue aut imperfectum quod probo nutu.*

In quæ carmina eius enarrator hæc dicit: tres ſunt cauſſæ, ob quas promiſſis non ſtamus, aut enim aio fallendi dicimus, uel nos poſtea pœnitet, ſeu certè, uolẽti præſtare quod promiſit, deeſt facultas.

Prima eſt malę uoluntatis, ſecunda infirmi iudicij, tertia impię facultatis. Hęc omnia minimè deo conueniunt, qui ob bonitatem non decipit, ob ſtabilitatem non retractat, ob potentiam imperfectum non reliquit.

*Aeſchylus.*

ἁπλᾶ γὰρ ἐστι τῆς ἀληθέιας ἔπη. id eſt.
*Simplicia ſunt uerba ueritatis.*

*Euripides.*

ἁπλοῦς ὁ λόγος τῆς ἀληθέιας ἔπη. id eſt.
*Simplex eſt ſermo ueritatis.*

*Menander.*

ἔρχεται ἀληθὲς εἰς φῶς ἐνίοτε οὐ ζητούμενον. i.
Venit in lucem ueritas non quæſita. Sacri quoq; libri idem dicere uidentur, nihil occultum, quod non reueletur: quapropter poetæ filiam temporis ueritatem dixere.

*Sophocles.*

*Loquaris ſemper uera, nec unquam dubita:*
*Mortalium nemo ob id decipiet,*
*Nam iuſta lingua robur immenſum habet. uertit hos ſenarios Volaterranus.*

*Apollonius Delio.*

ψεύδεσθαι ἀνελεύθερον ἀλήθεια γενναῖον. id eſt.
Mentiri illiberale, ueritas generoſa: uide Stobæum de ueritate.

*Serenus in commentarijs, uel memorabilibus dictis.*

Plato dulciſſimum auditorium ueritatem dicebat id eſt: ἥδιστον εἶναι τῶν ἀκουσμάτων τὴν ἀλήθειαν.

Polemon autem longè dulcius dicere, quàm audire ueritatem, id eſt: πολὺ ἥδιον εἶναι τοῦ ἀκούειν τὸ λέγειν τ' ἀληθῆ.

*Plato de legibus.*

Veritas apud Deum, hominesq; bonorum omnium potiſſima eſt, cuius in primis eum participem eſſe oportet, qui futurus eſt felix. Infidelis eſt autem, cui mendaciũ uoluntarium exiſtit amicum, cui inuoluntarium ſtultus: utrumq; igitur fugiendum, cum uterq; tam infidus, quàm imprudens non ſit amandus.

*Menander in Nannis.*

ἀλήθεια θεῶν ὁμόπολις μόνη θεοῖς συνδιαιτωμένη. id eſt.
Veritas cœliciuis eſt, & ſolo fruitur conuictu deorum.

Theophraſtus Chius (ut ſcribit Aelianus de ua. Hiſto.) uenit legatus Lacedęmoniam, uir alioquin iactator & laſciuus, ut qui ſenectutem diſſimulans canos infecerat: Archidamus igitur ſurgens in ſenatu, quid, inquit, ueri hic dicet, qui etiam capillis mentitur. Magi apud Perſas maximum Deum colunt, quem uocant Oromagden, corpore quidem homini ſimilem, anima ueritati.

Pythagoras interrogatus quidnã hoĩes potiſſimũ ſimile dijs faciãt: cũ uera, inquit, loquẽtur. Thales Mileſiꝰ interrogatus, quantum mendacium à ueritate diſtaret: quantum, ait, oculi ab auriculis: planè inferens occulatum fidem præſtãtiorem eſſe, quàm aurata eſt: ex Stobæo. Legitur & in ſacris libris Zorobabelis Iudæi apud Darium regẽ ſententia omnibus prælata, qui ueritatem omnium fortiſſimam dixit.

Nullæ duæ res inter ſe tam amicæ & concordes ſunt, quàm uirtus & ueritas: nempe germanæ à deo genitæ, & humanis mentibus ſicut utiliſſimæ, ita etiam integris iucundiſſimæ. Viues li. 2. de aĩa.

*Viues de contemplatione lib. 2.*

Veritas maximè conuenit menti.

*Idem lib. 2. cap. de ratione.*

Rationis meta in contemplatione ueritas eſt, in agendis autem bonum. Poſterior hæc ex collatione uerorum & bonorum profert iudiciũ, collatione hac

uerorum & bonorum carent beluæ, ut quę ad primum oblatum bonum rapiuntur: noſtrum porrò iudiciũ cunctatur atq; ambigit, & ſiſtit, & reuocat ſe ſe.

Vir uerus quis? in quo nihil effœminatum, nihil efferatum, nihil mendax, nihil quod non uirtutis uim præſeferat, & intra ſe ferat. Marſilius Ficinus lib. 1. Epiſt. ad Bartholomæum Fontium.

*Idem lib. 5. epiſt. ad Franciſcum Sodernium.*

*Veritas uirum reddit dignitate dignum.*

*Veritas liberè proferenda.*

*Syrus in Heautontimor. quin nolo mentiare:*
*Apertè ita ut res ſe habet narrato.*

*Veritas nunquam latet.*

ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος. id eſt:

Veritatem tempus in lucem eruit. Matthæi cap. 10. Nihil opertum quod non reuelabitur, & occultum, quod non ſcietur.

*Menander in Nannis.*

*Adſit autem ueritas*
*Tibi ac mihi res omnium iuſtiſſima.*
*Veritas cœli ciuis eſt, et ſola fruitur cõuictu deorum.*

*Græcè.*

Ἀλήθεια δὲ παρέστω
Σοὶ καὶ ἐμοί, πάντων χρῆμα δικαιότατον,
Ἀλήθεια θεῶν ὁμόπολις, μόνη θεοῖς συνδιαιτωμένη.

*Pindarus Lyricus.*

Veritas principia magnę uirtutis promouet, ne itaq; pactum meum aſpero mendacio labefactes.

*Ex Gnomis Monaſtichis.*

Ἐλευθέρου γὰρ ἀνδρὸς τ' ἀληθῆ λέγειν, id eſt.
*Ingenui uiri eſt uera dicere.*
Ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τ' ἀληθῆ λέγει,
Πίστιν δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν, id eſt:
*Lingua aberrans uerum loquitur.*
*Fidem ubiq; ſeruato.*

*Bacchylides.*

Lapis Lydius aurum indicat, hominum uero uirtus, & omnipotens ſapientia eſt ueritas.

*Menander in Rhapizomeno.*

Venit ueritas in lucem non quæſita, i.
ἔρχεται τ' ἀληθὲς εἰς φῶς ἐνίοτ' οὐ ζητούμενον.

*Idem in Hypobolomæ.*

*Semper eſt optimum, uera loqui*
*Quouis tempore: hanc ego moneo*
*(At tuto uiuendum) præcipuam eſſe partem, id eſt,*
Ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τ' ἀληθῆ λέγειν
Ἐν παντὶ καιρῷ τοῦτ' ἐγὼ παρεγγυῶ
Εἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖστον μέρος.

*Euripides in Phœniſſis.*

*Simplex eſt ueritatis oratio,*
*Nec uarijs eget interpretationibus, bifariam*
*Eſt enim opportuna per ſe: contra ſermo iniuſtus*
*Cum æger in ſeipſo ſit, Pharmacis indiget iniuſtis.*

*Græcè eadem hæc.*

ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ κ' οὐ ποικίλων
δεῖ τ' ἀδίκ' ἑρμηνευμάτων:
ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὑτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

*Iamblichus philoſophus.*

Veritas quidem, ut græcũ eius ethymon indicat, circa deos & incorruptam deorum actionem uerſatur: iſta uero, quæ ſequitur opiniones, idolopæia (ut inquit Plato) hoc eſt, immaginaria quædam perſuaſio circa res prophanas & obſcuras oberrat: & illa quidem formis intelligibilibus, diuinis, & reuera entibus perficitur: hæc uero ad informe nõ ens & aliâs aliter ſe habens reſpicit, ac hallucinatur circa ipſa: itẽ illa id ipſum quod eſt contemplatur. hæc uero qualis uulgo homini uidetur, talem ſubit apparentiam: ideo illa menti conuerſatur, & quod intellectus in nobis eſt particeps auget: hæc uero ſua opinione ſtultitiam uenatur & fallit.

*Serinus in memorabilibus dictis.*

Plato ſuauiſſimam narrationum ueritatem eſſe dicebat: Polemon uero multò ſuauius eſſe uera dicere, quàm audire.

*Græcè.*

Πλάτων μὲν ἥδιστον εἶναι τῶν ἀκουσμάτων τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε: πολέμων δὲ πολὺ ἥδιον εἶναι τοῦ ἀκούειν, τὸ λέγειν τ' ἀληθῆ.

*Aeſchines contra Timarchum.*

Vos aũt ſuſpitionibus moti, ipſum eieciſtis

ciſtis: Scimus ô Pyrandie, contra hæc non ridendum, ſed adeo ualida res eſt ueritas, ut omnes humanas cogitationes ſuperet.

*Græce ſic.*

ἀλλ' ὄντως ἰσχυρὸν ἐστὶν ἀλήθεια, ὥστε πάντων ἐπικρατεῖν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν.

*Plato libro 5. de legibus.*

Veritas ſanè tum Dijs, tum hominibus ad omnia bona dux eſt: hac quilibet, qui felix beatuſq; futurus eſt, ab initio ſtatim particeps ſit oportet, ut quàm plurimum temporis uerax in uita degat: ſic enim fide dignus erit, indignus autem, qui mendacium ſponte elegit: demens, qui inuitus: ex quibus neutrũ optandum eſt. Amicis enim deſtituitur, quiſquis fide indignus ac imperitus fuerit.

*Idem.*

Veritate autem duce procul dubio nunq; malorum dicemus chorum conſequi.

# VIR BONVS.

*Beatus, Felix.*

## BONORVM VIRORVM SEMPER *inſignis fuit, & eſt contemptus.*

*Horatius lib. 1. Epiſtola 17. Ad Quintium.*

*Tu rectè uiuis, ſi curas eſſe quod audis.*
*Iactamus iam pridem omnes te Roma beatum,*
*Sed uereor ne cui de te plus, quàm tibi credas,*
*Neue putes alium ſapiente bonoq; beatum.*

## BONVS VIR SINE DEO NEMO.

*Ad Lucilium Seneca lib. 5. Epiſtola 44.*

Propè eſt à te Deus, tecum eſt, intus eſt, ſacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorumq; noſtrorum obſeruator, & cuſtos: hic prout à nobis tractatus ẽ, ita nos ipſe tractat. Bonus uir ſine Deo nemo ẽ: an poteſt aliq̃s ſup̃ fortunã, niſi ab illo adiutus, exurgere? ille dat conſilia magnifica & recta, in uno quoq; uirorum bonorum quis Deus incertum, habitat tamen Deus.

**Deus in nobis habitat.**

*Horatius lib. 1. Epiſt. 17.*

*Vir bonus eſt quis?*
*Qui conſulta patrum, qui leges, iuraq; ſeruat.*

*Eadem Epiſtola 17. lib. 1. ad Quinium.*

*Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu*
*Rector Thebarum, quid me perferre, patiq;*
*Indignum coges? adimam bona nempe, pecus, rem,*
*Lectos, argentum, tollas licet. In manicis, &*
*Compedibus, ſæuo te ſub custode tenebo.*
*Ipſe Deus ſimul atq; uolam me ſoluet, opinor*
*Hoc ſentit, moriar. Mors ultima linea rerum.*

*Iambicum Elegans Menandri, De indigno bonorum uirorum contemptu.*

εἴτις προσελθὼν μοὶ θεῶν λέγοι Κράτων,
ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ,
ἔσῃ δ' ὅ,τι ἂν βούλῃ: κύων, πρόβατον, τράγος
ἄνθρωπος, ἵππος: διαβιῶναι γάρ σε δεῖ.
εἱμαρμένον τοῦτ' ἐστὶ ὅ,τι βούλει δ' ἑλοῦ:
ἅπαντα μᾶλλον εὐθὺς εἰπεῖν ἂν δοκῶ
ποίει με πλὴν ἄνθρωπον: ἀδίκως εὐτυχεῖ
κακῶς τε πράττει τοῦτο τὸ ζῶον μόνον.
ὁ κράτιστος ἵππος ἐπιμελεστέραν ἔχει
ἑτέρου θεραπείαν, ἀγαθὸς δ' ἂν γένῃ κύων,
ἐντιμότερος εἶ τοῦ κακοῦ κυνὸς πολύ.
ἀλεκτρυὼν γενναῖος ἐν ἑτέρᾳ τροφῇ
ἐστὶν, ὁ δ' ἀγεννὴς καὶ δέδιε τὸν κρείττονα.
ἄνθρωπος ἐὰν ᾖ χρηστὸς, εὐγενὴς, σφόδρα
γενναῖος οὐδὲν ὄφελος, ἐν τῷ νῦν γένει.
πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερα
ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.
ὄνον γενέσθαι κρεῖττον ἢ τὰς χείρονας
ὁρᾶν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανεστέρον. id eſt.

Quos uerſus ita interpretatus ẽ Georgius Fabricius Cemnicenſis, in libello Syntaxeos partium orationis, apud Græcos.

*Si quis potens mihi Deorum diceret,*
*Hunc mortuus rurſum intueberis diem,*
*Eriſq; quod uoles, equus, hircus aut ouis,*
*Aut homo, caniſue: nam te oportet uiuere*
*Fato imperante, tu quod optes elige.*
*Reſponſum hoc illi eram daturus oppidò*
*Me quiduis eſſe potius, quàm hominem iube;*
*Bonis maliſq; ſolum hoc animal omnium*
*Certis rotatur ſortis incerta uice:*
*Equus optimus meliore ſeruorum manu*

*Curatur alio, ſi canis es natus bonus:*
*Malum canem anteis pretij magnitudine.*
*Gallus generoſus lautiores eſt cibos.*
*Præſtantiorem ſe quoq; imbellis timet.*
*At homo licet ſit bonus, excellens, nobilis*
*Hoc tempore nihil eſt, atq; contemptus iacet.*
*Quæſtus Paraſiti primum uberrimus, dehinc*
*Sycophantæ locus eſt fraudulenti tertius.*
*Aſinum eſſe præſtat, quàm leues & improbos*
*Te ipſo uidere digniores uiuere.*

*Horatius lib. quarto. Oda nona, Ad Marcum Lollium conſulem.*

Qui ſit uir beatus.

*Non poßidentem multa uocaueris*
*Rectè beatum, rectius occupat*
*Nomen beati, qui deorum*
*Muneribus ſapienter uti,*
*Duramq; callet pauperiem pati,*
*Peiuſq; letho flagitium timet.*
*Non ille pro charis amicis,*
*Aut patria timidus perire.*

*Beatus eſt uir, qui aduerſa æquanimiter fert.*

*Terentius in Phormione.*

Phædria. Beatus es, ni unum deſit, animus, qui modeſtè iſthæc ferat: Beatus, qui, quod ſors fert, fert æquo animo.

VIR BONVS ET PROBVS IN*trepidus eſt, nec fortunam inſaniſsimam formidat. Pictorius in Epigram.*

*Nunquàm adeo furit exiguo fortuna flagello,*
*Quin conſternata mente repente cadas.*
*Teq; bonos inter numeras quo iure? quibuſue*
*Legibus? intrepidum mens bona pectus habet.*
*Mars ruat in populos, urbes facer atterat ignis,*
*Pallida ieiuno ſæuiat ore fames.*
*Vir bonus hæc animo conſtanti ſuſtinet, ut qui*
*Norit ad æthereas hinc iter eſſe plagas.*
*Per uarias clades, per multa pericula, perq;*
*Mortem ipſam, æternam tendimus ad patriam.*

*Vir bonus, ex Vergilio.*

*Vir bonus & prudens, qualem uix repperit unum*
*Millibus è cunctis hominum conſultus Apollo,*
*Iudex ipſe ſui totum ſe explorat ad unguem.*
*Quid proceres, quid leno procax, quid opinio uulgi,* Rariſſima auis in terris uir bonus.
*Securus, mundi inſtar habens, teres atq; rotundus,*
*Externæ ne quid labis per leuia ſi dat*
*Ille dies, quàm longus erit ſub ſydere cancri,*
*Quantaq; nox tropico ſe porrigit in capricorno,*
*Cogitat, & iuſto trutinæ ſe examine penſat,*
*Nequid hiet, ne quid protuberet, angulus æquis*
*Partibus ut coëat, nil ut deliret amußis.*
*Sit ſolidum quodcunq; ſubeſt, nec inania ſubtus*
*Indicet admotus digitis pellentibus ictus.*
*Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum,*
*Omnia quàm longi reputauerit acta diei.*
*Quo prætergreſſus, quid geſtum in tempore quid non,*
*Cur iſti facto decus affuit, aut ratio illi?*
*Quid mihi præteritum? cur hæc ſententia ſedit?*
*Quam melius mutare fuit miſeratus egentem,*
*Cur aliquem fracta præſenſi mente dolorem?*
*Quid uolui, quid nolle bonum foret, utile honeſto*
*Cur malus antetuli? num dicto, aut deniq; uultu*
*Perſtrictus quiſquam? Cur me natura magis, quàm*
*Diſciplina trahit? ſic dicta & facta per omnia*
*Ingrediens, ortuq; & ueſpere cuncta reuoluens,*
*Offenſus prauis, dat palmam, & præmia rectis.*

*Rari boni uiri. Iuuenalis Satyra 13.*

*Quæ tam feſta dies, ut ceſſat prodere furem?*
*Perfidiam, fraudes, atq; omni ex crimine lucrum*
*Quæſitum, & partos gladio uel pixide numos?*
*Rari quippe boni, numero uix ſunt totidem, quot*
*Thebarum portæ, uel diuitis hoſtia Nili.*

*Ex Epodôn libro Horatij Lyrici.*

*Beatus ille ille qui procul negocijs,*
*Vt priſca gens mortalium,*
*Paterna rura bobus exercet ſuis,*
*Solutus omni fœnore.*
*Neq; excitatur Claſsico miles truci,*
*Neq; horret iratum mare,*
*Forumq; uitat, & ſuperba ciuium*
*Potentiorum limina.*

*Ouidius libro 3. Fabula 2. Metamarphoſeôn.*

*Scilicet ultima ſemper*
*Exſpectanda dies homini eſt, diciq; beatus*
*Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet.*

*Solon Athenienſis ex Auſonio.*

Tunc dico beatam uitam, cum peracta facta ſint.

*Seneca libro 6. Ad Lucilium: Quis ſit uere beatus, Epiſtola 45.*

Si uis utiq; uerborum ambiguitates diducere, hoc nos doce: Beatum non eum eſſe, quomodo uulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit, ſed illum, cui bonum omne in animo eſt erectum & excelſum, & mirabilia calcantem: qui neminem uidet, cum quo ſe mutatum uelit: qui homnem ea ſola parte æſtimat, qua homo eſt: qui natura magiſtra utitur, ad illius leges componitur, ſic uiuit, quomodo illa præſcripſit: cui bona ſua nulla uis excutit, qui mala in bonum uertit, certus iudicij, inconcuſſus, intrepidus: quem aliqua uis mouet, nulla perturbat: quem fortuna, cum in eũ quod habuit telum nocentiſſimum ui maxima intorſit, pungit, non uulnerat, & hoc rarò: nam cætera eius tela (quibus humanũ genus debellatur) grandinis more diſſultant, quæ incuſſa tectis ſine ullo inhabitatoris incommodo crepitat, ac ſoluitur. Ecce tota mihi uita mentitur, hãc coargue, hanc ad uerum (ſi acutus es) redige: neceſſaria iudicat, quorũ magna pars ſuperuacua eſt, etiam quæ non eſt ſuperuacua, nihil in ſe momenti habet, in hoc, ut poſſit fortunatum beatumq; præſtare: non enim ſtatim bonum eſt, ſi quid neceſſarium eſt: at proijcimus bonum, ſi hoc nomen pani aut polentæ damus, & cæteris ſine quibus uita non ducitur. Quod bonum eſt, utiq; neceſſarium eſt: quod autem neceſſarium ẽ, non ſtatim bonum eſt: quoniam quædam neceſſaria, eadem uiliſſima ſunt: Nemo uſq; eò dignitatem boni ignorat, ut illud ad hæc in diem utilia demittat.

*Qui ſit uerè beatus & felix uir, ex Pſal. 1. Dauidis, quem in uerſus tranſtulit clariſſimus poëta Stigelius.*

*Beatus ille, qui procul congreſſibus*
*Remotus eſt ab impijs,*
*Et ſemitam peroſus euagantium*
*Gradu ſtat imperterrito:*
*Deumq; deridentium procacibus*
*Non adſidet ſubſellijs.*
*Sed mente pura uerum qui timet deum,*
*Eiuſq; uerbo obtemperat:*
*Qui nocte, qui die ſtudet potiſſimum*
*Deo probari maximo.*
*Hic eſt ut arbor ad fluentem riuulum,*
*Quam diligens ſeuit manus:*
*Quæ publicum fructus in uſum diuites*
*Suo miniſtrat tempore.*
*Non huic nocet uel Auſter imbre ſordidus,*
*Vel uis ſonantis Africi.*
*Ramis gerit comas ſemper uirentibus*
*Lætis decora fructibus.*
*Non impium ſectatur hæc felicitas,*
*Qui neſcit aut negat deum.*
*Sed ſicut uno Apeliotes impetu*
*Glumas inanes diſijcit:*
*Sic obſtinatos uentilat deus impios,*
*Inutileſq; proijcit.*
*Idcirco iuſtam cum feret ſententiam*
*Verbi poteſtas uindicis:*
*Nil impijs erit relictum ponderis.*
*Errata quo tegant ſua:*
*Sed exules ab omnibus pijs procul*
*Pœnas dabunt infamia.*
*Curæ deo nam ſunt uiæ credentium,*
*Negocijs in omnibus.*
*At impiorum fallet irritus labor*
*In omnibus negocijs.*

*Eobanus Heſſus ſic eundem Pſal: in Elegiacos uerſus tranſtulit.*

*O felix nimium felix, qui facta malorum*
*Impia conſpiciens, noluit ulla ſequi.*
*Cui uia diſplicuit pro ueris falſa ſequentum,*
*Perditus incautum ne graderetur iter.*
*Qui neq; conſcendit damnoſæ fulcra cathedræ,*
*Quam deriſorum turba maligna tenet.*
*Huius erit domini lex infinita uoluptas,*
*Quam labi ex animo tempora nulla ſinet.*
*Hic erit adſimilis grauidæ ſua brachia palmæ,*
*Quæ ſtat ad undantis iuſſa uirere lacus:*
*Quæ feret opportuna ſuos in tempore fructus,*
*Et ſua quæ debet munera ferre, feret.*
*Huic non ulla ſuos uis perturbabit honores,*
*Nec folia à uentis illius ulla cadent.*
*Hæc quæcunq; dabit, dabit optima, prodiga ueris*
*Fœtibus optandas ſemper habebit opes.*
*Tam bona non capiet, non impius iſta uidebit*
*Præmia, non tales talia dona decent.*

Sed

*Sed uelut à terra paleæ ſparguntur inanes,*
*Quas quocunq; uolet qualibet aura rapit:*
*Impius inſtabiles ſic euaneſcet in auras,*
*Et nullum poterit certus habere locum.*
*Ergo ſalutiferæ non ſtabit in ordine turbæ,*
*Cum iuſto reprobus nec ſociandus erit.*
*Nouit enim dominus iuſtos, & uota piorum,*
*Quorum auida iuſta percipit aure preces.*
*Sed cadet, & pœnas dabit impius omnis, & horum*
*Omne quod inſtituent diſſoluetur opus.*

*Deſcriptio uitæ beatæ, autore Stigelio.*

*Vitam quæ faciunt beatiorem,*
*Nugaciſsime Martialis hæc ſunt.*
*Delicti agnitio, pauorq; cordis,*
*Erroris dolor, alta pœnitudo,*
*Sola & ſaluificæ fides ſalutis.*
*Nam quicunq; fide nutante nuſquàm*
*Adprendit penitus, quod ipſe Chriſtus*
*Humanam induerit Deus figuram,*
*Et nobis miſeriſq;, perditiſq;,*
*Morti ſuplicioq; deſtinatis,*
*Aeternam reparauerit ſalutem,*
*Exercetq; fidem, pioſq; fructus,*
*Adfert in medium, ſuæq; uitæ*
*Inuitat pietate molliores:*
*Ille inter meruit beatiores*
*Heroas ſtatui, fruiq; cœlo.*
*Sunt hæc barbara uerba forſan inquis:*
*Nec ſic ſunt ſoliti loqui Quirites.*
*Vitam quæ faciunt beatiorem*
*Nugaciſsime Martialis hæc ſunt.*

*Beatè uiuere.*

Beatè uiuere eſt uerum intelligere, conſultare benè, uelle bonum, agere bona: primum ſapientiæ eſt, ſecundũ prudentiæ, tertium iuſtitiæ, quartum perſeuerantiæ. Primum à Deo eſt, ſecundũ à primo, tertiũ à Deo ſimul atq; homine, quartum eſt à tertio. Qui ita uiunt, uiuunt homines: qui uiuunt aliter, animalia uiuunt. Vale ac uiue homo. Marſilius Ficinus libro 2. Epiſtolarum ad Hieronymum Paſqualinum.

*Eobanus 1. pſalmum olim ſic uertit.*

*Beatus ille qui negauit impijs*
*Cauſis iniquis congredi:*
*Nec acquieuit in uijs peccantium,*
*Nec in cathedra peſtili.*
*Quin lege totus ipſe diuina ſtetit*
*Immobilis tota die.*
*Nec maior ulla ei uoluptas extitit,*
*Quàm lex & imperium dei.*
*Hic fructuoſæ conferretur arbori,*
*Ad profluentem conſitæ,*
*Suos adulta facta quæ fructus facit,*
*Meſſemq; tempeſtiuiter.*
*Non huius ulla frondium pars defluet,*
*Semperq; ſtabit florida.*
*Quæ procurabit, eualeſcent omnia*
*Clementer, & properrimè.*
*Non ſic reſurget, aut uirebit impius,*
*Sed ut leues pulmiſculi,*
*Quos undecunq; quæuis aura uentilat,*
*Peribit à factis ſuis.*
*Et ergo non conſiſtet ante iudicem,*
*A cuius ira corruet,*
*Nihilq; peccatoribus commercij*
*Manere cum iuſtis poteſt.*
*Cognouit ille nanq; iuſtorum uiam,*
*Quæ nouit unus omnia:*
*Et ipſe propter ſe peribit impius,*
*Quod ambulet fallax iter.*

VIRTVS

## *Virtutis comites, laus & encomium.*

### VIRTVS.

VIRTVS ſecundum Lactantium, lib. 6. eſt irā cohibere, cupiditatem compeſcere, libidinem refrenare: id eſt enim uitiū fugere (ut Horatius inquit) nam ferè omnia, quæ fiunt iniuſtè atq; improbè, ab his oriuntur affectibus. Omne igitur uirtutis officium eſt, non peccare. Non in comparandis diuitijs uirtutis ratio conſiſtit, ſed in his, quas nobis nec homo ullus, nec mors poſſit auferre.

Virtus ſecundum Horatium ex epiſt. 1. ad Mæcenatem, eſt uitium fugere, primaq; ſapientia eſt, caruiſſe ſtulticia.

*Senecæ dictum ex oratione Demoſthenis deſumptum.*

ὅλη γὰρ ἀρετῆς ἁπάσης, ἀρχὴ μὲν σύνεσις, πέρας δὲ ἀνδρεία. id eſt. Vniuerſæ uirtutis cōſultatio principium eſt, finis uerò conſtātia. Volateranus lib. 19. Anthropolgiæ.

*Laus uirtutis, Antonio Burbonio autore.*

*Nemo opibus felix, nam rerum copia tandem*
*Quàmuis aſsiduo parta labore perit.*
*Perduntur ſenio uires, & gratia formæ*
*Effluit, & morbi membra dolore premunt.*
*Vix benè momento manet illecebroſa uoluptas,*
*Et fugiens ſtabilem neſcit habere gradum.*
*Inclita ſed uirtus animum perfectius ornat,*
*Perſtat, & auferri mente repoſta nequit.*
*Virtus eſt ſenij ignara, & poſt fata ſuperſtes*
*Durat, & ad cœlum præuia pandit iter.*
*Nempe Dei donum, uirtus felicitat unà.*
*Poſt cineres uirtus uiuere ſola facit.*

*Virtus nullis fortunæ incommodis obnoxia eſt ex Strozæ Eroticōn lib. quarto.*

*Angele ſi quis erit lachrymoſi plena doloris*
*Qui tua non triſti carmina fronte legat:*
*Ille feras inter ſæuis in rupibus ortus,*
*Aſpera duricie uincere ſaxa poteſt.*
*Non ego talis in hoc, ſed amici fletibus angor,*
*Immeritis quem ſors uexat acerba malis.*
*Certè dignus eras hominum cœliq; fauore,*
*Nec tali caſus conuenit iſte uiro.*
*In te conſumpſit uires fortuna nocendo,* Fortuna.
*Nihil ſupereſt ut iam poſsit obeſſe tibi.*
*Sed licet in tenueis conceſſerit irrita uentos,*
*Intempeſtiua ſpes tua morte ducis,*
*Nec promiſſa patris ſeruet tibi filius hæres,*
*Abſtuleritq; tuas Gallus adulter opes.*
*Non tamen iſta ualent rectam infortunia mentem*
*Eripere, & uirtus inuiolata manet.*
*Candidus ille uiget morum tenor, & pia uita*
*Simplicitas nullis eſt labefacta dolis.*
*Parsq; tui melior fraudem prædonis iniqui*
*Deſpicit, ac ferrum terribileſq; minas.*
*Nanq; ſacros inter celebraberis Angele uates,*
*Seraq; poſteritas ſcripta diſerta leget.*
*Et clarum toto ſtabit tibi nomen in orbe.*
*Donec in æquoreas rex Padus ibit aquas.*

Et reliqua.

*Virtus ſemper manet.*

*B. M. in Epigrammatis ad Falconem.*

*Sed propera, longo Lacheſis iam feſſa labore*
*Cogitat immiti rumpere fila manu.*
*Poſt obitum benè facta manent, æternaq; uirtus* Benè facta manēt poſt obitū
*Non metuit Stygijs ne rapiatur aquis.*

*Heſiodus de uirtute.*

Τὴν δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται
Ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα. id eſt:
*Sudorem uirtuti præpoſuerunt dij immortales:*
*Ad hanc in longum porrecta ducit uia & aſpera*
*Primum, dehinc ubi ad ardua uentum eſt,*
*Facilis admodum fit, quæ prius rigebat.*

Cicero meminit horum uerſuum. li. 6. Epiſt. famil. Ad Leptam.

*Idem eodem libro ſexto ad Leptam allegat.*

Τὴν μὲν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι.
*Naneiſci uitium cumulatim & ſumere promptum eſt,*
*Quo breuè ducit iter, nihil eſt uicinius illo,*
*Virtuti contra ſudorem numina diuûm*
*Oppoſuere uiamq; aſpram, longamq; dederunt.*

Virtus

*Virtus intrepida.*

*Sicut enim trepidare facit mens conſcia culpæ,*
*Sic animi ſimplex probitas, & cognita uirtus*
*Efficit impauidum pectus: fugit impius ultrò,*
*Indiciumq́; pauet, frontem pius audet apertam*
*Tollere: non regis uultum, non iudicis ora,*
*Non rigidos lictorum enſes formidat: ut acres*
*Non metuit flammas aurum, non uerbera ferri*
*Dura potens adamas, nec onuſtæ pondera palma.*
*Arx eſt ipſa ſibi uirtus, ipſa eruit arces:*
*Ipſa feras, hominemq́; domat, non horret inermis*
*Ire per hoſtiles cuneos, inimicaq́; caſtra.*
*Hoc externa docent, & noſtræ plurima gentis*
*Quæ facerent exempla fidem: cur Sceuola dextram*
*Miſit in ardentes prunas, & brachia flammis*
*Exurenda dedit? pauor eſt tot milibus unus,*
*Quem proprijs uirtus gladijs armauit, & haſta.*
*Cur tranauit aquas, Tiberinaq́; flumina uirgo,*
*Cui populus ſtatuam poſuit Romanus equeſtrem?*
*Chlælia quo clypeo Fuſcum, quibus enſibus hoſtem*
*Vicit? ei lorica fuit catapultaq́; uirtus:*
*Fortior una uiris, ducibus præſtantior una,*
*Cautior una fuit mulier, cui prouida uirtus*
*Preſtitit ingentes animos, & ferrea corda:*
*Quum ducis auſa fuit correpto guttura ferro*
*Stringere, & in petram caput inſertare tyranni.*
*Regulus ad Lybicas iterum freta nauigat arces,*
*Impauidumq́; ultrò caput ad tormenta reportat.*
*Pretereo Chriſti paſſos immania teſtes*
*Funera, Laurentiiq́; ignes, Pauliq́; catenas.*
*Aſpice ridentem Siculi mandata tyranni*
*Zenonem, & regis uerſos in uulnera ciues.*
*Sed quid rem minimè dubiam fulcire probando*
*Proſequimur? nihil eſt uirtute potentius: Ergo &c.*

VIRTVTIS BONA, EX *Amphitrione Plauti.*

*Virtus eſt præmium optimum.*
*Virtus omnibus rebus anteit profectò.*

Libertas, ſalus, uita, res, parentes, patria, & prognati tutantur, ſeruantur. Virtus omnia in ſe ſe habet, omnia adſunt bona, quem penes eſt uirtus.

*Ex Sillio Italico 15. lib. uirtus loquitur.*

*Mecum honor, & laudes, & leto gloria uultu,*
*Et decus, & niueis uictoria concolor alis:*
*Me cunctus lauro perducit ad aſtra triumphus.*
*Caſta mihi domus, & celſo ſtant colle penates.*

*Senarij iambici, ex Menandro comico. Quæ ad uirtutem εἰς ἀρετήν.*

Ἀνάπαυσις δ᾽ ἐστὶ τῶν κακῶν ἀπραξία
ἃ μὴ προσήκει, μήτ᾽ ἀκούειν μήθ᾽ ὁρᾶν,
βέλτιόν ἐστι σῶμα γ᾽ ψυχὴν νοσεῖν. id eſt.

*Dulce ocium eſt benè feriatis à malis,*
*Nec cerne quæ parum decent, nec audias.*
*Corpus magis dolere, quam mentem uelis.*

NIHIL *eſt difficile uirtuti. Ouidius libro 14. fab. 4. ubi Sibylla in uocem mutatur.*

*Pone tamen Troiane metum, potière petitis,*
*Eliſiaſq́; domos, & regna nouiſsima mundi*
*Me duce cognoſces, ſimulachraq́; chara parentis.*
*Inuia uirtuti nulla eſt uia.*

*Mapheus in Verg. lib. 13.*

*Vehet ſuper æthera uirtus:*
*Nunquàm ſtygias fertur ad umbras*
*Inclyta uirtus: uiuite fortes,*
*Nec lethæos ſæua per amneis*
*Vos fata trahent, ſed cum ſummas*
*Exiget auras conſumpta dies,*
*Iter ad ſuperos gloria pandet.*

*Virtus & probitas ſolæ immortales, reliqua omnia pereunt. Conradus Celtis in lib. 4. Amorum. Elegia. 15.*

*Quantus habet miſeros labor, & uaga cura colonos,*
*Et quantus miles caſtra ſecutus habet:*
*Tantus Palladia labor eſt faciendus in arce,*
*Vt tua ſub cœlo nomina clara uolent.*
*Illius effugias iuuenis conſortia ſemper,*
*Eius & in nullo tempore tecta petas:*
*Cui placet in longam ſomnum deducere lucem,*
*Somnaceſq́; oculos nox fugit alta ſuos.*
*Qui furit, & calidi bacchatur munera Bacchi,*
*Et Venere, & talis tempora noctis agit.*
*Qualiter in primis adoleſcens uixerit annos,*
*Talem præbebit curua ſenecta patrem,*
*Et ſequitur natus ueſtigia ſæpe parentum,*
*Et præceptorem cuncta iuuenta refert.*
*Vtq́; uetus dictum eſt, cunctorum & uoluitur ore:*
*Natus adulterio ſemper adulter erit.*
*Quiſquis ab infami fuerit meretrice creatus,*
*Scortator ſpurco corpore ſemper erit.*
*Turpibus aſſuetus turpem feret ille ſenectam,*
*Nequitiamq́; ſuam ſub ſua buſta trahet.*
*Et flos arboreo ueluti de ſtipite turgens,*
*Spondet ab autumni tempore dona ſui.*
*Indolis egregiæ iuuenis ſic noſcitur omnis,*
*Venturæ uitæ candida ſigna ferens.*

*Ergo agite, ô iuuenes, moneo mea tempora uitæ*
*Aſpicite, & ſtudijs inuigilate bonis:*
*Ne ueniat uobis baculo dum nixa ſenectus*
*Inducat uarijs plurima damna modis.*
*Ipſe meam anteactam dum uerſo pectore uitam,*
*Anxius inuenio quàm mea ſcripta nihil.*
*Quæ me iam uobis olim uixiſſe loquuntur,*
*Nec uitam ignaua deſeruiſſe rota.*
*Cætera, quicquid erant, tenuis modo cernitur umbra,*
*Et uelut heſternus, præteriêre dies:*
*Diuitiæ, luxus, dominatio, gloria, honores,*
*Forma, genus, mores, & gemebundus amor:*
*Omnia terra ſuis ſepelit, conditq́; cauernis,*
*Et toto, certum eſt, conſtat in orbe nihil.*

VIRTVS AETERNA *poſſeßio.*

*Sola immortalis probitas, uirtusq́; ſub orbe eſt,*
*Et quæ poſteritas carmina docta probat.*
*Exemplum uobis imitabile ſumite, quæſo,*
*Continuus uobis quo ſit ut orbe labor.*
*Nil ſupereſt de me, quando omnia terra dehiſcit,*
*Quàm quod nunc uobis mortuus ipſe loquor.*
*Mortuus & uiuus uates æternus in orbe eſt,*
*Et qui uirtutis ſtemmata clara colunt.*
*Prima ætas puero fuerat mihi flegmate plena*
*Sanguineo, ſubijt mox iuuenilis honos:*
*Tertia deinde uirum fecit prudentibus annis:*
*Quarta melancholico iam mihi uita uenit.*

EXERCENDA VIRTVS.

*Pictorius poëta ad Paulum Caſtellum.*

*Quomodo ſcintillam flanti ſi adiuueris ore,*
*Continuò magnas elicis inde faces:*
*Inſita ſic animis uirtutum ſemina cum quis*
*Excitat, ubertim luxuriare facit.*
*Dum potes, hæc omni ſtudio cole, ſæpe morantem*
*Agricolam glebas rumpere fallit ager.*
*Humanæ, formicam imitans, iam conſule brumæ:*
*Bruma hominis uitæ eſt ultima Paule dies.*

*Sophocles in Eriphyle.*

ἀρετῆς βεβαῖαι δὲ εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι. Id eſt:
*Virtutis autem ſola conſtans, perpetuaq́; eſt poſſeßio.*

*Euripides in Andromache.*

οὔτοι λείψανα τῶν ἀγαθῶν
ἀνδρῶν, ἀφαιρεῖται χρόνος,
ἁ δ' ἀρετὰ καὶ θανοῦσι λάμπει, (In Aedipode.)
οὐ τὸ νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον,
καὶ χρυσός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀρετὴ βροτοῖς
νόμισμα κεῖται πᾶσιν ᾗ χρῆσθαι χρεών. Id eſt:
*Neutiquam reliquias bonorum uirorum aufert tempus,*
*Sed uirtus etiam morte peremptis lucet.*
*Non nomiſma ſplendens, argentum ſolum*
*Et aurum eſt, ſed & uirtus hominibus*
*Moneta recondita eſt, omnibus qua uti conuenit.*

*Idem.*

ἀρετὴ δὲ κἂν θάνῃ τις οὐκ ἀπόλλυται.
ζῇ δ' οὐκ ἔτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ
ἅπαντα φροῦδα συνθανόντ' ὑπὸ χθονός. i.
*Virtus autem, etſi moriatur quis, non interit,*
*Sed uiuit, corpore non amplius exiſtente: malis autem*
*Cuncta ſimul eunida commoriuntur ſub terra.*

*Pictorius in Epigrammatis.*

*Deſine cœleſtes tandem incuſare meatus,*
*Inſita ſunt nullis crimina ſyderibus.*
*Quo terrena colis, ſtudium ad cœleſtia uerte*
*Ac bene formandis moribus inuigila.*
*Sic proprij noſces animi, non ſyderis eſſe,*
*Siue hominis uitam degere, ſiue animi.*

*Lactantius lib. 1. cap. 1. diuinarum inſtitutionum.*

Virtus colenda eſt, non imago uirtutis: & colenda non eſt ſacrificio aliquo thure, aut precatione ſolenni, ſed uoluntate ſola, atq; propoſito.

*Ibidem.*

Quid eſt colere aliud uirtutem, niſi eam comprehendere animo, aut tenere?

*Ibidem.*

Qui uirtutes ſic colit, ut umbras ac imagines uirtutũ, ea ipſa, quæ uera ſunt, tenere non poſſunt.

*Idem, lib. 3.*

Virtutem Stoici eſſe dicunt, quæ ſola efficiat uitam beatam. Nihil poteſt uerius dici.

*Seneca epiſt. 113.*

Virtus regna, urbes, prouincias temperat: fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberoſq; diſpenſat, officia modo arcto fine circundat paupertatis, exilij, orbitatis: non tamen minor eſt, ſi ex altiore faſtigio in priuatum, ex regio in humilem ſubducitur: ex publico, ex ſpatioſo rure in anguſtas domos, uel angulos coit.

*Seneca in Trag.*

Pulchrum eſt eminere inter illuſtres uiros, conſulere patriæ, fera cæde abſtinere, tempuſq; iræ dare, orbi quietem, ſeculo pacem ſuo. Hæc eſt ſumma uirtus, petitur hac cœlum uia.

*Ibidem.*

*Locum habet uirtus inter aſtra:*
*Nec unquam Stygias fertur ad undas.*

*Ariſtoteles 2. Ethicorum.*

Virtus non eſt paßio: quia ſecundum paßionem nec laudamur, nec uituperamur.

*Ibidem.*

Virtus non eſt potentia: quia potentes per naturam ſumus: boni autem & mali non ſumus per naturam.

*Ibidem.*

Virtus eſt habitus, qui habentem perficit, & opus eius bonum reddit.

*Ibidem.*

Omnis uirtus ſtat in medio.

*Ibidem.*

Virtus eſt certior & melior omni uirtute.

*Cicero de amicitia.*

Nihil uirtute amabilius, nihil eſt quod magis alliciat ad amandum: quippe cum propter uirtutem & probitatem, & eos, quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus.

*Ibidem.*

Quid eſt tam abſurdum, quàm lætari multis rebus inanibus, ut gloria, honore, ædificatione, ueſtitu, cultuque corporis: animo autem uirtute prædito, uel qui amare, uel, ut ita dicam, redamari poſſit, non admodum delectari.

*Idem, Tuſculanarum quæſtionum, libro quarto.*

Virtus eſt affectio animi conſtans conueniensque, laudabiles efficiens eos, in quibus eſt: & ipſos per ſe ſponte ſeparata etiam utilitate laudabilis: ex ea proficiſcuntur honeſtæ uoluptates, ſententiæ, actiones, omniſque recta ratio: quanquam ipſa uirtus breuiſſimè recta ratio dici poſſit. Huic igitur uirtuti contraria eſt uitioſitas.

*Ibidem, lib. ultimo.*

At nos uirtutem ſemper liberam uolumus, ſemper iniuſtam, quæ niſi ita eſt, ſublata uirtus eſt. Atqui ſi in uirtute ſatis eſt præſidij ad benè uiuendum, ſatis etiam eſt ad beatè: ſatis enim certè eſt in uirtute, ut fortiter uiuamus: ſi fortiter, etiam ut magno animo, & quidem ut nulla re unquam terreamur, ſemperque ſimus inuicti: ſequitur ut nihil pœniteat, nihil deſit, nihil obſtet: ergo omnia profluenter, abſolutè, proſpere: igitur beatè: ſatis autem ad fortiter uiuendum uirtus poteſt: ſatis ergo etiam ad beatè. Etenim ut ſtultitia, etſi adepta eſt quod concupiuit, nunquam tamen ſe ſatis conſequutam putat: ſic ſapientia ſemper eo contenta eſt, quod adeſt, neque enim unquam ſui pœnitet.

*Cicero libro primo Rhetoricæ ueteris.*

Qui uirtutem habet, is nullius rei ad benè uiuendum indiget.

*Idem, lib. 2.*

Præmia uirtutis & officia ſancta & caſta eſſe oportet: neque ea aut cum improbis communicare, aut in mediocribus hominibus promulgari.

*Idem lib. Rhet. 4.*

Omnes benè uiuendi rationes in uirtute collocandæ ſunt, propterea quod ſola uirtus in ſua poteſtate eſt: omnia præter eam ſubiecta ſunt fortunæ dominationi.

*Ibidem.*

Diuitias ſine diuitum eſſe: tu uerò uirtutem præfer diuitijs: nam ſi uoles uirtutem cum diuitijs comparare, uix ſatis idoneæ tibi uidebuntur diuitiæ, quę uirtutis pediſſequæ ſint.

*Idem in Paradoxis.*

Quod honeſtum & cum uirtute eſt, id ſolum opinor bonum: & in quo uirtus eſt, ei nihil deeſſe ad beatè uiuendum puto.

*Euripides.*

*Non eſt uirtute melior poſſeßio,*
*Non enim ſubmittit ſe, neque pecunijs,*
*Neque ſecuritati, neque adulationi uulgi:*
*Sed uirtus, quo frequentius ea uti libet,*
*Eo magis creſcit, perfectiorque fit.*

*Idem.*

ἀρετὴ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις καλόν. Id eſt:
*Virtus maximum rerum humanarum bonum.*

*Idem in Antiope.*

*Tres ſunt uirtutes, quas te exercere opus eſt, mi fili:*
*Deoſque ut colas, & qui te enutriuêre parentes,*
*Legeſque communes Græciæ: hæc ſi feceris,*
*Pulcherrimam feres coronam bonæ famæ perpetuò.*

*Ex Iambis Monoſtochis.*

ταμεῖον ἀρετῆς ἐστὶ σωφροσύνη μόνη. Id eſt:
*Penus uirtutis eſt temperantia uel ſola.*

*Item.*

ὅπλον μέγιστόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ βροτοῖς. Id eſt:
*Arma potentiſſima ſunt hominibus uirtus.*

*Theognides poëta Megarenſis.*

*Plures diteſcunt mali, boni paupertatem ferunt:* Boni pauperes, mali diuites.
*Sed nos cum his non permutabimus*
*Virtutem diuitijs: ſiquidem illa ſolida firmaque ſemper,*
*Opes autem hominum iam hic, iam ille habet.*

*Græcè ita ſonat.*

πολλοὶ μὲν πλουτοῦσι κακοὶ ἀγαθοὶ δὲ πένονται
ἀλλ᾽ ἡμεῖς τούτων οὐ διαμειψόμεθα
τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον, ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον ἀεὶ
χρήματα δ᾽ ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

*Paulus Silentiarius.*

*Nec opulentæ fortunæ eleueris æſtu,*
*Nec tuam flectat cura libertatem:*
*Tota enim mobilibus uita oppugnatur uentis,*
*Huc atq; illuc ſubinde in diuerſas agitata partes.*
*Ceterum uirtus eſt ſtabilis, & immutabilis, qua ſola fretus*
*Procellas audacter penetres huius uitæ.* Id eſt:
ἡ δ᾽ ἀρετὴ σταθερόν τι καὶ ἄτροπον, ἧς ἐπὶ μούνης
κύματα θαρσαλέως ποντοπόρει βίοτον.

*Socrates.*

ἀνδριάς μὲν ἐπὶ βάσεως σπουδαῖος δὲ ἀνὴρ ἐπὶ καλῆς προαιρέσεως ἑστὼς ἀμετακίνητος ὀφείλει εἶναι. Id eſt:
Statua quidem in ſua baſi: uirtutis ſtudioſus autem uir bono propoſito nixus immotus eſſe debet.

OB VIRTVTEM MORI, OPTA*tiſſima ac honeſtiſſima mors eſt.*

*Hymnus Ariſtotelis in laudem uirtutis.*

O uirtus ardua, laborioſaq́ue generi humano, pulcherrima uitæ inuentio. Tuam ô uirgo ob uenuſtatem etiam mori in Græcia optabilis habetur mors, ac labores uehementes ac indefeſſos perpeti: talem pectori inſeris fructum immortalem auro potiorem, & parentibus & leniſſimo ſomno. Tua uerò gratia Hercules Ioue ſatus, Lædæq́ue filij multa perpeſſi ſunt, ſuis factis quid poſſent declarantes.

*Idem Ariſtotelis.*

Quemadmodum uehere laudibus quæ pulchra ſunt, ſic quæ ſunt turpia uituperare decet: ſed inter pulchra quidem uirtutes, inter turpia uerò uitia primatum tenent. Laudari uerò non ipſa modo uirtus, ſed cauſæ ſuaq́ue, et comites, fructuſq́ue, & opus omne uirtutis: ut contra reprehendi contraria debent. Cum autem animæ partes, qualiter opinatur Plato, tres ſunt: partes illius, quæ de agendis omittendiſq́ue diſpicitur prudentia uirtus eſt: qua ſuſtinentur infeſta, manſuetudo & robur eſt: qua aſciſcendis idoneis cupiditas regitur, ſobrietas ac continentia: communeſq́ue partium omnium harum iuſticia; liberalitas ac magnanimitas. Totidem rerum earum oppoſita uitia: in diſpiciendo rectè ſtultitiam: in arcendo infeſto ferociam ac incontinentiam: cōmuneſq́ue partium earum omnium iniuſticiam, & illiberalitatem, animiq́ue paruitatem eſſe oportet.

*Idem.*

In uniuerſum autem, animus ritè compoſitus ut ſit, placidiſq́ue ac moderatis, & ſuis motibus ut feratur, omneſq́ue per partes ipſius, quas tres eſſe dicimus, uelut harmonia ut conſonet, efficere uirtutis eſt: Itaq́ue reipublicæ ſimilis uirtuoſus animi ſtatus eſſe uidetur. Eſt uerò uirtutis & hoc, beneficijs dignos afficere, bonos amicitia ſua dignari, odiſſe malos, tum nec pœnæ, nec uindictæ cupidum eſſe, ſed miſericordem clementemq́ue, ac ueniam concedere paratum.

Comites uirtutis, probitas, æquitas, candor, ſpes bona, & id genus alia ſunt: qualis eſt familiariũ, amicorum, ſociorum, hoſpitum, hominum deniq́ue bonorum, præſertim amor: quæ quidem laudatorum de numero ſunt omnia. Vitium uerò contrarijs per omnia præditum eſt moribus: comitanturq́ue id planè contraria: omnia uerò quæ uitio inſunt, quæq́ue id comitantur, in ordinem eorum, quæ reprehenduntur, referuntur.

*Pythagoras Samius.*

τὰ ἐπίπονα, τῶν ἡδέων μᾶλλον ἡγοῦ συντελεῖν εἰς ἀρετήν. Id eſt:
Cum labore coniuncta, magis quàm cum uoluptate ducas conferre ad uirtutem.

Idem ait, optimam nobis uitam eſſe deligendam, quam ſuauem mox ipſa conſuetudo ſit effectura. Diuitiæ anchora ſunt infirma, gloria etiam infirmior, corpus itidem, magiſtratus, honores, omnia hæc imbecilla, & uiribus deſtituta. Quæ ergo anchoræ ſunt firmæ? pru-

dentia, magnanimitas, fortitudo, eas nulla tempeſtas agitat. Hæc Dei eſt lex: uirtutem ſolam eſſe, quæ potens, ſolidaq́ ſit, cætera omnia nugas & ineptias.

*Iſocrates Nicocles, aut Cyprius.*

Nolite putare uitium plus emolumenti afferre, quàm uirtutem, nomen autem inauſpicatius habere: immò ut nomina res quæq́ ſortitæ ſunt, ita earum eſſe uim & effectũ exiſtimetis reſpondere. Id eſt: *Μὴ τὴν κακίαν οἴεσθε μᾶλλον τῆς ἀρετῆς ὠφελεῖν, τὸ δ' ὄνομα ἀτυχέστερον ἔχειν, ἀλλ' οἵων περ ὀνομάτων ἕκαστα τῶν πραγμάτων τετύχηκε τοιαύτας δεῖ.*

*Idem ad Demonicum.*

*Τῆς ἀρετῆς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, οὐ δ' βεβαιότερον.* Id eſt:

Virtute nulla poſſeſſio nec honeſtior, nec durabilior eſt.

*Virtus immortalis.*

*Diſcite uirtutem iuuenes: nam ſola beatos*
*Nos facit, & diræ non timet arma necis:*
*Fortunæúe minas, aut ſæui ſpicula fati:*
*Quæq́; facit tremula curua ſenecta manu.*

*Parenesis ad uirtutem ueram.*

*Heu miſeris quicquid miſero blanditur in orbe,*
*Ilico inareſcens ut roſa uerna cadit.*
*Nec quenquam placidis adeò complectitur ulnis*
*Sors, ut non aliqua parte moleſta premat.*
*Imbibe uirtutes, & inania gaudia ſperne,*
*Sunt animi comites gaudia uera boni.*

Thomas Morus Anglus.

VIRTVS.

Quicunq́ enim uitæ curſum hoc itinere fecerunt, hi ſoli ad ipſam uirtutem ingenuè adire potuerunt: qua nõ res honeſtior, non conſtantior eſt ulla: pulchritudo enim, uel ualetudine perit, uel tempore flacceſcit. diuitiæ uitiorum ſunt potius, quàm integritatis miniſtræ, facultatem nempe deſidiæ præbentes, & ad uoluptates iuuenes excitantes. Robur prudentiæ coniunctum profuit: ſine illa uerò ſæpius eum, qui id habet, offendit, & corpora quidem eorum, qui ſe exercent, adorant, induſtriam uerò mortis obſcurat.

Virtutis autem poſſeſſio, quorum bona fide mentibus ipſa coaluerit, ſola cõſeneſcit: diuitijs potior, utiliorq́ generis ſplendore: quæq́ fieri nequeunt ab alijs, illa ſuis uiribus ſubdens, & multitudini metuenda conſtanter expectans, deſidiam, dedecus, laborem, laudem arbitratur. Hoc cognitu perfacilè eſt ex gloria certaminum Herculis, operumq́ à Theſeo geſtorum, quibus morum præſtantia tantum laudis inſigne operibus adiecit, ut omnis temporum poſteritas rebus, quas geſſerunt, effundere nequiuerint obliuionem. Socrates ad Demonicum.

*Virtus non effertur rebus proſperis ac ſecundis.*

*Cur te diſſimulas? cur non in honore ſuperbis*
*Falco? Supercilio gloria uera caret.*
*Sors facit elatos, & ruſticitate tumentes,*
*Et generant mores corda ſuperba feros.*
*Exhilarans frontem uirtus auguſta ſerenam,*
*Cor placidum, clemens, mite, piumq́; facit.*

Mantuanus in Epigrammatibus ad Falconem.

*Virtus etiam à morte manet.*

*Non uidet obſcuros manes, non tranſtra Charontis*
*Virtus: non Stygij guttura trina canis:*
*Sed ſecum ad Superos animas trahit inclyta ſanctas,*
*Ducit ubi lætos uita beata dies.*

VITA

HOMINIS VITA FRAGILIS *& caduca. Gregorius Tifernas,*

*Ecce ſumus puluis, ſumus ecce miſerrima tellus,*
*Et noſtri fugiunt, ut leuis aura, dies.*
*Languemus, medio ut fœnum quod cæditur æſtu,*
*Vt roſa Pæſtano languet adempta iugo.*
*Obruimur morbis, aut ſuccedente ſenecta:*
*Et mala tantillos undiq; multa premunt.*
*Soluimur ut nebulæ, ſurgens ut in aëra fumus,*
*Et ueluti ſolui Sole pruina ſolet.*
*Carpimur ut ſtipulæ rapido carpuntur ab igni:*
*Nec niſi uiuendo ſomnus & umbra ſumus.*
*Vnde igitur faſtus uenit, unde ſuperbia nobis?*
*Quos fatum (præter tot mala) triſte rapit?*

HOMO BVLLA, *ex prouerbijs Eraſmi.*

πομφόλυξ ἄνθρωπος. Prouerbium hoc admonet, humana uita nihil eſſe fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Eſt enim bulla tumor ille inanis, qui uiſitur in aquis, momento temporis enaſcens, ſimul & euaneſcens. Neq; quicquam profectò potuit excogitari, quod melius repræſentaret, quàm nihili ſit hæc uita noſtra. Primum quanto diſcrimine prodimus in lucem, deinde quàm deſtituta, quantis obnoxia periculis infantia, q̃ fugax adoleſcentia, quàm præceps iuuenta. Ariſtoteles in libris Politicis, itemq; Rhetoricorum lib. 3. uigorem humani corporis tradit iam euaneſcere anno fermè trigeſimo quinto, animi undequinquageſimo. Hippocrates extremam hominis ætatem terminat quadrageſimo nono. Iam ſi pueritiam & ſenectam deducas de ratione æui, quæſo quantulum eſt hoc, quod relinquetur? Et hoc ipſum tantis circumſcriptum anguſtijs, ſexcenta morborum genera quotidie infeſtant: nec pauciores impetunt caſus, ruinæ, uenena, naufragia, bellum, terræmotus, lapſus, fulmen, & quid nō? Alius acini granum glutiens præfocatus eſt. eſt quem potus cum lacte pilus ſtrāgularit: neq; defuit, cui ſtiria gelu durata delapſa tecto ſubitum attulerit exitum. Et hoc eſt animal illud, quod tātos molitur tumultus, cuiuſq; cupiditatibus orbis hic anguſtus eſt.

*Glaucus in Ilia. 6.*

οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίη, δὲ καὶ ἀνδρῶν,
φύλλα τὰ μὲν τ᾽ ἄνεμος χαμάδις χέει
ἄλλα δὲ ὕλη.
τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ᾽ ἐπιγίγνεται ὥρη: Id eſt:
*Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum:*
*Quorum hæc uentus humi fundit, rurſum illa*
*Vireſcens*
*Profert ſylua, ſimul ueris iam afflauerit aura.*

VITA HVMANA CADV- *ca, & fragilis.*

*Labitur omne quod eſt, nil ſtat ſub ſydere firmum:*
*Mutantur celeris cuncta ſub orbe rota.*
*Sydera nos agitant: ruit irreparabile lethi*
*Tempus, habet certos flebilis hora dies.*
*Vt mare quod Scythica Boreas quatit acer ab arcto*
*Pulſus, & aduerſo turbidus axe Notus*
*Flectitur huc illuc, nec habet quo limine ſiſtat*
*Fluctibus excuſſi flumina uaſta maris.*
*Quod genuit proprio capitoſum ſanguine monſtrum;*
*Concutit humanum peſtis acerba genus.*
*Cogitur Herculeas puppis ſuperare columnas*
*Noſtra, magis placidum cum ruit ære fretum.*
*Tyndaridas læti celebrant dum carmina nautæ,*
*Et Neptune tibi ſoluere uota parant:*
*Sol tegitur nebulis, nebulis obducitur aër:*
*Murmure terriſono ſtridet uterq; polus:*
*Ad Lybicas Syrtes, ad raucæ ſaxa Maleæ,*
*Deniq; turbatis exagitamur aquis.*
*Vmbra leuis, ſomnus fallax, inſomnia uana,*
*Tactæ Sole niues, tactaq; cera foco.*
*Hæc eſt uita breuis: mortales naſcimur omnes*
*Ad lachrymas: plorat, cum uidet aſtra puer.*
*Multaq; de primis incommoda ſuſcipit undis,*
*Mixtaq; cum primo lacte uenena bibit.*
*Ad finem properat quicquid de ſemine natum eſt*
*Humano: ſic uult, rexq; paterq; Deûm.*

*Plinius lib. 7. elegantiſſimè deſcribit fragilem uitæ breuitatem, inquiens.*

Incertum ac fragile nimirum eſt hoc munus naturæ, quicquid datur nobis: malignū uerò & breue, in ijs etiam, quibus largiſſimè contingit, uniuerſum utiq; æui tempus intuentibus. Quid? quod æſtimatione nocturnæ quietis dimidio quiſq; ſpacio uitæ ſuæ uiuit. Pars æqua morti ſimilis exigit, aut pœnæ, niſi contingit quies: nec reputantur infantiæ anni, qui ſenſu carent: nec ſenectæ in pœ-

Pyrrho Academicus hoc carmine ſingulariter eſt delectatus.

nam uiuacis, tot periculorum genera, tot morbi, tot mœtus, tot curæ, toties inuocata morte, ut nullum frequentius ſit uotum. Natura uerò nihil hominibus breuitate uitæ præſtitit melius: hebeſcunt ſenſus, membra torquentur, præmoritur uiſus, auditus, inceſſus, dentes etiam ac ciborum inſtrumenta: & tamen uitæ hoc tempus annumeratur &c.

Ex Iliad. φ.

οἳ φύλλοισιν ἐοικότες, ἄλλοτε μέν τε,
ζαφλεγέες τελέθουσιν ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες
ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκήριοι. Id eſt:

*Frondibus arboreis ſimiles: nunc ubere fœtu*
*Exuperant, lætiq; ſatis ueſcuntur agrorum,*
*Nunc rurſum intereunt, euaneſcuntq; caduci.*

Prouerbium.

*Vita non eſt uita, ſed calamitas.*
οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά.

Euripides.

οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅστις ἐξεπίσταται, τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται. Id eſt.

Mortalium nemo eſt, qui craſtinum ſibi audeat polliceri.

Palladas apud Euripidem.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω.
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
Ω γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον, ἀσθενὲς οἰκτρὸν
Συρόμενον κατὰ γῆς, καὶ διαλυόμενον. Id eſt:

*Lachrymans ſum natus, ſed & lachrymans morior,*
*In lachrymis uniuerſam comperi uitam:*
*O genus hominum lachrymoſum, debile, miſerabile,*
*Tractum in terra ſolutumq;.*

Plato.

τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι. Id eſt:

Spes eſſe uigilantium ſomnia.

*Vitam noſtram fabulam eſſe quid.*

Plautus.

Eſt munijs uitalibus perfungi & abire.

Perſij locus.

*Indulge genio, carpamus dulcia, noſtrum eſt*
*Quod uiuis, cinis & manes & fabula fies.*

Horatius.

*Iam te premet nox, fabulæq; manes.*

*Etiam uiri fabula.*

Quando uti fabulæ nec uera inſunt, nec ueriſimilia: compari modo uita noſtra, nec ueritatis quicquam, nec certitudinis habet, niſi illud, quo certius nihil: Hominem bullam eſſe.

Horatius 1. Odarum.

*Vitæ ſumma breuis, ſpem nos uetat incboare longam.*

VITA HOMINIS SIMILIS *ludo taxillorum.*

Terentius in Adelphis.

*Ita uita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris:*
*Si illud, quod maximè opus eſt iactu, non cadit:*
*Illud quod cecidit, fortè id arte ut corrigas.*

Vita quid. Ex Laërtio.

Eſt beatorum lætitia, miſerorum mœſtitia, expectatio mortis.

Iambi Senarij.

βιοῖ μὲν οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται βίον,
τυφλὸν δὲ καὶ δύστηνον ἀνθρώποις βίος. Id eſt:

*Nemo uſq; uiuit ex ſententia.*
*Cæca & parum felix uita eſt mortalium.*

Vita breuis, uana.

*Non tibi uiuacem furor eſt ſpondere ſenectam,*
*Quum non ſit uitæ certa uel hora tuæ.*
*Finge age, Neſtorium ſis peruenturus in æuum:*
*Longa tument multis tempora ſæta malis.*
*Omnia ut effugias uiridis quibus angitur ætas,*
*Tædia longa tibi curua ſenecta feret.*
*Tu tamen ad ſeros (nulli quod contigit) annos*
*Vt uenias, nullo percitus ante malo:*
*Hoc tamen exiguum eſt, ubi nunc tot Neſtoris annis*
*Ex tanto ſupereſt tempore nulla dies.*

VITA IPSA CVRSVS AD *mortem eſt.*

E Græco Th. Morus uertit.

*Nugamur, mortemq; procul procul eſſe putamus:*
*At medijs latet hæc abdita uiſceribus.*
*Scilicet ex illa, qua primum naſcimur hora,*
*Prorepunt iuncto uitaq; morsq; pede.*
*Partem aliquam furtim, qua ſe metitur & ipſam,*
*Surripit è uita, quælibet hora tua.*
*Paulatim morimur, momento extinguimur uno,*
*Vt lampas oleo deficiente perit.*
*Vt nihil interimat, tamen ipſa in tempore mors eſt,*
*Quin nunc interea dum loquimur, morimur.*

Vanitas huius uitæ.

*Damnati ac morituri in terræ claudimur omnes*
*Carcere, in hoc mortem carcere nemo fugit.*
*Carceris in multas deſcribitur area parteis,*
*Inq; alijs alij partibus ædificant:*
*Non aliter quàm de regno, de carcere certant,*
*In cæco cupidus carcere condit opes.*
*Carcere obambulat hic uagus, hic uincitur in antro,*
*Hic ſeruit, regit hic, hic canit, ille gemit.*
*Iam quoq; dum carcer, non tanquam carcer amatur,*
*Hinc alius alijs mortibus extrahitur.*

*Vita hominis nihil eſt.*

*Nos tenuem ſtrictis ſpirantes aëra fibris*
*Viuimus, & Phœbi lampada conſpicimus.*
*Quotquot uiuimus hic ſumus omnes organa, quæq;*
*Viuificis animat flatibus aura leuis.*
*Quòd tua ſi tenuem reſtringat palma uaporem,*
*Eripiens animam miſeris uſq; Stygem.*
*Sic ſumus ergo nihil. Plutoni paſcimur omnes*
*E flatu minimo, nos leuis aura fouet.*

Quicquid tellus parit hoc idē & recipit.

*E Græco τοῦ παλλαδᾶ.*

*Scena eſt hæc uita ac ludus, uel ludere diſce,*
*Abijciens curas uel tua damna pati.*

Hæc uita ludus & ſcena eſt.

*Vita ſuauis. Ex Thoma Moro.*

*Non eſt cura mihi Gygis,*
*Qui rex Sardibus imperat;*
*Aurum non ego perſequor:*
*Reges non miſer æmulor.*
*Curæ eſt, barba ſuauibus*
*Vnguentis mihi perfluat.*
*Curæ eſt, ut redolentibus*
*Cingam tempora floribus.*
*Curæ ſunt hodierna mi:*
*Nam quis craſtina nouerit?*
*Tornato bene Mulciber*
*Argento mihi poculum*
*Iam nunc effice concauum,*
*Et quantum potes inclytum,*
*Et fac illud ut ambiant,*
*Non currus, neq; ſydera,*
*Orion neq; flebilis:*
*Vites fac uirides mihi;*
*Botri fac mihi rideant*
*Pulchro cum Dionyſio.*

τέλος.

*Verſus Martialis de uita beata.*

*Vitam quæ faciunt beatiorem*
*Iucundiſſime Martialis hæc ſunt:*
*Res non parta labore, ſed relicta:*
*Non ingratus ager, focus perennis:*
*Lis nunquam, toga rara, mens quieta:*
*Vires ingenuæ, ſalubre corpus:*
*Prudens ſimplicitas, pares amici:*
*Conuictus facilis, ſine arte menſa:*
*Nox non ebria, ſed ſoluta curis:*
*Non triſtis thorus, attamen pudicus:*
*Somnus qui faciat breues tenebras:*
*Quod ſis eſſe uelis, nihilq; malis:*
*Somnum nec metuas, diem nec optes.* Expoſitionem eorum uerſuum, quos multi quidem legunt, ſed pauci intelligunt, quære in libello Auguſtini Dathi, de uita beata &c.

*Beatè uiuere quid ſit.*

Beatè uiuere eſt uerum intelligere, cōſultare benè, uelle bonū, agere bona. Primum ſapientiæ eſt, ſecundum prudentię, tertium iuſtitiæ, quartum perſeuerantiæ. Primum à Deo eſt, ſecundū à primo, tertium à Deo ſimul atq; homine, quartum eſt à tertio. Qui ita uiuunt, uiuunt homines, qui uiuunt aliter, animalia uiuunt. Vale ac uiue homo. Marſilius Ficinus li. 1. Epiſt. Ad Hieronymum Paſqualinū.

*Vita æterna pijs expectanda.*

*Quiſquis flagrat amore ueritatis,*
*Obſeruans fidei, atq; perſeuerans*
*In uera pietate: qui labores*
*Pro Chriſto patitur libenter omnes,*
*Si rerum ſupereſt uiciſsitudo:*
*Illum regna manent beata cœli.*

*Vita humana curſus ad mortem.*

*Fallimur & cæci, mortem procul eſſe putamus:*
*Illa tamen medio corpore clauſa latet.*
*Quandoquidem ex illa quàm primum naſcimur hora,*
*It uitæ iuncto mors comes atra pede.*
*Partem aliquam uitæ ſemper furatur & ipſam,*
*Diminuit uitam quælibet hora tuam:*
*Et morimur ſenſim, & momento extinguimur uno,*
*Non ſecus ac lampas deficiente oleo.*
*Mors nihil ut perimat, tamē ipſo in tēpore praſto eſt:*
*Quin nunc ab miſeri dum loquimur, morimur.*

*De fragilitate uitæ, Franciſcus Petrarcha Soneto 232.*

*O noſtra uita che ſi bella inuiſta*
*Cum perde ageuol mente in un Matino*
*Quel chen multi anni à gran pena ſaquiſta,* Id eſt:
*O noſtra uita, quæ tam pulchra eſt extra,*
*Quàm facile amittit die uno.*
*Id quod multis animis magno labore acquiritur.*

*Amantius uertit ſic.*

*Vita foris noſtra hæc, quæ multis pulchra uidetur,*
*Sæpe uno perdit commoda multa die:*
*Quæ conquiſiuit quiſquam uel pluribus annis*
*Solicitus noctes perpetuosq; dies.*

*E Græco ἀδήλου.*

*Omnia ſunt riſus, puluis, nihil omnia: nempe*
*Omnia ſunt ex ijs, quæ ratione carent.*

*Ariſtotelis ſententia è græco.*

*Hic propè dimidium uitæ dormitur,& ipſum*
*Per ſomnum ſimiles diues inops iacent.*
*Crœſe igitur rerum ditiſſime, num tibi fermè*
*Dimidio uitæ par fuit Irus egens?*

*Humanæ uitæ deploratio.*

*Nunc ubi magnanimi Heroes, Regesq́; Ducesq́;?*
*Cæſar ubi priamus, Teucrûmq́; acerrimus Hector?*
*Et pius Aeneas? ubi nunc facundus Vlyſſes?*
*Et gemini Atridæ? Romanæ conditor urbis*
*Rhomulus, & totum quamuis pacauerit orbem*
*Auguſtus? tantoq́; potens ubi robore Sampſon?*
*Nunc ubi Sylla ferox? ubi nunc tam fortis Achilles?*
*Priamidesq́; Paris? ubi princeps ille latini*
*Tullius eloquij? uatum fons uiuus Homerus?*
*Muſarum princeps Romanæ gloria Muſæ*
*Vergilius, Naſoq́; tener? doctusq́; Catullus?*
*Et quos progenuit fatis melioribus ætas?*
*Nunc ubi inexhauſto Craſſus ditiſſimus auro?*
*Nunc ubi Xerxis opes? hominumq́; exercitus ingens?*
*Scipiadæ, Iuliq́; genere? quos priſca triumphis*
*Ornarunt ſuperisq́; æquarunt tempora diuis?*
*Totq́; alij egregij proceres, populiq́; ſuperbi,*
*Omnes præcipiti ſorpſit mors turbida fato:*
*Et tulit in cineres: nec tanti roboris unquàm*
*Extitit horrendo cui mors indulſerit arcu.*
*Quid miſer ergo tumes, & inani attolleris aura?*
*Qur te letifera hic mundus dulcedine ludit?*
*Nonne uides noſtræ breuia ut ſint tempora uitæ,*
*Et miſera in quantis iaceat tua uita periclis?*
*Surge age, & immortale tibi per ſæcula nomen*
*Quære puer, dum ſeſe offert occaſio: nec te*
*Illicitis capiat perituris blanda uoluptas.*
*Virtuti indulge: uirtus æterna manebit.* Virtus æterna.

*Vita hominis breuis, & miſera eſt, & nauigationi periculoſæ quàm ſimillima. Vita nihil fugacius, morte nihil ſequacius.*

*Petrarcha lib. 4. epiſtola 40. de rebus familiaribus inquit ad Iacobum Meſſanenſem.*

Breuis eſt equidẽ in primis uita, & fugaciſſimum uitę tempus: rerum humanarum inquietũ aduerſis flatibus & procelloſum pelagus: rari & uix hominibus acceſſibiles portus: ſcopuli undiq; innumerabiles, inter quos difficilis & prorſus ambigua nauigatio eſt. Iam uix uni contingit ex millibus, ut integer enataret: ſic nos fortunę imperiũ exercet in omes gradus hominum pari iure graſſantis: ita in quibus obuiũ cymba fragilis noſtrę mortalitatis alliditur: & poſſumus inter hæc nobis, aut noſtris longiuſculam uitam (imò ut uerius dicam) longius periculum optare? Fingatur aliquis tam benigno ſydere, tã propitia fortuna, tã deniq; fauẽte Deo iter hoc ingreſſus, ut nihil ei poſſit aſperum, moleſtumq́; cõtingere: rem impoſſibilem & inauditam ſæculis fingi iubeo: nec ideo tamen, quamuis periculum abſit, aberit metus. Et idcirco fortaſſe nõ infelicius, nec inconſultius foret, modo noſtri eſſet arbitrij: ſicut in æquore ſuſpecto nautæ ſolẽt circumſpecti clauum flectere, diuq; ante ſolis occaſum uela ſubmittere: ſic in uita portum petere, & adhuc florenti ætate atq; animo uirenti, & ualentibus membris mori, priuſquàm eò peruentum ſit, quò ſaltem uita longior perducit, ad ultimas ſcilicet anguſtias ſenectutis, inter quas arctati quidam & uixiſſe dolent, & mori metuunt, & toties uoti exoptatum tempus accuſant: deniq; quid uelint, & quid nolint, neſciunt: tãta eſt diſcordia. Hæc & ijs ſimilia cogitantes abſtinere decet, ne decretum ſceleſtè, ſeu mortis feſtinantiam accuſemus: alioquin pro nobis ipſis tantummodo conqueri uidebimur. Mortis feſtinantia minimè accuſanda.

*Idem, in præfatione ad Socratem, de rebus familiaribus.*

Vicit recordatio uitę breuis, timui (fateor) inſidias: quid enim quæſo fugacius uita eſt, quid morte ſequacius?

*Philemon.*

τοιοῦτος ὁ βίος ἐστὶν ἀνθρώπου γύναι· ὠφραινόμεθ' ἔλαττον, ἢ λυπούμεθα, Id eſt:

Talis eſt, ò mulier, humana uita: paucioribus gaudijs fruimur, quàm dolore & moleſtia.

*Petrarcha de remedijs fortunæ, in præfatione ad Azonem.*

Cum res fortunasq; hominum cogito, incertosq; & ſubitos rerũ motus, nihil fermè fragilius mortaliũ uita, nihil inquietius inuenio: ita cunctis animantibus naturam miro remedij genere cõſuluiſſe uideo, ignorantia quadam ſui: nobis ſolis memo-

memoriam,intellectum, prouidentiam, diuinas ac præclaras animi noſtri dotes in perniciem ac laborem uerſas: tam ſuperuacuis em̃ ſemper,nec inutilibus modo,ſed dãnoſis atq; peſtiferis curis obnoxij,& pręſẽti torquemur tẽpore,& pręterito futuroq; angimur: ut nihil magis metuere uideamur, quàm ne quando forte parum miſeri ſumus. tanto ſtudio miſeriarum cauſſas,& dolorum alimenta cõquirimus,quibus uitam,quę ſi ritè ageretur,feliciſſima prorſus ac iucundiſſima rerum erat,miſerandum ac triſte negocium efficimus: cuius initiũ cæcitas & obliuio poſſidet,progeſſum labor: dolor exitum, error omnia. quod ita eſſe, quiſquis uitę ſuæ curſum acri iudicio remetietur, intelliget. Quem quietum quæſo,quẽ tranquillum, quem non laborioſum magis diem egimus? quod unquàm tam ſecurũ, aut tam lętum mane uidimus,ut non antecrepuſculũ ſolicitudo, mœrorq; ſurriperet? cuius mali & ſi ipſis in rebus multa inſit occaſio,niſi tamen nos fallat amor, noſtri cauſſa maior,ſiue,ut ingenuè fateamur, culpa omnis in nobis eſt. Vt uerò ſileam reliqua, quibus undiq; trudimur: quod illud eſt bellum,quamq; perpetuũ, quod cum fortuna gerimus,cuius nos facere poterat uirtus ſola uictores: nos ab illa uolentes ſcienteſq; deſciuimus. Soli igitur imbecilles,exarmati nõ ęquo Marte cum implacabili hoſte congredimur: quos illa uiciſſim ceu leue aliquid attollit ac deijcit,& in gyrum rotat, ac de nobis ludit,& uinci tolerabilius foret,nunc ludibrio etiam habemur. Id uerò quid aliud fecit quàm leuitas ac mollicies noſtra? Idonei uiſi ſumus, qui pilæ in morẽ huc illuc tam facilè iactaremur. Animalia æui breuiſſimi, ſolicitudinis infinitæ: quibus inſcijs, cui puppim littori,cui animum conſilio applicemus? pro cõſilio interim ſit pendere,ac præter præſens malum,& à tergo quod doleat,& ante oculos ſemper habere quod terreat.

*Vita humana periculoſæ nauigationi ſimilis,& in ea ſæpe miſerabilius, quàm naufragi in undoſo mari, iactamur.*

παλλαδᾶ.

πλοῦς σφαλερὸς τὸ ζῆν, χειμαζόμενοι γὰρ ἀυτῷ
πολλάκι ναυηγῶν πλαιόμεν οἰκτρότερα
τὴν δὲ τύχην βιότοιο κυβερνήτειραν ἔχοντες
ὡς ἐπὶ τοῦ πελάγεος ἀμφίβολοι πλεόμεν
οἱ μὲν εὐπλοίην, οἱ δ' ἔμπαλιν, ἀλλ' ἅμα πάντες
εἰς ἕνα τὸν κατὰ γῆς ὅρμον ἀπερχόμεθα.

*D. Othmarus Luſcinius ita uertit.*

*Vita rapit miſeros,ſcapha ſeu uicina periclis,*
*Naufragus ærumnis quà patet aßiduis.*
*Inconſtans regit hanc fortuna uolubilis errans:*
*Nec niſi per Gyros & uada cæca trahit.*
*Nauigat hinc felix alius,ſorte alter iniqua,*
*Cuiq; tamen puluis,tumbaq; portus erit.*

*Horum uerſiculorum ſenſum piæ memoriæ Venatorius ſic latinè reddidit.*

*Vita hominum rapidis natat interiecta procellis,*
*Naufraga uentoſo ceu ratis acta freto.*
*Nam cum cæca breuem uitam fortuna gubernet,*
*Hinc uelut ambiguo ducimur in pelago.*
*Emergunt alij,pars infeliciter errat.*
*Quoſq; tamen portus,qui manet,unus erit.*

*Scena eſt omnis uita noſtra,& ludus: cui aut aptè ſeruiendum erit,& ludus diſcendus: aut incommoda uitæ æquo animo ferenda.*

παλλαδᾶ.

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον ἢ μάθε παίζειν
Τὴν σπουδὴν μεταθείς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας,

*Luſcinius.*

*Diſce iocos, ſcena eſt,ludus quoq; uita: repugnans*
*Fortunæ triſtis,triſtia damna feres.*

*Aliter.*

*Scena eſt hæc uita, ac ludus: uel ludere diſce*
*Abijciens curas,uel tua damna pati.*

Τοῦ ἀυτοῦ.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον, ἀσθενὲς οἰκτρὸν
Συρόμενον κατὰ γῆς, καὶ διαλυόμενον.

*Alciatus latinè uertit.*

*Flens ego ſum genitus,celebrantur funera fletu,*
*Tranſacta innumeris uita fuit lacbrymis.*
*O miſerum mortale genus lacbrymabile ſemper,*
*Quod factum ex cinere eſt,ſoluitur in cinerem.*

*Vita humana plena calamitatibus, & miſerijs. Luſcinius.*

*Fundebam lacbrymans genitus,moribundus idem nunc*
*Plango,uidens luctu tempora cuncta teri.*

O Mortale

*O Mortale genus, male firmum, triſte, miſellum,*
*Seu te habeat tellus, ſeu fera Parca ferat.*

Ἀρχίυ.

Θρήικας αἰνείτω τὶς ὅτι σονα χεῦσι, μὲν υἷας
Μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους
ἔμπαλι δ᾽ ὀλβίζουσιν ὅσους αἰῶνα λιπόντας
Ἀπροιδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος:
οἱ μὲν γὰρ ζώοντες ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
ἐς κακὰ τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

*D. Andreas Alciatus latinè ſic fecit.*

*Ecquis non laudet Thracas? qui prodit ut infans*
*In lucem ex utero fletibus ora rigant.*
*Quiq́; beant cernunt quoſcunq; relinquere ſeclum,*
*Parcarum & quos mors dira miniſtra rapit:*
*Nam uiui uario iactantur turbine ſemper,*
*Qui moritur finem repperit ille mali.*

*D. Luſcinius alter ſic uertit.*

*Laudantur Thraces, natos quod uiſcera matrum*
*Egreſſos gemitu protinus excipiunt.*
*Quodq́; relinquentes uitam ſine fine beatos*
*Credunt incautos, dum fera Parca rapit.*
*Illos uita malis quia deſtinat omnibus: hinc hos*
*Pharmaca quod mortem tot reperere malis.*

*Vita noſtra & luctuoſa, ac ſimul ridicula eſt. Ergo ſimul defleri ac rideri digna: Incerto autore* ἄδηλον.

Τὸν βίον ἡράκλειτε πολὺ πλέον ἤπερ ὅτ᾽ ἔζης
Δάκρυε νῦν ὁ βίος ἐσ᾽ ἐλεεινότερος
Τὸν βίον ἄρτ᾽ γέλα δημόκριτε, τὸ πλέον ἢ πρίν
Νῦν ὁ βίος πάντων ἐσ᾽ γελοιοτέρος
εἰς ὑμέας ᾗ καὶ αὐτὸς ὁρῶν τὸ μεταξὺ μεριμνῶ
Πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

*Bartholomæus Simoneta ſic tranſtulit.*

*Defle hominum uitam pluſquàm Heraclite ſolebas:*
*In lachrymas totos ſolue age nunc oculos.*
*Concute maiori ſplenem Democrite riſu,*
*Et toto reſonans ore Cachinnus hiet.*
*Vita fuit nunquàm poſt condita ſecula mundi,*
*Et riſu pariter dignior, & lachrymis.*

*Homo non eſt, qui non aut gaudet, aut dolet.*

*Stroza pater lib. 3. in fine.*

*Aut lapis, aut ferrũ eſt, quẽ nunquàm gaudia tangunt,*
*Nec dolor, aſperitas nec mouet ulla mali:*
*Quem blando nunquàm uultu ſpes allicit, & qui*
*Nil timet, in quo non gratia, non odium eſt.*
*Aſpice læſa ſuos ut ſæpe animalia prodant*
*Affectus, noſtræ quæ rationis egent.*
*Triſtè gemit duris inciſa ſecuribus arbor,*
*Et queritur uiridem ponere mœſta comam.*
*Saxorum oppoſitis frenati molibus amnes*
*Indignantur aquas lentius ire ſuas.*
*Gurgitibusq́; fragor ſpumantibus indicat iram,*
*Senſibus ut proprijs illa carere neges.*
*Gaudet ut accenſis ramorum facibus ignis:*
*Sic ſuper iniecta flere uidentur aqua.*
*Terra quoq; & cœlum modo rident, & modo deflent:*
*Forma nec in rebus permanet una diu.*
*Si uarios igitur nequeo componere motus*
*Pectoris, haud facti cauſſa pudenda mei eſt.*
*Nam natura hominem uoluit mitiſſima naſci,*
*Non in Caucaſeis rupibus eſſe feram.*
*Hinc ſequor humanis quæ conuenientia duco*
*Moribus, ætati non aliena meæ.*
*At tu, quem ſtudijs ſublimibus euehit ardens*
*Ingenium, ad uitæ liberioris iter.*
*Quæ mihi proponit clarorum exempla uirorum,*
*Tu ſequere, & ſine me fata ſubire mea.*

*Homo originem à Deo traxit: hinc illa artium & conſiliorum capacitas.*

*Ex Satyra 15, & penultima Iuuenalis.*

*Terra malos homines nunc educat.*
*Quis enim bonus, & face dignus*
*Arcana qualem Cereris uult eſſe ſacerdos,*
*Vlla aliena ſibi credat mala? ſeperat hæc nos*
*A grege mutorum, atq; ideo uenerabile ſoli*
*Sortiti ingenium, diuinorumq́; capaces,*
*Atq; exercendis, capiendisq́; artibus apti:*

*Hominum animi opinione de Dijs imbuti ſunt. Cicero in 1. Tuſcul.*

*Quæſtio.*

Nulla gens tam fera, nemo hominum tam immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. Multi de dijs praua ſentiunt: id enĩ uitioſo more affici ſolet, omnes tamen eſſe uim & naturam diuinam arbitrantur: nec uerò id collocutio aut conſenſus hominum efficit, non inſtitutis confirmata eſt opinio, non legibus: omni autem in re, conſenſu omnium gentium lex naturæ putanda eſt &c.

*Hominis patria cœlum eſt.*

*Taliter humanas Deus ad cœleſtia mentes*
*Contemplanda uocat: terramq́; infeſtat, ut altum*
*Aethera quæramus, ratione carentia prono*
*Quæ uultu paſcuntur, humum: mortalia ſupra*
*Nil ſperare licet, nobis domus ultima cœlum.*
*Nec minus eſt demens, rerum qui in uertice tanto*
*Vult requiem: quàm qui in medio putat æquore portũ.*
*In ſomnio Romano, B. Mantuanus.*

Homi-

*Homini ſoli ſurſum aſpicere conceſſum eſt.*
*ex lib. 15. Silij Italici.*

*Nonne uides hominum ut celſos ad ſydera uultus*
*Suſtulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora?*
*Cum pecudes, uolucrumq; genus, formasq; ferarum*
*Segnem atq; obſcœnam paſsim ſtrauiſſet in aluum.*

*Homo ad gloriam natus eſt, ex eodem*
*autore & libro.*

*Ad laudes genitum capiat ſi munera diuûm,*
*Felix ad laudes hominum genus: huc age Paulum,*
*Aſpice, nec longo repetam, modo Roma minanti*
*Impar Fidenæ, contentaq; creſcere Aſylo,*
*Quo ſe extulerit dextris, &c.*

*Homo natus ad contemplationem 1. lib.*
*Meta. Fab. 2. Ouidius.*

*Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ*
*Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet.*
*Natus homo eſt, ſiue hunc diuino ſemine fecit*
*Ille opifex rerum, mundi melioris origo.*
*Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram,*
*Os homini ſublime dedit, cœlumq; uidere*
*Iuſsit, & erectos ad ſydera tollere uultus.*

*Eiuſdem ſententiæ, ex Boetio Me-*
*tro. 5. lib. 5.*

*Quam uarijs terras animalia permeant figuris.*
*Namq; alia extento ſunt corpore, puluereumq; uerrũt,*
*Continuumq; trahunt ui pectoris incitata ſulcum.*
*Sunt quibus alarum leuitas uaga, uerberetq; uentos,*
*Et liquido longi ſpacia ætheris enatet uolatu.*
*Hæc preſſiſſe ſolo ueſtigia, gradibusq; gaudent*
*Vel uirides campos tranſmittere, uel ſubire ſyluas.*
*Quæ uarijs uideas licet omnia diſcrepare formis,*
*Prona tamen facies hebetes ualet ingrauare ſenſus.*
*Vnica gens hominum celſum leuat altius cacumen,*
*Atq; leuis recto ſtat corpore, deſpicitq; terram:*
*Hæc (niſi terrenus male deſipis) admonet figura,*
*Qui recto cœlum uultu petis, exerisq; frontem,*
*In ſublime feras animum quoq;, ne grauata peſſum*
*Inferior ſidat mens corpore celſius leuato.*

*Oculi hominum in cœlum tendunt. Ex 4.*
*Manilij lib.*

*Iam nuſquàm natura latet, peruidimus omnem,*
*Et capto potimur mundo, noſtrumq; parentem*
*Pars ſua conſpicuus, genitiq; accedimus aſtris.*
*An dubium eſt habitare Deum ſub pectore noſtro?*
*In cœlumq; redire animas, cœloq; uenire?*
*Vtq; ſit ex omni conſtructus corpore mundus,*
*Aetheris atq; ignis ſummi, terræq;, marisq;,*
*Spiritum & in toto rapidum qui iuſſa gubernat;*
*Sic eſſe in nobis terrenæ corpora ſortis,*
*Sanguineasq; animas, animi qui cuncta gubernat,*
*Diſpenſatq; hominem: quid mirum noſcere mundum*
*Si poſſunt homines, quibus eſt & mundus in ipſis?*
*Exemplumq; Dei quiſque eſt, & imagine parua*
*An quoquàm genitos niſi cœlo credere fas eſt*
*Eſſe homines. Proiecta iacent animalia cincta*
*In terra, uel merſa uadis, uel in aëre pendent:*
*Omnibus una quies, uenter, ſenſusq; per artus:*
*Et quia conſilium non eſt, & lingua remiſſa,*
*Vnus & inſpectus rerum uiresq; loquendi,*
*Ingeniumq; capax uarias educit in artes.*
*Hic partus qui cuncta regit, ſeceſsit in orbem,*
*Et domuit terram ad fruges, animalia cœpit,*
*Impoſuitq; uiam ponto, ſtetit unus in arce*
*Erectus capitis, uictorq; ad ſydera mittit*
*Sydereosq; oculos, propiusq; aſpectat Olympum,*
*Inquiritq; Iouem: nec ſola fronte Deorum*
*Contentus manet, & cœlum ſcrutatur in alto,*
*Cognatumq; ſequens corpus ſe quærit in aſtris &c.*

*Ortus hominis à Deo. Ex 15. Saty-*
*ra Iuuenenalis.*

*Senſum à cœleſti demiſſum traximus arce,*
*Cuius egent prona, & terram ſpectantia mundi.*
*Principio indulſit communis conditor illis*
*Tantum animas, nobis animum quoq; mutuus ut nos*
*Affectus petere auxilium, & præſtare iuberet,*
*Diſperſos trahere in populum, migrare uetuſto*
*De nemore, & proauis habitatas linquere ſyluas,*
*Aedificare domos, laribus coniungere noſtris*
*Tectum aliud, tutos uicino limine ſomnos,*
*Vt collata daret fiducia, protegere armis*
*Lapſum, aut ingenti nutantem uulnere ciuem,*
*Communi dare ſigna tuba, defendier iiſdem*
*Turribus, atq; una portarum claue teneri.*

*Nihil crudelius homine. Ex eodem*
*Iuuenali.*

*Sed iam ſerpentum maior concordia, parcit*
*Cognatis maculis ſimilis fera, quando leoni*
*Fortior eripuit uitam leo? quo nemore unquàm*
*Expirauit aper maioris dentibus apri?*
*Indica tigris agit rapida cum tigride pacem*
*Perpetuam, ſæuis inter ſe conuenit urſis.*
*Aſt homini ferrum lethale incude nefanda*
*Produxiſſe parum eſt &c.*
*Aſpicimus populos, quorum non ſufficit iræ*
*Occidiſſe aliquem, ſed pectora, brachia, uultum*
*Crediderint genus eſſe cibi, quid diceret ergo,*
*Vel quo non fugeret, ſi nunc hæc monſtra uideret*
*Pythagoras? cunctis animalibus abſtinuit qui*
*Tanquàm homine, & uentri indulſit non omne legumẽ.*

*Nihil non tentamus, ut corpore ualeamus: ut au-*
*tem animo benè ſit, nihil ferimus. Ex*
*lib. 1. de remed. Amoris.*

Dura

*Dura aliquis præcepta uocet mea: dura fatemur*
*Eſſe: ſed ut ualeas, multa dolenda feres.*
*Sæpe bibi ſuccos quamuis inuitus amaros:*
*Aeger & oranti menſa negata mihi eſt.*
*Vt corpus redimas ferrum patieris, & ignes:*
*Vt ualeas animo, quicquam tolerare negabis?*
*At pretium pars hæc corpore maius habet.*

*Homini ratio omnium rerum rectrix à Deo data eſt.*

*Quot ſubiecta modis animalia*
*Paßionibus ſunt,*
*Crudelis Leo, tigris & aſpera,*
*Trux aper furore,*
*Indomitus ſyluas onager colit,*
*Vnicornis atrox.*
*Laſciuit uitulus, petulans caper,*
*Et equus ſuperbus,*
*Aſtus, fraus uulpi, Lepori timor,*
*Os uorax lupis eſt,*
*Liuidus eſt catulus, ſus ſordida.*
*Tardus eſt Aſellus,*
*Vrſa ferox, prudens elephas, ſibi*
*Caſtitas amicas.*
*Turtur fida pari ſimplex quoq;,*
*Stulta corde perdix,*
*Pauo glorius & zelotypus,*
*Eſt auara cornix,*
*Felle columba caret, canit omnia*
*Bubo dira planctu,*
*Eſt apis arguta, mira facit*
*Arte melq; fauos.*
*Prouida ſe formica regit, pigra*
*Vult cicada ſoles,*
*Niſus aues, lucius piſces rapit,*
*Eſt odor uulturi,*
*Pugnaci gallus eſt pectore,*
*Miluus eſt inerti.*
*Quis Philumena modos ueſtros capite*
*Ac alauda ueſtros?*
*Tales innumeras animalibus*
*Inditas uidebis*
*Conditiones, quas dat natura*
*Alma cuiq; ſparſim:*
*Omnia perpulchro regit ordine,*
*Noxia nulla culpat,*
*Nullus & error ineſt, induſtria*
*Cuiq; mira ualdè.*
*Aſt hominis ratio complectitur*
*Omne tale ſparſim,*
*Per uarias ſpecies rectrix data,*
*Cui neceſſe cunctos*
*Affectus iuſto moderamine*
*Temperet, regatq;:*
*Si renuit, peccat, fit ſeruaq;,*
*Turpiorq; brutis.*
*Stet ratio, fiat ſibi ſubditus*
*Eius appetitus,*
*Et dominetur ei: quod ſi nequit,*
*Haud ream putato.*

*Homerus.*

οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο,
*Nil homine enutrit tellus infirmius alma.*

*Menander apud Plutarchum in libello ad Apollonium.*

Τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων· ἄνθρωπος εἶ,
οὗ μεταβολὴν θᾶττον πρὸς ὕψος καὶ πάλιν
ταπεινότητα ζῶον οὐδὲν λαμβάνει
καὶ μάλα δικαίως ἀσθενέστατον γὰρ ὂν
χύσι μεγίστοις οἰκονομεῖται πράγμασιν, Id eſt:
*Caput atq; ſumma orationis hæc: homo es,*
*Quo non aliud eſt animal uſq;, quod modo*
*Surgat, modo cadat citius atq; crebrius:*
*Ac iure ſanè, quippe debiliſsimum*
*Quum ſit, negocia adminiſtrat maxima.*

*Euripides.*

ὁ δὲ ὄλβιος οὐ βέβαιος ἀλλ᾽ ἐφήμερος
καὶ ἡμέρα μία τὰ μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν
τὰ δ᾽ ἦρ᾽ ἄνω, Id eſt:
*Nec ſtabilis eſt felicitas, ſed in diem*
*Durans, & unicus dies*
*Et hæc ab alto traxit, hæc & ſuſtulit.*

*Pindarus in Pythijs hymno 8.*

ἐπάμεραι, τί ἤ τὶς, τί δὲ οὔτις σκιᾶς ὄναρ ἄνθρως, Id eſt: Diurni, quid autem aliquis? quid autē nullus, umbrę, ſomnium, homo: nihil inanius umbra: uidetur em̄ eſſe, cum nihil ſit, atq; hoc quoq; reperit quiddam inanius, nimirum umbræ, ſomnium: ut nemo poſſit dicere, hic eſt aliquis: neque rurſum, hic eſt nullus: quod tam ſubita ſit rerum humanarum immumutatio, ut qui uidetur aliquid eſſe, mox ſit nullus, & qui uidetur perijſſe, mox ſit aliquis.

*Aeſchylus apud Stobæum, umbræ, fumi ſimilem facit hominis uitam.*

Τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ᾽ ἐφήμερα φρονεῖ
καὶ πιστὸν οὐδὲν μᾶλλον ἢ καπνοῦ σκιά, Id eſt:
*Caduca molitur genus mortalium,*
*Neq; certa res eſt ulla, nec tuta, haud magis,*
*Atq; umbra fumi.*

Sopho-

*Sophocles in Aiace.*

ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα, καὶ σκιὰ μόνον, id eſt:
*Nil aliud ac umbra, atq; flatus eſt homo.*

*Pindarus in Nemeis, hymno undecimo.*

εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων, μορφᾷ παραμεύσεται ἄλλων, ἔν τ' ἀέθλοισιν ἀριστεύων ἐπέδειξεν βίαν θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπισσόμενος, id eſt:

Si quis autem opes poſſidens, forma pręcellat cæteris, & in certaminibus fortiter ſe gerens oſtendat robur, meminerit quod membra circumfert mortalia, quod finem omniũ terram aditurus eſt.

παλλαδᾶ.

*In inſolentes, de hominis natiuitate.*

ἂν μνήμης ἄνθρωπε λάβῃς ὁ πατήρ σε τί ποιῶν
ἔσπειρεν παύσῃ τῆς μεγαλοφροσύνης:
Ἀλλ' ὁ πλάτων σοὶ τῦφον ὀνειρώσσων ἐνέφυσεν
Ἀθάνατόν σε λέγων, καὶ φυτὸν οὐράνιον,
Ἐκ πηλοῦ γέγονας τί φρονεῖς μέγα τοῦτο μὲν οὕτως
εἶπ' ἄν τις κοσμῶν πλάσματι σεμνοτέρῳ
εἰ δὲ λόγον ζητεῖς τὸν ἀληθινόν, ἐξ ἀκολάστου
Λαγνείας γέγονας, καὶ μιαρᾶς ῥανίδος, id ē.
*Quid pater egit homo, cum te tuus ederet olim,*
*Si recolas tumida mente ferêre minus.*
*Sed Plato te faſtu complet, dum cœlitus ortum*
*Somniat, ætbereæ ſtirpis & eſſe genus.*
*Nate luto, nam quid turges? ſic plaſmate dicet,*
*Si quis boneſtatum nobiliore uelit.*
*Quin ſi uera petis, te flagitioſa libido*
*Sæuit, & è ſpurco uita liquore tua eſt.*

*Cicero in orationibus.*

*Vita mutabilis.*

Vide quàm ſit uaria uita, commutabilis ratio, quàm uaga, uolubiliſq; fortuna, quantæ infidelitates in amicis, quantæ ad tempus ſimulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates.

# VOLVPTAS.

ἡδονὴ *Intemperantia.*

VOLVPTAS eſt iocundus motus in ſenſu. Cicero li. 2. de finibus bonorum & malorum: uel, ſecundum Ariſtotelem 1. Rhetoricorum. eſt motus animæ quidam, & affectio tota ſimul & ſenſibiliter in naturam proficiſcens, cuius contrarium eſt dolor: uel eſt præter modum elata lætitia, opinione præſentis alicuius magni boni.

*Ariſtoteles de Virtutibus.*

Ἀκολασία δὲ ἐστὶ κακία τοῦ ἐπιθυμητικοῦ καθ' ἣν ὀρεκτικοὶ γίνονται, τῶν περὶ τὰς ἀπολαύσεις φαύλων ἡδονῶν, id eſt:

Intemperantia eſt uitium partis concupiſcibilis, quo appetunt frui uoluptatibus illicitis. Illius eſt eligere per fruitionem uoluptatum pernicioſarum, & turpium, & exiſtimare eos uel ſolos benè ac feliciter agere, qui in talibus uoluptatibus uiuant, id eſt, in uerbis & factis leuem eſſe: comites, perturbatio ordinis, imprudentia, luxus, ſocordia, negligentia, incuria, diſſolutio.

*Plato in Phædone.*

Sanè quidem uocant intemperantiam ſeu luxum à uoluptatibus regi, id eſt.

Καὶ τοί καλοῦσιν γε ἀκολασίαν τὸ ὑπὸ τῶν ἡδονῶν ἄρχεσθαι.

*Euſebius.*

Eorum qui fœdis uoluptatibus dediti ſunt, nullum tu liberum ducas: hi enim multò ſæuioribus dominis quàm ſint, qui fortuna ſeruos comparãt, poſſidẽtq;, cogentibus eò ſeruiunt.

*Idem.*

ἀκολασία ψυχὴν λυμαίνεται, καὶ σῶμα διαφθείρει τὸ περ ἕνεκα τῆς ἡδονῆς, καὶ ὥστε αὐτῷ χαρίζεσθαι τὸν ἔχοντά μιν καταναγκάζει τὰ αἴσχιστα πάντα ποιεῖν, id eſt.

Intemperantia animam corrumpit, & corpus perdit, quod ſane uoluptatis gratia, utq; ei gratum fiat, coget illum, à quo habetur, turpiſſima quoq; facere.

*Alexandrides.*

Μηδέποτε δοῦλον ἡδονῆς σαυτὸν ποίει λέγων γυναικός ἐστιν οὐκ ἀνδρὸς τόδε, id eſt.

Nunquam ſeruum uoluptatis teipſum facito, libidinoſæ mulieris iſtuc eſt, non uiri.

Cleanthes dicebat: quiſquis rem turpem appetere ſibi indulget, ille eam etiam deſignabit opportunitatem nactus.

*Idem.*

Vnde tandem naſcitur genus adulterorum? ex uiro in uenereis nimium obeſo, & ſanguine redundante.

*Menander.*

Probrum eſt turpis uita, tametſi ſuauis ſit.

*Boëtius lib. 3. de conſolatione philoſophiæ. Proſa 7.*

Quid autem de corporis uoluptatibus loquar? quarum appetientia quidẽ eſt plenæ anxietatis, ſatietas uero pœnitentiæ, quarum motus quid habeat iucunditatis ignoro: triſtes uero eſſe uoluptatis exitus, quiſquis uolet reminiſci libidinũ ſuauitatẽ, intelliget: quæ ſi beatos explicare poſſet, nihil cauſſæ, quin pecudes quoq; beatæ eſſe dicantur.

*Ibidem.*

Nihil igitur dubium eſt, quin hæ ad beatitudinem deuia quædam ſint: nec perducere quenq; eò ualebit, ad quid ſe perducturos eſſe promittunt.

Amiſthenes dicebat, eas quæ per fores non ingrederentur uoluptates, neceſſario nec per fores iterum egredi: opus itaq; fore, aut ſecari, aut ueratro purgari.

*Voluptatis ſoror eſt triſtitia.*

*Antiphon.*

Vbi dulce eſt prope, alicubi etiam triſte. uoluptates enim non ex ſeipſis progrediuntur, ſed ſequuntur eas dolores et moleſtiæ, id eſt.

*ἔνθα τὸ ἡδὺ ἐστι πλησίον που, καὶ τὸ λυπηρόν:*
*αἱ γὰρ ἡδοναὶ οὐκ ἐκ σφῶν αὐτῶν ἐκπορεύονται,*
*ἀλλ᾽ ἀκολουθοῦσιν αὐταῖς λύπαι, καὶ πόνοι,* i.

*Solon.*

*ἡδονὴν φεῦγε, ἥτις ὕστερον λύπην τίκτει,* id eſt:

Voluptatem fuge, quæ inpoſterum dolorem parit. Idem Menandro adſcribitur.

Sophoclem grandem natu interrobat quidam, num adhuc rem haberet cum uxore: at ille, bona uerba, inquit, libentiſſime effugi hanc libidinem, tanquam rabidum & ferum dominum.

*Euſebius.*

Veluti uenti nauem correptam huc illuc ferentes quaſſant, & inobedientem efficiunt gubernatori: itidem animam agitans, & menti immorigeram eſſe cogens intemperantia, tranquillam eſſe, & in tranquillo ac tutiſſimo ceu portu quieſcere non permittit.

*Euripides in Antiope.*

At quicunq; uitam ſic agunt, ut carnem ſaginent, ſi deſtituantur pecunijs, mali erunt ciues: neceſſe enim eſt, eum, qui aſſuetus ſit uentris ingluuei, ſui ſimilem permanere.

*Euphro.*

*Non eſt adultero ullum maius malum:*
*In aliorum enim infortunijs delicias quærit.* id eſt:
*οὐκ ἐστι μοιχοῦ μεῖζον οὐδὲ ἓν κακόν:*
*ἐν ταῖς γὰρ ἑτέρων βούλετ᾽ ἀτυχίαις τρυφᾶν.*

*Seneca epiſtola 28.*

Quis hoſtis in quenquam tam contumelioſus fuit, quàm in quoſdam uoluptates ſuæ: quidam ſe uoluptatibus immergunt, quibus in conſuetudinem adductis carere non poſſunt, ob hoc miſerrimi ſunt, quòd eò peruenerint, ut illis quæ ſuperuacua fuerunt, facta ſint neceſſaria: ſeruiunt itaq; uoluptatibus, nõ fruuntur, & mala ſua, quod malorum eſt ultimum, amant.

*Ibidem.*

Indurandus eſt animus, & blandimẽtis uoluptatum procul abſtrahendus. uitia Annibalem hyberna ſoluerunt, & indomitum illum niuibus atq; alpibus uirum exterminauerunt: fomenta campaniæ armis uicit, à uicinis uictus eſt.

*Idem & in eadem Epiſtola.*

Nobis quoq; militãdum eſt quodam militiæ genere, quo nunquam ocium datur: debellandæ ſunt in primis uoluptates, quæ, ut uides, ſæua quoq; ingenia rapuerunt: ſi uoluptati ceſſero, cedendũ eſt dolori.

*Cicero officiorum lib. 1.*

Non eſt conſentaneum, qui metu nõ frangitur, eum frangi cupiditate, & qui inuictũ ſe à laboribus præſtiterit, uinci à uoluptate.

Idem

*Idem lib. 1. de finibus bonorum & malorum.*

Nemo ipſam uoluptatem, quia uoluptas ſit aſpernatur, aut oderit, aut fugiat, ſed quia conſequantur magni dolores eos, qui ratione uoluptatem ſequi neſciunt.

*Ibidem.*

At uero eos & accuſamus, & iuſto odio digniſſimos ducimus, qui cum blandicijs præſentium uoluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores & quas moleſtias excepturi ſint, peccati cupiditate non prouident.

*Ibidem.*

Voluptates omittuntur maiorum uoluptatum adipiſcendarum cauſa.

*Ibidem.*

Voluptas autem eſt ſola, quæ nos uocet ad ſe, & alliciat ſuapte natura.

*Idem lib. 2. de finibus bonorum & maloruum.*

Quid enim neceſſe eſt, tanquam meretricem in matronarum cœtum, ſic uoluptatem in uirtutum concilium adducere?

*Ibidem.*

Voluptas ſæpius relinquit cauſſas pœnitendi, quàm recordandi.

*Ibidem.*

*Maior eſt uoluptas animi, quàm corporis:*
*Voluptatem beſtijs concedamus.*

*Ibidem.*

Maximas uero uirtutes iacere omnes neceſſe eſt uoluptate dominante.

*Idem de ſenectute.*

Dicebat Archytas Tarentinus nullam capitaliorem peſtem, quàm uoluptatem corporis hominibus à natura datam.

*Ibidem.*

Impedit enim conſilium uoluptas orationi inimica, ac mentis (ut ita dicam) præſtringit oculos, nec habet ullum cũ uirtute commercium.

*Ibidem.*

*Diuinus Plato eſcam malorum uoluptatem appellat.*
*Quod ea homines capiuntur ut piſces hamo.*

*Cicero in Paradoxis.*

Si quis uoluptatem eſſe ſummum bonum dixerit, eius uox pecudum eſſe uidetur, non hominum.

*Ibidem.*

Quomodo autem libero hic imperabit, qui non poteſt ſuis cupiditatibus imperare? refrenet prius libidines, ſpernat uoluptates, iracundiam teneat, auaritiam coherceat, cæteraſque animi labes repellat, tunc incipiat alijs imperare, cum ipſe improbiſſimis dominis dedecori ac turpitudini parere deſierit: dum uero his obediet, non modo imperator, ſed liber quidem non habendus erit.

*Idem 4. Tuſcul. Quæſt.*

Et ut turpes ſunt, qui efferunt ſe lætitia, tum cum fruuntur ueneris Voluptatibus: ſic flagitioſi qui eas inflammato animo concupiſcunt.

*Idem in oratione pro M. Marcello.*

Quid eſt hoc ipſum diu, in quo eſt aliquid extremum, quod cum uenerit, omnis uoluptas pro nihilo præterita eſt, quia nulla futura eſt.

*Idem in officijs.*

Nam & uoluptates blandiſſimæ dominæ maiores partes animi à uirtute detorquent.

*Periander.*

*αἱ μὲν ἡδοναὶ θνηταί, αἱ δὲ τιμαὶ ἀθάνατοι,*

id eſt.

Semper quidem uoluptates mortales, honores uero immortales.

*Voluptas uirtuti inimica Sillius Italicus lib. 15. de Scipione.*

*Quum ſubito adſiſtunt dextra læuaque per auras*
*Allapſæ, haud paulum mortali maior imago:*
*Hinc uirtus, illinc uirtuti inimica uoluptas.*
*Altera Achemenium ſpirabat uertice odorem,*
*Ambroſias diffuſa comas, & ueſte refulgens,*
*Oſtrum qua fuluo Tyrium ſuffuderat auro.*
*Fronte decor quæſitus acu, laſciuaque crebras*
*Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.*

*Alterius diſpar habitus,frons hirta,nec unquam*
*Compoſita mutata coma:ſtans uultus in ore,*
*Inceſſuq; uiro propior, letiq; pudoris*
*Celſa humeros niueæ ſurgebat ſtamine pallæ.*

*Ibidem,uoluptatis mala.*

*Inde aſpice laté.*

*Florentes quondam luxus quas uerterit urbes.*
*Quippe nec ira deûm tantum,nec tela nec hoſtes,*
*Quantum ſola noces animis illapſa uoluptas.*
*Ebrietas tibi fida comes,tibi luxus, & atris*
*Circa te ſemper uolitans infamia pennis.*
*Mecum honor & laudes,& leto gloria uultu,*
*Et decus & niueis uictoria concolor alis.*

*Ariſtoteles.*

Vbi plurimum de uirtute, ibi minimum de fortuna.

Petrarcha in lib. Auguſtali,Licinius inquit, Valerianus ab exercitu appellatus Auguſtus, uolente populo & gaudente ſenatu:quia fuit nobilis ſanguine, ſcientia clarus, glorioſus eloquentia, ſed infœliciſſimus fuit omnium:nam captus à Sapore rege Perſarum, in miſera ſeruitute conſenuit, ſuſtinens ſemper in tergo regem cum aſcenderet equum: uixit annis 70. imperauit 6. Aſinius Pollio in uita Galeni, & Valerianus uolateranus in lib. 23. Anthropologiæ.

*Ouidius lib. 7. Fabula 24.*

*Metamorph.*

*Vſq; adeo nulla eſt ſyncera uoluptas,*
*Solicitumq; aliquid letis interuenit.*

*Nulla uoluptas longa. Ouidius lib. 6.*

*Faſtorum.*

*Scilicet interdum miſcentur triſtitia letis,*
*Nec populum toto pectore feſta iuuant.*
*Craſſus ad Eufraten,aquilas,natumq; ſuoſq;*
*Perdidit,& letho eſt ultimus ipſe datus.*

*Menander.*

ὀυκ ἐςὶ μοιχοῦ πράγμα ἀτιμότερον θανάτου γάρ ἐςὶ ὤνιον, id eſt:

Non eſt adultero ulla res contemptior,morte enim eſt uenalis.

Zenon incuſabat pleroſq;, inquiens, cum liceat à laboribus uoluptates capere,eos à popinis potius petere.

Muſonius dicebat, extremæ impudentiæ eſſe, in ſubeundis uel ſuſtinendis quidem laboribus meminiſſe corporis, imbecillitatis ergò uoluptates autem obliuiſci.

*Ariſtoteles in ſermone philoſophiæ.*

Atqui intemperanter agere iam olim uitio datur, quia in ea relaxantur frena cupiditati,ut libera ſit ultra ꝙ par ſit.

*Plutarchus in lib. contra uoluptatem.*

Fera eſt mancipans ſibi homines uoluptas,ſed non fera: nam ſi apertè pugnaret, cito caperetur:nunc autem etiam ideo inuiſa magis, quòd celat inimicitiam induta habitum beneuolentiæ: itaq; dupliciter auerſanda, & quòd nocet, & quòd fallit.

*Seruius in memorabilib. dictis.*

Plato dicebat, difficile eſſe inuenire intemperantibus quidem bonam uoluptatem, ægrotantibus autem,ſalubrem.

*Ex Epicteti libris.*

Moleſtos autem philoſophos in medium producamus:quib. non uidetur ſecundum naturam uoluptas eſſe, ſed accedere naturæ conſentaneis:iuſtitiæ,tēperantiæ,liberalitati. quid ergo anima quidem bonis corporis exiſtentibus minoribus gaudet, & tranquillatur? (ut inquit Epicurus)ſuis autem bonis,quæ ſunt maxima,non delectatur? Quin natura largita mihi eſt uerecundiam,& crebro erubeſco cum quid turpe à me dici puto, &c.

*Plutarchus in lib. contra uoluptatem.*

Quia corpora reſoluit uoluptas indies emolliens delitijs, quarum aſſiduus uſus tollit uigorem, relaxans uires eorum, unde morborum & laſſitudinū copia egregiè proficit, & ſenectæ rudimenta in iuuentute præludunt.

VVL-

## *ſeu plebs, iudicium, inconſtantia, & malitia.*

*Sopater in epiſtola ad Hemiterium fratrem, de regendo magiſtratu.*

NE reſpexeris ad falſas uulgi opiniones, ſed ueritatis ratione omnibus præferto: nec apparentē gloriam cū ſubditorū damno uſurpes, nec infamiam apparentem, quæ coniuncta ſit ſubditorū utilitati, declines: niſi uulgarem phantaſiam potius, quàm optimam uitam ſequi placeat. Honorem quidem ciuilem ſuperioribus deferri ab inferioribus, ipſa reipub. conſtitutio iubet.

*Petrarcha, de remedio utriuſq; fortunæ.*

Et totum uulgus una uoce me laudat. Ratio. Nulla pronior ad errorem atq; præcipitium uia eſt, quàm per uulgi ueſtigia: quicquid penè uulgus laudat, uituperio dignum eſt.

*Ibidem.*

Vulgus omne me prædicat. Ratio. Dixi, & repeto: quicquid uulgus cogitat, uanū eſt: quicquid loquitur, falſum eſt: quicquid improbat, bonū eſt: quicquid approbat, malum eſt: quicquid prędicat, infame eſt: quicquid agit, ſtultum eſt: i nunc inſanorum ſermunculis gloriare.

*Ibidem 12. Dialogo. De Sapientia.*

Gaudeo, ſapiens uulgo dicor. Ratio. uulgus inſanos ſapiētes dicere, & ſapiētes inſanos iure ſuo didicit: quod quidē eſt, ut falſa pro ueris, ueraq; pro falſis habeat: nihil eſt autem uirtute uel à ueritate remotius, quàm uulgaris opinio.

*Idem de rebus familiaribus Epiſtola 15.*

Scire debes populorum uoluntates, ſicut in ingreſſu fremētes & uariæ ſunt, ſic progreſſu faciles & inſtabiles fore.

*Idem lib. 4. tract. 3. De rebus Memorabilibus.*

Matrona pariendi auida, ſed an grauida eſſet incerta, uiſa eſt in ſomnijs ſigillata genitalia habere: alter ex coniectoribus minimè prægnantem, aut parituram aſſeruit: Fore enim prȩcluſum partus iter: alter contra, ea enim duntaxat claudi & conſignari ſolere, quæ plena ſint. His & horum ſimilibus quid de hac interpretum arte ſentiendū, ſperandumq; ſit, eruditi homines iudicent: uulgus quod tenuit, non relinquit.

*Ouidius lib. 1. triſtium.*

*Vtq; comes radiis per ſolis euntibus umbra eſt,*
*Cum latet hic preſſus nubibus, illa fugit:*
*Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina uulgus,*
*Quæ ſimul inducta nube teguntur, abit.*

*Vulgus proſperam fortunam ſequitur. Iuuenalis ſatyra. 10.*

*Turba tremens ſequitur fortunam, ſemper & odit*
*Damnatos, idem populus, ſi Nurſia Thuſco*
*Fauiſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus*
*Principis, hac ipſa Seianum diceret hora*
*Auguſtum.*

*Seneca in Octauia.*

*O funeſtus multis populi*
*Diruſq; fauor, qui cum flatu*
*Vela ſecundo ratis impleuit,*
*Vexitq; procul languidus idem,*
*Deſerit alto ſæuoq; mari.*

*Petrarcha de rebus familiaribus, Epiſtola 15.*

Quid autem Pallas, quaſi magnum in te ius habeat fortuna? Non illa partes iudicis obtinet, ſed teſtis, qualis ſit in tua poteſtate eſt: non eſt in illius, quale de te teſtimoniū ferat, ſed ut ferat, tantum mentiri non poteſt, loqui poteſt. Quis autem, niſi ſibi culpæ conſcius, teſtem metuit uera loquuturum? Non eſt quæ te ad ignauiam cogat, eſt quæ digreſſus tuos dinumerat, patientiam exerceat, ſuſpiciat aut deſpiciat pectoris tui robur: demum populo referat, quicquid inuenerit. Erige animum, diſcute tenebras errorum popularium, non pateant aures tuæ muliercularijs uocibus: nunquàm lætus eris, nunquàm ſecurus, ſi te populo regendū tradideris. Quicquid magna pars hoīm aut miratꝛ aut metuit, ridiculū eſt, quicquid prędicat,

 cat,

cat, falſum: committe te paucorum conſilijs, non ſunt ut uidentur iſta terribilia, inter quæ uulgus exilium numerat: et ſi lectio longa non profuit, experientia proderit fortaſſe.

*Idem, de Remedio fortunæ; Dialogo 96.*

*De regno.*

Gaudeo. Iuſtè regno. Rat. Benè agis, gratiſſimamq; rem Deo. Scito autē ſeruire te querelis, & uix tibi ante obitū gratiam relaturis. raro tam iuſtus quiſquam fuit regum, ut non charior populo ſucceſſor foret: is cum uenerit, alter optabitur. Hi ſunt uulgi mores: odiſſe præſentia, uentura cupere, præterita celebrare: quando ergo defuerint querælæ: ſi omne pręſens bonum ſordet, nilq; omnium placet, niſi quod cruciat, ſeu perditum ſeu ſperatum.

*Ouidius.*

*Vulgus amicitias utilitate probat.*

*Populus conſentiens regnum dat, & aufert.*

*Quicunq; multis uir uiris unus præeſt,*
*Hoc debet his quibus præeſt:*
*Præeſſe debet neutiquàm diutius*
*Hi quàm uolent, quibus præeſt.*
*Quid impotentes principes ſuperbiunt*
*Quod imperant precario?*

*Vulgi laus nulla. Rauiſius textor in 2. parte offi:*

Hippomachus fuit Tibicen, qui cum uideret à plebe laudari diſcipulum, quē tamen in arte peccare cognoſcebat, baculo tactum deſiſtere iuſſit, dicens: Maximum erroris argumentum eſſe, quod ab ignara turba laudaretur.

*Vulgi peruerſa iudicia.*

In conuentibus cum de Repub. agitur, quo quiſq; eſt ſapientior, eò minus autoritatis habet, maioreq; inuidia laborat. contra illos extollitis, quorum pro concione maximè ſe iactat improbitas: & populariores eſſe ducitis ebrios quàm ſobrios, amentes, quàm rectè ſentientes, peculatores, quàm eos, qui ſuis opibus rempub. locupletant, ac ueſtris tum utilitatibus tum uoluptatibus inſeruiunt. Quare mirum eſt, quenquā eſſe, qui ſperet, dum hi conſultores audiuntur, melius actum iri cum republica. Ego uerò, quàm arduum ſit aduerſari ueſtris cupiditatibus, non ignoro; & quamquam hic popularis eſt reſpulica, uideo tamen nemini licere quod ſentit liberè loqui, niſi ſtolidiſſimis ueſtriq; contemptoribus in concione, poetis comicis in Theatro. Hæc Iſocrates in oratione de pace.

DILINGAE, EX OFFICINA TYPOGRAPHICA SEBALDI MAYER, *Anno ſalutis humanæ,* M. D. LVI. *Menſe Auguſto.*